Doppio 29 F. ... Nel 1.° frontespizio v'è
alcuna diversità.

a

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
16 — M
9

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

29.1.22.
29
F
24
29
E
20

Digitized by Google

TRACTATVS DE CERTITVDINE GLORIAE SANCTORVM CANONIZATORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

TRACTATVS DE CERTITVDINE GLORIAE SANCTORVM CANONIZATORVM.

SACRARVM SCRIPTVRARVM, PONTIFICVM, Conciliorum, Sanctorum Patrum, celeberrimorumq; Doctorum, monumentis locupletatum.

IN QVO AD GLORIAM, BEATIFICATIONEM, Canonizationem, Venerationem, atq; Miracula Sanctorum ſpectantia, clara methodo explicantur.

Auctore

FR. LVCA CASTELLINO MAG.

PROCVRATORE GENERALI TOTIVS ORDINIS PRAEDICATORVM,

AC IN ROMANA VNIVERSITATE SACRÆ THEOLOGIÆ PVBLICO, PRIMARIOQ. INTERPRETE.

AD S.D.N. VRBANVM PAPAM VIII.



ROMÆ, Ex Typographia Guilelmi Facciotti. MDCXXVIII.

Cum Priuilegio Summi Pontificis.

SVPERIORVM PERMISSV.

Sumptibus Octauij Ingrillani.

Digitized by Google

7. 16. H. 9

Digitized by Google

PRIVILEGIVM S. D. N.

VRBANVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Dilecto Filio Lucæ Caſtellino Magiſtro in Theologia ordin. Fr. Prædic. expreſsè profeſſo, ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.

Religionis,domuſq; Dei zelus,necnon litterarum ſcientia, vitæq; & Morum probitas,ac eximię deuotionis affectus,quo Nos,& Romanam reuereris Eccleſiam promerentur,vt honeſta petitionũ tuarũ vota,ad exauditionis gratiã admittentes,ea quę tuis lucubrationibus,& aſſiduis vigilijs ad ortodoxæ fidei incrementũ in lucẽ emananda proponũtur,grato fauoris noſtri auxilio confoueantur. Hinc eſt quod Nos,te,qui totius ord Fratrum Pręd.Modernus Procurator Generalis exiſtis,& vt aſſeris,ad Catholicæ fidei propagationem, Sediſq; Apoſtolicæ exaltationem volumen vniuerſæ chriſtianæ Reipublicæ vtile,& neceſſarium, cui titulus eſt, *Elucidarium Theologicum certitudinis Gloriæ SS.Canonizat.* in quo de ijs omnibus,quę pertinent ad Beatificationẽ,Canonizationẽ, Venerationem, & Miracula Sanctorum, ac ad excellẽtiam poteſtatis Summi Pontificis Romani tractatur, ſub noſtris auſpicijs in lucem edere,illudq;habita priùs à Superioribus ad id facultatem habentibus licentia,typis mandare proponis, pręmiſſorum meritorum tuorum intuitu,ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, te à quibuſuis excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pænis, à Iure,vel ab homine,quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis ad effectum dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes,& abſolutum fore cenſentes,ſupplicationibus tuis pro parte tua porrectis inclinati,tibi vt ſi,& poſtq; dictum volumen iuxta formam ſacri Concilij Tridentini examinatum, & approbatum fuerit, vnum typographum ſeu Bibliopolam pro dicti voluminis in vnum, vel in plures tomos diuiſi impreſſione tuo arbitrio ad viginti annos tantum conſtituere, & deputare poſſis, & valeas Apoſtolica auctoritate, & tenore præſentium concedimus, & inſuper omnibus, & ſingulis, tam in ſtatu Eccleſiaſtico mediatè vel immediatè ſubiectis quam etiam vltra montes exiſtentibus typographis, & Bibliopolis,ac quibuſuis alijs perſonis,quauis authoritate,licentia, vel facultate fungentibus,illo dumtaxat excepto,qui à te licentiam, & facultatem habuerit, ne *ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ ipſo facto incurrenda, alijſq; Eccleſiaſticis, & temporalibus cenſuris, & pænis etiam pecuniarijs mille ſcutorum, vel maioris ſummæ etiam cum priuatione librorum ſic impreſſorum, alijſq; arbitrio tuo pænis infligendis*, volumen prædictum dictis vigenti annis durantibus in toto,vel in aliqua eius parte imprimere, ſeu imprimi facere præſumant,auctoritate,& tenore præmiſſis inhibemus, decernentes irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter cõtigerit attẽtari. Nõ obſtantibus Cõſtitutionibus,& Ordinationibus Apoſtolicis,cęteriſq;cõtrarijs quibuſcumq. Nulli ergo hominum omninò liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, Conceſſionis, Indulti, Inhibitionis,& Decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire,ſi quis autem hoc attentari præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S.Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, Sexcenteſimo vigeſimo quinto Kalẽ Iulij. Pontificatus noſtri anno Secundo.

A.Gaillot.

Digitized by Google

Facultas Reuerendiſs. P. Generalis Ord. Præd.

NOs Fr. Seraphinus Siccus Papienſis Sac. Theol Profeſſor, ac totius ord. Præd. humilis Magiſter Generalis. Tenore præſentium, noſtri authoritate officij facultatem concedimus Admodum R. P. Magiſtro *Fr. Luca Caſtellino* Procuratori Generali noſtri ordinis. Typis mandandi *Elucidarium Theologicum Certitudinis Gloriæ Sanctorum Canonizatorum*, ac tractatũ *de Electione Prælatorum, maximè Regularium*, ſeruata tamen prius in omnibus, & per omnia diſpoſitione Concilij Tridentini, Decretorum Apoſtolicorum, ac etiam ordinationum Capitulorum Generalium noſtri ordinis, circa librorum impreſſionem. In quorum fidem has manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ die 16. Iulij 1625.

Fr. Seraphinus qui ſupra, &c.

Regiſtrata fol. 27.

F. Io. Vincentius de Valentia M. & Socius.

Locus ✠ Sigilli.

Approbationes Operis.

R. Patris Procuratoris Generalis in Curia Romana ord. S. Bernardi Regnorum Hiſpaniæ.

EX Commiſſione Reuerendiſſimi Magiſtri Sacri Palatij diligenter perlegi librum, cui titulus, *De Canonizationis Sanctorum Certitudine Elucidarium Theologicum.* Authore *Admodum R. P. M. Fratre Luca Caſtellino in Romana Sapientæ Academia, Sacræ Theologiæ publico, & primario Profeſſore, & Sacratiſſimi Ordinis Prædicatorum in Romana Curia Procuratore Generali:* Opus ſanè omnigenæ eruditionis, & doctrinæ theſauris refertiſſimum, & iugi ſtudio, ac diligentia elaboratum, in quo quidquid ad ſubiectum eius ſpectat tanta cura, & ingenio reperitur, vt nihil amplius deſideret lector eruditus. Cedet ſanè ſi iuris communis fiat, in magnam ſanctæ Eccleſiæ vtilitatem, tantum abeſt, vt quidquam contra fidem ipſius, aut bonos mores contineat. Qua propter, non ſolum ei facultas, quam exigit, concedenda eſt; ſed ut cætera quæ prælo habet iam matura in lucem edat, boni omnes eflagitare debent. In quorum fidem nomen meum ſubſcripſi. Romæ die 4. Octobris 1624.

Fr. Franciſcus de Biuar Procurator Generalis S. Bernardi Regnorum Hiſpaniæ.

R. P. Fr. Franciſci à Coriolano inſtituti Capuccinorum multorumq; Librorum Authoris.

POteſtate ad id mihi infraſcripto ſpecialiter facta a Reuerendiſſimo Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtro; omni qua potui diligentia legi præclariſſimum opus, cui titulus eſt; *De Canonizationis Sanctorum Certitudine Elucidarium Theologicum*, Authore *Reuerendo Admodum P. M. Fr. Luca Caſtellino Illuſtriſſimi Prædicatorij Ord. in Romana Curia Procuratore, & eiuſdem Vrbis in Sapientiæ Academia Sacræ Theologiæ publico, & primario Profeſſore;* Legi autem illum tanta cum animi voluptate, quod, vt typis daretur non minima pars fui. In eo namq; multa paucis mira dexteritate complectitur; omnia non ſolum ex Theologicis fontibus, verum, & ex ſacris Concilijs, & Patribus ſtatuit, & roborat. Nihil hic aduerſum ortodoxæ fiedi, omnia ſunt, quæ ad pietatem, & bonos mores informent. Ea propter cenſeo Deo Optimo Maximo gratias agi debere, qui tantum Virum in hanc rem iuuit, & promouit; & Authori ipſi ſtudioſos omnes inſolubilis deberi vinculis obſtrictos eſſe iudicaui, tum pro hoc, tum etiam pro alijs multis lucubrationibus, quæ in Dei gloriam, & Eccleſiæ Sanctæ vtilitatem propè diem lucem aſpicient. In Monaſterio noſtro S. Bonauenturæ Romę die 18 Decembris 1624.

Fr. Franciſcus à Coriolano Capuccinus manu propria.

R. P. M. F. Dominici de Molina, nunc Prioris Conuentus S. Mariæ Angelorum Hyſpalis ord. Præd.

EGregium hoc opus a Reuerẽdo Admodum P. M. *Fratre Luca Caſtellino Ord. Præd. Procuratore Generali Elucidarium Certitudinis Gloriæ Sanctorum* vidi, perlegi, & prout legi conſideraui; vidi, inquam, attente, perlegi alacriter, omniaq; & ſingula in eo contenta inoffenſo pede decurrens, diſtinctè conſideraui, expendiq; pari cum labore, laudis præconio digniſſimum Auctorem, & Tractatum eſſe: ſic enim Vrbs, quæ ſimul, & orbis Coloſos, & ſtatuas illis, qui non ſolum ſibi, ſed patriæ partem, amiciſquè partem offerentes nati dicebantur, erigebat, tanquam omni laude digniſſimis: quanto maiori iure, Au-

ctori,

Digitized by Google

ctori,qui non partem,ſed ſe totum conatum,induſtriam,ſed Religioni æternam laudem meretur? Quanto enim Eccleſia patriam, tanto Religio, & Sancti in Cœlo Regnantes amicos, parenteſq; dignitate antecellit. Miror ne huius ſapientiſſimi Viri ingenium?admiror laborem, laudo conatum, in materia, forma,& ſtilo huius Tractatus. Materia quidem profunda, in qua apparet vaſtus campus. quaſi omnis iuris Pontificij ab alijs ferè auctoribus, præſertim Theologis, minimè excultus: & ipſe tanquam ſol illuminans abdita in lucem pandens, & in tenebris lucens, delectans, & docens, omnem tulit punctum vtilia dulcibus miſcens, & tanquam verus Pater familias ſummo delectu profert noua, & vetera, ſacra pagina probans, decretis Pontificium confirmans, acutiſſimis, & validiſſimis argumentis hæreſes refutans, hæreticos conuincens, hiſtorijs reficiens pios catholicorum animos, imitanſq. ſapientiam prudentis ſerpentis deglutiens difficultates,Caput ſuum;ſcilicet,Pontificem,& Vicarium Petri,Canonizantem, Sanctoſq;Beatificātem fouit,& defendit,habenſq; ſimplicitatem columbæ euangelicæ,felici auſu amans profunda,profunditatem tranſnatans citra ſummerſionis periculum ſuperior euaſit, relinquens poſteris pelagum hoc profundiſſimum faciliſſimè nauigabile à quocumq. multo felicius, vtiliuſq., quàm colonus ille,qui Oceanum nauigabilem oſtendit,& ſicut dico, quod, qui totum hunc Tractatum legerit, totum leget, & omnia, quæ ad hanc materiam Canonizationis pertinet,ſecurè comprehendet. De hoc enim Tractatu illud Tetraſticum Flacci poſſumus decantare.

Quis Parthum paueat; Quis gelidum ſuithero
Quis Germania, quos horrida parturit?
Bellum voret Ibereæ quis fere,
Te fautore Mecenas tuta omnia.

In hoc ergo opere nihil reprobandum inueni, & ſic omnia, & ſingula approbata relinquo, & me iudice,quod ſtatim typis mandetur cenſeo,expendiq., doctrinam, quam habet, Catholicę Eccleſiæ Romanæ conſentaneàm,ſolidam,veram, Apoſtolicum ſpiritum vbiq. redolentem, miram Sanctorum Patrum eruditionem in ſingulis quę ſe offerunt diſcutienda; nihilq; in ea eſt, quod ad vniuerſam Sanctorum Canonizationis diſtinctam,& accuratam notitiam rerum,difficultatumquè facilem expeditionem, & illuſtrationem deſideretur, Theologiſquè viris prudentibus in foro interiori; & exteriori, ſacriquè verbi Concionatoribus iudico neceſſarium, vt Eccleſia Dei non carçat tam maximo Theſauro. Datum Romæ in Hoſpitio Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam die 22.Martij.Anno Domini 1625.

Fr.Dominicus de Molina Magiſter S.T.Ord-Præd.

R.Patris Fratris Gabrielis de Vega nunc Regentis Studij Sancti Dominici de Panormo.

E *Lucidarium Theologicum de Certitudine Gloriæ Sanctorum Canonizatorum* ab Admodum Reuerendo,ac Doctiſſimo Patre *Fr.Luca Caſtellino Sacræ Theologiæ Profeſſore,& in Romana Curia Procuratore totius Ordinis Prædicatorum,* ſumma, ac ſubtili meditatione elaboratum, ea qua potui diligentia recognoui,in quo perlegendo,nihil me Orthodoxę fidei;aut Chriſtianis, & pijs moribus aduerſum depræhendiſſe profiteor; quin potius cum ſinceram catholicæ religionis doctrinam, ac miram eruditionem, & Auctoris ſui pietatem vndiquè ſpirare dignoſcatur, digniſſimum iudico, vt quamprimum typis committatur, & in communem vtilitatem, ac totius Theologicæ facultatis incrementum in lucem euulgetur. Datum Romæ in Conuentu Sancti Sixti ordinis Prædicatorum,die 30.Martij 1625.

Fr.Gabriel de Vega Magiſter,& Regens S.Sixti de Vrbe Ord. Præd.

Don Hilarionis Bancati S.T.P.& Abbatis S. Crucis in Hieruſalem de Vrbe.

VIdi hunc librum,qui inſcribitur *Elucidarium Theologicum de Canonizatione Sanctorum* atq.in eo legendo mira ſum iucunditate perfuſus; tam enim multiplicem,& variam Lectionem continet, vt minimum ſit illud, quod inſcriptio libri pollicetur. Sanè non Theologici cuiuſquam tractatus notitiā; ſed multarum rerum breuem facilemq; cognitionem hoc libro lector comparare ſibi poteſt. Multus eſſem in operis Authore commendando,niſi Liber ille alter, quem author nupèr edidit de Electione Canonica me moneret tanti Viri doctrinam; & ingenium Vrbi, & Orbi ita pridem innotuiſſe vt meo teſtimonio ornamenti nihil poſſit accipere. Datum in noſtro Monaſterio Sanctæ Crucis in Hieruſalem de Vrbe die 30. Octobris 1626.

D.Hilarion Bancatus Abbas S.Crucis in Hieruſalem de Vrbe,ac Procurator Generalis Congregationis Ciſtercienſis Lombardiæ.

Io. Philippi Tronchonij Valentini Philoſophię,Theologiæ,& Iuris Vtriuſque Doctoris.

E *Lucidarium Theologicum de Certitudine Gloriæ Sanctorum Canonizatorum,* Opus nouum,vtile,& vndequaquè perfectum,non ſine magna admiratione perlegi, omnibus enim patet in tam ardua materia vtilitas, & vno verbo dicam,talem Librum non minori Auctori Admodum Reuerendo Patre *Fratre Luca Caſtellino;*& talem Auctorem non minori fœtu digno iudicaui.Romæ die 4. Sept.1626.

Io.Philippus Tronchonius Valentinus Philoſophiæ,Theologiæ,& Iuris V.Doctor.

Re-

Digitized by Google

Reuerendiſſimi Abbatis Monaſterij B.Virginis Mariæ Riuipulli.

NOs Dominus Petrus Sancho Dei,& Apoſtolicæ Sedis gratia Abbas Monaſterij Beatiſſimæ Virginis Mariæ Riuipulli Prouinciæ Tarraconenſis Ordinis Sancti Benedicti,fidem facimus Admodum Reuerendi Patris Magiſtri *Fratris Lucæ Caſtellini totius ordinis Prædicatorum Procuratoris Generalis Elucidarium Theologicum de Certitudine Gloriæ Sanctorum Canonizatorum*. maxima cum diligentia, animiq; delectatione perlegiſſe, omniaq; in illo iuxta Orthodoxam Catholicæ,Apoſtolicæ, ac Romanæ Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum ſanam doctrinam, ſumma cum eruditione exponi, ideoquè quod typis mandetur dignum, vtileque Chriſtianæ Reipublicæ iudicamus, iudiciumq. manu propria ſubſcriptum dedimus. Romæ die 18. Martij 1627.

Petrus Abbas Riuipollenſis manu propria.

R.Domini Epiſcopi Vgentini Sacri ord. S.Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum.

VIdimus hoc *Elucidarium Theologicum de Certitudine Gloriæ Sanctorum Canonizatorum*. Reuerendi Admodum Patris Magiſtri *Fratris Lucæ Caſtellini ord.Præd.Procuratoris Generalis digniſſimi,& in Alma Vrbis inſigni Vniuerſitate Sacræ Theologiæ publici,& Primarij Profeſſoris*, ita doctum, & vndequaq. integrum vt niſi moris,& obſeruantiæ eſſet, non alia, quam ſui ipſius auctoritate, cenſurâ indigeret. Noſtra.ſcilicet, in hac parte, quod in hoc opere lux tanti Doctoris elucet, & inter Luminaria ſuæ Religionis in hoc ſeculo ſemper elucebit. Continet enim, vt cętera omnia bonæ vitæ, & ſanæ eruditionis verba. Legentes, etiam Magiſtros docet,& perlegentes amplius docebit: In quorum teſtimonium hic nos ſubſcripſimus, & dedimus in hoc Ordinis noſtri Conuentu S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum S.Adriani de Vrbe die 31.Auguſti 1627.

Fr Ludouicus Ximenez,& Sazedo Epiſcopus Vgentinus.

Iudicium eiuſdem Operis editum à P.Virgilio Cepario Venerabilis Societatis Ieſu,Viro peritiſſimo, præſertim in his,quę ſpectant ad materiam Canonizatorum Iuſtorum.

ADmodum R. P. Procurator Generalis Ordin. Præd. Legi eam partem *Elucidarij Theologici* à P.V. Conſcripti,quæ ectypa eſt,& nondùm abſoluta,in qua etiamſi P.V. ex primaria intentione ſua de *Certitudine Glorię Sanctorum Canonizatorum* agere propoſuerit, & propterea fusè tractet de ipſa Canonizatione,& doceat quænam requirantur in eo qui proponitur Canonizandus,qua ratione probandæ ſint,& examinandæ eius virtutes heroicæ, & miracula; Quia tamen actus Canonizationis de iure eſt reſeruatus ſoli Papæ, P.V.occaſione inde accepta,plenam harum rerum notitiam Lectori tradere quærit, & ideò fusè agit de Eccleſia militante,cuius viſibile Caput eſt Romanus Pōtifex,de eiuſdem Pontificis Romani primatu. & à Petri ſucceſſione.de Diuina Prouidentia ei in definitionibus aſſiſtente,ex quo tandem infert *Papam in Canonizando errare non poſſe*, & ideò de fide eſſe eius definitionem. Alia quoquè multa perſtringit, quæ Lectorem delectari, & eius ſciendi deſiderium explere abundè poſſint. Nec fuit exiguus labor P V tam multa,varia,& recondita ex Concilijs, & Sanctis Patribus,alijſq Sacræ Theologiæ Doctoribus,ac Iuris peritis expiſcari,& in vnum collecta,& enucleata Lectoribus tradere. Illud etiā aduerti,non ſolum in hoc opere nil contineri contra fidem,& bonos mores, ſed inſuper magna in eo auctoris pietatem, cum varia Doctrina,& eruditione Coniunctam, elucere. Imitatur etiam P.V. *S. Thomę Doctoris Angelici* modeſtiam in interpretando, & verba, atquè Sententias Auctorum trahit ſemper ad meliorem ſenſum;& tanta cum reuerentia de Religioſis perſonis,eorumq. Ordinibus ſcribit, tàm honorificè de eis loquitur, vt omnes multum ſe debere P.V.fateantur,neceſſ.ſit. Cathal.SS.Canonizat. tam vberem ponit,vt pleniorem me legiſſe vnquam,non meminerim. Sanctam quoquè Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam Romanam, eiuſquè ſanam Doctrinam, ac Summorum Pontificum authoritatem, vt par eſt, & Religioſum virum decet, tuetur ſemper. Tanti laboris mercedem reddat Deus P. V. eamq. ad multos annos ſeruet incolumem. Die 25. Nouembris 1627.

Admodum Reuerendæ Paternitatis Veſtræ.

Seruus in Domino

Virgilius Ceparius Societatis Ieſu.

Imprimatur. Si videbitur Reuerendiſſ. P. M. Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Epiſcopus Hierac. Viceſg.

Imprimatur. Fr. Nicolaus Rodulfius Ordinis Prædicatorum, Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter.

SANCT.

Digitized by Google

SANCT. PATRI, ET D. N.

VRBANO VIII.

PONTIFICI

OPT. MAX.

FR. LVCAS CASTELLINVS

ORDINIS PRÆDICATORVM.

VEL mutis, ſenſuquè carentibus inſitum eſt natura (B.P.), vt demiſsiora quæ ſunt, ac debiliora, fulcimentum ſuæ conquirant ſibi imbecillitatis. Ità enim vites, Clauiculis tanquàm manibus adminicula corripiunt, vt erigantur. Ego verò, qui me humi ſerpere non ſemel didici experimento factorum; non incongruè faciam, ſi ad te, egregium pietatis ſpecimen confugiam, vt attollar. Niſi fortè, hoc ipſum temeritatis ſit; ad celſitudinem, humana maiorem adſpirare: nàm & ineptum videri poſsit, ſi terreſtres, atq. humiles miricæ, altiſsimis incumbere, & quodammodò maritari populis velint. Verùm te adeunti cum multa ſe ſe offerant, equidèm maieſtate ſibi, alijſq. dignioribus relicta, humanitatem interim comprehendam; ad quam (vti Auguſto Cæſari dictum refertur) qui non accedit, idcircò facit, quòd illam planè ignoret. Quamquam hoc ipſum opus, quod ad Te venit in præſentia; licèt auctore minimum ſit, argumento

Digitized by Google

tamèn maximum; maximo, ampliſsimo nomini conſecrandum fuit. Siquidèm eſt de Veritate, ac Certitudine Gloriæ Sanctorum, in qua potiſsimùm Dei cultus incorruptus, atq. ſincerus innititur. Cùm enim ad Te, velùt ad cœleſtis ærarij Diſpenſatorem Primarium inter homines, vnicè pertineat ſacroſancta hæc fidei arcana depromere: ad Te quoq. ſpectabit eorum operam tueri, ac ſuſtentare; qui ea interpretari, atq. à ſenſu tuo, Dei ſcilicet, declarare conantur. Quod etiam cauſæ eſt, cùr huiùſmodi liber, qualis qualis demùm Deo benè iuuante prodit, iure tuus appellari debeat; quippè in tuo naſcitur, de tuo laborat, addictus planè, atq. oberratus Tibi. Excipe igitur ea Vrbanitate, qua omnium animos moderaris, minimum hoc obſequium obſeruantiæ meæ, futurum repentè maximum in manibus tuis, ampliſsimis iſtis Eccleſiæ gubernaculis; dùm reuerenti Corporis animiquè demiſsione, Sanctiſsimos tuos pedes exoſculor; precorq. Immortalem Deum, cuius glorioſè Vicarij operam exerces, vt Te publicis terrarum votis, & commodis quàm diutiſsimè incolumen ſeruet, ac ſeriùs quàm merita exigunt, in Cœlum reuocet.

IL-

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. PRINCIPI

FRANCISCO BARBERINO

S. R. E. CARDINALI

S. D. N.

VRBANI PAPAE VIII.

FRATRIS FILIO.

FR. LVCAS CASTELLINVS

Ordinis Prædicatorum.

NVLLVM habui ſolem, poſt Vrbanum VIII. Patruum tuum, Parentem omnium, quam te, (Princeps Illuſtriſſime) cui tutius exponerem meas haſce de Sanctorum Veritate, Lucubrationes: ſiquidèm illas editurus eram in lucem, alieno potiùs impulſu, quàm genio meo. Nàm tuus iſte ſplendor, quamquam in ipſo meridie maieſtatis, & gloriæ, vmbram longiſſimè iacit humaniſſimi patrocinij. Et iure debebatur hoc opus tibi, qui Romanum Cœlum vnà cum Patruo magno quibuſdam velùt virtutum, ac meritorum humeris ſuſtentas animiq; inſuper candore ſanctos ipſos viros imitaris, ad quos accedis non minus dignitate, quam munere. Quæ ſanè dignitas, vt diſſitis eſſet ſpectata probataq; Prouincijs, oportunè factum eſt, vt eam ad ampliſſima terrarum regna tu ipſe nupèr importares, cum Pontificia deſtinatione, ad maximos Reges Legatus Maximus acceſſiſti: hoc etiam nomine ſequutus ſolem, qui lucem ſuam, non tàm immittere, quàm afferre ad remotiſſimas regionum oras ipſemet ſolet. In quo quantum integritatis, quantum prudentiæ ſagaciſq; conſilij præbueris ſine pompa ſpectaculum; non viles animos appello, ſed Principes dominoſq; terrarum, hoc eſt aſſertores meritis tuis omninò pares. Neq. enim regia tua animi virtus, teſtes alios debebat habere quam Reges. Sed, quod me, hominem tantę, imparem amplitudini cum primis allicit ad venerationem ſui, eſt tuum

iſtud

Digitized by Google

iſtud ingens ſtudium; quo & bonas litteras, & non male litteratos amplecteris; cum ſapientiæ ſupellectilem, quam in te abundè ſuſpicis, etiam ames in cæteris, quos neq. animo tuo repræſentare, neq. cohoneſtare vocibus, neq. beneficijs demereri nuſquàm finis. In quorum ſi fuero numerum cooptatus, mé fœlicisſimum arbitrabor, quod aditum mihi litterræ ad tuum beneuolentisſimum patrocinium patefecerint. Vale.

LE-

LECTORI.

EN, benigne Lector, Diuino tandem fauente numine, in lucem prodit, *Elucidarium Theologicum de Certitudine Gloriæ Iuſtorum*, quos Eccleſia Romana, ſolidæ veritatis Magiſtra, albo Sanctorum adſcripſit ob ingentem, huius ſæculi in Cathalogo Sanctorum redigendorum multitudinem, auidè quidem à multis deſideratum, diuinorum oraculorum radijs illuſtratum. Cuius vtilitatem (vt ſpero) mecum laudabunt veritatis catholicæ æmulatores. Quod vt ingenuè fatear, non voluntate, & arbitrio meo aggreſſus ſum, ſciens pro rei magnitudine, artificem longè præſtantiorem deſiderari. Sed conſilio, impulſuq; frequenti præſtantiſſimorum virorum, inſigni doctrina præditorum, communiq; vtilitati intentus, atq. addictus, maiore qua potui diligentia illud contexui; eo enim factum eſt, vt ſuaſoribus, impulſoribuq, exemplo illius Euangelicæ Viduæ, de ingenij mei tenuitate totum quod habui libentèr exibuerim.

In hoc planè Elucidario, veluti in parua tabella ſub tuo aſpectu, ex locupletiſſimo Theologorum Canoniſtarumq; Dogmatum promptuario, obſcura dilucidè, ambigua diſtinctè, difficiliaq; enucleatè propono, quæ ad Monarchiæ Eccleſiaſticæ admirabilem præſtantiam, ad Summi Pontificis Romani Vniuerſalis Eccleſiæ capitis, viſibilis, Chriſti Vicarij, Petrique Succeſſoris legitimi eximiam poteſtatem Spiritualem (de qua agitur in hoc Elucidario) ad præclaram denìq; Iuſtorum Sanctitatem, Gloriam, atq; multiplicem venerationem, immenſis laudibus à cunctis efferendam ſpectantia (cuncta ſanè inter ſe, & ad finem principalitèr intentum mirabili neceſſitate diſpoſita) breuitatem ſeruando, clara (licèt ſcholaſtica) methodo patefacere ſtudui, certus quòd ſapiens Lector, non verba, ſed verum in verbis, ardentiùs inquiret, inuentumq; ſuauius amabit.

Verum enim vero, vt inde legentis fructus iucundior euadat, atq. cumulatior exiſtat, ſincera veritate munitus, cuius ſimplicitas ſemper in tuto eſt, contradicentium obiectionibus, pro viribus ſatisfacere laboraui, ſeruata tamen in cunctis ſpectabili modeſtia, omnium ſermone commendata, quæ comes indiuiduus fuit iugiter Doctoris Angelici, fideliſſimorumq; Diſcipulorum ipſius, iuxta monitum Apoſtoli, in modeſtia corripe eos, qui veritati reſiſtunt.

Diſcurſus vela latiùs expandens, hæreticorum immani odio, rabido, caninoq; ore, ſplendori veritatis Cathòlicæ oblatrantium, non vi, nec humana arte, ſed potius diuini Spiritus fulgore, moleſtos morſus, nefarioſq; conatus extinguere, & profligare mira facilitate tentaui. Quæ enim à veritate non procedunt, nemine impellente collabeſcunt; ſuperba namque eſt hæreſis, altum petit, ideoq; facillimè præcipitatur, dicente Regio Vate. ***Perdet Dominus omnes, qui loquuntur mendacium.***

Cæterum Doctrinam hanc, ac omnia quæ in futurum dicturus, aut ſcripturus ſum, iudicio, & cenſuræ Eccleſiæ Romanę, vſq; ad minimum iota (vt dici ſolet) volens, libenſq: ſubijcio, promptaq; humilitate ſubiecta eſſe decerno.

Amicus itaq; veritatis, Sanctorumq. Cœli Ciuium, ac humani generis Cuſtodum deuotus ſis candide Lector, & Lætus viue.

✠ †. ELEN-

Digitized by Google

ELENCHVS CAP. ET APPENDIC. huius Elucidarij.

In 1. Cap. agitur.

DE Regno ſpirituali Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, & Apoſtolicæ.

De præſtantia illius ſuper alias Eccleſias totius orbis.

De fundatione.)
De tempore fundationis,)
De propagatione.) eiuſdem Ec-
De Capite.) cleſiæ.
De membris.)
De hoſtibus.)

De poteſtate Sanctos canonizandi, in ſolo Pontifice Romano reſidente.

De diuturnitate dilationis facti, ſeu negotij canonizationis Iuſtorum.

De actuali fruitione gloriæ ſanctorum.

De ſuffragijs pro animabus fideliũ defunctorum.

De celebritate feſtorum, in honorem ſanctorum.

De celebritate diei feſtus, in honorem Patrum veteris teſtamenti.

In 2. Cap. agitur.

DE beatificatione, & canonizatione Iuſtorum in communi.

De conuenientia, & differentia inter canonizationem, & beatificationem.

De cultu à fidelibus exhibendo ſanctis, vel Beatis.

Quod nullus verè dicatur, & ſit Beatus in hac vita regulariter, & ordinariè loquendo.

De diligentijs præmittendis, ante actum ſolemnis canonizationis.

De his qui inuocandi ſunt in Litanijs.

De accenſione luminũ ad Imagines, ſeu ſepulchra, vel reliquias famulorũ Dei.

De ſuperſtitione omnino euitanda.

De antiquo more ſeruato, in ſcribendis geſtis Iuſtorum.

De tabellis, & donarijs, ad ſepulchra famulorum Dei appendendis.

De tempore quo, cæpit in eccleſia vſus canonizationis Iuſtorum.

De neceſſitate probationũ canonizandorum.

De cultu publico, & priuato, deq. interno, & externo.

De loco ſepulturæ famulorum Dei.

De translatione corporum, ſeu reliquiarum famulorum Dei.

De veneratione circa eorum reliquias.

De voluntate interpretatiua Principis, circa prædicta.

De notis, quibus manifeſtatur, tolerantia ſuperiorum circa aliquos actus.

De his qui à Papa appellantur Beati declaratiuè.

De indulgentijs conceſſis etiam in diebus, quibus colitur feſtum, in honorem alicuius beatificati tantum.

De celebratione feſti, in honorem alicuius iuſti, ſtatim ſecuta illius morte.

De die quo celebratur feſtum quorundam Sanctorum.

In Appendic ad 2. Caput diſeritur.

DE vſu antiquo, atq; laudabili ſacrarum Imaginum.

Deq; dedicatione temp'i, vel altaris, quæ ſoli Deo erigit debent.

De vſu Ceræorum, qui accenduntur in honorem Iuſtorum.

De miraculis, à Deo operatis, pro illuſtratione venerationis ſacrarum Imaginum.

Referuntur.

NOnnulla decreta, circa Beatificationem quorundam Iuſtorum, adiunctis quibuſdam animaduerſionibus.

Et formula compilandi proceſſum authoritate ordinarij, ad effectum Beatificationis, ſeu canonizationis famulorum Dei.

In

Digitized by Google

In 3. Cap. agitur.

DE eximia poteſtate Spirituali Summi Pontificis Romani, Chriſti Domini Vicarij, Diuiquè Petri Succeſſoris, in ordine præſertim ad diffinitionem eorum, quæ ſunt fidei, vel ſpectantia ad bonos mores, ſeu ad Iuſtorum Canonizationem, vel Beatificationem.
De Pontifice Romano, quatenus eſt Caput viſibile vniuerſalis Eccleſiæ.
De ſucceſſione neceſſaria Romanorum Pontificum.
De Cathedra Romana, & de eius exordio.
De dignitate, & Sanctitate Sedis Apoſtolicæ.
De Aduentu S. Petri ad Vrbem.
De nomine Papæ, proprio Pontificis Romani.
De Primatu vniuerſalis Eccleſiæ, qui eſt immediatè à Chriſto Domino.
Quomodo Chriſtus, & Pontifex Romanus pro tempore dicantur Caput Eccleſiæ.
Quomodo Eccleſia fuerit à Chriſto fũdata.
De vnitate Eccleſiæ Catholicæ.
De cauſſa congruentiæ, quare Chriſtus Inſtituerit Petrum, & non alium Apoſtolum Caput Eccleſiæ.
De multiplicitate nominum Romanorum Pontificum.
De aſſiſtentia Spiritus ſancti, quam habet Pontifex Romanus in ſuis deciſionibus, ſeu definitionibus.
De infalibilitate iudicij Eccleſię Romanæ.
De vnitate fidei Catholicæ.
De conuocatione Conciliorum, facienda per ſolum Pontificem Romanũ.
De ſumma reuerentia, & obedientia Conciliorum erga ſanctam Sedem Apoſtolicam, & Romanam.
De Sanctitate Canonizandorum, non humana; ſed diuina ratione cognoſcenda.
De ſanctitate canonizandorũ nõ humana, ſed diuina ratione cognoſcenda.
De diligentijs præmittendis ante definitionem fidei.
De vindicatione quorundam Pontificum Romanorum.
Quomodo Papa ſit ſupra Concilium, nullo autem pacto, Concilium ſupra Papam.
De notis cognoſcendi, quando Papa determinat aliquid ex Cathedra, & vt Papa.
De aſſiſtentia Spiritus ſancti, quam habet Põtifex Romanus, in actu ſolemni Canonizationis Iuſtorum.
De dignitate, atq; poteſtate ſancti Petri Principis Apoſtolorum, ſuper alios Apoſtolos.
De cauſſa impugnationis hæreticorum, circa primatum ſancti Petri.
De ſchiſmate Græcorum.
De reuelatione ſanctæ Brigittæ.
De excellenti dignitate Apoſtolorum ſuper alios famulos Dei.

In Appendic. ad 3. Caput tractatur.

DE neceſſaria, atq. perpetua ſucceſſione Romanorum Pontificum, duratura vſquè ad finem mundi.
De fabuloſo mendaciò, ab hoſtibus veritatis confictò, de Ioanna, quod fuerit Pontifex.
De crimine ſchiſmatis, dequè illius grauitate, & multiplici pœna.
De obligatione vitandi iram, præſertim ab habentibus regimen multorum.
De bellis licitis, & illicitis.
De diligentijs neceſſario præmittendis ante aggreſſionem Bellorum.

Digitized by Google

In 4. Cap. explicatur.

QVę, qualiſuè ſit pietas fidei, & quomodo in ſe inuoluat, ſeu includat id quod eſt de fide.

Certitudo eorum quæ ſunt de pietate fidei, & de Certitudine Gloriæ Sanctorum.

Inſuper manifeſtatur verus ſenſus verborum D. Thomæ quolib. 9. art. 6. in materia Canonizationis Sanctorum, inhærendo teſtimonijs ſacræ Scripturæ, Conciliorum, Sanctorum Patrum, præſertim ſancti Antonini, & aliorũ Authorum ibidem in particulari relatorum.

Declarantur pariter verba D. Thomæ dicentis *Canonizationem medium tenere, inter illa determinata à Pontifice Romano, in quibus nullatenus errare poteſt*, & illa alia, quæ particularia facta reſpiciunt, in quibus errare poteſt.

Explicatur etiam quomodo commune iudicium Eccleſiæ, nequeat dici erroneum, declarando quamplura alia de mente D. Thomæ circa infallibilitatem iudicij Pontificis Romani, in actu ſolemnis Canonizationis Seruorum Dei.

In Appendic. agitur.

DE virtutibus heroicis in Canonizandis neceſſarijs, deq. illarum multiplici effectu.

De differentia inter virtutes Theologicas, & morales.

De fine vltimo hominis, qui eſt Beatitudo æterna.

De fide, & obiecto eius.

De charitate maiori omni alia virtute.

De viſionibus, & reuelationibus in communi.

De modo cognoſcendi veras reuelationes à falſis.

In 5. Cap. tractatur.

DE priuilegio infallibilitatis, ſoli Pontifici Romano ex cathedra determinanti quæ ſunt fidei, vel bonorum morum, conceſſo.

De grauitate criminis illorum, qui auſu temerario negant, infallibilitatem Pontificis Romani, præſertim in actu ſolemnis canonizationis Iuſtorum.

De magno crimine illorum, qui negant certam actualem beatitudinem, & gloriam Sanctorum Canonizatorũ.

De maxima certitudine gloriæ actualis Sanctorum, iam per Eccleſiam Albo diuorum adſcriptorum.

De graui errore eorum, qui audent negare ſanctitatem Iuſtorum canonizatorum.

De multiplici qualificatione prolatæ propoſitionis, qua negatur ſanctitas, vel gloria ſanctorũ iam per eccleſiam canonizatorum.

Quomodo de fide ſit gloria, ſanctitas, & veneratio iuſtorum, iam ſolemni ritu per Eccleſiam canonizatorum.

Quid decernatur à Pontifice Romano, in actu ſolemis canonizationis de iuſto, vel iuſtis canonizatis.

Explicantur aliquæ dictiones, ſeu verba poſita in Bullis canonizationis quorundam ſanctorum.

Quare dies mortis ſanctorum, dicatur eius Natalis.

Quomodo qui negant certitudinem gloriæ ſanctorum, cum hæreticis cõueniant.

De cauſa hæreſum multa dicuntur.

In Appendic. tractatur.

DE prouidentia diuina.

De diſcrimine inter prouidere, & gubernare.

De vir-

De virtute perſeuerantiæ.
De differentia inter augmentum gratiæ, & perſeuerantiæ.
De gratia vt ordinata ad beatitudinem æternam.
De feſtiuitatibus Sanctorum, à fidelibus colendis.
De ceſſatione ab opere ſeruili in die feſto.

In 6. Cap. agitur.

DE multiplici gradu certitudinis eorum, quæ ſunt de fide.
De punitione eorum qui obloquuntur de ſanctis per Eccleſiam iam Canonizatis.
Horum Iuſtorum vera ſanctitas, nequit in diſcrimine.
De punitione illorum, qui irreuerenter ſe gerũt circa ſepulchra, vel reliquias Sanctorum.
De cura, & honore, quibus ſepeliendi ſunt famuli Dei.
Quomodo omnes teneãtur credere ſeruata fuiſſe omnia, & ſingula, quæ ſeruari debent ſecundum Canones, ante Iuſtorum Canonizationem.
De Cæmiterijs, & Cathecumbis Almæ Vrbis.
De cauſa venerationis reliquiarum famulorum Dei.
De Cardinali Caietano Ord. Præd. verè connumerando inter illos Doctores, aſſerentes, *Papam non poſſe errare in Sanctorum Canonizatione.*

In Appendice tractatur.

QVomodo Sanctitas virorum Dei per antiqua, ſeu antiquiſſima ſcripta probari poſſit.
De nonnullis ſignis indicatiuis ſanctitatis virorum Dei, vt puta de Incineratione Corporis, de odore, & liquore ac alijs ſimilibus.
De prauitate, & grauitate mẽdacij, ſemper euitandi.
De dono linguarum collato Apoſtolis, de quo latius Cap. 9.

In 7. Capite adducuntur.

REſponſiones ad quamplura argumenta, cõtra concluſiones 5. Cap. propoſita.
Pariter quoq. recta interpretatio verborum quorundam Doctorum.
Recenſentur etiam, quænam requirantur neceſſario in Sanctorum Canonizationem.

In Append. agitur.

DE virtute humilitatis.
Fortitudinis.
Iuſtitiæ.
Prudentiæ, & aliarum, quæ neceſſariò requiruntur in Canonizandis.

In 8. Cap. Copioſe tractatur.

DE ſignis, prodigijs, portentis, & veris miraculis in communi.
De neceſſario requiſitis ad vera miracula.
De poteſtate faciendi vera miracula, ſoli Deo propria.
De Martyrio, & Martyribus.
De veritate miraculorum Chriſti, & Apoſtolorum.
De neceſſitate miraculorum, eorum qui ſunt canonizandi.
Quomodo miracula Sanctorum probari poſſint, præſertim ad effectum canonizationis.

In Append. explicatur.

QVis, qualisuè dicatur Cathalogus Sanctorum.
Et pariter conſuetudo Romanorum Pontif. circa conceſſiunem feſtiuitatis, ante illorum canonizationem.
Ac etiam tempus determinatũ quo eccleſia Romana cæpit ritu ſolemni Sanctos Canonizare.

De-

Deniq; refertur Index valde copioſus in quo recenſentur ſecundum ordinem Alphabeti nomina Sanctorũ in particulari, quos Eccleſia Romana ritu ſolemni,atq;publico,vſq;ad hæc tempora Canonizauit, cum nõnullis animaduerſionibus sũmopere exoptatis.

In Cap. 9. continentur.

QVamplures conſiderationes neceſſariæ, pro exacta dilucidatione multorũ, de quibus agitur in præcedentibus Cap.huius Elucidarij,prout latius in Summario eiuſdem noni Cap.

ANIMADVERSIO GENERALIS.

HÆc neceſſaria animaduerſio, duo complectitur puncta; In primo enim expenditur non ſolum vtilitas, verùm & maxima neceſſitas omniũ, & ſingulorum de quibus agitur in Cap. & Appendic. huius Elucidarij. In ſecũdo verò adducitur diffinitio, ſeu deſcriptio Canonizat. Iuſtorum; ne aũt eadẽ ſim coactus ſæpius repetere, libuit hæc duo tanquam fundamenta dicendorũ alijs præmittere.

Punctum Primum.

SIngula quidem contententa in Cap. Append ritè conſiderata, quamuis aliquibus,fortè videantur inter ſe aliqualiter diuerſa, relata nihilominus ad finem cõmunem, & principaliter intentum in toto hoc opere, remota omni dubitatione etiam apparẽti, inter ſe magnam habent cõnexionem, ligamen,vnitatem,atq; neceſſitatem. Cuncta ſanè ordinantur ad exactam, perfectamq. enodationem certitudinis *Gloriæ SS. Canonizat.* & pariter ad dilucidationem eorum quæ pertinent ad multiplicem cultum,& honorem debitũ famulis Dei. iam beatificatis vel canonizatis, ad virtutes quoq;heroicas, quibus ornati eſſe debent canonizandi, ad patrationẽ miraculorum, & ad eximiam Summi Pontif. Romani, Capitis vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ poteſtatem, cuius proprium munus eſt, priuatiuè quo ad alios,ſeruatis ſeruandis,Iuſtos in Album Sanctorũ redigere, vt copioſius explicauit P. Virgilius Cæparius venerabilis Soc.Ieſu,in iudicio ab eo edito,circa cõtenta in hoc Elucidario, quod iudicium ſuperius ad extenſum relatum eſt, inter alias huius Operis approbationes.

Punctum Secundum.

NOmen quidem, *Canonizatio*, quo modò Regulariter vtuntur Theologi, & Canoniſtæ, originem trahit à verbo græco *Canon*, quod Latinè *regulã* ſignificat,vt obſeruat inter alios *Iſidorus Hiſpalenſis lib.6.Orig.c.16.& refertur lib.Decret.d.3.cap. Canon.* vbi habetur *Canon Græcè, Latinè regula nuncupatur. Regula autem dicta,quòd rectè ducat,nec aliquando aliorſum trahat. Alij dixerunt regulam nuncupari; eo quod regat,ſeu normam rectè viuẽdi prabeat,vel quod diſtortum, prauumq́; corrigat. Caſtrenſ. conſ.387. Calderin. conſ.16.circa fin.* ideò ſtatuta SS.Patrũ Canones nuncupantur *c.1.de Conſtit.* Hoc ſanè nomen *regula*, ſeu *Canon*, per ſimilitudinem, & tranſlationem trahi poteſt ad artes,ſcientias,diſciplinas, & ad id generis ſimilia:vel vt docet *Beda Cõment.8.in Boet.de Trin.regula* dicitur à regendo, eo quod nos regat, docendo quid euitare, quiduè agere,vel ꝓſequi debeamus: Ideò dicebat *S.Hiero.ad Galat.c.6.ad normã omnia dirigũtur, & vtrũ praua,rectauè ſint,cũ regula appoſita fuerit arguũtur.* Idem igitur erit *canonizare,ſeu canonizatio,quod regulare,vel ad regulam expẽ-*

de-

Digitized by Google

dere,ſeu diligenter examinare ſanctitatem vitæ, & patrationē miraculorum alicuius viri Dei,iam vita functi.

Verbum autem, *Sanctū*, ommiſſis, quæ dicuntur à *Martiano de rerum diuiſione, à Tito Liuio lib.* 1. & 3. & *à Plinio lib.* 22. *c.* 2. deriuationem, ſeu originem habere dicitur,à *Sancio Sancis*,cuius præteritū, & ſupinum eſt ſanciui,ſancitum,& ſanxi,*ſanctum*: Vnde tam participiū, quam adiectiuum nomen formatur, *Sanctus, Sancta,Sanctum*:quod equidem ſignificat *ſancire,ſtabilire, & firmare:* Quamobrem idem erit *Sanctum, quod firmum, & ſtabile*.

Dicitur autem *ſancio* à ſanguine hoſtiarū, quas mactabant gentiles, quando fœdera confirmare, & ſtabilire volebant, vt latè refert *Titus Liuius lib.* 1. *ab Vrbe condita.* & *Virg.lib.*8. *Aeneid.*Qui ritus, non ſolū apud profanos,ſed etiam apud hæbreos ſacer habebatur; vt colligitur *ex illo* Exodi *c.* 24. vbi Moyſes cū legem à Deo accepiſſet populo tradēdam, ædificauit altare ad radices montis, & per manus filiorum Iſrael holocauſta, victimaſq pacificas,ac vitulos Deo immolauit.*Tulit itaq̃* (ait Scriptura) *Moyſes dimidiam partem ſanguinis,& miſit in crateras,partem aūt reſiduā fudit ſuper altare, aſſumensq̃ volumen fœderis legit audiente populo,qui dixerūt:omnia quæ loquutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes: Ille vero ſumptū ſanguinē reſperſit in populum,& ait: hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his*.

Ex authoritate multiplici ſac.Script.præſertim ex illa *Pauli ad epheſ. c.* 5. *Sanctum dicitur,quod caret macula,aut ruga peccati*,imò virtutibus condecoratum exiſtit. Nomen verò *ſanctitas*, vt inter alios ſapienter docet *S.Tho.* 2.2. *q.*81. *art.*8. *in corp.*originē trahit à verbo græco *Agyos*, ideſt, *ſine terra*; quod nomen ſignificat omnimodam munditiam,atq. firmitatē in bono;ideò diffinitur à S. *Dioniſ. c.* 12. *de Diuinis nominibus,quod ſit ab omni ſcelere, libera, perfectaq̃ ac omni ex parte incontaminata puritas*.

Hanc canoniſtæ *c.* 1. *de reliq.& ven. ſanct.* excellentiam vitæ appellant, inter quos vnus eſt *Innoc.ibid.n.*1. *Hoſt.n.*5. *verſic. hoc aūt* 2. *Io. Andr.n.*4. *Anch n.*5. *Auguſt. de Ancon.in ſum.de pot.eccl. q.*15. *art.* 2. *Caſſ.in cat.glor.mund.p.*3. *conſid.*49. *Troil. Maluet.de canoniz.* SS. *dub.* 3. *n.* 1. & *ſeq. & Iacob.Caſt.tract.de canoniz.*SS. *q.*4.

Et meritò quidē, nàm vt tradit D.Tho. vbi ſup.præſertim in reſp.*ad* 1.*arg. ſanctitas habet quandam generalitatem, ſecundum quod omnes virtutū actus per imperiū ordinat in bonū diuinum*: & in corp. eiuſd. art.maximè verò in *reſp.ad* 3.*arg.* S.*Tho.* duo principaliter tradit;primum, quod *ſanctitas ſecundū eſſentiā identificatur religioni*, quod præſertim colligit ex illo *Lucæ c.* 1. *ſeruiamus illi in ſanct. & iuſt.* in arg enim ſed cōtra, poſt relatam ſententiam de qua ſup. immediatè inquit, *ſed ſeruire Deo pertinet ad religionem, vt ſup.habitū eſt,*(*hoc eſt ar.* 1. *ad.* 3. & *ar.* 3. *ad* 2. *eiuſdem.q.*81.), *ergo religio eſt idem ſanctitati*.hæc ille. Secundum eſt.quod *ſanctitas differt à religione non re, ſed ratione tantū, nam ſanctitas ad plura ſe extendit, quàm religio*: quam differentiam explicat *Caiet.in comm.ad eundem art.*8. per ſequētia verba: Poſtquam enim ſermonē faciendo de ſanctitate, & religione,quatenus religio propriè importat ordinem ad Deum, & connūmeratur intèr veras virtutes morales, vt pars,quædam iuſtitiæ, dixerat, *vtraq̃ enim reddit Deo debitum cultū*,ſtatim,& immediatè addit; *ſed differentia ſecundū rationem eſt in hoc, quod religio directè reſpicit ea, quæ ſpecialiter ad diuinū cultum pertinent, vt ſunt ceremoniæ,ſacrificia,oblationes, & huiuſmodi.ſanctitas autē directè reſpicit mentem,*

tem, & mediāte mente, reſpicit alia virtutum opera, & etiam religionis opera, ita quod tàm religionis, quàm aliarum virtutum opera reſpicit ſanctitas, mediāte mente, quia vtitur illis, vt per illam mentem applicet Deo, & ſancti ſunt religioſi: addēs, *qui enim caremonijs, ſacrificijs, & huiuſmodi vacant, religioſi vocari poſſunt, ſancti autem nequaquā, niſi ſemetipſos intrinſecus per hæc Deo applicent:* quibus aliqui ſuperaddūt, quod religioſi veri, qui Deo placent; illi ſunt, qui totam vitam ſuam diuino cultui dedicarunt, & mundanis negotijs ſe abſtinent, vt Deo liberius vacent. de vera namq. ſanctimonia virorum Dei, loquens Apoſtolus *ad colloſſ.* 3. *inquit, induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, ſupportantes inuicem, & donantes vobis metipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut, & dominus donauit vobis, ita et vos: ſuper omnia autem hæc caritatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.*

Ex quibus liquido conſtat, execrabilis falſitas, quam ebrius mendacio, & ſuperbia euomit Io. Vuicleff dum auſu temerario, atq. hæretico dixit: Religiones introductas fuiſſe à diabolo; ex eo enim quod Religio vera ſanctitati identificatur, quę alias virtutes complectitur modo explicato, neceſſaria conſequentia deducitur; ergò omnis religio à Deo ſanctitatis authore & amatore introducta eſt, & Diabolo maximè odibilis, tanquam perpetuo hoſti veræ ſanctitatis.

Canonizatio igitur ſignificat publicum Eccleſiæ catholicæ teſtimonium, ad præſcriptum ſacrorum canonum, editum à Summo Pontifice Romano de vera, & certa ſanctitate; atq; indubitata gloria famuli, ſeu famulorum Dei, iam defunctorum, qui cathalogo SS. iuxta eorum ordinem inſcribuntur; Hoc namq; definitio ſolemnis, atq. publica Pontificis Romani iure merito appellatur, qua hic, vel ille ſanctus ſit ab omnibus adorandus, & publico cultu venerandus, *ex Bullis canonizationis quorundā ſanctorum in ſpecie relatis c. 2. huius elucidarij, præſertim n. 43. & ſeq.* Ita quoque tradunt *Innoc. & Io. Andr. c. 1. de reliq. & ven. SS. Gloſa in c. vnico eod. tit. in 6. Silueſter verbo canonizatio. Ang. eod. verb. canoniz. Tabiena eod. verbo*, vbi aſſerit id deſumpſiſſe ex Panorm. *& Inn. cap. 1. de reliq & ven.* SS. idem expreſſis verbis tradit *Io. Viguerius in ſuis inſt. tit. de virtute fidei c. de canoniz. ſanct. ad exordium. &* S. *Ant. 3. p. ſuæ ſum. tit. 21. c. 5.* quod inſcribitur *de poteſt. Papæ, quæ eſt maior omni poteſtate creata §. de canoniz. SS. fienda, &* Card. *Bellarm. tom. 2. controu. lib. 1. de beatit. & canoniz. ſanct. c. 7. ad exordiū. Iacobus.* Caſtell. *tract. de ſanct. canoniz. p. 1. Virg.* Cep. *lib. 1. c. 1. de ſanct. canoniz.* Cardi Tuſcus *pract. concluſ. lit.* C. *verbo canonizatio n. 2.* vbi ad idem citat *Abbatem de reliq. & ven. ſanct. c. 1. num 5. Io. Andr. ibidem, & Zabarell. in 3. q. nu. 1. Alberic. de Roſate in mag. Dictionario iuris lit.* C. Deniq. *Io. Franc. de Pauinis in relatione canoniz. S. Bonau. ad. exord.* (quod etiam vidi apprubatum, & confirmatū in omnibus ferè relationibus ſanct. canoniz. vſq. ad hęc tempora noſtra,) Pōtif. Rom. factas; *canonizare* (inquit) *ſanctos, eſt per Pontificem Rom. canonicè, & regulariter, publicè, & ſolemniter declarare, deffinire, pronunciare, atq; ſtatuere, quod aliquis iam depoſito carnis onere, ab omnibus honoretur vt ſanctus, pro eo, tanquam de ſancto certa die fiat vbiq; ſolemne officium, ſicuti fit ab eccleſiis pro alijs ſanctis, qui ſunt eiuſdem ordinis*, vt puta martyris, confeſſoris, virginis, vel ſanct. mulierum, *eumquè tanquam ſanctum in cathalogo, ſanctorum aſcribere.* Quod totum fatetur collegiſſe ex *Innocentio, Io. Andr. & alijs de reliq. & venerat. Sanct.*

SOLI

Digitized by Google

Soli Deo honor, & gloria.

ELVCIDARIVM THEOLOGICVM DE CERTITVDINE GLORIAE SANCTORVM CANONIZATORVM.

SVMMA PRIMI CAPITIS.

1 Ex *oraculis ſacræ Scripturæ, ſanctorumq; Patrum, copioſè explicatur ſignificatio nominis* Eccleſiæ militantis.

2 *Quæ* Ecclesia *militans vocari debet Catholica; per quod nomen* Catholicum, *distinguitur* Ecclesia *Chriſti ab alijs Satanæ Synagogis, quemadmodum vera fides ab hæreſi ſeparatur.*

3 *Vincentius Lirinensis inter alios egregiè manifeſtat, quid sit* Catholicum *eſſe; quodq; ſola Chriſti Fides Catholica dici poſsit, ac debeat.*

4 Etsi *vtraq; vox* Synagoga, *&* Eccleſia, *sit Græca, differentia tamen magna reperitur inter significationem vnius, & alterius vocis: nam in proprietate Sermonis formalis, Synagoga dicitur* Congregata, Ecclesia *autem* vocata.

5 *Fide* Catholica, *communione Sacramentorum, & ſubiectione ad ſummum Pontificem Romanum* Chriſti *Vicarium in terris, homines dicuntur, & ſunt membra* Ecclesiæ *militantis actualia: qua occasione adducuntur multa de Gratia* Chriſti, *qui eſt caput hominum, & Angelorum.*

6 *Idem latius explicatur, fitq; ſatis ad argumentum eorum, quid dicũt ſolam fidem efficere homines viuentes, membra* Ec*clesiæ militãtis, à qua merito excluduntur infideles, hæretici, ſchiſmatici, & apoſtatæ, qui foris eſſe dicuntur, ac innodati excommunicatione maiori latæ ſententiæ.*

7 *Soluuntur nonnulla argumenta, præſertim hæreticorum, contra ſuperius ſtatutas, & demonſtratas veritates, explicando in particulari verum ſenſum illius aſſerti, quomodo iuſti, & perfecti fideles, tantum pertineant ad* Ecclesiam *militantem, tamquam membra ipsius, manente ſemper vna, & eadem* Ecclesia *bonorum, & malorum fidelium.*

8 Ex *doctrina præſertim Angelici Doctoris explicatur, quomodo infideles, dum adhuc viuunt, dici, vel non dici poſsint pertinere ad* Ecclesiam *militantem in potentia.*

9 Ecclesia *militans appellatur corpus myſticum, siue figuratiuum, propter similitudinem ad corpus naturale hominis.*

10 *Quomodo vero in corpore myſtico* Ecclesiæ

Digitized by Google

inueniantur figuratè tamen; ſingula membra, ſiue munera membrorum corporis humani; probant inter alios Cardinalis Turrecremata, Caietanus, & alij locis ibidem in particulari adductis.

11 *Nequaquam dignitas maieſtatis Eccleſiæ læditur in minimo; ſed potius magis illuſtratur, propter hæreticos ab illa diſcedentes.*

12 *Chriſtus ſaluator Mundi fundauit, atque erexit Eccleſiam militantem, dum adhuc nobiſcum conuerſaretur: cuius eſt quoque adhuc caput myſticum.*

13 *Imperium, ſiue Regimen Ecclſiæ, conſtituit Chriſtus Monarchicum, duraturum vſque ad conſummationem ſæculi in ſuos Vicarios, & Petri legitimos ſucceſſores, Pontifices Romanos.*

14 *Quare ſancti Patres Eccleſiā militantem, naui atque domui ſimilem eſſe dixerūt.*

15 *Demonſtratur regimen Monarchicum Eccleſiæ militantis, etiam teſtimonio hæreticorum.*

16 *Præſtantia regiminis, Monarchici, eſt non ab hominibus; ſed à Deo.*

17 *Nō obſtat ad vnitatem* Eccleſiæ, *quod Monarchia* Eccleſiæ *actu habeat caput inuiſibile Chrſtum, ſimulq; viſibile, Romanum Pontificem, pro tempore exiſtentem.*

18 *Regitur Eccleſia interno, atque externo regimine; quod declaralatur teſtimonijs ſacræ Scripturæ, & Patrum.*

19 *Eccleſia Chriſti militans ab eodem Redemptore fundata, atque conſtructa fuit, antequam cælos aſcenderet; contra hæreticos, & Nouatores.*

20 *Quæ paruula fuit in oculis hominum in ſuo exordio, licet dilatata, & propagata extiterit per Apoſtolos.*

21 *A Chriſto Domino inſtituta fuere omnia ſeptem Sacracramenta Eccleſiæ, ante tempus ſuæ Aſcenſionis ad Cælum.*

22 *Quorum Sacramentorum inſtitutio meritò decernitur de fide in Concilio Tridentino; circa quas veritates repelluntur figmenta hæreticorum, præſertim Spalatenſis.*

23 *Eccleſia Chriſti militans dicitur Sponſa eiuſdem Chriſti; poſt Synagogam quidem vocata, ſed ante Synagogam promiſſa.*

24 *Validiſsimis argumētis demōſtratur, quòd in* Eccleſia *militante, vera fides, atque Religio ſemper immaculata permāſerit, & vſque ad finem mundi permaebit.*

25 *Vna dicitur* Eccleſia *Chriſti, præſertim vnitate Fidei, & capitis.*

26 *Pro cuius fide decertarunt viri atque mulieres; vſque ad ſanguinis effuſionem.*

27 Eadem Eccleſia *Ramana eſt* Ciuitas *illa Sancta, quam vidit Ioann. Apocal. 22.*

28 *Quæ* Eccleſia *Romana meritò* Primatum *tenet inter omnes* Eccleſias *totius Orbis.*

29 *Dicitur Regnum, de cuius capite interpretantur ſancti Patres verba Danielis, cap. 7.*

30 Eccleſia *enim inter hoſtes, & perſecutores creuit, & aucta eſt.*

31 *Hanc* Eccleſiam *ſanctam Romanam adeò Deus poſuit in manifeſto, vt nulla pars illius lateat.*

32 *Ideò contra hoſtes ſuos & hæreticos, quaſi Caſtrorum acies ordinata dicitur.*

33 *In hac* Eccleſia *Romana, & Apoſtolica, & in ipſius capite Romano Pōtifice, viget ſuprema authoritas, & poteſtas ampliſſima Beatificandi iuſtos, ac illos canonizandi priuatiuè quoad alios.*

34 *Nec requiritur neceſſario toties quoties ſpecialis, & expreſſa Dei reuelatio, vt aliquem Iuſtorum albo Sanctorum deſcribat.*

35 *Animaduertendum eſt tamen quoſdā impios malitiosè ab hæreticis fuiſſe appoſitos in aliquibus Martyrologijs.*

36 Explicatur *quomodo Epiſcopi poſſint ordinare vt Populi venerentur pro Sancto aliquem.*

37 *Poteſt* Epiſcopus *in ſua Diœceſi ordinare celebrationem feſti illius, ſiue illorum, qui*

ſunt

Digitized by Google

ſunt ritè Canonizati per Eccleſiam Romanam, de quo latius etiam inferius in hoc cap. nu. 65.

38 Poteſtatem in Eccleſia Sanctos Canonizandi, demõſtrat inter alia antiqua traditio, & conſuetudo Eccleſiæ, fundata in ſacra Scriptura.

39 Facultas Sanctos Canonizandi, propter ſui eminentiam meritò reſeruatur ſummo Pontifici Romano tantum.

40 Sanctorum Canonizatio potius pertinet ad poteſtatem Iuriſdictionis Papalis, quàm Ordinis.

41 Negotium Canonizationis matura deliberatione, & longo temporum interuallo differendum eſt.

42 Reſpondetur ad argumentum eorum qui contendunt probare, Canonizationes debere eſſe faciles, ac frequentes; oſtendendo contrarium.

43 Vſum canonizandi Sanctos recipit Eccleſia ex traditione Apoſtolorum.

44 Manifeſta hæreſis eſt, negare poteſtatem in Eccleſia, vel in ſummo Pontifice Romano, Beatificandi ſiue Canonizandi Iuſtos.

45 Adducuntur animaduerſiones optimè fundatæ in Doctrina Conciliorum, & ſanctorum Patrum contra errores Armenonorum, & Græcorum, circa actualem Beatitudinem Sanctorum ante iudicium vniuerſale.

46 Quam actualem Iuſtorum, Sanctorumq́ beatitudinem, & gloriam determinauit de fide Benedictus XII.

47 Neque contrarium vnquam determinauit Ioann. XXII. cuius litterarum proteſtatiuarum exemplar per extenſum adducitur.

48 Reſpondetur ad argumentum in cõtrarium Alphonſi de Caſtro.

49 Vindicatur S. Bernardus contra quoſdam non rectè aſſerentes, quòd ipſe tenuerit opinionem contra actualem gloriam Sanctorum ante Iudicij diem.

50 Aſsignatur ratio ex D. Thoma, quare differatur gloria corporum Iuſtorum poſt Iudicium vniuerſale.

51 Explicantur nomina poſita in titulo iſtius Elucidarij, diſſerendo multa de certitudine.

52 Declaratur nomen Sancti, & Sanctitatis.

53 Differunt Beati inter ſe, circa gloriam eſſentialem, pro meritorum diuerſitate.

54 Adducitur ratio: Quare vnus Sanctorum laudetur præſertim circa aliquam ſpecialem virtutem, etſi alias etiam habuerit virtutes.

55 Explicatur ſecundum Doctrinam Theologorum, & Canoniſtarum; quid ſit verè aliquem Iuſtorum Canonizare.

56 Aſsignantur in particulari cultus qui à fidelibus exhibendi ſunt Sanctis iam Canonizatis per Eccleſiam Romanam.

57 De fide reputatur, quòd fideles habita notitia Canonizationis Sanctorum, teneantur illos, ſaltem in præparatione animi, publicè honorare, & venerari.

58 Cultus Sanctis exhibendus ordinatur nedũ ad Dei Gloriam, & honorem, ſed ad bonum commune totius Eccleſiæ militantis.

59 Neceſſariæ ſunt, ita Deo volente, orationes Sanctorum ad ſalutem fidelium.

60 Oſtenditur ex Doctrina D. Thomæ. quare inferiores, & minores Sancti, ſint à nobis inuocandi.

61 Manifeſtatur per quid potiſsimè aliquis efficiatur dignus, vt orationes factæ pro illo à Sanctis, à Deo benigne exaudiantur.

62 Ex authoritate ſancti Patris Auguſtini demonſtratur; quomodo orationes Sanctorum proſint prædeſtinatis; & quomodo ſuffragia iuuamen præſtent animabus in Purgatorio exiſtentibus.

63 Oſtenditur peruetuſtum eſſe in Eccleſia catholica, vt nullus Iuſtorum, neque etiam Martyr, abſque aliqua præuia diſcuſſione, & approbatione, inter Sanctos ſit referendus.

64 *Hæretici occulti, abſolutè loquendo, nequeũt dici membra actualia Eccleſiæ ſanctæ Dei.*

65 *Non licet celebrare feſtum, siue Diuinum perſoluere Officium in honorem eorũ omnium famulorum Dei, qui ſunt in Martyrologio Romano, cum non sint omnes canonizati, neque aliqui eorum Beatificati per Eccleſiam Romanam; & si alij sint beatificati, non tamen vniuerſaliter; ſed pro aliqua Ciuitate, Religione, siue Regno tantum.*

66 *De celebratione feſtorum Sanctorum Patrum veteris Teſtamenti diſſeritur.*

CAPVT I.

De præſtanti Maieſtate, & excellenti Dignitate, atque ſublimi poteſtate Eccleſiæ Romanæ ſuper omnes alias Eccleſias totius Orbis, præſertim in ordine ad Iuſtorum beatificationem, ſiue canonizationẽ: & de Terminorum, ſiue nominum inſcriptionis Elucidarij huius Theologici explicatione.

Punctum Primum.

De qualitatibus, ac proprietatibus Eccleſiæ.

1 §. 1. ANTEQVAM fundamẽta dicendorum in hac graui, ac perutili materia diſtinctè in medium proferam, quod in tertio Capite, Deo votis aſpirante, præſtabo; ne per ambigua vagari, aut errare cogatur Lector, præterire non potui, quin prius in hoc, & ſequenti capite nonnulla præludia adducerem, quæ iudicio ſapientum, necdum videntur, ſed in veritate sũt neceſſaria ad exactam, & perfectam explicationem materię, ſiue ſubiecti, de quo agitur. Quę pręludia pro maiori parte, fidei dogmata in ſe recondunt. Et inter hęc illud, primum locum cõmuni eruditorum ſententia ſibi vendicat, in quo continetur, quid nominis *Eccleſiæ militantis*; vt quid ſit illud, de quo diſſeritur, ad initium huius primi capitis rectius explanetur.

§. 2. Ne autem circa multitudinem, ſiue varietatem expoſitionum vagus, & ſuperfluus exiſtimer; odioſa prolixitate relicta, perſpicua methodo, ſolidaquè compendioſitate dicam.

§. 3. Nomine, ſiue vocabulo Eccleſiæ Catholicæ militantis, quæ iuxta placitum Apoſtoli, per totum mundum conſtituta, potenter militat aduerſus poteſtates, & Principatus tenebrarum harum; quæuè palmites ſuos à mari vſque ad mare, in omneſque fines terræ, nec non & in tempora quælibet extendit; quæ meritò Pſal. 21. Eccleſia magna appellatur: omnium Theologorum, & Doctorum Catholicorum cõſenſu, formaliter loquendo, significatur Collectio ad fidem conuocata, ſiue Communitas, vel Cœtus vocatorum ratione viuentium quorumcumque, prædeſtinatorum, ſiue non; dummodo tamen Catholicam, & ortodoxam fidem, ſaluberrimamquè veritatem, ab Apoſtolis iam Spiritu ſancto repletis, linguis omnium loquentibus, de mandato Chriſti Saluatoris Domini noſtri, eorum prædicatione toto orbe terrarum diffuſam, miraculiſquè comprobatam, integram cuſtodiat; ſine qua ſalus eſſe non poteſt, ex Symbolo ſancti Athanaſij, ex doctrina pariter, & vnanimi teſtimoniò Conciliorum, ſanctorumque Patrum.

Hinc eſt, quòd Apoſtoli, præſertim Scriptores Euangeliorum, ſiue Epiſtolarum, in illis frequenter ſeipſos, & Chriſti fideles, membra Eccleſiæ militantis appellant vocatos. Inſuper hoc

nomen

Digitized by Google

nomen *Eccleſia*, ſimpliciter, & abſolutè prolatum, ſignificat *Eccleſiam militantem*, à Redemptore noſtro fundatam, ixta illud Dauidis Pſal. 86. *Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſsimus*, ideſt Chriſtus filius Altiſſimi; ita communiter omnes. Etſi cum aliquo addito poſſit aliquando in bonum, aliquando in malum ſenſum accipi, quemadmodum Pſal. 25. dicitur *Eccleſia malignantium*, & Pſal. 88. *Eccleſia Sanctorum*.

2 §. 1. Porro militans Eccleſia, rectè vocatur *Catholica* ex ſimbolo Apoſtolorum: nomē quidem, Catholicum, ſemper, & apud omnes diſtinxit Eccleſiam Chriſti ab omnibus Satanæ Synagogis, ac etiam veram fidem diuiſit ab hæreſi. Ita tradit inter quamplures Cyrillus Hieroſolimitanus *catheſ.* 18. *&* 19. Auguſtin. *epiſtola fundamenti, & cap.* 4. & *lib.* 1. *de vera Religione cap.* 7. Optatus *lib.* 2. *contra Parmenianum*. Tertull. *de præſcript. cap.* 3. & clarius idem tradidit S. Pacianus Epiſcopus Barchinonenſis *ep.* 1. *contra Parmenianum*, vbi poſtquam dixit, atque probauit nomen Catholicum nequaquam ab hominibus mutuatumq; eſſe, (vt falsò aſſerebant aliqui hæretici) ſed miſſum è cælo, quod per tot tantaq; ſæcula non cecidit; tandem loquens in perſona vniuſcuiuſque veri Catholici concludit: *Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus verò cognomen, quod non ſine cauſa inter tàm multas hæreſes ſola obtinuit Eccleſia*, hoc eſt Romana.

§. 2. Quod agnoſcentes Sectarij, præſertim in Anglia, antiquos errores refricantes, armati conſuetis hæreticorum fallacijs, diſtinguere tentarunt inter Eccleſiam Catholicam, & Romanam; contrà quorum errores directè extat doctrina, quam ſcripſit inter alios S. P. Auguſtinus *de vera relig. cap.* 7. vbi loquens verè Catholicis, ac membris Eccleſiæ Romanæ inquit, *Tenenda eſt nobis Chriſtiana Religio, quæ Catholica eſt, & Catholica nominatur, nec dum à ſuis, verumetiam ab hoſtibus eius*. & *epiſtola* 170. *ad Seuerinum* de Eadem Eccleſia Romana clarius ſcribit, *Ipſa eſt Eccleſia Catholica; quæ toto terrarum Orbe diffunditur*; ſubdens, *Hanc ignorare nulli licet; ideò ſecundum verbum Domini noſtri, abſcondi non poteſt*.

§. 3. Alia quamplura Conciliorum loca, ſanctorumque Patrum teſtimonia ad idem, poſt ea quæ largiter adducuntur à Turrecremata de Eccleſia. à Caietano de authoritate Papæ, & Concilij, à Sandero de Monarchia Eccleſiaſtica, à Cardinali Bellarmino de notis Eccleſiæ, fideliter referuntur in præludio 9. ad Sūmam Conciliorum nouiſſimè editam eruditiſſimi viri Franciſci Coriolani, præclariſſimi Inſtituti Capuccinorum.

§. 4. Hinc eſt, quod mendax, proteruus, ac infelix ille Lutherus, conatus eſt corrumpere articulū illum Symboli Apoſtolorum, ac Nicæni, *Credo vnum ſanctam* Catholicam, *& Apoſtolicam Eccleſiam*; ponendo loco Eccleſiæ Catholicæ Eccleſiam *Chriſtianam*, ſuos Diabolicos conatus dirigens vna cum venenatis patris mendacij, qui mendax eſt ab initio, & in veritate non ſtetit; vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos: quod egit, & agit continuo Diabolus, iuxta illud S. Cypriani lib. de vnitate Eccleſiæ cap. 2. *Videns*, inquit, *Diabolus credentium populum mirabiliter augeri, deſtructa iam idololatria, excogitauit nouam fraudem, vt ſimplices deciperet; hæreſes inuenit, & ſchiſmata, quibus fidem ſubuerteret, ac veritatem corrumperet, ſcinderetque vnitatem; & quos detinere non valet in via veteris cæcitatis, circumſcribit, & decipit noui itineris errore*. Quem imitans proteruus Lutherus, laborauit, & ipſe confundere nomen hoc, *Catholica Eccleſia*, cum illo

altero *Chriſtiana*, vti videre eſt in cathechiſmo ab ipſo edito, falſitatibus, ac blaſphemijs repleto. Ratio huius corruptionis ea eſt, quam colligit ex authoritatibus Conciliorum, & antiquorum Patrum, quamque expreſſit Cardinalis Baronius *tom.* 1. *Annal. ad annum Chriſti* 45. §. *Vna igitur*, dum inquit: *Antiquo vſu receptum eſt, tam apud noſtros, quàm apud exteros, has voces* Romanus, *&* Catholicus, *abſque diſtinctione vſurpari pro eodem; ita vt idem ſit in rei veritate*, Romanus *dicere*, quod *Catholicus*, quod probat etiam teſtimonio hoſtium Romanæ Eccleſiæ, & præſertim Hæreticorum.

3
§. 1. Diſcat mendaciſſimus Lutherus à Vincentio Lirinenſi in Scripturis ſacris docto, & notitia Eccleſiaſticorum dogmatum egregiè inſtructo, qui paulò poſt tempora ſancti Auguſtini floruit, quid ſit Catholicum eſſe; qui opuſculo illo paruo mole, ſed virtute maximo, (vt aſſerit Card. Bellarm. de Scriptoribus Eccleſiaſticis ad annũ 440.) de profan. vocum nouit. cap. 3. *In ipſa Catholica Eccleſia*, inquit, *magnopere curandum eſt, vt id teneamus, quod vbique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt; hoc eſt enim verè, proprieq; Catholicum, quod ipſa vis, ratioq; nominis declarat; quæ omnia verè, vniuerſaliterq; comprehendit. Sed hoc ita demũm fit, ſi ſequamur vniuerſitatem, antiquitatem, & conſenſionem: ſequemur autem vniuerſitatem hoc modo, ſi hanc vnam fidem veram eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Eccleſia. Antiquitatem verò ita, ſi ab his nullatenus ſenſibus recedamus, quos Sanctos maiores, ac Patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt. Conſenſionem quoque itidem, ſi in ipſa vetuſtate, omnium, vel certè penè Sacerdotum pariter, ac Magiſtrorum diffinitiones, ſententiaſque ſectemur*. hæc ille.

4
§. 1. Rabanus verò *ſuper Matth.* Ioannes Cardinalis Turrecremata *lib.* 1. *de Eccleſia cap.* 1. Melchior Cano Epiſcopus Canarienſis *de locis Theologicis lib.* 4. *c.* 2. Siluestr, & Tabiena *in ſua Sũma, verbo, ſiue titulo* Eccleſia 1. *num.* 1. & Cardinalis Bellarminus *de Eccleſia militãte lib.* 3. *cap.* 2. animaduertunt duo, conſideratione quidem digna.

Primum eſt, quamuis *Synagoga*, & *Eccleſia* ſit vox Græca, differunt tamen quoad ſignificationem: in proprietate enim ſermonis formalis Synagoga dicitur *Congregata*, Eccleſia autem *vocata*. Nam Synagoga Græcè *Συναγωγὴ ἀπὸ τοῦ Συνάγω*, quod verbum propriè ſignificat *congregata cum aliquo imperio*, ſiuè *coactione*. Vnde Alexan. Aphrod. *lib.* 1. *probl.* vtitur hac voce ad exprimendam militũ ad bellum coactionem, *ἐν συναγωγῇ τοῦ πολέμου*, ideſt, *in cogendo bello*. Eccleſia autem in Græco *Ἐκκλησία ἐκ τοῦ καλέω*, quod *congregare*, non ita communiter, ſed *vocare ad cœtum*, *Concionem*, ſeu *Comitia* ſignificat. Quapropter nullus Author probatus appellat cœtum fidelium Synagogam: ſed in hoc imitamur Apoſtolos, eorumque ſucceſſores, qui vniuerſitatem fidelium ſemper nũcuparunt Eccleſiam. Hinc eſt, quod inter quamplures damnatos hæreticos in Concilio Conſtantienſi, ille Hus fuit, qui falsò, & contra omnem veritatis rationem, auſus eſt appellare Eccleſiam Romanam, *Synagogam Satanæ*:

§. 2. Secundum, ponderatione dignum illud eſt: tametſi eadem ſit quoad eſſentiam Eccleſia veteris, & noui Teſtamenti; ſtatus tamen Eccleſiæ Catholicæ Romanæ eſt longe excellẽtior. quicquid enim Synagoga per legem de manu Domini ſuſceperat, illud, multoque plus, atque excellentius à Chriſto, Eccleſia, cuius ſponſa eſt, per gratiam recepit, ac in melius commutata eſt: nam ſub

Digitized by Google

ſub Euangelio tanquam arena maris in omnes gentes multiplicata eſt Eccleſia, iuxta Zachariæ vaticinium, *Ponam Hieruſalem in omnibus gentibus*; nō eſt enim diſtinctio Iudæi, & Græci, cum non ſit acceptio perſonarum apud Deum; ſed in omni gente, & loco, qui timet Deum acceptus eſt illi. Ideoquè eorum nomina meritò diſtincta eſſe dicũtur. Quam differentiam luculentiſſimè explicauit S. P. Auguſtinus *ad Pſalm.* 81. & Iſidor. *lib.* 8. *etymol. cap.* 8. quorum placita copioſè referuntur à Turreoremata, *vbi ſupra, cap.* 1. §. *vnde B. Auguſtinus*. vbi inter quamplura tradunt, vt notetur infidelitas Iudæorum, quod dicta eſt eorum *Synagoga*, ſcilicet *Congregatio*, quaſi pecorum, & indiſcretorum: ζυναγωγὴ enim *collectionem* quamlibet ſignificat etiam irrationabilium, lapidum, ſeu alterius rei, puta ϛυναγωγὴ τȣ γάλακτος, *Coactio lactis* interpretatur. Vt vero fidelitas noſtra ipſo vocabulo inſinuaretur, noſtra dicta eſt, *Eccleſia*, ideſt *conuocatio*, quaſi rationabilium, & diſcretorum.

§. 3. Hinc eſt etiã quod S. Io. Chryſoſtomus *homil.* 23. *in varia loca Matth.* inter quamplura, inquit, *Fuerunt homines ante Chriſti aduentum idolatriæ paſsionibus diuerſis immundi, & irrationabiles, vbiquè ratione carentes, & quantum ad Deum ſtulti; lauati vero per baptiſmum, facti ſunt de immundis animalibus, homines Sancti*; addens, *Percepta enim verbi ratione, ſapientia Dei facti ſunt rationabiles, & prudentes; & inuenta eſt irrationabilitas eorum eſſe ſimplicitas, & ſtultitia eorum, manſuetudo.*

Punctum Secundum.

De Capite, ac membris Eccleſiæ.

1 §. 1. Fides Catholica vna cum alijs paulò inferius explicandis, homines fideles quoſcumque in hac vita mortali degentes, membra efficit Eccleſiæ militantis: quod ſæpiſſimè in ſacris Litteris habetur, dicente Gloſſa ad illa verba Apoſtoli 1. Corinth. cap. 12. *Vos eſtis corpus Chriſti*, ſcilicet *vnitate Chriſti capitis*; & ad Romanos cap. 8. ad illa verba, *Qui non habet ſpiritum Chriſti, non eſt eius*, ſcilicet, *membrum*, ait Gloſſa, *& infideliter agit*, Iſaiæ cap. 13. & 21. Idem quoque docet Sanctus Thomas Doctor Angelicus 3. *par. q.* 8. *art.* 3. *in corpore*, communiter omnes Theologi. Ideo Caietanus *ad eumdem articulum, quæſt. præcitatæ D. Thomæ, notation.* 2. poſt multa, inquit: *Primus gradus actus ineſſe gratiæ in membris Chriſti, aſsignatur fidei.*

Hinc eſt, quod Chriſtus, qui eſt caput Angelorum, & hominum, nedum vt Deus, verum vt homo, perfectiſſimus in bonis ſpiritualibus, pleniſſimè habens gratiam, & gloriam, iuxta illud Ioan. 1. ac Pauli ad Epheſ. 1. ad Heb. 1. & ad Philippen. 2. *Cõſtituit* enim illum Pater *ſuper omnem Poteſtatem, & Principatum*; in eius quidem nomine omne genu flectitur, *cæleſtium, terreſtrium, & infernorum*; ita cõmuniter omnes Theologi. Quapropter non abſque ratione, inquit Medina *ad* 3. *par. D. Thom. q.* 8. *art.* 4. *concluſ.* 2. quod aſſerentes contrarium, temerariè loquũtur: Ipſe, inquam, Chriſtus. Sagenæ miſſæ in mari ex omni genere piſcium congreganti aſſimilauit Eccleſiam, Matth. 13. vbi S. Greg. homil. ad eadem Chriſti verba, *Eccleſia*, inquit, *comparatur ſagenæ miſſæ in mari, quia nunc bonos, maloſquè communiter, quaſi permixtos piſces, fidei ſagena continet.* Et S. Auguſtinus de fide ad Petrum cap. 4. *Firmiſsimè tene, & nullatenus dubites, Aream Dei eſſe Eccleſiam Catholicam, & intra eam ad finem vſque ſæculi frumento paleas contineri, hoc eſt, bonis malos ſacramentorum communione miſceri;*

Digitized by Google

ſceri, & in omni profeſsione, ſiue monachorum, ſiue laicorum, eſſe ſimul bonos, & malos. & lib.4. de Baptiſmo contra Donat. ex doctrina S. Cypriani interpretatur, Apoſtolum Paulum per magnam domum non aliud intellexiſſe, quàm Eccleſiam, vbi ſunt boni, & mali, donec in fine mundi ſicut Area ventilata purgetur. Ideò Ioannes Driedo *lib.4. de dogmat. varijs, cap.2. par.2. §. ex ſcripturis*, poſt relatas authoritates ſacræ Scripturæ, & Patrum, inquit, *Ex Scripturis igitur manifeſtiſsimis colligitur, ſecundum quemdam ineſſendi modum etiam ſceleratos peccatores eſſe in Eccleſia Chriſti*, intellige ſemper, dummodo fidem Cathotholicam cuſtodiant.

§. 3. Ideò S.Thomas *vbi ſupra, q.8. art.3. in reſponſ. ad 2. argum.* expreſſis verbis ait, quod peccatores fideles *præcipiunt à Chriſto quemdam actum vitæ, qui eſt credere: ſicut ſi membrum mortificatum moueatur aliqualiter ab homine*, cuius eſt membrum. Sunt itaq; mali fideles mébra Eccleſiæ, ſed longè alterius rationis à bonis, & perfectis: nam iſti, vt Theologorum, præſertim Thomiſtarũ phraſi vtar, ſunt membra homogenea eodem ſpiritu, ac ſenſu viuificata, quo totum; nempè ſpiritu Chriſti, viuificoquè ipſius influxu, qui eſt per fidem viuam, atque charitatem ſinceram. Fideles igitur, quamdiu ſunt in charitate, membra dicuntur perfecta, quippe fidem viuam habentes: at peccatores, & mali fideles, charitate vacui, membra dicuntur Eccleſiæ, ſed imperfecta. Quibus vtile erit addere ſententiam Innocentij Tertij cap. ſolitæ, de maior. & obed. *Nobis*, inquit, *in B. Petro ſunt oues Chriſti commiſſæ, dicente Domino, Paſce oues meas, non diſtinguens inter has, & illas; vt alienum ſe demonſtret à ſuo ouili, qui Petrum, & Succeſſores illius Magiſtros non recognoſceret, & Paſtores*.

§.4. Permulta alia argumenta ad idem probandum, ratione, & authoritatibus optimè fundata cumulant Ioan. Driedo *de dogmat. varijs, lib.4. cap. 2.* & Cano *de locis Theolog. lib. 2. cap. 3.* Nicolaus Sanderus *lib.7. de viſibili Monarchia Eccleſiæ*. Et Cardinalis Bellarminus *de Eccleſia militante, lib. 3. cap. 2. & ſequentibus*; quorum reſolutio pendet ex dictis de mente D. Thomæ.

De ſcientia Animæ Chriſti.

§.5. Occaſione eorum, quę adducta fuerè in hoc primo cap. num. 5. §. 1. & 2. non poſſum omittere, quin explicem breuiter quæ traduntur à Theol. 3. *ſent. diſt. 3. ad initium*, præſertim à D. Thom. *3. par. quæſt. 7.* in omnibus 12. articulis illius quæſtionis, reducendo ſingula ad Concluſiones: Quarum

Prima erit, plenitudo gratiæ, propria dicitur Chriſti, qui plenè, perfectè, & totaliter habet gratiam habitualem, per quàm homo gratificatur interius, & efficitur conſors diuinæ gratiæ, nedum quantum ad quantitatem intenſiuam, verum etiam ſecundum virtutem. Ideò dicit D.Tho. *vbi ſupra art.9. in corpore*, quòd habuit Chriſtus gratiam *in ſummo ſecundum perfectiſsimum modum, quo haberi poteſt*. Rationem huius aſſignat, D.Thom. vbi ſupra; ſed copioſius art. 1. in corpore, *propter vnionem animæ illius*, nempè Chriſti *ad verbum Dei*; ſubdens: *Quanto enim aliquod receptiuum eſt propinquius cauſæ influenti, tanto magis participat de influentia ipſius: influxus autem gratiæ eſt à Deo, ſecundum illud* Pſal. 83. *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*. Secundo hæc plenitudo gratiæ in Chriſto neceſſario ponitur, *propter nobilitatem illius animæ, cuius operationes oportebat propinquiſsimè attingere ad Deum cognitionem, & amorem: ad quod neceſſe eſt eleuari*

Digitized by Google

ri humanam naturā per gratiam. Tertio *propter habitudinem ipſius Chriſti ad genus humanum: Chriſtus enim in quantum homo, eſt mediator Dei, & hominum, vt dicitur prima ad Timoth. cap. 2. Et ideò oportebat, quòd haberet gratiam etiam in alios redundantem, ſecundum illud Ioann. 1. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia*. Hinc eſt quod S. Benardus, *ſermone de Natiuitate Be. Virginis*, plenitudinem gratiæ Chriſti comparat fonti; plenitudinem verò B. Virginis comparat flumini; illam vero aliorum Sanctorum comparat riuulis. Et S. Auguſtinus Epiſtola 51. non longe à fine: *Sicut in capite*, inquit, *viget omnis ſenſus corporis, ita in Chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, eo quod caput ſit Eccleſiæ: non enim ſingularem accepit gratiam vt Moyſes, ſed Deus eſt, ac homo, & id quod videtur, habet vnitam Vnigeniti diuinitatem*.

§. 6. Secunda concluſio: Gratia vnionis in Chriſto eſt infinita, cùm vniri perſonaliter Filio Dei dicat infinitum, ſecundum quod perſona Verbi infinita eſt. ex D. Thoma, *vbi ſupra, art. 9. in corpore*.

§. 7. Tertia concluſio: Gratia habitualis Chriſti, inquantum in ſe eſt, dicitur infinita, propter rationem D. Thomæ aſſignatam in eadem *quæſt. 7. art. 11. in corpore*, vbi ait: *Eſt enim in anima Chriſti ſicut in ſubiecto. Anima autem Chiſti eſt creatura quædam habens capacitatem finitam; vnde eſſe gratiæ, cùm non excedat ſuum ſubiectum, non poteſt eſſe infinitum*; Ideò dicitur finitum. Omne etenim creatum, ſecundùm illud Sapient. 11. *(Omnia in numero, pōdere, & menſura diſpoſuiſti,)* eſt finitum. Ideò S. Tho. art. 9. in reſponſ. ad 3. argum. inquit, *quod plenitudo gratiæ attribuitur animæ Chriſti ſecundùm capacitatem creaturæ: non autem per comparationem ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ*.

§. 8. Quarta, & vltima concluſio: Gratia Chriſti, de qua ſupra, poteſt dici infinita ſecundùm rationem gratiæ. Et ratio aſſignata à D. Thoma, vbi ſupra, art. 11. ea eſt, quia *non limitatur: quia ſcilicet habet quicquid poteſt pertinere ad rationem gratiæ: & non datur ei ſecundùm aliquam certam menſuram id quod ad rationem gratiæ pertinet; eo quod ſecundùm propoſitum Dei, cuius eſt gratiam menſurare, gratia confertur animæ Chriſti, ſicut cuidam vniuerſali principio gratificationis in humana natura; ſecundum illud Epheſ. 1. Gratificauit nos in dilecto Filio ſuo: Sicut ſi dicamus lucem Solis eſſe infinitam, non quidem ſecundùm eſſe, ſed ſecundum rationem lucis, quia habet quicquid ad rationem lucis pertinere poteſt*.

§. 9. Merito itaque Ioannes Marius Scribonius Franciſcanus, in ſua Summa totius veritatis Theologicæ, *de gratia Chriſti, diſp. 10. quæſt. 7. §. vnde miror*, poſtquam probauit manifeſtum eſſe, quod gratia Chriſti non poteſt augeri ex parte ipſius gratiæ, imò nec etiam ex parte ipſius ſubiecti; quia Chriſtus inquantum homo, à primo inſtanti ſuæ conceptionis fuit verus comprehenſor; ſubdit, *Vnde miror* Suarez, *& Vaſquez, & alios nonnullos D. Thomæ aſſeclas, qui in huius articuli expoſitionem audent dicere Chriſti gratiam non eſſe maximam, quæ produci poteſt, ac proinde creſcere poſſe in infinitum; non ſolum ſecundum rationem qualitatis, ſed etiam ſecundum rationem gratiæ; nec ſolum extra ſubiectum, aut in diuerſis ſubiectis, ſed etiam in eodem; & in ſuam conentur D. Thomam trahere ſententiam, quamuis expreſſè oppoſitum teneat, & omnes penè eius expoſitores, &* Caietanus *in prædictum articulum 12. vt 2. 2. quæſt. 24. art. 7. in 10. dub. cum* Scoto, *Durando in 3. diſt. 13. quæſt. 1. nu. 1. & alij etiā grauioris notæ Theologi, vt D. Bonauentura in 1. diſt. 17. artic. 1. quæſt. 4.*

Ri-

Digitized by Google

Richard.in 1.diſt.19.art.12.quæſt.4. & in 2.diſt.11.ar.2.quæſt.1.& in 3.diſt.13. art.1. quæſt.2. in corp. Marſil.in 3.q.10. art.1.par.3. concl.1. & alij quamplures.

§.10. Quibus addi poteſt illud, quod dicit Caietanus ad 3.par.D.Thomæ quæſt.7. art. 11. §. in tertia autem: *Explanatur*, inquit, *quomodo gratia Chriſti, quantum ad vim nominis, ſit infinita: quia non eſt limitata ſecundùm aliquam creatam menſuram; ac etiam quantum ad rem; quia habet quicquid poteſt pertinere ad rationem gratiæ. de qua gratia quamplures Theologi exponunt illa verba Ioan.3. Non ad menſuram dat Deus ſpiritum*. Et paulò inferius in commento eiuſdem articuli ex doctrina D. Thomæ colligit in reſponſ. ad 2. argument. quod gratia habitualis Chriſti habet effectum infinitum, ob duplicem cauſam, tum propter infinitatem prædictam gratię, tum propter vnitatem diuinæ perſonæ, cui anima Chriſti vnita eſt. Et §. ad propoſitum expreſſis verbis, inquit, iuxta doctrinam (intellige D.Thomæ) *Gratia habitualis fuit in Chriſto ſecundùm totam perfectionem, quam nata eſt habere gratia ſecundùm ſeipſam; & in nullo alio eſſe gratiam ſecundùm totam perfectionem, quam nata eſt habere gratia ſecundùm ſeipſam: & propterea in Chriſto fuit gratia, vt in ſubiecto totali, in alijs vero, vt in ſubiectis partialibus*. & propterea ſubdit Caietanus, *In Clementina ad noſtrum de hæreticis. damnatur error Beguinarum aſſerentium, hominem in via poſſe peruenire ad talem gratiæ gradum, vt non poſſit vltra proficere, eo quod aliter excedi poſſet gratia Chriſti*.

§.11. Hinc eſt quod D.Thom.art.12.præcitatæ quæſtionis circa calcem corporis, ex adductis authoritatibus ſacræ Scripturæ, & rationibus, concludit per ſequentia verba: *Vnde in Chriſto non potuit eſſe gratiæ augmentum, ſicut nec in alijs Beatis, quorum gratia augeri non poteſt, eo quod ſunt in termino: hominum vero, qui ſunt purè viatores, gratia poteſt augeri ex parte formæ, quia non attingunt ſummum gratiæ gradū; & ex parte ſubiecti, quia nondum peruenerunt ad terminum*. hæc ille.

6

§.1. Extra igitur omnem controuerſiam tria ſunt, quæ cōſtituunt homines membra actualia Eccleſiæ militantis.

§.2. Primum eſt profeſſio veræ fidei: ſecundum communio Sacramentorum: & tertium ſubiectio ad legitimum Paſtorem Roman. Pontificem, Chriſti Vicarium, & ſancti Petri Principis Apoſtolorum ſucceſſorem, dicente S. Tho. *opuſc. contra errores Græcorum iuſſu Vrbani IV. edito, ac ipſi directo, cap.32. §. ſiue art; oſtenditur etiam*, quod ſubeſſe Rom. Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis. quod probat authoritate Cyrilli Patriarchæ Alexandrini lib. Theſaurorum dicentis; *Si Chriſtum imitamur, vt ipſius oues vocem eius audiamus, maneamus in* Eccleſia *Petri, & non inflemur vento ſuperbiæ*. Poſt quam ſententiam adducit S.Tho. aliam authoritatem ſancti Maximi, ad idem, in Epiſtola Orientalibus directa, aſſerentis: *Coadunatam, & fundatam ſuper petrā cōfeſſionis Petri dicimus vniuerſalem Eccleſiam, ſecundum diffinitionem Saluatoris, in qua neceſſariò ſalutis animarum noſtrarum eſt remanere, ac ei obedire, ſuam ſeruantes fidem, & confeſſionem*.

§.3. Quamuis etiam ſub nomine veræ fidei Catholicæ tria hæc comprehendantur. Hinc eſt quod multi grauiſſimi Doctores dicunt, ſolam fidem Catholicam efficere homines membra Eccleſię militantis, cùm ipſa ſit vinculum, quo fidelium cœtus cohæret. Omnes itaquè infideles, hęretici, ſchiſmatici, & apoſtatę meritò excluduntur, ne dicantur, & ſint membra Eccleſię Catholicę; ſed foris eſſe denunciantur, iuxta illud Pauli 1.Corinth. cap. 5. *Quid enim de his qui*

foris

foris ſunt, iudicare? vbi generaliter ſecundum interpretationem Doctorum Catholicorum, eos omnes foris eſſe pronunciat, qui non dederunt nomina ſua Chriſto per baptiſmum; vel ſi dèderunt, per apoſtaſiam à fide Catholica, vel per ſchiſma receſſerunt, fallacias hæreticorum ſequentes. Hanc veritatem habemus in Concilio Florentino ſub Eugenio Quarto in Bulla, ſiue Decreto vnionis, & inſtructionis Armenorum determinatam.

§. 4. Percunctanti vero, cur fideles, etſi grauiſſimi peccatores, etiam publicè ſcelerati, tamen dicantur Eccleſiæ membra; quod negatur de hæreticis, paganis, & ſchiſmaticis, cùm & illi ſint vacui charitate ſicut iſti, careantque omni ſpirituali opere, iuxta illud Apoſtoli, ***Si gaudet vnum membrum, congaudent omnia membra: ſi patitur vnum membrum, compatiuntur alia membra.*** Breuiter reſpondendum eſt, non eſſe parem, ſed omninò diſparem rationem: fideles enim, quamuis peccatores, adhærent membris Eccleſiæ per Sacramentum fidei Catholicæ; ideò dicuntur intra Eccleſiam, ſaltem per fidem externam: Pagani vero, cùm Eccleſiam Dei non cognoſcant, vel illam contemnant, extra illam ſunt. Hęretici vero, atq; ſchiſmatici, ſua ſponte Eccleſiam deſeruerunt, ab illa exierunt; ideò ſeipſos ab illa ſeparauerunt; cùm neque forinſecus Sacramentum fidei teneant, quæ fides, vt ſupra dictũ eſt, efficit homines membra Eccleſiæ: hæreſis enim ſignificat errorem voluntariè contra fidem, & per conſequens ſeparationem à corpore Eccleſiæ, *cap. ad abolendam, tit. de hæretic.* S. Antoninus *in ſumma par. 2. tit. 12. capit. 5.* Turrecremata *lib. 4. de Eccleſia par. 2. cap. 1. & 2.* Simanca, *de Cathol. inſtitut. capit. 24. numero tertio*, & alij. Ideoquè dicuntur hæretici, quia ab Eccleſia diuiſi ſunt. *Alieni igitur ſunt ab Eccleſia*, inquit S. Hieronymus in Epiſtola ad Oceanum, *ac extra Eccleſiam, Iudæi, hæretici, atque gentiles.* Idem docet ſanctus Cyprianus *ad Rogatianũ*, & S. Auguſtinus *lib. de vera relig.* Ideò in Concilio Carthagin. 4. 214. Epiſcoporum per Sedem Apoſtolicam approbato Canon. 71. dicitur: *Hæreticorum cœtus non Eccleſia, ſed conciliabulum eſt.*

7 §. 1. Alia enim argumenta contrariorum, præſertim hæreticorum antiquorum, & modernorum, *quorum os maledictione, & amaritudine plenum eſt, venenumquè aſpidum ſub labijs eorum*; qui *mendaces ſunt, ac ſectas perditionis introducunt*, ex 2. Petri cap. 2. poſt ſanctos Auguſtinum, & Hieronymum aduerſus Pelagianos, & Donatiſtas, Ioann. Driedo. *lib. 4. de dogmat. varijs, cap. 2.* poſt confutationem, & condemnationem articulorum Ioannis Hus falſo aſſerentis in 3. artic. fideles præcitatos adhuc etiam viuentes, non eſſe partes, neque membra Eccleſiæ militantis; de qua in Concilio Conſtantienſi; cuncta fuſius ſoluuntur à Turrecremata, *lib. 1. de Eccleſia, cap. 5.* à Cano *de locis Theolog. lib. 4. cap. 2.* & Cardinali Bellarmino *de Eccleſia militãte libro 3. cap. 2. & ſeqq.* Et vt mihi videtur, ſumma reſponſionum conſiſtit in vera, ac recta intelligentia illarum auctoritatum ſacræ Scripturæ, & ſanctorum Patrum, quibus aſſeritur fideles tantum iuſtos, & perfectos, ſiue prædeſtinatos pertinere ad Eccleſiam tãquam membra ipſius. Quæ authoritates, ſecundum principia veritatis Catholicæ, ac ſuperius adducta, interpretandę ſunt, quòd ſoli iuſti numero, & merito collectiuè dicuntur, & ſunt membra corporis myſtici, ſiue figuratiui Eccleſiæ Romanæ; mali verò, & peccatores, dummodo fidem Catholicam, communionem Sacramentorum, veramquè ſubiectio-

Digitized by Google

ctionem ad Pontificem Romanum cuſtodiant, etiam quod graues peccatores ſint, non ſolum occulti, verumetiam, & manifeſti; dum viuunt in hac vallè miſeriæ; ad Eccleſiam pertinent tanquam membra illius, numero tantum. Ideò aliqui Doctores, inter quos vnus eſt Alphonſus de Caſtro *aduerſus hæreſes, lib. 6. de Eccleſia, §. rurſum Eccleſia eſt*, aſſerunt occaſione verborum Apoſtoli 1. *Corinth. cap.* 1. & 2. *Corinth. cap.* 13. Eccleſiam eſſe vnum corpus, cuius corporis caput eſt Chriſtus; huius autem corporis membra ſunt omnes fideles: ex quibus qui iuſti ſunt, dicuntur membra viua, & ſana; peccatores vero, membra ſunt mortua, & putrida, in fine reſecanda, niſi conuertantur. De hæreticis occultis dicetur inferius in hoc eodem capite ſub num. 64. §. 1. oſtendendo, nec illos dici poſſe membra Eccleſiæ militantis.

§. 2. Hinc eſt, quòd Eccleſia bonorum, & malorum fidelium eſt vna tantùm, licet diuiſa in partes duas; quarum vna dicitur bonorum, altera vero malorum. Quæ diuiſio colligitur ex interpretatione ſancti Heronymi ad illa verba ad Galatas cap. 1. *Eccleſia Galatiæ*, &c. quod inſinuauit etiam S. Auguſtinus *lib. 3. de doctrina chriſtiana, cap.* 32. occaſione verborum Cantic. *Nigra ſum, ſed formoſa*: quia inquit S. Doctor, *vna, & eadem Eccleſia, nunc eſt nigra ſicut tabernacula Cedar, propter peccatores; ſimulque formoſa ſicut pelles Salomonis, ſcilicet sicut tentoria Regis, propter bonos, quos in ſe continet*; ita vt boni, & mali fideles pertineant ad Eccleſiam, ac intra illam ſint, & dicantur membra illius; non tamen eodem modo: animaduertendo; quod modus non variat eſſentiam rei. Ideò Sancti tribuunt Eccleſiæ aliquando id, quod eſt proprium peccatorũ; aliquando id quod ei conuenit propter perfectos: vti quod ſit pulchra, & formoſa, & ſimul nigra, contra errores Nouatianorum, & Confeſſioniſtarum; cùm vna, & eadem ſit Eccleſia bonorum, & malorum fidelium, vt late probatur inferius cap. 3. num. 5. ferè per totum, & vt fuſius demonſtrant authoritates ſacræ Scripturæ; Matth. 13. & 18. illis verbis, *Si peccauerit in te frater tuus*, &c. *quod si nõ audierit, dic Eccleſiæ*. & 1. Corinth. cap. 1. *Significatum eſt mihi*. & cap. 5. vbi Paulus ſcribens ad fideles membra Eccleſiæ, magna emphaſi verborum, *Auditur*, inquit, *inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat*. Super quæ loca legenda ſunt, quæ ibidem traduntur à ſanctis Patribus, præſertim ab Hilario, Hieronymo, & Chryſoſtomo; & diligenter ponderanda ſunt, quæ de hac materia docet S. Auguſtinus *in Breuic. collat. collat.* 3. & S. Cyprianus *epiſt.* 3. & S. Hieronimus *in Dialogo contra Luciferianos*. Ob id s. Paulus 2. ad Timo. cap. 2. *In magna autem domo*, inquit, *ſunt vaſa aurea, & argentea; & quedam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam*. Magnam autem domum Apoſtolus appellat Eccleſiam, quæ domus Dei eſt, vt clarius dicetur paulò inferius in hoc eodem capite; In qua aurea vaſa, & argentea, ſunt boni; fictilia autem, peccatores dicuntur.

§. 3. Tandem veritatẽ vnionis Eccleſiæ, in qua continentur boni, & mali fideles, demonſtrant verba Nicolai Papæ relata *in can. Eccleſia, de conſecrat. diſt.* 1. quæ adducuntur à Cano *de locis Theologicis, lib. 2, cap.* 3. quibus ſtatuit Eccleſiam militantem eſſe collectionem omnium fidelium adhuc peregrinantium, dummodo fidem Catholicam profiteantur. Ideò in Concilio Trident. *ſeſſ. 6. can.* 28. decernitur de fide: *Si quis dixerit, amiſſa per peccatum gratia, ſimul & fidem*

ſemper

Digitized by Google

ſemper amitti, aut fidem quæ remanet non eſſe veram fidem, licet non ſit viua, aut eum, qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum, Anathema ſit. Addo non eſſe alienum à phraſi ſacrarum Scripturarum, ſi eundem Populum nunc propter Iuſtos, beatum, ac Sanctum, nunc propter malos improbum, infelicemq; nũcupemus, id enim paſſim egit Moyſes cum Populo Iſrael, quem modo vocat populum Electum, beatum, gentem Sanctam, modò verò populum rebellem, ac duræ ceruicis, nec non populum ſtultum, ac inſipientem. Eſaias quoq; ad idem reſpiciens, eundem populum aliquandò Gomorræ, interdùm populum Dei appellat. Hinc eſt quòd Sanctus Auguſtinus vbi ſupra non dubitat Eccleſiam nigram in malis, & formoſam in bonis interpretari, & Origenes tractat. 15. in Matth. cap. 25. Eccleſiam ſpelũcam latronum appellat propter illos qui columbas in ea vendebãt.

Punctum Tertium.

Quomodò infideles dicantur membra Eccleſiæ.

8 §. 1. NON tamen propter hoc nego Infideles in hoc mundo adhùc viuentes vllo pacto dici poſſe membra Eccleſiæ, ſed cum ſanctiſſimo Præceptore meo D. Thoma Aquinate 3. par. quæſt. 8. art. 3. in corpore, Imò cum ſchola communi Theologorum ſtatuo illos appellari membra Eccleſiæ in potentia tamen, & cum eodem Angelico Doctore diſtinguo Infideles adhùc viuentes in duplici ordine. Aliqui enim ſunt in potentia membra Eccleſiæ, quæ potentia tandem aliquandò reducetur ad actum per illorum conuerſionem, idq; eueniet illis qui ſunt à Deo prædeſtinati. Alij verò dicuntur membra Eccleſiæ in potentia, quæ tamen potentia nunquàm reducetur ad actum, quia in ſua infidelitate, & obſtinatione morientur.

§. 2. Quando ergò in declaratione primi præludij dictum eſt, infideles minimè ſpectare ad Eccleſiam tanquàm membra ipſius, ſermo noſter exponẽdus eſt, non de membris in potentia, ſed de illis hominibus, qui actu ſunt intra Eccleſiam tanquàm membra ipſius actualia. Paritèr quoque fideles, actu innodati excommunicatione latæ ſententiæ propriè, & formalitèr non dicuntur membra Eccleſiæ actualia, ideò ſuffragijs cõmunibus eiuſdem Eccleſiæ participationeq; ſacramentorum priuãtur, nàm teſte Chryſoſt. & Theophylacto ad illa verba Matth. 18. *ſit tibi tãquàm Ethnicus, & publicanus*, excommunicati eijciuntur ab Eccleſia. Et Sanctus Hyeronimus in Epiſtola ad Titum c. 3. *peccatores per excommunicationem propelluntur extra eccleſiam, quò per ſeipſos eunt Heretici, & Schiſmatici*; ſed certum eſt hæreticos, & ſchiſmaticos non eſſe membra Eccleſiæ, vt dictum eſt ſuperius, & latiùs dicetur inferiùs num. 64.

Addo ſententiã S. Auguſtini de Vnitate Eccleſiæ cap. vlt. dicentis: *Excommunicari eſſe viſibiliter præcidi à corpore Eccleſiæ*, quod clariùs expreſſit Anſelmus 1. Corinth. cap. 5. dum inquit, *Tradere hominem Satanæ eſſe per excommunicationem de Eccleſia pellere*, & in cap. *Engeltrudam* 3. q. 4. dicitur quod excommunicatus excluſus ſit à corpore Eccleſiæ. Eandem concluſionem tradunt in proprijs terminis Turrecremata lib. 8. de Eccleſia cap. 3. Bellarmin. lib. 3. de Eccleſia militante cap. 6. Cathechiſmus Romanus in explicatione Symboli, Abbas in *cap. per tuas de ſent. excommunic.* & alij innumeri Authores anti-

Digitized by Google

antiqui, & moderni, quicquid dicat in hoc Turrianus de fide diſputation. 14. dubio 1. diffic. 4. Eandem ſententiam affirmatiuam quod excõmunicati ſint extra Eccleſiam citrà omnem contradictionem docent omnes ferè Canoniſtæ innixi argumentis *tex. cap. per tuas* de ſentẽtia excommunicationis, & cap. *omnis Chriſtianus*, & cap. *Videas* 11.q. 3.& cap. *Apoſtolica* 14.q.2. immo Cardinalis Bellarminus vbi ſupra lib. 3. de Eccleſia militante cap. 6. per totum, argumentis deſumptis ex ſacris litteris,& canonibus, & doctrina Sanctorum Patrum euidentèr demonſtrat veritatem, de qua ſupra: Et obiectionibus contrariorum abundè reſpondet, vbi præſertim vtitur teſtimonijs Euſebij, Hylarij, Auguſtini,Chryſoſtomi, Theophilacti, Anſelmi,Tertulliani,Thomæ Vualdenſis, Cardinalis Turrecrematæ,Cathech. Romani,& Ioannis Diedo;eandem ſententiam tenẽt moderni præſertim Sayrus de cenſ.lib.2.cap.1.Marius Alterius Romanus de Cenſ. tom.1. lib.1. diſputat. 5. cap. 10.

Reſpõſiones ad Argumenta pro parte negatiua,in eo præſertim conſiſtunt, quòd excommunicati ſint animo, atq; deſiderio tantùm in Eccleſia, non tamen corpore, ſiue externa communicatione: quæ propriè,& formalitèr facit hominem membrum Eccleſiæ militantis viſibilis ex D.Auguſtino lib. de vera Religione cap.6.

Punctum Quartum.

De corpore myſtico Eccleſiæ.

9 §.1. Eccleſia meritò dicitur corpus myſticum, ſiuè figuratiuum propter ſimilitudinem ad corpus naturale hominis, ita docuit inter alios S.Auguſtinus ad illa verba Apoſtoli 1. Corinth. cap. 10. *Vnum panis, & vnũ corpus multi ſumus*, id namquè dilucidè explicauit idem Apoſtolus ad Rom. cap.12. & 1. Corinth. cap.12.

10 §.1. Quomodò autem in corpore myſtico Eccleſiæ Dei inueniantur figuratè tamen ſingula membra,ſiuè officia,vel munera membrorum Corporis humani cumulatis authoritatibus ſacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum abundè probat Thomas Cardinalis Caietanus ad 3.par. D.Thomæ quæſt. 8. art. 1. & Turrecremata lib. 1. de Eccleſia, c.44. per totum; Singulares autem conditiones,& proprietates capitis corporis myſtici Eccleſiæ ſingillatim inter alios adducit idem Turrecremata, vbi ſupra, cap.46. in reſponſione ad primum Argumentum.Cano de locis Theologicis lib. 4. cap. 10. Syluester, & Tabiena Verbo *Eccleſia* 1. num.1.& Summiſtæ omnes eodem Verbo, vel titulo.

11 §.1. Nequè dignitas, Maieſtatis Eccleſiæ in aliquo læditur, vel diminuitur propter hæreticos, ab Eccleſia diſcedentes, imò magis potius illuſtratur,ideò dicebat Tertullianus lib. de præſcript. *Auolent auolent paleæ fidei leues quocunq; flatu tentationum, eò enim purior maſſa frumenti in horrea Domini reponetur*;& Sanctus Cyprianus lib.de Vnitate Eccleſiæ, *nemo*,inquit, *extimet bonos poſſe de Eccleſia recedere*, ſubdens rationem, *triticum non rapit ventus, nec arborem ſolida radice fundatam procella ſubuertit, inanes paleæ tempeſtate iactantur,inualidæ arbores turbinis inuerſione euertuntur*.

§.2. Hinc eſt, quòd Paulus ad Hebræos cap.10. prædicat, bonis (ſcilicet) fidelibus, *Nolite ammittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem*,& 1.Corinth.cap.11. *Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt manifeſti fiant inter vos*; & ad Rom.3. *quid enim ſi exciderunt à fide quidam eorum, numquid*

Digitized by Google

infidelitas eorum fidem Dei euacuauit? abſit. Reſpondent omnes Sancti, proptèr ſua etenim, non noſtra culpa, pereunt, qui ſponte ab Eccleſia recedunt: dicente S.Hylario lib.6.de Trin. *Hæreſis imperfectum tentare poteſt, ſupplantare perfectum non poteſt*: Hinc, & Tertullianus de præſcript.cap.3.*nec prudentes,nec fideles,nec vſitatos exiſtimandos quos hæreſes potuerunt dementare*.

§.3. Quapropter Sanctus Auguſtinus lib. de verb.relig. cap.8. poſtquàm egregiè probauit hæreticos (licet nolentes) Catholicis, & perſeuerantibus in bonum, non parum prodeſſe,ad finem cap.concludit. *Vtamur etiam hæreticis, non vt eorum approbemus errores, ſed vt Catholicam diſciplinam aduerſus eorũ inſidias viriliter aſſerentes,vigilantiores,& cautiores ſimus, etiam ſi illos ad ſalutem attrahere non poſſumus*; ita vt ad id quoq; referri poſſit efficax illa adhortatio, *Nunc animis opus eo iuſti, nũc pectore firmo*, proptèr furẽtes hoſtes,rabiem ſuam quotidie exercentes contra ſponſam Agni immaculati, quæ eſt Eccleſia, & ſi in vanum ſit omnis eorum conatus.

Punctum Quintum.

De Christo capite Eccleſiæ.

12 §.1. SEcundum prælud ium, quod infertur ex immediatè adductis,& probatis, illud eſt, quod Chriſtus Saluator noſter dicitur, & eſt caput myſticum figuratiui corporis Eccleſiæ militantis, quam ipſemet fundauit, inſtituit, & erexit etiam ante paſſionem,& mortem; modò ſtatim explicando.

§.2. Quàm plura demonſtrantia veritatem huius præludij, quoad omnes ſui partes, adducuntur cap. 3. præſertim num.2.& 3.vbi validiſſimis argumentis euidentèr probatur,Chriſtum Saluatorem noſtrum, & non alium Monarchiam Eccleſiæ militantis fundaſſe, ipſiusq; extitiſſe, & eſſe caput Monarchicum in æternum, quemadmodùm fuit etiam caput ipſius Eccleſiæ Sanctus Petrus Apoſtolus, & de tempore in tempus, Sancti Pontifices Romani ſucceſſores eiuſdem Petri, & Chriſti Redemptoris Vicarij, hac animaduerſione, quòd Chriſtus poſt Aſcenſionem (vt latius dicam inferius in hoc capitulo) reſpectu Eccleſiæ militantis dicatur Monarcha, ſed inuiſibilis.

13 §.1. Meritò quidem Imperium, atq; Regimen Eccleſiæ conſtituit Chriſtus Monarchicum. Gubernari etenim ab vno capite, optimum eſt; vt aſſeruit etiam Plato,Ariſtot.& Philoſ.omnes: imò, & Poetæ, quos recenſet Cardinalis Bellar. de Pontif.Rom.lib.1.ex quibus vnus in hæc verba canit. *Plurimos imperitare malum eſt, Rex vnicus eſto*, idq; triunphantis eccleſiæ ſtatui maximè correſpondet cùm ab vno ſolo,ſapientiſſimo, ac potentiſſimo moderatore Deo Optimo Maximo regatur, ne principatuum pluralitas mutuò ſe impediant,hinc eſt, quòd Chriſtus filius æterni Patris, dùm carne velatus nobiſcum commoraretur eò ritu,ſiuè genere regiminis, quod propriè ad vnius Principatum pertinet Monarchicum,ſcilicet per ſe ipſum,Eccleſiam ſuam rexit, ac præcepit, vt ad conſummationem vſque ſæculi eodem genere regiminis per ſuos Vicarios Romanos Pontifices diligentiùs gubernaretur ad ſeruandam vnitatem, præſertim vnius ſupremi Rectoris in tota Chriſtiana, & viſibili Monarchia,& ad faciliùs præcauenda ſchiſmata contra nonnullos Hæreticos, præſertim aduerſus Spalatenſem in proemio, & lib. 1. cap.1.ſuæ Reipublicæ Eccleſiaſticæ errore quinto,vbi contradictoria manifeſtè proponit, vti animaduertit, inter

Digitized by Google

alios P. Bouerius in ſua prima parænetica cenſura in Proemium Marci Antonij de Dominis de Republica Eccleſiaſtica, qui perditiſſimus Spalaten. auctus mendacijs, impudenti temeritate audet affirmare, Eccleſiæ regimen poſt Chriſti aſcenſionem non fuiſſe Monarchicum, quod certè ridiculum eſt; cum, ſcriptum ſit, *Ego Deus, & non mutor.* quæuè Deus eligit proculdubio, illa eligendo bona efficit; elegerat Chriſtus regimen monarchicum Eccleſiæ, vt optimum, quo etiam vſus eſt, vt ipſemet Spalaten. veritate coactus fatetur, igitur tanquam bonum, ac optimum non debuit mutari illud. hoc de ſumma perfectione regiminis Monarchici quo regitur eccleſia, argumentis validioribus, inter alios demonſtrat Franciſcus Suarez de legibus lib. 4. cap. 4. præſertim num. 16. & 17. Horridas itaq; blaſphemias iſtius ommittamus, & id quod intendimus teſtimonijs Patrum oſtendamus.

14 Ideò S. Hieronymus tom. 1. epiſt. 4.
§. 1. ad Eccleſiam Catholicam Romanam, & Apoſtolicam ſua referens verba inquit; in Naui vnus Gubernator, in Domo vnus Dominus, & S. Ambroſius lib. 4. examerон. cap. 2. Nauim, quippè Eccleſiam debemus accipere, idem aſſerit S. Hieronymus in Iſaiam cap. 4. & idem S. Ambroſius ad 2. Timoth. cap. 3. rectorem Domus Dei appellat Chriſti Vicarium in Terris (hoc eſt) Pontificem Romanum, cui dedit Deus Imperium Eccleſiæ, vt ab ipſo Pontifice Romano tanquam à capite dona ſua in Eccleſiam veluti, in omne corpus diffunderet. ex epiſt. S. Leonis Papæ Magni ad Viennenſes, ideò ſoli Petro, & ſucceſſoribus illius curam omnium Ouium ſuarum commiſit. Ioannis vltimo. non has, vel illas, ſed indiſtinctas omnes, vt notat S. Gregorius ad præcitata verba Ioannis, S. quoq; Thomas 4. contra gentes, cap. 76. & 4. ſentent. diſtin. 24. quæſtion. vlt. ex illo Matth. 16. ſcilicet *quodcumq; ſolueris, &c.* inſinuari ait, quod poteſtas ligandi, atq; ſoluendi à Chriſto tradita Petro, ad alios Petri ſucceſſores per ipſum deriuatur; Idem tradit S. Thomas opuſc. 1. contra errores Græcorum cap. 32. Hinc eſt quod Sanctus Ambroſius, cuius authoritas refertur in cap. *non turbatur* 24. qu. 1. *non turbatur,* inquit, *Namisque habet Petrũ Rectorem turbatur illa quæ habet Iudã Gubernatorem*; Eccleſia quoq; dicitur Domus Dei à dogmatè quod Grçcè dicitur rectum, quaſi dans manere vnanimes in ſe per fidem rectam, ſcilicet vnius Mediatoris Chriſti Domini.

§. 2. Et ad maiorem confirmationem horum omnium Eccleſia militans in ſacris ſcripturis vltra ſuperius allata teſtimonia, Domus Dei appellatur, vti videre eſt apud Gloſſam, & Sanctum Auguſtinum ad illa verba pſal. 25. Domine dilexi decorem Domus tuæ, dicente, *Domus Dei Eccleſia eſt; Decor huius Domus ſunt Sancti*, & Gloſſa pariter verba pſal. 117. *benedicimus vobis de Domo Domini*, interpretatur de Eccleſia Catholica, in qua eſt Baptiſmus, & omnis benedictio, quæ Eccleſia in ſacra ſcriptura vnica columba appellatur ab vnitate fidei, communionis Sacramentorum, & capitis viſibilis Pontificis Sancti Romani.

15 Deniq; regimen Monarchicũ vnius
§. 1. ſcilicet Principis atq; capitis Eccleſiæ demonſtratur quoq; teſtimonio aduerſariorum hæreticorum, *glorioſum,* inquit S. Hylarius *victoriæ genus eſt, ab eo cum quo decertas arma capere.* Andræas enim Modreuius lib. 2. cap. 9. de Eccleſia, quem omnium Hæreticorum acutiſſimum, ac doctiſſimum pronunciant multi præſertim Alanus Copo: in ſuis

ſex

Digitized by Google

ſex Dialog. contra oppugnantes Papatum,& Dialogo 6.cap.43.Summam,inquit Eccleſiæ, ac rerum Eccleſiaſticarum præfecturam ad vnum eſſe præferendam. Regimen Monarchicum contra hæreticos modernos præſertim aduerſus Spalaten.in proemio ſuæ Reipublicæ Eccleſiaſticæ non ab humana ſapientia, ſed à Deo ipſo, & ſapientia Diuina inſtitutum habet; vt tanquam præſtantiſsimum cuncta regiminis genera antecellat; hanc veritatem colligunt Doctores Catholici ex illo Apoc. 12. *Michael, & Angeli eius præliabantur cum Dracone,&c.*vti videre eſt apud Tertull. lib.2. contra Marcio. S. Hieronymum in cap. 40. Iob,ac Gregorium hom.34.in Euang. ac lib. 32.moral. & S. Chryſoſtomum hom. 34. in prima Corinth. propterea (ait) *etiam priuſquam genus hominum eductum eſſet in multitudinem,cum duo ſoli eſſent qui erãt primi,alteri quidem iuſsit(ſcilicet Deus) imperare,alteri verò parere.*

Punctum Sextum.

De vnico cap. Eccleſia.

17 NEC obſtat quod Monarchia Ec-
§.1. cleſiæ ſibi vendicet vnum tantum caput, & nihilominus in veritate ac proprietate ſermonis Chriſtus dicatur caput Eccleſiæ, necnon Summus Pontifex Romanus pro tempore,qualis eſt modò Vrbanus VIII. cum certum ſit quod Chriſtus non ſubmouit Petrũ, neq; Petrus Chriſtum,quemadmodum lumen de lumine ſumitur abſque diminutione, equidem Chriſtus dicitur primum, & ſupremum caput Eccleſiæ militantis, Vicarius verò ipſius Chriſti Romanus Pontifex appellatur, & ipſe atq; primum caput viſibile eiuſdem Eccleſiæ militantis,ſubordinatum tamen in omnibus, & per omnia ſemper ipſi Chriſto Domino, Ita tradunt inter quam plures alios, S. Chryſoſtomus ſuper Matth. cap. 16. & S.Baſilius Magnus concio. de pœnitent.

§.2. Ideo S. Paulinus Nolanus Epiſcopus ad Seuerum epiſt.4. *Petra,* inquit: *Chriſtus eſt,bibebant enim de ſpirituali,ſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus, ſtatimq́, ac immediatè de Petro, & per conſequens de ſucceſſoribus Petri ſubdit, etiam Diſcipulo ſuo huius vocabuli gratiam non negauit, cui dixit,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, et porta inferi non præualebunt aduerſus eam.*

§.3. Portæ inferorũ ſunt hæreſes,& hæreſiarchæ, & S. Auguſtinus in ſermone Apoſtolorum Petri, & Pauli, *ineſtimabilis, & immenſa*, inquit, *poteſtas,hominem in terra poſitum tenere cœlum, ecce nunc ad nutum Petri diuini regni clauſtra pateſcunt, accepit enim à Chriſto S. Petrus claues regni cælorum,vt ſolutis vinculis peccatorum, credentibus regna cælorum aperiret.*

§.4. Quamobrem S. Gregorius regiſtr. Epiſtol.lib.6. indict.15.epiſt.37. Eulogio Alexandrino Epiſcopo directa parum poſt initium,ait, *Quis enim neſciat ſanctam Eccleſiam in Apoſtolorum Principis ſoliditate firmatam, qui firmitatem mentis traxit in homine, vt Petrus à Petra vocaretur,cui veritatis voce dicitur, tibi dabo claues regni cælorum, cui rurſus dicitur, & tu aliquandò conuerſus confirma fratres tuos; Iterumq́, Simon Ioannis amas me? Paſce oues meas*, & Ioannes Quintinus Heclius in Ariſtocratia relatus à Sandero lib.7. de viſibili Monarchia Eccleſiæ nu. 1397. *Caput Eccleſiæ*, inquit, *Chriſtus, Petrus etiam Petriq́ ſucceſſor in vſu clauium eccleſiæ caput eſt.* Addens *iſta hæc omnibus cognita Romana Eccleſia meritò caput habetur omnium Eccleſiarum Orbis.*

Digitized by Google

§.5. Franciſcus quoq; Titelmanus ad 7. caput in Cantica, innixus verbis Apoſtoli ad Eph. 1. caput eccleſiæ *duplex* eſt, ait ille, *alterum primum, & principale quod eſt Chriſtus, alterum verò ſecundariũ, qui eſt Vicarius Chriſti, cui Dominus tradidit vniuerſalem, & plenariam poteſtatem ſoluendi, atq; ligandi ſuper vniuerſitatem omnium Chriſtianorum, qui propter eminentiã, Papa, ideſt Pater Patrum ab eccleſia meruit nominari. Contra maledictum Caluinum mendaciter aſſerentem fieri praiudicium Chriſto capiti primo Eccleſiæ ſtatuendo in terris aliud caput viſibile, cum fateamur Chriſtum Dominum Paſtorem, & Epiſcopum animarum noſtrarum*, vti habetur primæ Petri cap. 2. ad Hebr. 3. valdeq; tritum extat illud Dialecticorum, *propter quod, vnumquodq; tale, & illud magis* gratia enim Chriſti ſum id quod ſum, dicit Pontifex Romanus, ideo procul omne præiudicium, ſed omnia ſunt maligno ſtudio confecta à nequam cauillatore hæretico, quoniam Chriſtus ſui præſentiam corporalem, atq; viſibilem Eccleſiæ ſubtracturus erat.

§.6. Ideò ipſemet Chriſtus, & non alius vnum viſibile caput conſtituit, cùm Petro, ſucceſſoribuſq; ipſius Petri Romanis Pontificibus Eccleſiam ſuã militantem regendam commiſit illis verbis Ioannis 21. *paſce oues meas*, quorum miniſterio retineri poſſet vnitas, & in vnitate cathedræ doctrinam, ac vnitatem poſuit veritatis contra Spalaten. vbi ſuprà errore ſexto.

18 Animaduerto qualiter præſuppoſita

§.1. vnitate regni Chriſti, nempè Eccleſiæ, in quo olim Chriſtus adhuc mortalis regnauit nuncq; immortalis regnat, atq; illud gubernat in æternum, hoc regnũ, ſiue Monarchia eccleſiæ militantis non vnico quidem, verum duplici diſtinctoq; regimine gubernatur, quorum vnum dicitur internum, aliud verò externum, primum interno tantùm fidei, ſpei, charitatis, & cœleſtis gratię influxu, totum à Chriſti ſpiritu inuiſibiliter expletur, de quo Lucę 17. ſcriptum eſt, *ecce enim regnum Dei, intra vos eſt*.

§.2. Alterum verò regimen, externa, atq; viſibili eccleſiaſticę poteſtatis adminiſtratione, ac iuriſdictione peragitur, de qua poteſtatis adminiſtratione loquitur Chriſtus Matth. 16. dum inquit Petro, *quodcunq; ſolueris, &c.* & Ioannis 21. *paſce oues meas*. Quibus firmatis addo, nulli dubium eſſe Chriſtum, dum adhuc in terris nobiſcũ verſaretur, vtrumq; regimen pręclarè per ſe ipſum exercuiſſe, cum ſit ſimul Deus, & Homo.

§.3. Et quia erat homo viſibilis, atq; conſpicuus ideò eccleſiam viſibiliter adminiſtrabat, vocando Apoſtolos, ſacramenta inſtituendo, & ſimilia abſoluendo, vt oſtenderet neceſſitatem huius duplicis formę regiminis in eccleſia, nunc autem glorioſus, & immortalis poſt aſcenſionem obire non deſinit primam regiminis formam interioris iuxtà illud Matth. vltimo. *Ecce ego vobiſcum ſum, vſq; ad conſumationem ſaculi*, pro regimine verò viſibili inſtituit ſuum Vicarium Petrũ ſcilicet, ac ipſius Petri ſucceſſores, vt eccleſiæ regimen integrum ſit, internum ſcilicet & externũ, atq; viſibile vti luce clarius demonſtrant ſuperius adducta, & inferius adducenda pręſertim cap. 3.

§.4. De quo viſibili gubernio, vel adminiſtratione conſpicua eccleſię militantis quam Chriſtus ore proprio Petro, ac ſucceſſoribus ſuis Matth. 16. & Ioannis vltimo tanquam ſuis Vicarijs, & Proregibus commiſit, vberius dixerunt Tertullianus lib. de pręſcript. Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. 4. 40. & 70. Athanaſius epiſt. ad Felic. Papam, Baſilius contra Eunomium lib. 2. Hylarius, ac alij

ferè

Digitized by Google

ferè omnes Sancti Patres ad illa verba Matt. 16. *quodcunq; ligaueris*, *&* S. Hieronymus aduerſus Iouinianum, c. 14. Cyrillus in Ioannem lib. 2. cap. 2. Ambroſius in Lucam lib. 6. cap. 5. & Auguſtinus ſerm. 5. in feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. Theophylactus, & Euthymius ad cap. 16. Matth. Leo epiſt. 93. ad Epiſcopos Viennenſes cum innumera multitudine Sanctorum, atque Doctorum catholicorum.

§. 5. Leuitates verò hereticorum, ſuadente illas veritatis hoſte, qui eſt mendax ab initio facillimè reſoluũtur à quampluribus, vti eſt videre ad finem cap. 5. nouiſsimè autem à Coeffetau, & Patre Bouerio Capuccino aduerſus errores, quibus paſsim aſperſa eſt Reſpub. Marci Antonij de Dominis quondam Archiepiſcopi Spalatenſis.

Punctum Septimum.

De fundatore Eccleſia Catholica.

19 §. 1. ALTERA verò pars ſecundi preludij facillimè ſuadetur ex communi conſenſu totius eccleſię, conciliorum, & Sanctorum Patrum ſępiùs aſſerentium eccleſiam catholicam fundatam fuiſſe à Chriſto Domino priuſquam cœlos aſcenderet, ideo S. Ambroſius ad illa verba Lucę cap. 3. *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem*, de verbo ęterni Patris incarnato, verba faciens *Eccleſia*, inquit, *non ab homine incepit*, *ſed à verbo*, & in cap. *omnes* diſt. 22. *non qualibet terrena ſententia*, *ſed illud Verbum, per quod conſtructum eſt Cælum, ac Terra, per quod deniq; omnia creata ſunt elementa, Romanam fundauit eccleſiam*, *qua exordium ſumpſit proculdubio à Chriſto ante ipſius mortem*.

§. 2. Statim enim atq; Verbum Dei Deus filiuſq; Dei propter liberandum genus humanum ab ęterna damnatione, iam factus homo inter homines palam natus eſt, iecit fundamenta, initiumq; magni ędificij eccleſię Catholicę cępit, cuius ędificij molem eleuauit, quando ſacramenta inſtituit, illiſq; per ſuam paſsionem, & mortem remittendi peccata virtutem contulit, dicente S. Ambroſio lib. 2. in cap. 2. Lucæ exponendo illa verba quę reſpiciunt tempus natiuitatis Chriſti. *Paſtores enim loquebantur ad inuicem: Videte eccleſiæ ſurgentis exordium Chriſtus naſcitur*, *&* *Paſtores vigilare cęperunt*: Hanc veritatem indicant nobis authoritates ſacræ Scripturæ, quibus Chriſtus dicitur fundamentum eccleſiæ, & in quibus fit mentio de eccleſia per Chriſtum fundata, præſertim Matt. 16. Lucæ 22. Ioannis vltimo, 1. Corinth. 3. & 10. & ad Eph. cap. 2.

§. 3. Quid enim eſt Apoſtolos vocare, Sacerdotes, Epiſcopos, ac prædicatores Euangelij illos ordinare, Sacramenta condere, nouum Sacrificium celebrare, Miniſtros, & caput ipſum viſibile Eccleſiæ Petrum inſtituere niſi Eccleſiam apertè fundare? Sed certò hæc, fuiſſe à Chriſto Domino partim ante ſuam mortem & Crucifixionem, partimque poſt ipſius reſurrectionem, antequam tamen ad Patris dexteram diuina ſua virtute conſcenderet condita. Igitur Eccleſia Catholica non poſt mortem tantum, & Aſcenſionem Chriſti in cœlum exordium habuit, vt falsò docent hæretici inter quos vnus eſt Spalatenſis in ſua Repub. eccleſiaſtica cap. 1. n. 20.

§. 4. Hoc nanque docet Theophilactus, & ferè omnes Patres Græci, & Latini ad illa Verba Ioannis. *Paſce oues meas* dicendo, *tradidit Petro curam Ouium*, *&* *claues regni Cælorũ, vt vbique terrarum Eccleſiam amplificet*; Luce meridiana igitur clarius eſt iam fundatam extitiſſe eccleſiam, cuius ampliationem commiſit

miſit Petro, vt aſſerunt præcitati Doctores. Hoc idem de fundatione Eccleſiæ perChriſtum,dum eſſet in terris adhuc etiam mortalis tradunt Hieronymus, & Ambroſius in Epiſtol.Pauli Ad Epheſ. cap. 1.

§.5. Fatemur quidē ante Chriſti mortem ipſam eccleſiam paruulam, nec palàm apud homines diſtinctum habuiſſe nomen.

20 Eo enim tempore florebat Synagoga,
§.1. ideò Eccleſia non erat adhuc plenè ſeparata à Synagoga,erat nihilominus aliquo modo à Synagoga diſtincta, peculiari fide verbi Incarnati, ac Baptiſmo imbuta, quod probant validis argumentis eximij Doctores præſertim ex illo cæci nati illuminati, qui confitens ſuam illuminationem miraculoſam à Chriſto Domino operatam, illum eiecerunt extrà Synagogam,poſt illam fructuoſam cōfeſſionem proprio ore prolatam,ad interrogationem,*Credis in filium Dei*,Reſpondit, *credo Domine,nam & procidens adorauit eum*, à Chriſto ſuſcipitur in membrum Eccleſiæ, igitur tunc eccleſia erat(licet puſilla, ac tenella) quod ſatis erat ad primam Eccleſiæ fundationem,ideo animaduertunt Sancti Patres vbi ſupra. Chriſtum inſtituiſſe caput totius Eccleſiæ Petrum, non per verba de futuro. ſed de præſenti dicendo, *Paſce oues meas*,per oues intelligendo membra eccleſiæ prout latius ſupra dictum eſt.

§.2. Optima igitur,& neceſſaria,ſimpliciter eſt illa conſequentia ſuperius adducta,relictis ambagibus hæreticorum, quod à Chriſto indubitanter,certò,certitudine fidei fundata eſt Eccleſia dum nobiſcum conuerſaretur,quam ampliarunt Apoſtoli, poſtquam repleti Spiritu Sancto prædicarunt vbique fidem Catholicam,quam ſignis, & miraculis confirmabant.

§.21. Ab ipſo Chriſto Domino proculdu-
1 bio inſtituta fuere omnia Sacramenta namquè(vt optimè docet D.Thomas 3. p. q. 22. art. 1. per totum,præſertim in reſponſione ad primum Argumētum) inſtituere Sacramenta pertinet ad poteſtatem Excellentiæ, quæ ſoli Chriſto competit, ideò rectè concludit, etiam Sacramentum Confirmationis fuiſſe à Chriſto inſtitutum antè ſuam aſcenſionem Ioannis 16. illis verbis, *ſi non abiero,&c.non exhibendo* ſubdit Sanctus Thomas,*ſed promittendo*(intellige, effectum illius) *cum per illud conferatur plenitudo Donorum Spiritus Sancti,quæ plenitudo non erat danda Apoſtolis niſi poſt Aſcenſionem, iuxta illud Ioannis 2. Nondum erat Spiritus datus, quia Ieſus nondum glorificatus.*

22 Hocquè de inſtitutione huius Sacra-
§.1. menti & aliorum diffinitur de fide in Concil. Tridentino Seſſ. 7. de Sacram. can. 1.

Punctum Octauum.

De figmentis Hæreticorum.

§.2. FIGMENTA verò Spalatenſis ex antro fœtido Hæreticorum erumpentia copioſè reijciuntur à quampluribus modernis, præſertim à Nicolao Coeffetau Ordinis Prædicatorum Regis Chriſtianiſsimi Conſiliario, atq; Maſſilienſium Epiſcopo deſignato, & à Religioſo viro Zaccharia Bouerio Seraphici Inſtituti Capuccinorum in eorum tractatibus aduerſus Rempublicam Marci Antonij de Dominis quondam Archiepiſcopi Spalatēſis, Qui Spalaten.in hoc præſertim cum alijs hallucinatus eſt, quia neſciuit, vel ſciens noluit intelligere aliud eſſe eccleſiam fundari,& ædificari, aliud vero augeri, & propagari; ædificari enim cæpit eccle-

ſia

ſia in terris, agente Chriſto, propagata autem eſt poſt Chriſti paſſionem, illoq; per aſcẽſionem in Cœlos recepto, quoniam Apoſtoli Saluatoris Mandatum implentes, fidem Chriſti per ſonum prædicationis in omnem terram diffuderunt, quò tempore florere etiam cæpit eccleſia creſcente, numero credentium, vt frequentèr aſſerit Sanctus Lucas in Actibus Apoſtolorum. ex S. enim Auguſtino Serm. 253. de temp. expreſsè habetur *Sicut ex latere Adæ fabricata eſt Aeua, ita eccleſia ex corpore Chriſti, & vulnere eius redempta creuit*, Quibus verbis licet inferre, ergo ante Chriſti mortem, & paſſionem, iam ędificata erat eccleſia, quæ poſtea per Saluatoris paſſionem, & mortem redempta creuit, ſiuè aucta eſt.

§. 3. Spalatenſẽ planè conuincit de crimine contradictionis Zacharias Bouerius in ſua cẽſura parænetica parte 2. in lib. 1. cap. 1. in confutatione 4. erroris, & latius eandem cõtradictionem demonſtrat, vbi ſupra in proemio lib. 1. in tota ferè illa cenſura, §. *hæc ſane*, vbi relatis fidelitèr proprijs verbis Spalaten. euidenter demonſtrat illum palàm contradicere ſibi ipſi; cum in proemio ſuæ Reipub. pro certo ſtatuat Chriſtum ante ſuam mortem fundaſſe, ac rexiſſe eccleſiam, quod poſtea perfidè negat, dum horribilem illam profert blaſphemiam, eccleſiam, ſcilicet, fuiſſe erectam poſt Chriſti aſcenſionem, Chriſtumq;, tunc, & non antea habuiſſe dignitatem capitis, ac rectoris ipſius, contra manifeſtam veritatem Sacræ Scripturæ conciliorum, Sanctorum Patrum, atq; Theologorum.

§. 4. Hinc eſt quod Theologi formaliter, & propriè loquentes docent ex latere & vulnere Chriſti, cum Apoſtolo ad ad Epheſ. ſcilicet ſanctam eccleſiam fuiſſe mundatam lauacro, atquè in verbo vitæ, *vt exhiberet* (Chriſtus ſibi) *illam glorioſam non habentem maculam, neque rugam*; nequè aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta, & immaculata; Ideo prima Petri cap. 1. de membris eccleſiæ dicitur *non enim redempti eſtis corruptibilibus auro, vel argento, ſed pretioſo ſanguine, quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati*, & in actibus Apoſtolorum cap. 20. habetur, *Chriſtus eccleſiam acquiſiuit ſanguine ſuo*.

Punctum Nonum.

De eccleſia Chriſti ſponſa.

23 §. 1. QVAE Eccleſia Chriſti ſpóſa poſt Synagógam quidem vocata, ſed ante Synagogam promiſſa fuit, de cuius excellenti ſublimitate, & mirabili præſtantia extãt vaticinia prophetarum: præſertim Eſai. cap. 2. & Micheæ, cap. 4. annunciantium; *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons Domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gẽtes*. per Domum Domini, Pręter ſuperius deducta in hoc eodem capite iuxtà interprætationem Apoſtoli 1. Timoth. cap. 3. dicentis, vt ſcias quomodo oporteat te in Domo Dei conuerſari, quæ eſt eccleſia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis, ſignificatur eccleſia Catholica Romana & Apoſtolica, quæ eſt eccleſia Dei viuentis, (*In nouiſſimis diebus præparata*,) Nimirum tempore gratiæ; ita omnes Patres. (*In vertice montium eleuata ſuper colles*,) hoc eſt ſuper alias eccleſias, ideo Regina appellatur, pſal. 44. & de eccleſia Catholica, à Chriſto fundata quàmplures Sancti Patres interprætantur illa verba *Aſtitit Regina à dextris tuis*; quos refert Turrecremata lib. 1. de eccleſia cap. 42. Sed illud mirabile ponderandum eſt in verbis Iſa.

vbi

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

vbi dicitur eccleſiam ædificatam in vertice montium, & ſuper colles eleuatam eſſe, & tamen ad illam gentes peruenire debere fluendo. Quod etiam clariùs colligitur ſpectata vi, & efficacia vocis Græcæ καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη, Prima enim facie videtur Spiritum Sanctum hìc quaſi impoſsibile indicare, Ad montem enim aſcendendo, non fluendo peruenitur, fluere enim propriè deſcenſum puta aquæ, & ſimilium ſignificat. Ad eccleſiam ergò peruenitur; non extollendo ſe, & proprias opinationes, & deliria authoritati Eccleſiæ præponendo, vt omnes hæretici falsò exiſtimarunt, ſed ad Mõtem Domini illi verè aſcendere dicuntur qui, iuxtà monitum Apoſtoli, *captiuantes intellectum ſuum in obſequium Chriſti*, de ſeipſis humilitèr ſentiunt, ſuaq; omnia, authoritati eccleſiæ reuerenter, vt decet, ſubijciunt.

Punctum Decimum.

De vera Religione.

24 §. 1. TERTIVM præludium in Eccleſia ſancta Dei vera religio ſemper immaculata permanſit, & vſquè ad conſumationem ſæculi permanebit, ex S. Auguſtino ſerm. 153. de tempore, ex S. Leone epiſtol. 40. ad Anatholium capit. 1. inquit, *tota eccleſia, nec rugam cuiuſquam ſit erroris habitura, nec maculam*, vbi exponens illa verba Apoſtoli 2. Cor cap. 11. *Deſpondi enim vos vni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto*, expreſsis verbis ait, *illa eſt enim Virgo eccleſia* (ſcilicet Romana) *ſponſa vnius viri Chriſti, quæ nullo ſe patitur errore vitiari, vt per totum mũdum vna nobis ſit vnius caſtæ communionis integritas*, in Act. enim Apoſtol. cap. 2. dicitur, *& multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna*. S. Auguſtinus epiſt. 120. ad Honoratum cap. 6. ad illa verba Eſaię cap. 61. relata ibidem à D. Auguſtino, *ſicut ſponſo alligauit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornauit me ornamento* alligauit mihi, & ornauit me tanquam vnius vox eſt, & tamen ſponſum, & ſponſam *Chriſtum*; intelligimus, & eccleſiam, idem tradit ſub alijs clarioribus verbis lib. 22. contra Fauſtum cap. 33.

Punctum Vndecimum.

De vnitate Eccleſiæ Catholicæ.

25 §. 1. QVAE VE in Eccleſia Romana vna dicitur, præſertim vnitate fidei iuxtà illud Pauli ad Epheſ. cap. 4. *Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptiſma*, & 1. Corint. 10. de fidelibus eccleſię membris dicit *quoniam vnus panis vnum corpus multi ſumus, omnes, qui de vno pane participamus*. Ideò Sanctus Hieronymus ad Euandrum Epiſcopũ, *Nec altera Romanæ Vrbis Eccleſia, altera totius Orbis exiſtimanda eſt*, necnon vnitate ſpei, *de qua Apoſtol. ad Epheſios cap. 4. vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ*, Gloſſa, *hoc eſt ad vnam rem ſeparatam*; vnitate finis Auguſti: ad primum verſiculum pſalmi 85. *Omnes gentes, &c. multæ gentes*, inquit, *& vna gens* (deinde ſubdit) *ſed quarè vna gens?* Reſp. & *quia vna expectatio*, vnitatem tandem Rectoris, *& Capitis viſibilis vna eſt* Petri ſcilicet, & Romani Pontificis *ſucceſſoris ipſius B. Petri*; *quibus dixit Chriſtus in perſona Petri*; *Paſce oues meas*, de quo latius in 3. cap. Quam eccleſiam Romanam vnam & Apoſtolicam Deus in Patriarchis mundauit, in Prophetis præparauit, & in Apoſtolis condidit, ex quibus (ſcilicet Apoſtoli.) B. Petrum Apoſtolorum Principem ob con-

Digitized by Google

confeſſionē incarnati *vnigeniti filij ſui* (qua videlicet faſſus eſt, tu es Chriſtus filius Dei viui (per os eiuſdem verbi ſui confirmatum in fundamento *Domus ſua*. (hoc eſt Eccleſiæ militantis) mutato nomine (de Simone in Cepha) cæleſtium Clauſtrorum Præſulem cuſtodemq; fecit, quem Dei ſapientia inſignem reddidit ſingularis priuilegio poteſtatis, diuino ei iure conceſſo, vt quæ ſtatuiſſet in Terris *ſeruarentur in cælis* ex antiqua pręfatione, quæ manuſcripta reperitur in Sacramentario vetuſtiſsimo Sancti Gregorij in Vaticano conſeruato, de qua pręfatione latè dixerit; C. Baron. in notis ad Martyrologium Roman. die 18. Ianuarij de quo Apoſtolorum Principe, inquit S. Hylarius commentar. in Matth. cap. 16. *O Beatus Cœli Ianitor, cuius arbitria Claues æterni aditus traduntur, cuius terreſtre iudicium praiudicata authoritas ſit in cælo, vt quæ in terris, aut ligata ſint, aut ſoluta, ſtatuti eiuſdem conditionem obti-*

§. 3. *neant, & in cælo*. Eandem ecclęſiam doctrina munitam conſtituit Deus, traditionibus locupletatam, ſplendore virtute, illuſtratam, dotibusq; auctam, ex Irenęo lib. 3. cap. 3. aliarum eccleſiarum merito eſſe Reginam, dignitatum varietate circundatam cūcti prędicant, cuius fides annunciatur in vniuerſo

§. 4. mundo. Rom. 2. quadruplici gaudet vniuerſitate. Ideo fides Catholica appellatur. *Prima*, dicitur vniuerſalitas cui non poteſt ſubeſſe falſum; ita omnes Theologi, vbi tractant de fide prępertim ex ſymbolo Athanaſij: propter rationem quam aſſignat. S. Thomas 2. 2. queſt. 1. art. 3. incorpo. quia ſcilicet *nihil poteſt cadere ſub fide, niſi inquantum ſtat ſub veritate prima ſub qua nullum falſum ſtare poteſt ſicut necnon ens ſub ente, nec malum ſub bonitate*. Et S. Leo epiſt. 13. ad Pulcheriam Auguſtam; *Catholici ſymboli breuis, & perfecta confeſsio, quæ duodecim Apoſtolorum, totidem ſignata ſententijs, tàm inſtructa eſt munitione cæleſti, vt omnes hæreticorum opiniones ſolo ipſius gladio poſsint detruncari*. Nam epiſt. 11. ad Iulianum Epiſcopum Choenſem inter quam plura dixerat. *Hæreſis prodigium falſitatis eſt, de quo opinionum monſtra naſcuntur*. Secunda, temporis cum eandem fidem illibatam cuſtodierit, cuſtodiet, & ſeruabit eccleſia vſquem ad cōſumationem ſęculi. Tertia obſeruationis, & obedientię, nam mandata illius non vni gentium Populo tantum, ſed omnibus proponit obſeruanda. Quarta deniq; dicitur vniuerſalitas annunciationis *quia fides* annunciatur in vniuerſo mundo ad Rom. 1. Chriſti *enim fides viuificatrix*, ex Irenęo lib. 3. c. 3. ab Apoſtoliſq; prędicata mutari non poteſt, ex Cypriano lib. 1. epiſtola 3. ex Hieronymo apolog. 3. aduerſus Ruffinum, ex Ambroſio epiſtola 81. ex Nicolào I. ad Michaelem Imperatorem; inſuper clara eſt ex Primario cap. 1. ad Romanos.

26 Pro qua fide, teſte S. Leone ſerm. 2.

§. 1. aſcenſionis Domini, per vniuerſum mundum non ſolùm viri, ſed etiam fœminę, nec tantum impuberes pueri, ſed etiam tenerę Virgines, vſq; ad effuſionem ſanguinis decertarunt.

§. 2. Hanc fidem terrena ſapientia non reperit, nec opinio humana perſuaſit, ſed ipſe vnigenitus ęterni Patris filius docuit. ex eodem S. Leone ſerm. 3. de Penteeoſte.

27 Quam eccleſiam Romanam Catho-

§. 1. licam S. Ioannes Euangeliſta Apoc. 21. vidit tanquam Ciuitatem nouam, deſcendentem de Cœlo. Gloſſa noua in Clem. *ad noſtrum* de Hęreticis. Hęcq; eſt Ciuitas ſupra montem poſita, Matth. 5. de qua pſal. 86. *Glorioſa dicta ſunt de*

Digitized by Google

de te Ciuitas Dei, ita communiter omnes ferè Sancti Patres. Hanc futuram cecinere, Prophetarum oracula, & præſentem indicarunt.

Punctum Duodecimum.

De Regno Eccleſiæ.

§. 2. EVANGELICA namquè veritatis voce *regnum cælorum* vocatur Matth. 13. & ad Epheſ. 5. *Regnū Chriſti, & Dei* appellatur, ac *Domus Domini* 1. ad Timoth. cap. 3. in Domo Dei, quę eſt eccleſia Dei viui, quę Matth. 21. Marci 11. & Lucæ 19. *Domus orationis* dicitur, in quam vtique nullus intrare poteſt, niſi *luce fidei refuſus Catholicæ*, ex S. Ambroſio lib. 6. in cap. 9. Lucæ, ipſa quoque dicitur *pura verbi Dei prædicatione, legitimaque Sacramentorum adminiſtratione, plena fulgore ab Oriente, vſque ad Occidentem*, ex Origen. hom: 30. in Matth.

§. 3. Quæ Sancta appellatur, quia veluti corpus cum ſancto capite Chriſto Domino totius Sanctitatis fonte coniungitur, *à quo Spiritus Sancti Chariſmata, & diuinæ bonitatis diuitiæ diffunduntur*. ex Cathechiſmo Roman. ad Parrochos, & prolixiùs ex concilio Pariſienſi ſub Greg. iiij. cap. 2. ſed clariùs ex Symbolo Apoſtolorum; *quam Chriſtus dilexit*, pro qua ſeipſum tradidit, vt illam ſanctificaret, *ſanctificata, illuminata, Deo digna, caſtiſſima, beatificanda, Spiritu Sancto plena*, ex Epiſtola Sancti Ignatij Martyris ad Rom. *Domini voce cōſecrata Sanctorū Patrum autoritate roborata*.

Punctum Decimumtertium.

De primatu Eccleſiæ.

28 §. 1. QVARTVM Præludium. *Primatum tenens omnium Eccleſiarum*. ex Vigilio Papa ad Eucherium, præter innumera alia Pontificum, conciliorum, Sanctorum Patrum, irrefragabilia teſtimonia, dicente Sancto Bernardo Epiſtola 131. *plenitudo poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias Orbis ſingulari prærogatiua apoſtolicæ ſedi donata eſt*, (addens), *qui huic poteſtati reſiſtit. Dei ordinationi reſiſtit*, Omniumque eccleſiarum mater eſt, & magiſtra. ex Concil. Trident. ſeſſ. 7. de Baptiſmo can. 3. ſeſſ. 14. cap. 3. & 22. cap. 8. & 25. cap. de delectu ciborum, ieiunijs, & diebus feſtis; Cunctis quidem cōſpicua, tamquam Ciuitas de Cœlo deſcendens, ſupra montem poſita in Cœlo fixas habens radices, ex Ioanne Chryſoſtomo hom. 4. in Eſaiam, & in Matth. cap. 5. quæ falſitatibus hæreſum *occultari non poteſt*. ex Sancto Auguſtino lib. 2. contra Creſconium, quam neque irruentes fluuij, neque ventorum flatus ſubuertere poſſunt, ſecundum illud Matth. 16. *& portæ* Inferi non præualentur aduerſus eam, nempè vitia, errores ſiuè hęreſes, hæreticorum doctrina, vel eorum fucata calliditas, iuxtà expoſitionē Sancti Hieronymi ſuper Matth. cap. 16. & D. Gregerij in pſalm. 7. pœnitent. cùm *faciliùs ſit ſolem* extingui, quam Eccleſiam obſcurari, ex Chryſoſt. vbi ſupra, & S. Auguſtinus ad pſalm. 47. verſ. 12. *Hæc eſt Ciuitas in monte poſita, quæ abſcondi non poteſt, Hæc eſt lucerna quæ ſub modio non occultatur, omnibus nota, omnibus diffamiata*, & poſt pauca ſubdit de firmitate eccleſiæ militantis. *Deus fundauit eam in æternum*. ſi ergo fundauit eam Deus in æternum, quid times, nè cadat firmamentum? & S. Epiph. tom. 2. hæreſi 29. contra Nazzarenos, inquit, Thronus Dauid Regia Sedes & Sacerdotium in eccleſia ſancta eſt, quam dignitatē Regiam, ſimulquè Pontificiam coniunctim largitus eſt Dominus ec-

cleſiæ

Digitized by Google

cleſiæ ſuæ ſanctæ translato in ipſam Trhono Dauid non deficiente in æternum, Ideo S. Aug. lib. de vtilitate credẽdi, c. 17. *dubitamus*(inquit)*nos illius eccleſ. condere gremio, quæ ab Apoſt. ſede per ſucceſſionem Epiſc. ſemper fruſtra hæreticis circumlatrantibus, culmen auth. obtinuit?*

29 De Regno eccleſiæ duraturo in perpetuum, ac de poteſtate capitis illius interpretantur SS. Patres illud Daniel. 7. *Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ nõ auferetur, & Regnũ eius, quod non corrũpetur.*
§. 1.

Punctum Decimumquartum.

De hoſtibus Eccleſiæ.

30 ECCLESIÆ enim à primordijs ſuis non defuerunt hoſtes, qui atrociter illam impugnarunt, ſed minimè debellare potuerũt. Ideò Regius Vates in perſona illius decantat. *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi*, quia ſẽper de inimicis ſuis gloriosè triunfauit, et triũfabit, egregiè Vepres ſpinas, ac tribulos hæreſum, aliorumq; errorũ funditus extirpando. Ad hæc inſuper adde, quod eccl. cath. perſecutionibus magis, magiſq; fuerit propagata, dicente S. Leo: in ſer. 1. in Natali Apoſt. *non minuitur perſecutionibus eccleſia, ſed augetur, & ſemper Dominicus ager ſegete ditiori veſtitur, dum grana, quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur.* S. Iuſt. quoq; martyr in Dial. cum Trifone Iudæo, *Perſecutionem* (aſſerit) *id eſſe, Chriſti eccleſiæ, quod putatio vitæ*, & S. Hylar. lib. 7. de Trinit. inter quamplura de eccl. Cath. Rom. (inquit) *ipſa eſt, quæ dũ perſecutionem patitur floret, dũ opprimitur creſcit, tuncq; ſtat cum ſuperari videtur.*
§. 1.

§. 2. De perſecutionibus Eccl. Rom. gloriosè per ipſam ſuperatis, legatur inter alios multos Sand. lib. 7. de viſibili monarch. eccl. lib. 7. poſt nu. 678, tit. quod *Eccleſ. Roman. omni tentationis genere probata in omnibus victoriam conſecuta eſt*, vbi magna verborum prolixitate probat, vix vnquam à perſecutionibus liberam fuiſſe, cum *ſit vana ſine viribus ira*, & ſi cupis ſcire rationem legas verba. S. Leo: epiſt. 31. ad Pulcheriam Aug. quibus dicit, quia non deerit eccleſiæ, diuina protectio, dicente Domino, *ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſumationem ſæculi.*

§. 3. *Non ergo*(inquit S. Aug. ſer. 78. de tẽpore)*glorientur atq́ ſe extollant mali perſecutores, quando bonis aliquas tribulationes immiſerint, quia cum illos, perſequuntur in corpore, illis inſeruiunt, quomodo limæ, vel mallei auro, ſeque occidere probantur in mente.* equidem, vt ad virũ bonũ perueniat hominis mali aduerſitas, iam illius animam putrefacit iniquitas.

Punctum Decimumquintum.

De patentibus Eccleſiæ partibus.

31 QVINTVM præludium. quàm eccleſ. ſanctam Roman. Deus poſuit in manifeſto, adeo vt nulla pars illius lateat. ex S. Auguſt. tract. 1. in epiſt. Ioannis, & in epiſt. ipſius Auguſtin. 48. ſubdens, *itaut, quemadmodum nequit ſol omninò latere, ità nec eccleſia Dei.*
§. 1.

32 Ideò pertinacibus hæreticis, alijſque veritatis hoſtibus, quaſi caſtrorum acies ordinata eſt, dicente S. Greg. hom. 8. in Ezechiel. ad hęc verba canticorum, Caſtrorum acies, *tunc terribilis hoſtibus oſtenditur, quando ita fuerit conſtipata, atq́ denſata, vt in illo loco interrupta videatur, et vt Dei tabernaculum optimè munitũ, fortiter reſiſtit.* Cant. 6. *ſuoſq́ hoſtes, ſponſi ſui armis vlciſcitur*, de illiſq; triumphatis, vindictam gloriosè ſumit, *Eccleſia* (quidem)*Dei nihil fortiùs*, ex hom. S. Ioa. Chryſ. de illius expulſione, *extra quam qui colligit diſpergit, quiſquis enim alibi collegerit ſpargit*; Nihil autem aliud eſt ſpargere, quàm ſchiſma facere, Gregemq; Domini diuidere, ex S. Cypriano lib. 1. epiſt. 8. & prolixius ex S. Hieron.
§. 1.
§. 2.

Luc. Caſtell. de Cert. Glor. SS. C epiſt.

Digitized by Google

epiſt. 57. *extrà quam etiam, nemo Chriſti membrum eſſe poteſt, nulluſq; omninò ſalutem conſequi valet. ex Conc. Lateran.* ſub Innoc. iij. can. 1. dicente Chriſto apud Lucam cap. 11. *qui non eſt mecum, contra me eſt,* & S. Bernard. ad Hiebertum, *qui non libenter iunguntur Pontifici Romano, ſed ex aduerſo ſtant, aut Antichriſti ſunt, vel Antichriſtus*, ideò Arnobius Afer Doctor Cathol: & S. Auguſtini contemporaneus in pſal. 146. *Petrus* (inquit) *in deſerto huius ſeculi perambulans, quouſq; Romam perueniret, prædicauit Baptiſmũ Chriſti, ipſe poſuit exitus aquarum in ſitim, ita, vt qui exient foras ab eccleſia Petri, ſiti pereant, in qua neque hæreſis vlla exordium ſumpſit, ſed mos ibi ſeruatur Antiquis*. ex Ruffino in expoſitione ſymboli; *hanc qui non habent matrem, neque Deum patrem habere poſſunt.* ad Regnum enim cœlorum peruenire non poterit, qui eccleſiam, (quæ in æternum nõ diſſipabitur, cuiuſue Regnũ ſempiternum eſt, Matth. 13.) derelinquit. vbi Chriſtus eccleſiam Regnum appellat, Dominus enim fundauit eam, vt permaneat in ſæculum ſæculi, pſal. 147. ex eodem S. Cypriano epiſt. 73. ad Iubaianum.

Punctum Decimumſextum.
De facultate iuſtos canonizandi.

33 §. 1. SEXTVM præludium, In Eccleſia igitur Rom. omnium Eccleſiarum magiſtra, & fidelium matre, quæ natos ſuos (materna charitate) à morte regenerat ad ſalutem. ex S. Auguſtin. eodem ſermone ſupra citato de tempore 253. atque in eius capite Romano, ſcilicet Pontifice, plenaria authoritas, & poteſtas ampliſsima reperitur præmiſſis præmittendis, quibus ordinariè deueniri poteſt ad veram Dei cognitionẽ, Iuſtos beatificandi, eoſdemq; canonizãdi.

§. 2. Ex S. enim P. Auguſtin. lib. de pœnitentię medicina, cap. 3. *Non niſi publicis teſtimonijs, aut documentis certior facta eccleſia ſancta Dei, de aliquo homine ſententiam dicere, aut iudicium pronunciare ſolet*; hinc eſt quod quamplures Pont. Rom. in Bullis canonizationis diuerſorum ſanctorum præſertim Sixtus V. in illa S. Didaci, Clem: 8. in illa SS. Hyacinti, & Raymundi Ord. Præd. & Paulus V. in illa S. Franciſcæ Romanæ §. *hæc tandem*. ac in illa S. Caroli. §. *denique.* fatentur, ante actum ſolemnis canonizationis, ritè peracta ac obſeruata fuiſſe omnia, & ſingula, quæ SS. Patrum authoritas, ſacrorum canonum ſtatuta, ſanctæq; Rom. eccleſ. antiqua conſuetudo, in re huiuſmodi peragẽda præſcribunt.

34 §. 1. Non tamen cogitur totiès quotiès celebratura eſt ſancti alicuius canonizationem expectare ſuper hoc ſpecialem diuinã expreſſamq; reuelationem, contra Ioann. Vuicleph, & alios hæreticos, ſuis blaſphemijs ſanctorum canonizationem impugnantes, quorum hæreſes abundè nimis confutat inter alios Tho. Vualden. 3. tom. de ſacramental. c. 122. 123. & 124. vbi ex profeſſo validiſſimis argumentis collectis ex auctoritatibus ſacr. ſcript. SS. Patrum confutat temerariam nimis, atq; hæreticam doctrinam pręſertim Vuicleph, proteruè contendẽtis in Iudicẽ canoniz. SS. in teſtes, & in vera miracula canonizandorũ, & Roffenſis contra artic. Luteri art. 37. §. *ſi ſit hæreticus*, illoſq; damnauit eccleſia in Concil. Conſtantien. ſeſſ. 8.

§. 2. Ab initio enim naſcẽtis eccleſię inſtitutum canonizandi iuſtos eſſe cœpit, vt veri Martyres à falſis innoteſcerent, atque hominum fraudibus occurreretur, remediumquè ſuperſtitioni, imperitæ multitudinis præſtaretur, quæ interdũ, nè dicam frequentèr decipiebatur, aſſimulata quadam ſpecie ſanctitatis; alias quoq; rationes, ad idem adducit prolixius Turrecr. in c. 1. de conſecratione diſt. 3.

Digitized by Google

diſt. 3. & gloſ. in c. vnico de reliq. & vener. ſanctorum in 6. verſ. Sedis Apoſt.

35 §. 1. Qua occaſione animaduertam quoſdam fuiſſe in aliquibus Martyrologijs appoſitos, ſed pſeudomartyres, & viros iniquitatis, vti de Marculo relato in Martyrologio Bedæ, loco Marcelli, die 26. Nouembris, qui Marculus ſponte ſe præcipitauit in Numidia, ac extitit Donatiſta; Marcellus verò, Nicomediæ à Donatiſtis, pro fide Chriſti præcipitatus fuit, vti eſt videre apud Card. Baronium in notis ad Martyrol. Rom. die 26. Nouembris. §. *Marcelli*, in ſecunda impreſſione, & apud Molanum c. 3. lib. de Martyrologijs, de quo Marculo Donatiſta, ac pſeudomartyre diſſerit Optatus Mileuit. lib. 3. & Auguſtinus contra lit. Petil. lib. 2. cap. 28. & 88. quibus malis, ſollicitudine Apoſtolica occurrentes Pontifices Romani illam authoritatem, quàm antea liberè conceſſerant Epiſcopis circà canonizationem Sanctorum, vel beatificationem, meritò reuocarunt, prout latiùs in cauſis, vel rationibus adductis ab auctoribus, locis immediatè relatis.

§. 2. De tempore verò quò Summi Pontifices Romani, ob inſinuatam cauſam, meritò ſibi auocarunt facultatem iuſtos canonizandi, vel beatificandi, non ſunt concordes inter ſe Scriptores, licèt omnes conueniant in cauſa, de qua ſupra: Aliqui enim aſſerunt id factum fuiſſe per Leonem iij. circa annum Domini 798. Alij, per Alexand. iij. circa annũ Domini 1163. facillimè tamẽ poſſent inter ſe conciliari dicendo id eueniſſe tempore Leonis iij. quod poſtea magis clarè, & firmiùs Alex. iij. confirmauit, ſtabiliuitq;.

§. 3. Brixiæ enim accidit, vt Guido de Laca, qui apparenter videbatur Sanctus, quiquè à Populis honorabatur, tamquàm alius Ioan. Baptiſta, tandem manifeſtè detectus hæreticus, (quia nihil occultum, quod non reueletur) exhumatus, & palàm combuſtus fuit, quem actum iuſtæ combuſtionis Deus miraculo patenti comprobauit. ex Bernardo Lutzemburgo in Cathalogo hæreticorum lib. 2. ex Prateolo lib. 7. de vitis, & ſectis hæreticorum, cap. 16.

§. 4. Idem eueniſſe legitur de Ioan. illo, qui in ordine S. Franciſci, ſchiſma excitauerat, contra Ioan. Papam XXII. cuius corpus colebatur in quodam oppido Diocæſis Biterrenſis, ſiuè Birenenſis ſecundùm Prateolum: verùm detecto; quod eſſet hæreticus, eius oſſa, tabellæ, ac alia donaria appenſa ad illius ſepulchrum, Narbonę publicè igne combuſta fuere, idem Lutzemburgus, vbi ſupra lib. 3. verbo *Petrus Ioan.* & Prateolus vbi ſupra lib. 14. cap. 20. & & Pegna comment. 51. ſuper qu. 26. Direct. inquiſi. Alia exẽpla ad idem inferiùs recenſentur, c. 8. n. 16. §. *hinc quoq;*

36 §. 1. Vbicunque igitur auctoritate ſacrorum Canonum, conciliorum, grauiſſimorùmque Catholicorum Doctorum legitur, adhùc apud Epiſcopos inueniri poteſtatem, vt aliquem pro ſancto venerari faciant, ac de illo feriari, ſiuè ſimilia; cuncta hæc exponenda veniunt non de actu canonizationis, ſiue beatificationis, verùm de celebritate tantùm feſtiuitatis in honorem alicuius ſancti, vel ſanctorum, qui iàm certò per eccleſiam canonizati ſunt, vèl de actibus illis, actum ſolemnis canonizationis præcedentibus, vt latiùs explicatur, cap. 2. præſertim num. 10. & 17.

37 §. 1. Hanc celebritatem feſtiuitatis, etiam cum ceſſatione ab opere ſeruili, poteſt adhùc indicere Epiſcopus in ſua diocæſi, etiam non requiſito conſenſu Populorum (intellige neceſſariò.) ita tenent communiter Theologi, & Canoniſtæ, inter quos vnus eſt Bartholomæus Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi

Digitized by Google

part. 3. conſid. 48. §. *quidquid tamen* pro qua ſententia adducit in ſpecie authoritatem *textus*, *cap. cum ſit generale. de foro compet. & cap. nouit. de iudic. & cap per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, & quamplures alias authoritates Canonum ac Baldi, Antonij de Buſtis, & aliorum. Alia plura, & clariora quæ pertinent ad veritatem huius, inuenies inferius in hoc cap. num. 65.

38 Poteſtatem verò, de qua ſupra Sanctos canonizandi euidenter demonſtrat antiqua traditio, & conſuetudo eccleſię, fundata in ſcriptura ſacra, de qua conſuetudine S. Thom. 2. 2. q. 10. ar. 12. in corpore, inquit, *maximam habet authoritatem, ita, vt ſemper in omnibus emulanda; quia, & ipſa, doctrina Catholicorum Doctorum ab Eccleſia authoritatem habet, magiſq; ſtandum eſt auctoritati Eccleſiæ, quàm authoritati Auguſtini, Hieronymi, vel cuiuſcunq; Doctoris.*

§. 1.

§. 2. Hanc quoq; eccleſiæ conſuetudinem pro indubitata lege ſemper habuit Sanctus Auguſtinus, quemadmodum videre eſt apud illum, præſertim epiſt. 118. 119. & 120. & in multis locis ſuæ pręclaræ doctrinæ, inter alia multa ſemel, atq; iterum dicens: *Euangelio non crederem, niſi authoritas Eccleſiæ me compelleret.* Quod enim vniuerſa eccleſia tenet, ſemperq; retinuit, non niſi auctoritate Apoſtolica traditum rectiſsimè creditur, ideo Paulus viro contentioſo obijcit conſuetudinem, tanquam pondus, & momentum ſuper his quæ agenda ſunt, & ſeruanda in eccleſia Chriſti; Paulum itaque imitantes Iræneus, Tertullianus, Hieronymus, & Auguſtinus, Hæreticis ſuorum temporum paſſim, vt illos conuincerent; veterem eccleſiæ morem obiecerunt.

§. 3. Idem probat de facultate, quam habet eccleſia Romana iuſtos canonizandi, vel beatificandi, venerandorum conciliorum, ſanctorumq; Patrum, maiorum vnanimis ſententia, magno totius eccleſiæ conſenſu iam inde ab initio recepta, ita, vt nullo pacto liceat aliquem hominē, quantumcūq; per ipſum miracula fiant, pro beato, vel ſancto, cultu publico, ſiuè publicè venerari, niſi antea fuerit beatificatus, vel canonizatus, ſiue pro tali approbatus, authoritate Rom. eccleſiæ. extra de reliq. & vener. ſanctorum. cap. *Audiuimus*. Doctores ibidem, vt latiùs demonſtratur, cap. 2. num. 11. & ſeqq.

§. 4. Quapropter Ioannes Franciſcus Pauinus in relatione Canon. S. Bonauenturæ ad initium tom. 2. Opuſculorum S. Bonauenturæ regiſtrata in exordio illius, quæ relatio impreſſa reperitur etiam ſeparata in forma, quam vocant in 4. cuius exordium eſt, *Ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaq; Domine.* validiſſimis argumentis ex authoritatibus ſacrorum Canonum, & grauiſſimorum Doctorum decerptis, quas authoritates in ſpecie ibidem adducit præſertim §. *adducūtur, & plures*, his probat ad ſolum Pōtificem Romanum pertinere ſanctorum canonizationem, idq; non ab Epiſcopis, neque à Sedis Apoſtolicæ legatis præſtari poſſe, niſi accedat ſuper his ſpecialis, & expreſſa facultas eiuſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.

§. 5. Imò ante art. 1. §. *dicit Baldus cap. de ferijs, citat Baldum aſſerentem, votum Populi, siuè vniuerſitatis emiſſum de colendo feſto in honorem viri Dei, adhùc non canonizati, neq; beatificati, nullatenus valere*, addendo, *licèt contrarium ſeruetur Paduæ in proceſsio: cuiuſdam B. Antonij Peregrini*, & §. *dicitur.* poſt citatum text. Canon. inquit, *propter meritum vitæ alicuius famuli Dei, nō eſt recedendum à Iuris diſpoſitione, quia neque propter honeſtatem vitæ, aut probatam fidem, releuatur*

Digitized by Google

leuatur quis à ſatisfaciendo iuris mandatis.

§. 6. Qua occaſione ponderandum eſt facultatem beatificandi, vel canonizandi Sanctos, conceſſam fuiſſe à Sancta Sedę Apoſtolica olim Epiſcopis, vti eſt videre in epiſtola S. Fabiani Papę ad dilectiſſimos vbiq; eccleſiæ Catholicæ com miniſtros; hoc autem non legitur conceſſum fuiſſe Monachis: ideò calumnia reputatur illa Eunapij Græci Scriptoris, ſed Chriſtianorum infeſtiſſimi, iniquè aſſerentis in vita Editij Philoſophi, conſuetudinem fuiſſe in primitiua eccleſia, vt Monachi etiam canonizarent ſanctos martyres, atq; confeſſores. ad horum clariorem intelligentiam faciunt tradita ad finem ſeq. cap. 2.

39 Iacobus quoq; Caſtellanus Canoni-
§. 1. cus Baſilicæ Lateranenſis tractatu de Canon. Sanctorum qu. 3. §. *ad prædicta paulò ante adducta*, ad ſolum Papam, aſſerit pertinere Sanctos Canonizare, &c. additq; neque legatos de latere, neq; Collegium Cardinalium, neq; Concilia Prouincialia, aut vniuerſalia, niſi intercedente authoritate ſpeciali Papæ, ſuper hoc poſſe Sanctos canonizare, neque illos tanquam ſanctos Populis proponere in eccleſia venerandos, quod probat teſtimonio ſacr.Canon.& & quamplurimorum Auctorum; vt videre eſt §. *Quæro, quid de Collegio Cardi*: & §. *Quæro quid de Concilio Prouinciali, ac etiam* §. *Quid de concilio vniuerſali*, præſertim Ver. *Sed non interueniente*, & §. *vacante etiam*. idem negat fieri poſſe à Cardinalibus, vel à Concilio, etiam Sede Apoſtolica vacante, cunctaq; probat multis argumentis, & rationibus in iure fundatis. vel dicamus, quod antiquitùs, vt patet ex Decreto Summorum Pontificum Anacleti, & Zachariæ, & aliorum, tenebantur Epiſcopi ſingulis annis limina Sanctorum

§. 2. Apoſtolorum viſitare: Qua occaſione ſecùm deferentes neceſſarias informationes iuſtorum, qui in eorum Diocæſi deceſſerant; illis valdè facilè erat obtinere à Sancta Sede totiès, quotiès facultatem illos Canonizandi in eorum tamen Diocæſi. Hoc enim inter alios docet Hieron. Roman Hiſpanus Auguſtinianus in ſua Republ. Chriſtiana par. 1. cap. 3. vbi facit mentionem de Canonizatione S. Ioannis Chryſoſtomi, celebrata per Cyrillum Alexand. Patriarcham dicens, *Neque Patriarchas poſſe propria auctoritate canonizare ſanctos; cùm id ſoli Pontifici Romano competat; idq;* (ſubdit) *credendum eſt factum fuiſſe à Cyrillo authoritate ſibi delegata à Summo Pontifice Romano*; & meritò quidèm cùm iudicium, quo aliquis iuſtus in eccleſia canonizatur, ſit eminens; atq; maximum bonum, ex quo conſurgit feruor, atq; comprobatio fidei Chriſtianæ, dicente gloſſa in cap. 1. de reliq. & vener. Sanctorum in 6. *Canonizatio eſt vna de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponi poſſit.*

40 Sanctumq; vniuerſaliter in tota Ec-
§. 1. cleſia venerari, pertinet potius ad poteſtatem Iuriſd. Papalis, quàm ordinis: ideò illi ſoli negotium Canonizationis proprium eſſe debet, qui præeſt toti eccleſiæ, qui eſt Vicarius Chriſti, de quo dicitur Lucæ 20. *Ego ſum, qui ſanctifico.* quemadmodum ſolius Chriſti eſt, homines ſanctificare, iuxtà illud etiam Leuitici 21. *Ego Dominus, qui ſanctifico vos*: ità quoq; ſolius Papæ Chriſti Vicarij proprium eſſe debet, illorum, quos Chriſtus iam ſanctificauit; ſanctitatem manifeſtam reddere, atq; declarando approbare, præcipiendo fidelibus, vt eos dè venerentur, & imitentur; ità docent communiter Theologi, & Canoniſtę in ſpecie Auguſtinus de Ancona in ſua Antiqua ſumma de Eccleſiaſtica pote-

Digitized by Google

Sanctorum, Thomæ de Aquino, & Antonini Archiepiſcopi Florentini, de quibus cap. 2. num. 9. §. *de quo Sancto Doctore, &c.* Et Iacobus Canonicus Lateranenſis Eccleſiæ de Vrbe, in ſuo tractatu de Canonizatione Sanctorum quęſt. 8. ad exordiū, nonnullis argumētis ex textu ſacrorum Canonum, & authoritatibus celeberrimorum Doctorum depromptis idem probat, atq; confirmat, vbi in ſpecie tradit, quòd etiam multiplicatis Principum inſtantijs non conſueuit Romanus Pontifex, ſtatim moueri ad committendam inquiſitionem ſanctitatis, & miraculorum Canonizandi, Poſt quum adhuc reſtant nonnulla peragenda.

§. 5. Idem quamuis ſub alijs verbis adduxit, & probauit Pauinus in relatione Canonizationis Sancti Bonauenturæ ad exordium reſponſionis ad 7. articulum. ad omne confirmatur exemplo B. Alberti Carmelitæ glorioſiſſimi Confeſſoris, & dilectiſſimi Dei amici, quem in vita, in morte, & poſt mortem Deus admirandis illuſtrauit miraculis, quem etiam ſanctum prædicauerunt Angeli in die ſui funeris prout copioſè dicam cap. 2. num. 9. §. *circa hoc idem*, qui migrauit ad Cœlum 1292. 7. idus Augusti, adhùc tamen non ſolemniter Canonizatus per Eccleſiam, ſed Beatificatus, prout declarant conceſſiones Apoſtolicæ Calixti iij. & Sixti iiij.

Punctum Decimumoctauum.

De B. Alberto Carmelitano.

§. 1. IDEO errat Franciſcus Maria Torrigius Romanus in ſuo Cathalogo lingua vulgari edito ann. 1625. de Canonizatione ſanctorum facta per Summum Pontificem Romanum, reponens inter ſanctos canonizatos B. Albertum de Monte Drepano, licet dicat aliquos aſſerere fuiſſe canonizatum à Sixto iiij. alios verò à Calixto iij. cum realiter nōdùm ſit canonizatus, ſed tantùm per illos beatificatus.

§. 2. Hanc animaduerſionem præterire non potui propter veritatem hiſtoriæ, & facti quod ſe habet modo à me paulò ſuperiùs fideliter explicato. Et præſertim, quia factum prædicti B. Alberti Carmelitę confirmat, ſiuè potiùs euidenter demonſtrat veritatem, quam ſtatui circa dilationem canonizationis famulorum Dei, ac etiam reuerētiam quàm neceſſariò exhibere debent fideles, ſanctæ Sedi Apoſtolicę, ſine cuius authoritate, vel approbatione non licet facere innouationē cultus indicatiui ſanctitatis alicuius viri Dei, etſi illius ſanctitas ſit celebris propter illius virtutes, tùm etiam propter corruſcationem miraculorum, vt copioſiùs dicam cap. 2. num. 14. præſertim §. 14.

§. 3. Quamuis enim, vt inſinuaui, ſanctitas viri Dei B. Alberti Carmelitæ fuerit apud omnes nedùm fideles, verum etiam apud Iudæos, & infideles valdè celebris, quæ quidem, teſtimonium habuit de cœlo ab Angelis, Beatique viri fœlix tranſitus fuit 7. Auguſti 1292. creſcente ſemper in dies erga prædictum Beatum, populorum deuotione, & miraculorum patratione, adhùc tamen non inuenitur, quod ſit ſolemniter canonizatus per eccleſiam, ſed Calixtus iij. ad inſtantiam Generalis, præclariſſimi ordinis Carmelitarum per viuæ vocis oraculum factum Illuſtriſſimo Cardinali Gulielmo Rothomagenſi Epiſcopo, & Protectori dicti Ordinis conceſſit fratribus Carmelitis celebrationem feſti cum Miſſa, & officio in honorem dicti Beati, ac erectionem altarium ſub nomine ipſius, additis ſequentibus verbis, *quouſque per eccleſiam*

aliud

Digitized by Google

aliud ſolemniùs decernatur. Per quæ verba inſinuat actum Canonizationis futuræ.

§. 4. Sixtus verò Papa iiij. per ſuum Breue, cuius initium eſt, *Cæleſtis aulæ militum*. expeditum anno 1476. cuius exemplar authenticum ſeruatur apud pios, & deuotos Clericos Congregationis Oratorij de Vrbe, inter eorum manuſcripta libro ſignato littera Q. fol. 120. de quo breui ſermonem faciunt multi Scriptores vitæ eiuſdem B. Alberti, præſertim Didacus de Coria in ſuo Cronicon Religionis Carmelitæ lingua Hiſpanica edito lib. 10. cap. 17. vbi adducit bis per extenſum dictum Breue Sixti iiij. lingua prius hiſpanica; deinde latina. Et in ſpeculo Ordinis Carmelitarum nouitèr impreſſo, ac emendato 1507. per Magiſtrum Fratrem Baptiſtam Venetum de Cattaneis eiuſdem ordinis fol. 94. habetur per extenſum eadem Bulla Sixti iiij. de qua ſupra, cuis initium eſt. *Cæleſtis aulæ militum*. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorē, Anno Incarnationis Dominicæ 1476. Sexto pridiè Kal. Iunij, Pontificatus eiuſdem Sixti anno 5. ſolùm, ac tantùm confirmat, & innouat, quæ continebantur in præcitato Oraculo facto à Calixto iij. quod Oraculum expreſsè inſeritur in eodem Breui Sixti iiij. Et eſt Dat. Romæ in ædibus Reſidentiæ eiuſdem Cardinalis Gulielmi apud Sanctum Apollinarem die 15. Octobris 1457. & omiſſis verbis præambularibus, *Nos, &c.* eſt ſequentis tenoris.

§. 5. *Notum igitur facimus, ac teſtamur per præſentes, quod Sanctiſsimus in Chriſto Pater noſter D. Calixtus diuina prouidentia Papa iij. nuper viuæ vocis oraculo nobis præſentibus, et atteſtantibus coram ſua Sanctitate conceſsit, & indulſit Reuerendo P. Magiſtro Ioanni Soret Priori Generali fratrum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo præſenti, & ſupplicanti, quod de B. Alberto de Drepano Inſulæ Siciliæ dicti ordinis, dùm in humanis ageret, profeſſore, in cuius honorem, & reuerentiam plura Altaria, et Eccleſiæ, vt idem Prior aſſeruit, ædificata fuerunt, ac eius crebreſcentibus miraculis, publicè lōgo tempore per Chriſti fideles, tàm in eorundem fratrum quàm etiam in alijs Eccleſijs (nulla tamen ſecundùm ritum Romanæ Eccleſiæ præcedente Canonizatione) preces, & ſuffragia publicè perſoluantur; eadem reuerentia et deuotione, vt præmittitur, ſine alicuius peccati labe, & tranſgreſſionis nota, ac conſcientiæ ſcrupulo, per eos, atque alios Chriſtifideles fieri poſsit, continuari, quouſque per Eccleſiam aliud ſolemniùs decernatur.*

§. 6. Quibus verbis Sixtus iiij. ſolùm, ac tantùm confirmat, ac innouat, quæ continebantur in præcitato Oraculo facto à Calixto iij. ideò illud Oraculum expreſsè inſeritur in eodem Breui Sixti 4.

Nec in aliquo Scriptore inuenitur probatum, quod dictus B. Albertus fuerit ſolemniter vſque modò Canonizatus, neque vidi aliquem authorem referentem Bullam ſuæ Canonizationis, imò Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 7. Auguſti de hoc particulari nihil dicit; ſed inter Scriptores vitæ huius Beati enumerat Laurentium Surium, qui nec verbum habet de ſubſecuta Canonizatione dicti Beati; ſed Tom. 4. die ſeptima Auguſti in vita eiuſdem Beati ab eodemmèt egregiè deſcripta cap. 18. poſt recenſitum prodigioſum miraculum de apparitione Angelorum in die ſuæ *Sepulturæ, de quo ſupra, expreſsis verbis*, inquit, *ob hoc miraculum Rex, & alij omnes, id planè decreuerit Beatum virum cathalogo Sanctorum ab Apoſtolica Sede inſerendum opera, et impenſis Regni.*

Ita

Digitized by Google

Ità reperitur in eodem Surio, vbi ſupra ſecundum impreſſionē Coloniæ 1579. & in alia nouiſſimè facta paritèr Coloniæ, 1618. vbi agitur tantùm de procurcuranda Canonizatione B. Alberti, an verò fuerit obtenta, nil dicitur.

§. 7. Deniq; in Lectionibus officij d. Beati, in Breuiario ordinis Carmelitarum reperto, nulla prorſus habetur mentio de Canonizatione dicti Beati, ſed quàmplura eximia miracula meritò narrantur de eodem B. Alberto, Quem ſummopere deſidero habere intercesſorem apud Altiſſimum.

§. 8. Philippus quoque Ferrarius ordinis Seruorum, in ſuo Cathalogo Sãctorum Italiæ impreſſo Mediolani apud Hieronymum Bordonium 1613. die 7. Auguſti, poſt recenſitam vitam B. Alberti Confeſſoris, ab eodem collectam ex Surio, & Breuiario Carmel. in quā nullam facit mentionem de illius ſolemni Canonizatione, in annotatione immediatè ſequēti expreſſis verbis, inquit. *obijt anno Domini* 1292. Subdens ſtatim, & immediatè. *Caliſtus iij. Summus Pontifex primùm, vt de eo nondùm in Sanctorum relato, officium Eccleſiaſticum recitaretur, conceſſit, Deinde Sixtus iiij. vt in toto Sicilia Regno, eius Natalis celebraretur, hac die, diplomate indulsit*.

§. 9. Ad illud verò quod adducit Ioſeph Fulconius Placentinus Carmelita in ſua Cronica Carmelitana, Placentiæ impreſſa 1595. in vita B. *Alberti Confeſſoris, de quo ſupra pag.* mihi 144. §. *in tanto frà quei Religioſi*, poſt recenſitum miraculum de Angelorum apparitione, de quò aliàs, expreſſis verbis, inquit, *manifeſtiſsimo ſegno della Santità del Confeſſore Alberto frà Santi in cielo conſcritto, il che tutto fù ſcritto al Pontefice Maſsimo per mezzo di Legati, ch'era Clemente V. Reſcriſſe che frà Santi fuſſe cõnumerato, & che in ciò gli daua il ſuo pieno cõſenſo, come anco confermò Papa Siſto IV. & Caliſto III. come appare nella Bolla di Siſto IV. nella inſtitutione Carmelitana, che così comincia. Cœleſtis aulæ militum*, hæc ille in prædicta ſua Cronica lingua vulgari edita.

Quibus verbis, conuincitur author iſte de contradictione, nam aſſerit prędictum Sanctum Confeſſorem fuiſſe Canonizatum à Clemente V. addens quod actus Canonizationis fuerit confirmatus per Sixtum IV. in Bulla Superiùs citata, in qua in rei veritate nihil tale inuenitur, ſed ſola Confirmatio oraculi Cardinalis Gulielmi, in quo oraculo, & Bulla expreſsè inter alia dicitur, quod nondùm dictus Beatus Confeſſor eſt Canonizatus, & Clemens V. iam obierat circa annum Domini 1315. & Bulla ab eodem authore citata eſt expedita anno 1476. & paritèr oraculum 1457. annis ſupra centum à tempore Clementis V. Niſi fortè prædictus Fulconius intelligeret de beatificatione, quæ ab aliquibus vocatur Canonizatio particularis, vt inferiùs dicetur cap. 2. hoc ſecundum, poſſet aliqualiter ſuſtineri. Dico, aliqualiter, quia ex verbis ſupplicationis Generalis ordinis Carmelitarum relatæ in oraculo Cardinalis Gulielmi, de quo ſupra, apparet quod nequè Beatus vſquè ad illa tempora fuiſſet declaratus dictus B. Albertus, ideò &c.

§. 10. Ad argumentum autèm eorum, qui contendunt perſuadere contrarium, (vt ſupra) aſſerentes debere eſſe faciles, ac frequentes Sanctorū Canon. ex quibus, (inquiūt) corroboratur fides Catholica, Reſpondetur, id habere veritatem, ſeruatis ſeruandis, præcipuè, ſi duo cõcurrant, Primū quorum eſt, obſeruatio modi, ſtatuti circa Sanctorū Canonizationem à Sacris Canonibus, & Sanctis Patribus, quam hodiè inuiolabiliter non

fine

Digitized by Google

ſinè magno rigore, & meritò quidèm obſeruat Eccleſia Catholica, quemadmodum inter alios expreſſit Gregorius IX. in Bullis Canonizationis SS. Dominici, & Franciſci, præſertim in illa S. Antonij de Padua §. *Ad hoc &c.* In quo debito modo, includitur etiàm diuturnitas temporis; 2. eſt oriens ex 1. vt tantus honor qualis eſt ille Canonizationis Sanctorum, conferatur dignis, & habentibus virtutes heroicas, & Sanctitatem Vitæ excellentem, ideò communiter tradunt Theologi, & Canoniſtæ, quod Sanctitas illius, qui debet Canonizari, neceſſe eſt, vt ſit vera, frequens, & conſtans. 2. excellens. 3. euidens.

§.11. Ideò Ioannes.22.in Bulla Canonizationis S. Thomæ, negotium Canonizationis appellat arduum, atq; valdè difficile, ob id exacta diſcuſſione aſſerit tractandum eſſe, vt tantò firmiùs, quantò maturiùs, tanto certiùs quantò diſquiſitiùs examinatum euadat.

§.12. Idem habetur in Bulla Canonizationis S. Antonini, quam edidit, ac publicauit Clemens vij. ſexto Kalen. Decembris Pontificatus ſui anno primo.

§.13. Immò in Bullis Canonizationis Sanctorum, antiquitùs, ac nouiſſimè per Pontifices Romanos celebratæ, ſemper fit mentio de ſumma diligentia circa obſeruantiam illorum, quæ ordinariè præcedere debent actum Canonizationis, iuxta regulas à maioribus piè, ſanctèq; traditas, de qua ſumma diligentia, ſemel, atq; iterum habetur ſermo, præſertim in Bullis Canonizationis S. Dominici, S. Franciſci S. Petri Martyris, S. Vincentij, S. Raymundi, S. Catharinæ Senẽſis Ordinis Prædicatorum; necnon in Bulla Canonizationis Sanctorum Franciſci de Paula, S. Didaci, & aliorum, & præſertim S. Franciſcæ Romanæ; ac S. Thereſiæ, pro vt ſupradictum eſt, & inferiùs latiùs dicetur.

§.14. Idem Clemens vij. in Bulla Canonizationis S. Antonini de qua ſupra, quę ob mortem Adriani non potuit expediri, à quò Canonizatio eiuſdẽ ſancti Præſulis fuit celebrata §. *Quatenus ipſe.* dicit. *Eà propter Adrianus Prædeceſſor noſter conſiderans, quod in eadem Canonizatione non permiſſurus eſſet Deus ipſum errare, qui omnia in ea quomodolibet requiſita obſeruata fuiſſe cognouerat, & obſeruari fecerat, &c.*

§.15. Idem, quò ad moram, & diligentiam clariùs tradit Sixtus iiij. in Bulla Beatification. Ioannis Boni Heremitæ Mantuani cuius initium eſt, *Licet Sedis Apoſtolicæ, &c. nam quò maius negotium eſt* (inquit) *eò maturiùs deliberandum eſt.*

Punctum Decimumnonum.

Continens rationes dilationis Canonizat. Sanctorum.

§.16. De qua neceſſaria dilatione aſſignat tres rationes Auguſtinus de Ancona in ſumma de Eccleſiaſtica poteſtate quęſt. 16. art. 2. in corpore, fundatas in authoritate S. Auguſtini, & Euangeliorum.

§.17. Iacobus quoq; Simonetta Auditor Rotę; & poſtea Cardin. in relatione Canonizationis S. Franciſci de Paula, *titulo, Rationes, quibus fieri debet Canonizatio S. Franciſci &c.* §. *Vltra hæc*, Validiſſimis argumentis deprompτis ex authoritate Sacræ Scripturæ, & Sacris Canonibus probat ſuperiùs adducta, circa moram interponendam quò ad actum Canonizationis, addens, *Mora quippè prudentèr interponitur, vt ex ea cognoſci poſſit &c.* præſertim, *cum multi* (inquit ille, & optime) *inter homines in veſtimentis ouium appareant, qui nihilominùs*

intrin-

Digitized by Google

§. 18. *intrinſecus ſunt lupi rapaces*. Tandem poſt multa, concludit, *tempus conſueuit omnia mortalibus patefacere, &c. Quantitas verò moræ eſt* (ait ille) *in arbitrio Summi Pontificis*; *&* §. *vltra hæc* expreſſis verbis, inquit, *requirũt etiam Sacri Doctores, quod canonizatio ipſa nequaquam feſtinetur, ſed quod in menſes, aut etiam annos: ſi res fortè exiget, Summus Pontifex illam differat*. Subdens. *mouentur verbis primæ ad Timot. cap.* 3. pro qua ſententia adducit plures Canones, & rationes pro eadem ſententia de mora Canonizationis: citatque Auguſtin. de Ancona de Eccleſia quęſt. 16. art. 2. & S. Antoninum in 2. part. 3. partis Summæ, ſub rubr. de ſtat. Pontif. Et inter quam plura, inquit, *Vnde Leo Pont. in cap. miramur* 61. *diſt.* monet. *legitimis temporis ſpatijs intercurrentibus cæleſtes dignitates diuinaq; munera rectè diſpenſari*. Subdens immediatè, *Mora quippè ipſa prudentèr interponitur, vt ex ea meritum cognoſci poſſit*.

§. 19. His additur factum Beatæ Claræ de Monte Falco, quam intendebat Canonizare Ioannes 22. ideò formati fuere proceſſus ex ordine ipſius, ſed morte præuentus, id non potuit perficerè, & quamuis ſit celebris illius Sanctitas, & frequens Viſitatio ſui Corporis, adhùc tamèn non eſt Canonizata. Hieronymus Roman Ordinis S. Auguſtini lib. 4. Reipublicæ Chriſtianę Cap. 3. ad finem. de qua glorioſa Beata Clara de Monte Falco nouiſſimè Sanctiſ. D. N. Vrbanus Papa viij. Diplomate Apoſt. de quo infrà, facultatẽ conceſſit, vt omnes vtriuſq; ſexus ordinis Eremit. S. Auguſt. poſſint reſpectiuè celebrare miſſam, & officium recitare in honorem ipſius, abſq; tamen limitatione, & clauſulis reſtrictiuis, diei, loci, ac temporis, quemadmodum videre eſt in Breue Apoſt. ſuper hoc ſpecialiter conceſſo, ſub die 14 Auguſti 1624. cuius tenor ſtatim refertur.

BREVE CONCESSIONIS recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de B. CLARA de Monte Falchio Ordinis Eremitarum S. P. Auguſtini, pro vniuerſi Ordinis prædicti Fratribus, & Monialibus vbiquè Terrarum.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

DOMINI. N. Ieſu Chriſti, qui ſeruos, & ancillas ſuas æternæ gloriæ præmio donat in cælis, vices (quanquàm immeriti) gerentes in terris, ex iniuncto nobis paſtoralis officij debito procurare tenemur, vt eorundem ſeruorum, & ancillarum Chriſti debita veneratio in dies magis promoueatur, & laudetur Dominus in ſanctis ſuis; Quamobrem fidelium quorumlibet; præſertim verò ſub ſuaui religionis iugo, Altiſſimo famulantium votis, quæ peculiarem ſanctorum huiuſmodi cultum reſpiciunt, libenter annuimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Sanè nomine dilectorum filiorum Procuratoris Generalis, & Fratrum Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Nobis nuper expoſitum fuit, quod ipſi ex peculiari, quem erga Beatam Claram de Monte Falchio, eiuſdem Ordinis Monialem gerunt, deuotionis affectu, in cuius viſceribus Paſſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti myſteria maxima cum deuotione à vicinis incolis venerari aſſerunt, & ad augendam Chriſti fidelium ergà illam deuotionem, Officium, & Miſſam de eadem Beata Clara recitari, & celebrari poſſe ſummoperè deſiderant, Nobis propterea humiliter ſupplicari fecerunt, vt deſuper opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pijs eorundem Procuratoris, & Fratrum

Digitized by Google

trum votis huiuſmodi annuere, illoſq; ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſeriè abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſacris Ritibus Præpoſitorum conſilio, vt de dicta B. Clara Officium, & Miſſa de Communi Virginum cum oratione propria, in eiuſdem Ordinis Miſſalibus inſerta, ab omnibus Ordinis prædicti vtriuſque ſexus Regularibus perſonis tantùm recitari, & celebrari liberè, & licitè poſſit, & valeat, Apoſtolica authoritate tenore præſentium licentiam concedimus, & impartimur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extrà adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 14. Auguſti 1624. Pontificatus N. Anno ſecundo.

§.20. Multiplici permotus ratione retuli ad longum Decretum, ſiuè Breue conceſſionis; de quo ſuprà immediatè, præſertim, vt magis declararem illud, quòd inferiùs explicabo, cap. 2. nu. 6. occaſione ampliſſimæ conceſſionis, quam liberaliter elargitus eſt felic. recor. Paulus V. occaſione Beatification. Viri Dei Ludouici Beltran. ſacri Prędicatorum inſtituti, demonſtrandò, quòd ſecundum placitum, & voluntatem Pontificis Romani conceſsiones pro aliquo Beato fiunt, non ſemper ſecundum eandē formam, & amplitudinem, ſed vna eſt altera amplior, vel reſtrictior, ſecundum quod ſignificant verba illius conceſſionis; Aliquę enim ſunt reſtrictę ad locum, & tempus determinatum, & ad perſonas, quemadmodum illa Viri Dei Alberti Magni, & Beatæ Margaritę de Caſtello, aliæ verò habent reſtrictiuam perſonarum tantùm, non autem loci, & temporis, vti hæc de Beata Clara de Monte Falco, aliæ deniq; non habent reſtrictiuam omnimodam perſonarum, neq; loci, vel temporis, vt illa B. Ludouici Beltran:, de qua latius dicam, cap. 2. num. 9. §. 1.

§.21. Innocentius quoq; iij. S. Vlſtanum, ſiuè ſecundum alios Voſtanum, Monachum, ac Epiſcopum Vigornienſem, ſeruatis ſeruandis Canonizauit, centum quadraginta annis plus, minuſuè, poſt eius glorioſum tranſitum. Ioan. Franciſcus Pauinus in relatione Canonizationis S. Bonauenturæ p. 2. art. 7. ad finem. Surius quoq; & alij in vita ipſius ſancti, die 19. Ianuarij.

§.22. Eandem concluſionem paulò ſuperiùs adductam de dilatione temporis circa ſanctorum canonizationem, tradunt in proprijs terminis, ac etiam rationibus, & authoritatibus euidentèr demonſtrant DD. Auditores Sacræ Rotæ Romanæ, in relatione canonizationis B. Andreæ Corſini, par. 3. tit. de ſecunda conſiderat. §. 1. verſ. *non omittimus.* innixi, vt aſſerunt ipſi, argumento, ſiue argumentis deſumptis ex author: Hoſtien. Io. Andreæ, Butrij, Abbatis, & & aliorum in cap. 1. de reliquijs & veneratione ſanctorum, idemq; affirmant fuiſſe concluſum in proceſſu canonizationis S. Franciſcæ Romanæ part. 3. articulo 7. eandem quoq; concluſionem ſtatuit Simoneta in proceſſu Canonizationis ſancti Franciſci de Paula, §. *vltrà*

hæc,

Digitized by Google

hæc, vt paulo ſuperiùs dictum eſt.

§. 23. Hanc cõcluſionem deniq; inſinuant verba Apoſtoli relata in Cap. *Quid eſt* 78. diſtint. dicentis, *Nemini citò manus imponas*, ac illa: Leo: Papæ in Cap. *miramur* 6. diſtint. aſſerentis, quod cęleſtes dignitates, & diuina munera, non ſunt niſi ſpatio temporis diſpenſanda.

§. 24. Idem quoq; quo ad dilationẽ temporis, docuit Baptiſta Epiſcopus Vintimilienſis Ord. Præd. tract. de Canonizatione S. Bonauenturæ ad Sixtum iiij. §. 10. *arguit*.

§. 25. Et Ioannes Viguerius Granatenſis de Inſtitutione ad Sacram Theologiam titul. de virtutæ fidei cap. 10. §. 3. verſic. 4. Papa, inquit, *non debet eſſe præceps, nec ſtatim aliquem ſibi denuntiatum Sanctum Canonizare, maximè his temporibus nouiſsimis, in quibus magna eſt raritas verorum miraculorum, quæ ſunt ſigna atteſtationis, ne turpis lucri gratia, vel humanæ laudis appetitus, conficta miracula narrentur*, hæc ille.

De diuturna protractione negotij, ſiue facti ſolemnis canonizationis, noſtro hoc ſæculo habemus præſtantiſſimum exemplum de canonizatione S. Eliſabeth glorioſæ Reginæ Luſitanorum, quam in Sanctarum numerum ſeruatis omnibus ſeruandis, ſolemni pompa retulit S.D.N. Vrbanus viij. die 25. Maij pręſentis anni ſanctiſſimi Iubilei 1625. tranſactis iam. 293. annis à die ſuæ felicis obdormitionis in Domino, qui fuit dies 4. Iulij 1336. quàm antea ob eximiorum ſuæ Sanctitatis frequentiam ſignorum Leo. x. Beatam declarauerat, cum ſolitis Beatarũ mulierum honoribus, cuius ſanctitas meritò ſempèr fuit, & eſt omnibus valdè celebris, pręſertim propter arctiſſima charitatis, ac humilitatis vincula, quibus erat animo ſingulariter Deo iuncta, nec non propter innumerabilem miraculorum multitudinem à Deo optimo maximo per ipſius *Sanctæ* Reginę interceſſionem multis in locis continuò operatorum, inter quæ connumerantur quamplures cæcorum etiam à Natiuitate illuminationes, vt omittam miraculoſas ſanationes, atque liberationes à proxima, & imminenti morte, vnà cum alijs mirabilibus operatis, meritis, ac interceſſione glorioſæ Reginæ, illud tantùm breuiter referam, quod euenit in inuentione ſui prætioſi corporis, ſecuta ex ordine ſpeciali Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, præſentibus Iudicibus Delegatis à S. Sede pro capiendis informationibus ad effectum Canonizationis, quæ inuentio accidit die 26. Martij 1612. poſt annos 280. à die ſui tranſitus ad Cælum, nèdum fuit corpus repertum incorruptum, quo ad omnem ſui partem, ſed quod mirabilius eſt, adhuc Capiti inhærebant capilli optimè fixi, eundem retinentes colorem, quem habebant dum viueret, paritèr vngues digitis adhęrebant, ac ſi de recenti mortua eſſet, vela, & pariter linteamina, aliaque veſtimenta quibus corpus ipſius Sanctæ in ſepulcro tegebatur, cuncta integra inuenta ſunt, & ab omni corruptione valde remota; Idem quoq; corpus aliaq; adiacentia ad illud, ſuauem, ſimulq; inſolitum, & mirabilem (cunctis ſtupentibus) emittebant odorem. Ex vita ipſius ſanctæ collecta fideliter ex proceſſibus, & relationibus Canonizationis ipſius ſanctę, iàm antea examinatis per ſacram Rotam Romanam, & per ſacram Congregationẽ Rituum ſemel atq; iterum. Romæ impreſſa per hæredes Bartholomęi Zanetti, poſt prædictæ ſanctæ ſecutam Canonizationem. 1625.

Digitized by Google

Punctum Vigeſimum.

De antiquitate vſus Canonization. Sanctorum.

§. 26. ALBERTVS Pius contra Eraſmum de ſanctorum cultu, *lib. 6. fateor*, inquit, *morem hunc Canonizandi Sanctos, eo Ritu, & Ceremonijs, quibus nunc agitur, non fuiſſe priſcum, rem tamen eſſe vetuſtiſsimam, iuxtà illud Chriſti, beati eritis cum maledixeirnt vobis homines propter me, tunc gaudete, & exultate, quia merces veſtra, copioſa eſt in Cælo, mercedem quidem certam promiſit, nō in hoc ſæculo, ſed in futura uita*, ſubdit, quoq; *eos igitur, qui ad æternam illam gloriam migrauerunt, ſine dubio, diuos eſſe effectos priſca tenebat eccleſia, & vti ſanctos (hoc eſt) gloriæ Domini effectos paticipes, venerabatur. Ideò Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, & Ambroſius referunt de Martyribus, quotquot pro Chriſti gloria, & nominis eius confeſsione occubuiſſent, vti Diuos, ac ſanctos uenerabatur eccleſia, & à fidelibus eorum reliquiæ, & ſepulchra fidelitèr, ac reuerentèr obſeruabantur.*

43 §. 1. Apoſtolorũ etenim traditione, vſum Canonizandi Iuſtos eccleſia recepit, quemadmodum inter alios, expreſſis verbis aſſerunt, Seraphinus Oliuarius ſacræ Rotæ Romanæ Decanus, Petrus Franciſcus Gipſius, & Franciſcus Pegna eiuſdem ſacræ Rotæ Auditor. in relatione canonizationis S. Raymundi facta Clementi viij. art. 2. §. *hoc enim potiſsimùm*. Idem clariùs tradit Thomas Vualdenſis tom. 3. de ſacram. cap. 123. §. *Hæc eſt traditio.* ac etiam Didacus Nugnus tom. 2. ad 3. part. Diui Thomæ quæſt. 2. art. 3. difficultate 4. §. 3. *præſupponendum. &c.* pariter in lib. 5. conſtit. Apoſtolicarum nomine S. Clementis æditarum; quæ etſi in multis fuerint fallacijs hæreticorũ aſperſæ, in hoc tamèn particulari, de vſu canonizationis ſanctorum certum eſt, quod non fuerint violatæ, vbi ſupra cap. 8. ad finem. Apoſtoli ſtatuerunt. *De Martyribus dicimus nobis, ſicut apud nos in honore habiti fuerunt, Beatus Iacobus Epiſcopus, & ſanctus noſter Condiaconus Stephanus, hi enim à Deo ſunt beatitudinem conſequuti, & ab hominibus honorem.* Hinc eſt, quod libro 8. capit. 39. præcipiunt Apoſtoli, vt fideles quieſcant ab opere ſeruili, in die Sancti Stephani Martyris, & reliquorum Sanctorum Martyrum.

Itaq; quem eccleſia pro non ſancto reprobat, proculdubio reprobandus venit quemadmodum, quem approbat eſt approbandus.

Punctum Vigeſimumprimum.

De actuali Gloria Iuſtorum.

44 §. 1. MANIFESTA ſanè hæreſis eſt, negare poteſtatem, de qua ſupra in Eccleſia, vel eius Capite, in ordine ad Beatificationem, ſiue canonizationem ſanctorum, qui iam coronati, ad Deum aſcenderunt, quemadmodum latè demonſtratum eſt ſuperiùs in hoc capite, numero 33. paritèr quoq; illi, qui fruitionem Dei, claramq; viſionem Diuinæ eſſentiæ, ſiue Beatitudinem perpetuam ſanctorum negant ſimpliciter, vel ante iudicium vniuerſale, contra illud Lucæ 23. quod dixit Ieſus latroni, *hodie mecum eris in Paradiſo*, ac illud aliud Pauli ad Philippenſes 1. *cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*, hæreticis ſunt, abſq; dubio deteriores, cùm veritas ipſa Ioan. 17. palàm dicat; *quos dediſti mihi volo*,

volo, & vbi ſum ego, & illi ſint mecum, vt videant, claritatem, quam dediſti mihi, & ſapientiæ 5. *Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum*.

§. 2. Sanctus Irænеus Epiſcopus, & Martyr, lib. 2. aduerſus hæreſes, cap. 63. tradit, *animam ante poſtremum iudicium, dignam operibus ſuis, aut felicitatis, aut miſeriæ ſempiternæ, habitationem percipere, quando ſemel hinc diſceſſerit*. Quæ expreſſa ſententia ſancti Viri, vt dicitur in annotationibus ad idem caput, hominis Chriſtiani, præſertim Theologi digna eſt, contra illos præcipuè modernos, qui neſcio, quomodo hallucinati, adſcribant S. Iræneo contrariam ſententiam.

§. 3. *Errant* (inquit) S. Bonauentura lib. 4. ſentent. diſt. 21. q. 2. *dicentes, animas Iuſtorum non eſſe glorificandas, ante Iudicij diem*. certum eſt enim, quod Chriſtus expoliauit Principatus, & Poteſtates tenebrarum, per quod conſtat, ſanctos in limbo exiſtentes, ad Cœlum cum Chriſto ſublimatos fuiſſe, & pariter omnes Iuſtos.

§. 4. Sanctus quoq; Athanaſius in Vita Diui Antonii Abbatis refert, *cum ſederet in monte, quadam die Antonius, eleuatis oculis ad cœlũ vidit, neſcio, quam animam, concinentibus Angelis, atq; lætantibus ad cœlum euntem, orauit, vt ſibi tantæ rei ſacramentum panderetur, ſtatim vocem audiuit dicentem ſibi; eam eſſe Amonis monachi animam, qui Nitriæ morabatur*.

Paritèr à S. Gregorio, lib. 2. Dialogor. c. 3. dicitur; cũ quadam die in cella conſiſteret S. Benedictus, eleuatis in aëre oculis; vidit animam ſanctæ Scholaſticæ ſororis eius, in hora ſui obitus, de corpore egreſſam, in columbæ ſpecie, cœli ſecreta penetrare, & ad gloriam æternam euolare.

§. 5. Animæ quoque Beatiſſimi Viri Dei Benedicti Itali, Monachorum Patriarchæ, cœleſtis gloria eodem quidèm die, & hora ſui tranſitus, duobus Monachis in diuina viſione oſtenſa fuit, viderunt enim (vt ſæpè teſtati ſunt) animam eiuſdem S. Patris de corporis Ergaſtulo egredientem, moxq; recto itinere euntem in cœlum, palio omnium virtutum ornatam, hinc, & indè fulgentiſsimis vallatam lampadibus, virumq; grauiſſimum ſpecie, ad caput ipſius clara voce dicentem, audierunt. *Hæc eſt via, qua dilectus Dei Benedictus, cœlum aſcendit*. Ex Deſiderio Abbate Caſinenſi, in vita eiuſdem ſancti, ex lib. 2. Dialogorum Sancti Gregorij. ex tom. 7. annal. ad ann. 523. & ex notis ad Martyrolog. Romanum Cardinalis Baronij die 21. Martij.

Referunt quoq; Scriptores vitæ ſanctorum, præſertìm Petrus de natalibus, & Surius in vita S. Leonis 9. quod in eius felici tranſitu, omnes campanæ vrbis, per ſeipſas, ſonare cœperunt, qua hora Albertus Epiſcopus Tudertinus, & quinque alij de Tuderto, in eadem Ciuitate, viderant viam, pallijs innumeris ſtratam, & lampadibus, corruſcam, per quam Leo Papa ducebatur ad cœlum. Idem tradunt Sygibertus, de viris illuſtribus, Ordinis S. Benedicti, cap. 153. & Deſiderius Abbas Caſſinen. in vita ipſius Pontificis.

De Sancto quoq; Ambroſio, ſcribũt Patres antiqui, præſertim Paulinus Amanuenſis eius, quod anima ipſius S. Antiſtitis, in cœlum euntem, plurimi infantes è ſacro fonte redeuntes clarè viderunt.

§. 6. De ſancto quoque Patre Dominico, refert ſanctus Antoninus, & alij ſinceriſſimi ſcriptores in vita eiuſdem ſancti Patriarchę, gloriam ipſius Viri Dei Dominici, multis fuiſſe oſtenſam, è cœlo te-

lo teſtimonijs, prçſertim, qua hora deceſsit; frater quidam Deo valdè gratus in Diuina viſione vidit prçſcindi cœlum, indèq; duas fulgentes ſcalas ſubmitti; vnius cacumen Chriſtus, alterius Virgo ſacratiſſima eius Mater tenebat, frequentes quoq; Angeli per vtramq; ſcalam aſcendebant, donec lætis vocibus, concinentibus Angelis, ſcalæ cum ſancto Viro in Cœlum ſubductæ ſunt.

§. 7. Et Gregor. nonus in Bulla Canonizationis, eiuſdem Sancti Patris Dominici, de die ſui fœlicis tranſitus, inquit, *Depoſita carnis Sarcina, diues meritis penetrauit in Sancta, ſimilis Sanctorum, factus in gloria.*

§. 8. De S.Paulino Nolano Antiſtite copioſa vitæ ſanctitate,ac ingenti miraculorum fama clariſſimo, cuius præclaras laudes ſuis ſcriptis celebrarunt, S. Ambroſius,Hieronymus, Auguſtinus,Gregorius,Proſper, & Gregorius Turonen. Venantius, Fortunatus in vita S. Martini,Vranius, & Cardinalis Baronius,de quo narrant præſertim, quòd ante triduum ſuæ mortis,corporeis oculis, ſanctum Martinum, & Ianuarium Martyrem,videre meruit,qui cœleſti tũc gloria fruebantur, eumq, ad eandem Beatitudinis fruitionem inuitabant, quem S. Paulinum ad cœleſtem Patriã à Deo iàm euocatum, Ioan. Neapolitanæ Vrbis Antiſtes ante diem tertium, quàm de hoc mundo ad Dominum migraret, retulit ſe vidiſſe Angelica dignitate ornatum, ſyderea claritate fulgentem, verbiſq;ſuauiſſimis ſibi dicentem, *Solue vincula tædiorum tuorum, vt nobiſcum, poſt diem tertium, eadem immortalitatis gloria fruaris*, Quod ſanè in ipſo Ioanne, etſi tunc integra adhuc erat corporis valetudine, poſt diem tertium completum eſt.

§. 9. Et S.Petrus Chryſologus Imolenſis S. R. E. Cardinalis ſerm. 66. *poſtquam* (inquit) *Dominus reſurgens à mortuis expoliauit infernum; patefecit cælos, dedit etiam ſanctis, paradiſi intrare requiem, et ad cæli gloriam peruenire.*

45

§. 1. Contra errores Armenorum,& Grçcorum, Schiſmaticorum, contra quos ſcripſit egregiè D.Thom. 1. opuſc. c. 9. quos pariter damnauit Eccleſia in Concilio Florentino ſub Eugenio 4. quos errores deteſtati ſunt ipſimet Græci, atque Armeni, vti eſt videre in decretis, ſiuè Bullis vnionis eorum cum Eccleſia Romana, regiſtratis inter acta Concilij Florentini.

§. 2. Sanctoſq; modo iam dicto regnare cum Chriſto in cœlo aſſerit S.Ephrem, ſermone de Martyribus,dum illos alloquens,inquit. *Vos nempè ſancti Martyres, verè beati, & glorioſi eſtis, quos Angeli, & homines pari conſenſu beatos prædicant*,ac S.Epiphanius Hære. 79. *Sancti ſunt in honore, quies ipſorum in gloria, perfectio eorum in beatitudine.*

§. 3. Idem de omnibus animabus Iuſtis expreſsè docent ſancti PP. Ambroſ. in ſerm.de S.Acolio, Auguſtinus, cap. 35. ſoliloq.: ſerm.duplici de S.Cypriano, & lib. 12.ſuper Geneſim ad literam c. 27. & epiſt.ad Paulinam de vidẽdo Deum. Greg. hom. ſuper cap. 20. Matth.& 4. Dialog.cap. 25. Ioannes Chryſoſt.ſerm. de Martyribus. Petrus Damianus Rauennas Card. ſermon. duplici de ſancto Ioanne Euangeliſta, idq; clariùs, licet methodò ſcholaſtico demonſtrat ſanctus Thomas 3. p.q. 59. artic. 5. ad primùm argumentum, & 4. ſenten.d. 45. art. 1. ad 2.quæſtiun.ante reſponſionem ad argumenta, *cui veritati*, inquit ille, *manifeſtè atteſtantur auctoritates ſacræ ſcripturæ. SS. PP. & Canon.* & tandèm concludit, *ideò contrarium pro hæreſi habendum eſt.*

§. 4. Hanc veritatem de gloria animarum

rum

Digitized by Google

rum Sanctorum, qua Beati in Patria ſimpliciter nunc Dei eſſentiam vident, iuxtà illud Ioan. 3. *Videbimus eum ſicuti eſt*, in eodem Concil.Florent. ſub Eugenio, quæſt.de igne Purgatorio inuenitur diffinitum, illorum animas, quæ poſt ſuſceptum Baptiſmum, nullam omninò peccati maculam incurrerunt, illaſq; paritèr, quæ poſt contractas maculas purgatæ ſunt, in cœlum mox recipi, & intueri clarè Deum trinum, & vnum ſicuti eſt. Iuxtà illud Matt. 18. *Angeli eorum in Cœlis ſemper vident faciem Patris mei, qui in Cœlis eſt*.

§. 5. Idem habetur clariùs in Bulla vnionis Græcorum, edita ſacro approbante Concilio eodem Florentino, ſubſcripta ab Eugenio iiij. ab Imperat. Conſtantinopolitano Ioan. Paleologo, à Cardinalibus, & PP. omnibus, quorum maiór pars erat ex Oriente, vti eſt videre in actis eiuſdem Conc. Flor. & in eadē Bulla expedita pridie 9. Iulij 1439. cuius exordium eſt, *Latentur cœli, & exultet terra*, cui titulus eſt *diffinitio ſancta Oecumenica Synodi Florent.* meritò, itaq; S. Auguſt. 15. de Trin. c. 9. ex verbis Apoſt. 1. Cor. 13. *Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem*, colligit, *ergo ſecundùm Apoſt. videbimus Deum, abſq; vlla media ſimilitudine*, intellige de creata ſimilitudine.

Punctum Vigeſimumſecundum.

De vindicatione Io. Papæ xxij.

§. 6. EX his verbis S.Aug.relatis à D.Th. p. 1. q. 12. art. 2. in arg. *Sed contra*, alijs quoq; adiunctis rationibus, atq; authoritatibus, tandèm colligit D.Thom. concluſionem negatiuam, ſcilicet. *Non per aliquam ſimilitudinem creatam, Dei eſſentia videri poteſt, quæ ipſam diuinam eſſentiā repræſentet, vt in ſe eſt*. Ratio huius aſsignatur communitèr à Theologis, maximè à D. Tho. vbi ſup. in corp. art. *quia omnis forma, ſeu ſpecies creata, eſt determinata ſecundum aliquam rationem: Eſſentia verò diuina, quoddā incircumſcriptū eſt*, quamobrem meritò concludit: *Vnde, & dicere Deum per ſimilitudinem videri, eſt dicere diuinā eſſentiam non uideri:* quibus addi pōt ratio S.Dioniſij ad idē primo de diuin.nomin. c. 1. dicentis. *Per ſimilitudinem inferioris ordinis rerum, nullo modo ſuperiora cognoſci poſſunt*. Quicquid dicant in hoc, de ſpecie creata, præſertim expreſſa requiſita in omni intellectione creata ſecundum illorum opinionem Molina, Vaſquez, Rada, & Suarez; quorum rationes, & argumenta latè, ac optimè confutant nōnulli Thomiſtæ moderni: præſertim Raphael Ripa Epiſc. Curzulenſis, & poſtea Clugienſis ad 1. par. D.Tho. q. 12. ar. 2. diſp. 1. cap. 1. ad ſecundum.

§. 7. Meæ tamen intentionis, non eſt denegare, quod lumen gloriç creatum, per modum diſpoſitionis ſupernaturalis neceſſarium ſimplicitèr, ex parte intellectus creati videntis diuinam eſſentiam requiratur, quo potētia intellectiua eleuatur, vt fiat Deiformis, iuxtà illud primæ, Io. c. 3. *Cum apparuerit ſimiles ei erimus, & videbimus eum, ſicuti eſt*. de quo lumine dicitur Apoc. 21. *Claritas Dei illuminabit eam* (ſcilicet) *Societatem beatorum, Deum videntium:* ita D.Tho. vbi ſupra in corpore art. 5. Neceſsitatē huius luminis ad effectum, vt ſupra, euidenter demonſtrat S.Tho. eodem art. 5. præcitato, & fuſiùs Caiet. ibid. mirabili ſubtilitate reſpondendo argumentis Scoti, & Durandi, impugnantium neceſſitatem luminis gloriæ ad effectum, vt ſupra, vbi intèr quàm plura demonſtrat Caiet. de mente D.Thom. quod lumen gloriæ per modum paſſionis, non ponit hominem extrà viam, quamuis per modum habitus, dicatur, & verè ſit propria patriæ diſpoſitio: qua neceſſi-

tate luminis gloriæ,vt ponderant aliqui D.Tho. fideliores interpretes, refellitur hæreſis Beguinarum, & Begardorum, Cœleſtij,Pelagij, & eorum ſequacium, temerè nimis aſſerentium, omnem intellectualem naturam,in ſeipſa naturalitèr eſſe beatam, & ex conſequenti poſſe intellectum creatum per ſua naturalia videre diuinam eſſentiam: quos errores, atq; hæreſes iure meritò damnauit Concilium Viennenſe,vt videre eſt in Clementina de Hæret. *Ad Noſtram*, & in Concil. Tridentino ſeſſ.6. can.1. contra Pelagianam hæreſim. *Si quis dixerit hominem ſuis operibus, quæ, vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiant, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari, coram Deo; Anathema ſit.*

§. 3. Eandem denique aſſertionem de actuali gloria,ac beatitudine iuſtorum, (de qua paulò ſupra)determinauit Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. decreto de inuocatione, veneratione, reliquijs ſanctorum,&c.ad exordium,palàm decernendo ſanctos cum Chriſto viuere, & in cœlo glorioſè regnare, quemadmodum indicant verba eiuſdem decreti, quæ ſunt. *Qui negant Sanctos,æterna fœlicitate in cœlo fruentes impiè ſentire.* Sácti etenim martyres, ac alij iuſti cum Chriſto, in æterna beatitudine viuunt.

46 Hancq; veritatem de actuali gloria
§. 1. ſanctorum, determinauit de fide Benedictus xij. qui immediatè ſucceſſerat Ioann.xxij. quiq; aderat & ipſe, vt omnes referunt, & ipſemet fatetur, inter Cardinales, quando Ioannes prædictus diligentiùs examinandam Colleg. Cardinalium controuerſiam propoſuit ſuperiùs inſinuatam,circà actualem fruitionem gloriæ,ſiue beatitudinis ſanctorum, quam morte præuentus non potuit diffinire, (quicquid in hoc falsò dicant hæretici) præſertim mendaciſſimus Caluinus, & Eraſmus,necnon, & Gulielmus Ockamus, non autem Gerſon, cum falsò aſſerat Eraſmus in præfatione ad libros S. Irænei; nondum enim natus erat Gerſon, quando obijt Ioan. xxij. qui ſecundum Villanum, & alios obijt 1334. Gerſon verò natus eſt 1363. nec mirum. *hæreticorum etenim arma ſunt colorata mendacia*. neq; Gerſon quicquam ſcripſit de tali errore. alia mendacia quamplura circà hoc eructata ab hæreticis optimè refelluntur à Cardinali Bellarmino, lib. 4. de Romano Pontifice, cap.14. qui Occam ob humanas factiones,& odium implacabile conceptum ab illo, contra eundem Ioannem xxij. quia illum excommunicauerat, liuore vindictæ obcæcatus, auſus eſt etiàm ſcribere,Ioan. xxij. determinaſſe contrarium, quod in rei veritate nullibi inuenitur, vt referunt, quamplures fideles Scriptores, præſertim Trithemius ad ann.Domini 1324. Et Paulus Emilius lib.8. de geſtis Francorum, *Ockamus*; inquit ille,*Theologus minorum, Ioannem Pontificem non criminibus modo,ſed maledictis lacerat,quãuis aliqui dicant, quemadmodùm refert inter alios ipſemet Trithemius vbi ſupra, circa enim finem vitæ, ſuum cognouit errorem, & Apoſtolicæ ſedis gratiam impetrauit*, quam determinationem Benedicti inuenies in ſua Bulla relata ad integrum, ab Alphonſo de Caſtro lib. 3. aduerſus hæreſes,verbo Beatitudo, & à Nicolao Sandero de viſibili Monarchia Eccleſiæ lib.7.tit.de primatu Pontificis Romani, num.1007. & à Cardinali Bellarmino de ſanctorum Beatitudine, lib. 1. cap. 2. ad initium, cuius Bullæ tenor recenſetur.

§. 2. Extrauagans (de qua ſupra immediatè) Benedicti xij. qua diffiniuit de fide, quod ſancti,actu in Cœlo fruuntur æterna Beatitudine.

BE-

Digitized by Google

BENEDICTUS SERVUS ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

BENEDICTUS Deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis, qui ſacroſanctam Romanam catholicam, & apoſtolicam eccleſiam, quàm vt vineam plantauit dextera ſua, quamq; vt præcipuam in eccleſiarum omnium caput erexit vt victricem, dicente Domino ad Petrum, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam, ſua miſeratione nó deſerit, ſed per BB. Apoſtolos ſuos præcipuè Petrum, & Paulum, ſingulares eiuſdem eccleſiæ defenſores, pia benignitate, & continua pietate cuſtodit, quatenus eiſdem rectoribus gubernata, in ſe ſtabilis maneat, fundata ſupra firmam petram, omneſq; Chriſtianæ fidei cultores, illi obediant, illi pareant, illi intendant, ſub illius magiſterio degant, ſub eius diſciplina, & correctione conſiſtant, non illis dogmatizetur improuidum, inſeratur incautum, in fide temerarium ingeratur, ſicq; declinent homines à malo, & faciant bonum, ambulent per vias rectas, & ad meliora, per ſancta deſideria proficiſcantur, ſperent iuſtorum propinquas æternæ vitæ retributiones, timeant malorum inferni calamitates non remotas, nam ſcriptum eſt, Ecce venio cito, & merces mea mecum eſt, reddere vnicuiq; iuxta opera ſua, quod ſi ſecus à quoque fuerit attentatum, id protinus ſua authoritate pœnis etiam adiectis, prout expedire viderit, prorſus euellat. Pro qua, vt in ſe ipſa ſubſiſtens alios informaret, paſſionis ſuæ tempore Saluator noſter Ieſus Chriſtus patrem exoraſſe perhibetur, dicens. Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribaret ſicut triticum, ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Sanè dudùm tempore fœlicis recordationis Ioannis 22. prædeceſſoris noſtri, inter nonnullos etiam theologicæ facultatis magiſtros, ſuper viſione animarum iuſtorum hominum poſt mortem ſuam, in quibus nihil erat purgabile, cum de hoc ſæculo deceſſerunt, vel ſi fuerat, iam purgatum fuerat ex toto, an diuinam eſſentiam videant ante corporum ſuorum reſumptionem, & iudicium generale, & ſuper nonnullis alijs orta materia quæſtionis, ipſorum aliqui negatiuam, aliqui affirmatiuam, alij vero ſecundum ſuas imaginationes, de viſione diuinæ eſſentiæ ab animabus huiuſmodi, diuerſa & diuerſimodè oſtendere nitebantur, prout ex dictis, & ſcriptis ipſorum noſcitur apparere, ſuper reiectis ſuis verò concertationibus, quas hic cauſa breuitatis omittimus, quia ita ex noſtris determinationibus, inter ſe etiam diſſidebant. Cumq; idem prædeceſſor noſter ad quem prædictorum determinatio pertinebat, ad deciſionem concertationum huiuſmodi ſe pararet, in ſuo conſiſtorio publico, tàm fratribus ſuis S.R.E. Cardinalibus, de quorum numero tunc eramus, quàm Prælatis, & magiſtris in theologia, qui multi aderant præſentes iniungendo diſtrictiùs, & mandando, vt ſuper materia de viſione prædicta, quando requirerentur ab eo, deliberatè vnuſquiſq; diceret quod ſentiret. Tamen morte præuentus, ſicut domino placuit, perficere illud nequiuit. Defuncto itaq; prædeceſſore præfato, nos diuina dignatione ad apicem ſummi apoſtolatus aſſumpti, diligentius attendentes, quanta ex præmiſſis eorum concertationibus non ſolutis, animarum imminent pericula; quanta exinde poſſunt ſcandala ſuboriri, vt ipſorum varietas pereat, & verita-

tis

tis ſoliditas innoteſcat,habita prius ſuper prædictis ſolita examinatione, & diligenti deliberatione cum fratribus noſtris DD.S.Roman.Eccleſiæ Cardinalibus,de ipſorum fratrum conſilio,hac in perpetuum valitura conſtitutione, authoritate apoſtolica, diffinimus, quod ſecundum communem Dei ordinationem, animæ ſanctorum omnium, qui de hoc Mundo ante Domini Noſtri Ieſu Chriſti paſſionem deceſſerunt, nec non ſanctorum Apoſtolorum,Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & aliorum fidelium defunctorum,poſt ſacramentum baptiſmi ab eis ſuſceptum, in quibus nihil purgabile fuit, quando deceſſerunt, nec erit quando decedent etiam in futurum, vel ſi tunc erit aliquid purgabile in eiſdem, tamen poſt mortem ſuam purgabunt, atq; animæ puerorum eodem Chriſti baptiſmate renatorum, & baptizandorum, cum fuerint baptizati, ante vſum liberi arbitrij decedentium mòx poſt mortem ſuam,&purgationem præfatam in illis, qui purgatione huiuſmodi indigebant, etiam ante reſumptionẽ ſuorum corporum,& iudicium generale,poſt aſcẽſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti in cœlum,fuerunt,ſunt,erunt in cœlo, cœlorum regno, & paradiſo cœleſti, cum Chriſto ſanctorum angelorum conſortio aggregatæ, ac poſt Chriſti Ieſu paſſionem,& mortem viderunt,& vident, & videbunt diuinam eſſentiam immediatè, ſe benè, & clarè, & apertè illis oſtendentem, quodq; ſic videntes eadẽ diuina eſſentia perfruuntur: nec non quod tali viſione, & fruitione eorum animæ,qui iam deceſſerunt, ſunt verè beatæ; & habent vitam æternam,& requiem,& omnium illorum qui poſtea decedent, cum eandem diuinam videbunt eſſentiam, ipſaq; perfruentur ante iudicium generale, ac quod viſio huiuſmodi, eiuſq; fructus actum fidei, & ſpei in eis euacuant,prout fides, & ſpes propriè theologicę ſunt virtutes,quodq; poſtquàm inchoata fuerit vel erit talis intuitiua, & facialis viſio, & fruitio in eiſdem,eiuſdem viſio,& fruitio ſinè aliqua intermiſſione,ſeu euacuatione prędictæ viſionis,& fruitionis continuata exiſtet,& continuabitur vſq; ad finale iudiciũ,ex tunc vſque in ſempiternum. Diffinimus inſuper quod ſecundum Dei ordinationem communem,animæ decedentium in actuali peccato mortali,mox poſt mortem ſuam ad inferna deſcendunt,vbi pœnis infernalibus cruciantur, & quod nihilominus in die iudicij omnes homines, ante tribunal Chriſti cum ſuis corporibus comparebunt, reddituri de factis proprijs rationem, vt recipiat vnuſquiſque propria corporis,prout geſſit,ſiue bonum,ſiue malum. Decernentes prædictas noſtras diffinitiones ſeu determinationes,& ipſarum ſingulas ab omnibus fidelibus eſſe tenendas. Quicunq; autem deinceps prædictarum noſtrarum diffinitionum ſeu determinationum, ac ſingularum ipſarum contrarium ſcientèr, & pertinacitèr tenere, conferre, prædicare,docere, aut defendere, verbo vel ſcripto præſumpſerit, contra eum,ſicut contra hęreticum modo debito procedatur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtrę conſtitutionis &c. Datum Auinione, quarto Calendas Februarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

§. 2. Vbi inter cętera §. *ſanè dudùm* palàm affirmat. Ioannem 22. in opere demonſtraſſe deſiderium, quod pro veritate habebat, ſeruatis ſeruandis hanc diffinire quæſtionem, ſed cum adhuc in pręparationibus, & conſultationibus verſaretur morte ſublatus eſt;in quę extrauag. Benedictus decernit, quod ***animæ Sanctorum omnium mox poſt mor-***

tem

Digitized by Google

tem, ſi nihil purgabile habebant, etiā ante reaſumptionem ſuorum Corporum, & Iudicium generale, poſt aſcenſionem Domini Noſtri Ieſu Chriſti in Cœlum fuerunt, ſunt, & erunt in Cœlo Cælorum Regno, & Paradiſo cœleſti, cum Chriſto, ſanctorum Angelorum conſortio aggregatæ, ac poſt Chriſti Ieſu paſſionem, & mortem viderunt, vident, & videbunt Diuinam eſſentiam immediatè, ſe, benè, & clarè, & apertè oſtendentem, quodq́ ſic vidētes, eadem Diuina eſſentia perfruantur, ſuntq́ verè beati, & habent vitam æternam &c.

47 Ad finem actorum Conc. Rauen. 2.
§. 1. ſub Clemente 5. tom. 3. 2. part. Concilior. *impreſſionis Coloniæ Agrippinæ ſūptibus Antonij Hierati* 1618. *fol.* mihi 800. *col.* 1. inuenitur integra Epiſtola Ioannis 22. cui titulus *eſt de Beatitudine ſanctorum, cum* approbatione ſufficienti, quod ſit eiuſdem Pontificis, quæ eſt ſequentis tenoris.

§. 2. *Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

Ne ſuper his, quæ de animabus ſeparatis à corpore, & purgatis ante reaſumptionem Corporum, Diuinam eſſentiam viſione illa, videlicet, quam vocat Apoſtolus facialem videant, tàm per nonnullos alios in præſentia noſtra recitando, & allegando ſacram ſcripturam, ac originalia, & dicta ſanctorum, illis aliàs ruminando ſæpiùs dicta ſunt aliter per nonnullos, quàm per nos dicta, & intellecta, et auribus fidelium inculcabantur, Cæterum noſtram intentionem, quam circa ſtatum animarum ſeparatarum habemus, & habuimus ſerie præſentium declaramus. Fatemur ſi quidem, & credimus, quod animæ ſeparatæ, & purgatæ à Corporibus ſint in cœlo cœlorum Regno, & Paradiſo cum Chriſto in conſortio Angelorum congregatæ, & videant Deū facie ad faciem, & Diuinam eſſentiā clarè, in quantùm conditio, et ſtatus patitur animæ ſeparatæ; ſi verò alia, et alia contra materiā huius per nos dicta, aut prædicata, vel ſcripta fuerunt, quæ quoquo modo illa prædicauimus, vel ſcripſimus contra præmiſſa, vel alia, quæ fidem concernant Catholicam, ſacramq́ ſcripturam, aut bonos mores, illa abnegamus, & determinationem Eccleſiæ, & ſacræ ſcripturæ approbamus, aliàs autem dicta, vel ſcripta, illa habemus, & habere volumus pro non dictis, & ſcriptis, eaque reuocamus expreſſè, ac prædicta omnia, & quæcunq́ dicta, & prædicata fuerunt, vel ſcripta per nos de quacunq́ materia vbicunq́, & in quocunq́ loco, & in quocunq́ ſtatu, quem habuimus, & habemus, vel habuerimus; omnia ſubmittimus determinationi Eccleſiæ, ac ſucceſſorum noſtrorum. Nulli ergo hominum omninò liceat hanc paginam noſtræ declarationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Datum Auinione, tertio nonas Decembris Pontificatus noſtri, anno 19. Eandem Epiſtolam Ioannis 22. ſupra recenſitam, ſed vulgarizatam, refert etiam ad verbum Ioannes Villanus, part. 1. ſuarum hiſtoriarum lib. 11. cap. 19. eamdem inſinuat Cardinalis Bellarminus de ſanctorum Beatitudine lib. 1. cap. 2. §. *atq; hinc ſoluitur*, & lib. 4. de Romano Pontefice cap. 14.

Ex verbis cuius Epiſtolæ ab eodem Ioanne 22. conſcriptæ, pridie ante illius mortem, vt ibidem animaduertitur, ac probatur, liquidò conſtat piæ Catholicæ, ac ſanctæ mentis fuiſſe circà materiam actualis beatitudinis ſanctorum, antè Iudicij diem, contra falſas detractiones, & calumnias aſſerentium contrarium.

Punctum Vigeſimumtertium.

Continens reſponſiones argumentorum.

48 §. 1 AD argumentum autem propoſitum ab Alphonſo de Caſtro ad ver-

uerſus hæreſes lib. 3. tit. Beatitudo §. 6. *hæreſis*, qui referens verba Adriani Papæ in 4. ſentent. ad calcem quęſtionis *de ſacramento confirmationis*, ait, *nouiſsime fertur de Ioanne 22. quod publicè docuit, declarauit, & ab omnibus teneri mandauit, quod animæ purgatæ ante finale Iudicium, non habeant ſtolam gloriæ.*

Reſpond. primò, ibi Adrian. non loqui ſecundum propriam ſententiam, quemadmodum apertè indicant verba ipſa iam adducta, ideò non aſſertiuè, ſed relatiuè loquitur dum, inquit, *fertur &c.* narrat enim ſimpliciter, quòd populus, & vulgus ignorantèr neſciens, quid diceret, & fortè caliditate aliquorum hallucinatus, affirmabat.

Reſpond. 2. quod ille Commentarius in 4. ſenten. fuit editus ab Adriano, vt à doctore priuato, ideò loquitur in illo tanquam priuata perſona; nec magni in hoc, faciendum eſt, de illius priuata ſententia.

Reſpond. 3. ſtandum eſſe ſimplicitèr, & abſolutè in omni caſu narratis in Bulla Benedicti 12. relata, vbi ſupra ab eodem met Alphonſo de Caſtro, in qua expreſſis verbis, inquit, *Cumq; Prædeceſſor noſter* (loquens de Ioanne 22.) *ad deciſionem concertationum huiuſmodi ſe pararet, tandem morte præuentus, perficere illud nequiuit, &c.* falſum itaq; omni ex parte demonſtratur aſſertum illorũ, qui ad pauca reſpicientes, dicunt, quod Ioannes xxij aliter determinauerit pręſertim, vt Pontifex in caſu, & materia prædicta.

§. 2. Imò in Bulla Canonizationis Sancti Thomę de Aquino, inter quàmplura, expreſsis verbis idem Ioannes decernit, quod *Chriſtus cernentibus Apoſtolis, aſcendens in cælum captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus, quibus pateſcere cælum innotuit, reſerrata dudùm clauſa in ſe credentibus, ianua Paradiſi,* ſtatim ſubdens, *patet ergo cælum credentibus, patet humilibus, patet etiam illis, qui honeſtatis, paupertatis, & obedientiæ votis, ſe Deo voluntaria ſponſione deuouent*: & pluriès in eadem Bulla repetit. *ob ſanctitatem vitæ, & eximias animi ſui virtutes, D. Thomam aſſumptum eſſe in cælis, & à Deo mirificatum, illiuſq; animam inter ſanctorum agmina, quaſi ſtellam matutinam gloriam Sanctorum poſsidere.* eandem veritatem de ſanctorum gloria, & actuali Beatitudine tradit S.D.N. Vrbanus VIII. in Breue conceſſo, pro Miſſa, & Officio B. Claræ de Monte Falco, dicendo à fratribus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, de quo fuſius in hoc cap. num. 41. §. 17. illis prioribus verbis. *Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſeruos, & ancillas ſuas, æternæ gloriæ premia donat in cælis, &c.*

§. 3. Qua occaſione præterire non valeo, animaduerſionem neceſſariam, contra aſſerentes abſq; fundamento tamèn rationis, Sanctum Bernardum ſequutum fuiſſe errorem illorum, qui negabant animas iuſtorum ante extremi Iudicij diem, frui gloria ſempiterna; quemadmodùm de illo ſcribit Alphonſus de Caſtro, lib. 3. *aduerſus hæreſes.* tit. *Beatitudo, poſt ſextam hæreſim*, §. *Beatus Bernardus*. In rei quidem veritate, cogor dicere, quod valdè errant, qui hoc aſſerunt, vel credũt, vera etenim atq; expreſſa ſententia ſancti Bernardi ea ſemper fuit, quod animæ Iuſtorum modò paulò ſuperiùs explicato, ſtatim in cęlo quidèm recipiantur, clarè videntes Diuinam eſſentiam, æterna quoq; fruantur beatitudine, vti apparet ex ipſius Epiſtola ad fratres Hiberniæ, in qua alloqués, animam, iàm mortui ſancti Malachiæ Epiſcopi, eximiæ virtutis, ait, *ò anima ſancta, non iam in fide ambulas, ſed in ſpecie regnas.*

Idemq; repetit ſanctus Bernardus in

ſerm.

ſerm. ſpeciali de obitu Huberti prioris Clareuallenſis, qui eſt vltimus in ordine ſermonum de ſanctis editis ab eodem ſancto Bernardo; & clariùs idem repetit plurieš libro vnico epiſtolarum ſelectarum, epiſtola de *Machabæorum ſolemnitate*; neq; cùm aliquibus dicam ſanctum Bernardum reuocaſſe poſteà circà hoc ſententiam, vel fuiſſe loquutum in illis duobus ſermonibus citatis à Caſtro, vbi ſupra, ſecundum aliorum opinionem; quod ſecundum abſq; falſitatis nota affirmari poteſt, ſed quia veritas vna eſt, conſtantèr aſſero, ſanctum Bernardum eſſe interpretandum locis ſupra adductis à Caſtro, de viſione beatifica exteriori ſenſitiua, vel de maiori extenſione, modo ſtatim declarando, quam nunc non habent animæ Iuſtorum ſine corpore, quę viſio à gloſſa meritò appellatur, *ſecunda ſtola iucunditatis*; quàm habebunt Iuſti in vniuerſali reſurrectione ex reunione corporũ, cùm animabus hominum; ſemetipſum equidem declarat, ac mentem ſuam pandit, ſanctus Bernardus 2. lib. de diligendo Deum, dum conformitèr ad doctrinam ſancti Patris Auguſtini, in 12. ſuper Geneſ. ad litteram, cap. 27. inquit, quod *anima ſeparata nunc videt Deum beatificè, non tamen eo modò, ſicuti poſt vnionem ad corpus intuebitur*.

Punctum Vigeſimumquartum.

De Gloria iuſtorum poſt iudicium.

§. 4. QVAM difficultatem proponit, atq; reſoluit egregiè S. Gregorius 4. Dial. relatus à D. Thoma 4. ſentent. diſt. 45. q. 1. artic. 1. quæſtiunc. 2. ad 4. argumẽtum, (ſi inquit) *nunc in cælo ſunt animæ ſanctorum, quid eſt, quod in die Iudicij pro iuſtitia ſuæ retributione recipient?* dum ſtatim reſpondet. *hoc eis nimirùm creſcit in iudicio, quòd nunc animæ ſola ſui gloria retributione lætentur, poſtmodum verò etiam corporum beatitudine perfruentur*, ſubdens, rationem, *vt in ipſa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro Domino atq; cruciatus pertulerunt*; addens, *idem eſſe aſſerendum de damnatis*. intelligendo, quò ad poenam æternam, nam nunc extenſiuè augebitur gloria iuſtis, & poena malis; etiam intenſiuè in ordine, & ad corpus, & animam (vt docet) ipſemet S. Thomas 4. ſenten. diſtin. 49. qu. 1. articulo 4. per totum.

§. 5. Occaſione eorum, quæ immediatè dicta fuere de Augmento Gloriæ Iuſtorum, poſt corporum reſurrectionem, neceſſarium eſt breuitèr aperire, ac magis elucidare modum prædicti augmenti, an ſcilicèt ſit extenſiuè tantùm, an etiam intenſiuè, & quomodò, & qua ratione id fiet.

Pro declaratione cuius difficultatis ſciendum eſt, quòd hic non agitur de beatitudine accidentali, cùm certum ſit apud omnes hanc intenſiuè, & extenſiuè, poſt reſurrectionem augeri, anima quidem naturali gaudio intenſiùs, & ardentiùs exultabit, cùm ſibi vnitum corpus iam glorificatum habebit: extenſiuè quoque creſcet, beatitudo enim accidentalis poſt reſurrectionem erit, tàm in corpore, quàm in anima, vt aſſerit Diuus Thomas 4. ſentent. diſt. 49. q. 1. art. 4. in corp. Quare tota difficultas reducitur de beatitudine eſſentiali, vtrum ipſa creſcat, & augeatur in ratione beatitudinis intenſiuè, nàm quod extenſiuè creſcat, per diffuſionem ſui ad corpus, cetiſſimum eſt, ſicut quòd gloria corporis ſit effectus gloriæ animæ, vt aſſerit inter alios ſanctus Thomas 1. 2. q. 4. art. 5. ad quintum argument. Caietanus ibidem, & Lorca, diſput. 36. memb. 2.

Priuſquam proponam aſſertiones, quibus

quibus reſoluitur præſens difficultas, valdè vtilis; pondero, quod hæc maior auctio gloriæ iuſtorum, intenſiuè conſiderata, dupliciter poteſt intelligi, vel ex parte obiecti, ſcilicet Dei clarè viſi, eò quod tùnc clariùs ab Anima vnita, quàm à ſeparata videatur, ſiue ex parte ipſiuſmet animæ, quæ tunc promptiùs, & expeditiùs corpori vnita Deum videbit; vel poteſt hoc dici, vel intelligi, quòd vtroque modo intenſiùs videat, quam ſeparata.

§. 6. Sit itaque prima aſſertio. Beatitudo animæ, poſt reunionem ad corpus in ordine ad obiectum primarium propriè, & formalitèr loquendo, nullo modò intenſiuè creſcet. Ratio huius ea eſt, quia prœmium eſſentiale, beatitudinis primarium inuariabile eſt, ex diuina ordinatione. Quare manifeſtum eſt, quod etſi viſio beatifica intenſibilis eſſet in hoc ſenſu, in ordine videlicèt ad obiectum primarium æternæ gloriæ, & beatitudinis, nunquàm intenderetur. In quo ſenſu, & ſecundùm quem interpretandus eſt S. Thom. prima. 2. qu. 4. articul. 5. ad 5. argumentum. Vbi, inquit, *corpore reſumpto, beatitudo creſcit, non intenſiuè, ſed extenſiuè*. Et Caiet. ibid. in reſponſione ad quintum, poſt aliqua ſtabilita fundamenta, collecta hinc, & inde ex doctrina ſanctiſſimi præceptoris D. Thomæ, per modum illationis, & cõcluſionis, inquit, ***Ex hoc ſequitur, quod anima beata reſumpto corpore eſt beatior intenſiuè, non ex parte obiecti, aut luminis gloriæ, ſed ex parte attentioris viſionis conſequentis perfectionem animæ in eſſendo.***

§. 7. Eſt ſecunda aſſertio. Viſio Dei, in qua conſiſtit vera beatitudo, & cæteri aliqui actus beatifici, quos eliciēt beati, poſt reſurrectionem corporum, intenſiuè erūt perfectiores in, & ex parte modi tendendi, qui ſe tenet ex parte ſubiecti, ratione cuius perfectior erit viſio beatifica, & amor Dei, quæ maior perfectio non eſt ſpecifica, ſed indiuidualis, ſe tenens ex parte ſubiecti. Nec dicitur intenſiua, ex præciſo ordine ad obiectum primarium, in ordine ad quod extenſiua appellatur; ex parte tamen modi tendendi ipſius ſubiecti, intenſiua dici poteſt, quia tùnc ſubiectum circà idem obiectum tendit, ſecundum totum ſuum poſſe. Hanc concluſionem docet inter alios S. Thomas 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 1. art. 4. quæſtiunc. 2. Nec eſt contrarius ſibi ipſi, vt aliqui malè crediderunt, vt optimè explicat Caiet. loco ſupra citato ad ſecundam aſſertionem. Immò potius tanquàm ſibi ſemper valde conſtans, quod dixerat in 4. confirmat, prima. 2. quæſt. 4. art. 5. in corp. vbi inter quàmplura mirabilitèr declarata, & ſtabilita rationibus, & authoritatibus ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum Patrum, meritò concludit; ***Cum enim operatio dependeat ex natura rei, quantò anima perfectior erit in ſua natura, tantò perfectiùs habebit ſuam propriam operationem, in qua fælicitas conſiſtit.*** vndè cùm S. Auguſt. in 12. ſuper Gen. ad litteram quæſiuiſſet, vtrùm ſpiritibus defunctorum ſine corporibus, poſſit illa ſumma beatitudo præberi, reſpondit, ***quod non ſic poſſunt videre incommutabilem ſubſtantiam, vt ſancti Angeli vident, ſiue alia latentiore cauſa, ſiue ideò, quia eſt in eis naturalis quidam appetitus, corpus adminiſtrandi.*** Et ad 5. argumentum ſemetipſum magis explicans in confirmationem prædictorum inquit; ***Dicendum quòd deſiderium animæ ſeparatæ totalitèr quieſcit, ex parte appetibilis; quia habet id, quod ſuo appetitui ſufficit: ſed non totalitèr requieſcit; quia illud bonum non poſſidet, ſecundum omnem modum, quo poſſidere vellet, et ideò corpore reſumpto, beatitudo creſcit, non intenſiuè, ſed extenſiuè.***

§. 8. Ex quibus manifeſtè colligitur doctrinam

Digitized by Google

ctrinam S. Auguſtini, & Diui Thomæ fauere vtrique aſſertioni, maximè ſecundæ, dùm aſſerunt operatiorem, in qua eſt poſita fœlicitas, perfectiorem eſſe intenſiuè;& expeditiorem poſt reunionem animæ ad corpus.

Eandem ſententiam docuit S. Bernardus ſerm. 3. omnium ſanctorum illis verbis, *Viget in animabus ſeparatis deſiderium hoc naturale, vt nedùm tota affectio eorum liberè pergat in Deum, ſed contrahatur quodammodo, & rugam faciat, donec inclinentur deſiderio corporis*. Vaſquez, & Lorca vbi ſupra palàm fatentur ſupradictos Patres docere, ac tenere ſententiam explicatam in duobus præcedentibus aſſertionibus.

§. 9. Pro huius doctrinæ maiori declaratione animaduerto, quod etſi ad operationes ſupernaturales, nullo modo concurrat virtus naturalis, cum ſit prorſus improportionata, tamèm concurrit natura ipſa, à qua dependet, vt à principio radicali, & à virtute ſupernaturali, quæ eſt illi tota ratio agēdi, & quæ adæquatur in ratione virtutis connaturalis principio radicali. Quare ſi radicale hoc principium coarctatur, & anguſtatur; nec dilatatur, id quod poteſt ſecundum, ſuam vltimam perfectionē natulalem: & ratio illa agendi contrahitur, & rugam facit, (vt ait Bernardus) cùm proportionetur illi principio in ratione virtutis, ſicut accidens in ratione virtutis proportionatur ſubſtantiæ, vnde quantò radicale illud principium expeditius eſt, nec detentum ab aliquo alio, tantò ratio illa, & virtus ſupernaturalis expeditior erit, & cauſa reſultans ex tali virtute, & principio radicali expeditiùs, ſuauiùs, perfectiùs, operabitur, quàm dùm ab alio obiecto naturalitèr deſideratur, inclinatur, vel quacunque alia ratione detinetur, vel contrahitur, quicquid dicant moderni præſertim, Suarez, de viſion. Beatifica ad 1. part. D. Thom.

Hæc doctrina manifeſta eſt, quia habitus primorum principiorum in anima ſeparata, etiam ſi ſit idem lumen prorſus immutatum in intēſione, tamèn quia anima expeditior eſt ad intelligendum, quando eſt ſinè corruptibili corpore, cum corpus quod corrumpitur, aggrauet animam, etiam lumen illud expeditiùs operatur, & operationes ab illo prouenientes promptiores ſunt intrinſecè ex parte modi tendendi ipſius animæ, cuius promptitudo quaſi ſuffocatur corruptibili corpore, nec eſt libera, & expedita, vt tendat in prima principia ea perfectione, qua poteſt, quod impedimentum eſſet in anima, etiamſi nullus eſſet error, qui poſitiuè obtenebraret lumen rationis, ſed præcisè ex vnione ad corpus corruptibile (niſi aliàs adiuuetur ſpeciebus infuſis) vndè anima eiſdem ſpeciebus abſtractis à phantaſmatibus, quibus tenebatur in corpore mortali, expeditiùs vtetur dùm eſt ſeparata.

§. 10. Vndè, vt ait Sanctus Thomas 1. par. quæſt. 89. artic. 6. anima ſeparata, & vnita per ſpecies acquiſitas in hac vita eodem modo cognoſcit, ſi modus ſe tenet ex parte obiecti, ſed nō ſi ſe teneat, ex parte virtutis agentis; & intellectus, quia, inquit, *non eſt idem ſtatus animæ ſeparatæ, & vnitæ*, Vnde eadem virtus naturalis intelligere diuerſo modo conſideratur in anima ſeparata, & vnita, quia ſubſtantia animæ, quæ eſt principium radicale, diuerſo modo conſideratur. Pari modo, quia cum anima ſeparata etiā beata, diuerſo modo ſit, ac dum eſt vnita corpori immortali; nam dum eſt ſeparata habet innatum appetitum ad ſuum corpus, ſinè quo ſuo eſſe naturali, eſt imperfecta; adhùc quatenus intellectiua eſt, vt expreſsè docet S. Thom. 1. p. q. 89. art. 1. etiàm virtus ſupernaturalis,

ralis,quæ eſt lumen gloriæ,diuerſo modo perficiet ſubſtantiam animæ, & erit ratio agendi, vt anima influat expeditiùs,& promptiùs in viſionem, & alios actus beatificos . Probatur,quia modus operandi ſequitur modum eſſendi, ergò modum eſſendi perfectiorem ſequitur modus operandi perfectior, ſed anima vnita corpori glorioſo habebit perfectiorem modum eſſendi,ergò & operandi, Probatur minor,quia anima noſtra eſſentialitèr eſt pars corporis, & ex natura ſua exigit cum illo coniungi, & per conſequens,quandò cum illo actualitèr iungitur, acquirit ſuam vltimam perfectionem. Hæc eſt ratio D.Thomæ in quarto. Quæ confirmatur ex eodem prima.p.q.citata,art. 5.quia operatio in qua conſiſtit fœlicitas, dependet ex natura rei operantis; vnde quantò anima erit in ſua natura perfectior, tantò perfectiùs habebit ſuam operationem; ita vt diligentèr ponderandum ſit, quòd hæc maior perfectio,quæ ponitur reſpectu actus, ſiuè operationis beatificæ in anima beata, corpori glorioſo iam vnita,ſe tenet radicalitèr,& totalitèr ex parte ſubiecti, ac ſuppoſiti perfectioris: Ideò S.Tho.4.ſent.diſtin.49.q. 1.art.4. queſtiun.in corp.dicit, *Sicut enim anima ſeparata à corpore corruptibili perfectiùs poteſt operari, quàm ei coniuncta,ita poſtquam coniuncta fuerit corpori glorioſo, perfectior erit eius operatio,quàm quando erat ſeparata. Omne autem imperfectum appetit ſuam perfectionem, & ideò anima ſeparata naturaliter appetit corporis coniunctionem, & propter hunc appetitum (ex imperfectione procedentem) eius operatio, quæ in Deum fertur, eſt minus intenſa. Et hoc eſt, quòd dicit Hieronymus, quod ex appetitu corporis retardatur, nè tota intenſione pergat in illud ſummum bonum.* Et clariùs in reſponſione ad primum, ſe magis explicans, inquit, *quod anima coniuncta corpori glorioſo, magis eſt Deo ſimilis, quàm ab eo ſeparata, inquantùm coniuncta habet eſſe perfectiùs. Quantò enim aliquid eſt perfectiùs, tantò eſt Deo ſimiliùs, ſicut etiam cor, cuius vitæ perfectio in motu conſiſtit, eſt Deo ſimiliùs, quando mouetur, quàm quando quieſcit, quamuis Deus nunquam moueatur.*

§. 11. Eodem quoq; modo interpretanda ſunt dicta Sanctorum, & Doctorum Catholicorum aſſerentium, *nondum cõpletè animas Iuſtorum eſſe glorificatas*, vel quid ſimile, quorum placita adducit Caſtro, vbi ſupra, & alij, vt ſecundum veritatem vindicati, & ipſi remaneant à calumnijs hæreticorum, ac aliorum.

50 § 1. Addo ex D. Thoma 4. ſent.diſt. 45. q. 1. artic. 1. quæſtiunc. 2. ad 3. arg. *§ & præterea, quod gloria corporis non eſt ità eſſentialis, quemadmodum illa animæ, ideò hæc differtur, prima verò citò datur*, ideſt mox, ac ſtatim ſecuta morte Iuſtorum.

Punctum Vigeſimumquintum.

De Enucleatione verborum inſcriptionis Elucidarij.

51 §. 1. AD terminorum igitur explanationem deſcendendo inſcriptionis,ſiue tituli huius tractatus, in primis ſe offert interpretandum nomen, *certitudo,* quod ſignificat firmitatem illam propter quam, virtus cognoſcitiua perinde ſuo cognoſcibili adhæret, ac ſi illud coram ſe patentèr cerneret, hinc eſt,quòd certa non appellamus niſi illa, quæ vera ſunt,vel quę vera eſſe indubitanter credimus.

De qua certitudine loquens. S.Thomas, 3.ſent.diſt. 26.q. 2.art. 4. in corpore, inquit, *Certitudo dicit firmitatem adhæſionis virtutis cognoſcitiuæ ad ſuum cognoſci-*

gnoſci-

Digitized by Google

gnoſcibile. & 2.2.q.18.art.4.in corpore docet; Certitudinem inueniri tanquàm in ſubiecto in vi cognoſcitiua eſſentialitèr, participatiuè verò in omni eo, quod à vi cognoſcitiua mouetur infallibilitèr ad finem ſuum, ſubdens, *ſecundùm hunc modum dicitur, quòd natura certitudinaliter operatur, tanquàm mota ab intellectu Diuino, mouente certitudinalitèr vnumquodq; ad ſuum finem*.

§. 2. Neque ibi contrarium, vllo pacto docuit Sanctus Doctor, quamuis, alibi indicat, certitudinem eſſe in appetitu naturali, non quia appetitus naturalis cognoſcat finem, quemadmodùm virtus cognoſcitiua, ſed in quantùm à Deo dirigente ipſum in finem infallibilitèr inclinatur.

§. 3. Ex quibus colligitur diſtinctio illa, qua diuidi ſolet certitudo, ſiuè certa in illis, quæ appellamus certa, certitudine humana tantùm, ac in illis, quæ dicuntur certa, certitudine Diuina, vt ſunt reuelata à Deo, vel quæ ex ipſis reuelatis neceſſariò inferuntur, quemadmodùm Canonizatio, Sanctitas, Gloria, & Veneratio Sanctorum, vti probatur inferiùs preſertim, cap. 3.5.6.& 7.

52

§. 1. Nomine verò *Sanctorum*, intelligimus viros, quoſcumq; pios, Iuſtos, Innocentes, atq, immaculatos, qui in hac vita mortali, viam mãdatorum Dei alacritèr cucurrerunt, illa fidelitèr obſeruando, ac perſeuerantèr, iàmq; vitæ præſentis curſum, beato fine clauſerunt, quorum animæ, nulla purgatione egentes, cœli ſecreta penetrarunt, ſtatim euolando ad gloriam, clarè Deum intuentes ſicuti eſt, ſanctus Chryſoſtomus in Homel. 1.in pſal. 144. *Quid eſt ſanctus?* (inquit) moxq; reſpondet, *Rectus, purus, mundus, ab omni reprehenſione alienus, qui nullam vlli omnino præbet anſam*: ſanctitas quidem ex D. Thoma, & ſuis interpretibus, 1.2. q.68.art.2. nihil aliud eſt, quàm generalis quædam virtus, omnium virtutum, complectens actus hæroicos, quos per imperium voluntatis ordinat in bonum diuinum, hoc eſt refert in Deum, omnium virtutum operationes.

Punctum Vigeſimumſextum.

De inæqualitate Beatorum.

53

§. 1. EST tamen notandum, quod beati omnes, minimè pares ſunt in gloria eſſentiali, cum ſancti in cœlo, Deo fruantur prò meritorum diuerſitate, alius alio perfectiùs, contra Iouinianũ, & alios hæreticos, nam iuxtà illud Saluatoris, *Ioan.4. in domo Patris mei manſiones multæ ſunt*. Quàm veritatem, vniuerſalis Eccleſia determinauit in Concilio Mediolanen. cui preerat, tanquam Legatus Pontificis ſanctus Ambroſius, vbi inter alios Iouiniani errores, ille cõcorditer fuit damnatus tanquàm hæreſis formalis, omnes ſcilicèt Beatos, pares eſſe in gloria, neque inueniri inter illos differentiam præmiorum.

§. 2. Deniquè eandem hæreſim confutarunt, atq; damnarunt Patres Concilij Florentini ſub Eugenio quarto, contra quam hæreſim ſcripſerunt S. Hieronymus, lib.2. aduerſus Iouinianum, & ſanctus Auguſtinus lib. de ſancta Virginitate.

Argumenta in contrarium, eximiè ſoluuntur à ſancto Tho.4. ſent. diſt.49. q.1.art.4.ad 2.quæſtiunc. in reſp. ad argumenta, vbi ſoluit in ſpecie illud fundatum in authoritate, Matth. 20. *omnes accipient denarium æqualitèr*, iſta enim vnitas, ac æqualitas denarij referenda eſt, ad vnitatem tantùm obiecti beatitudinis, quia Deus ſuam eſſentiam omnibus beatis oſtendit, addens, *ſed vnuſquiſq; eam aſpiciet ſecundum modum ſuum, qui attenditur ſecundum maio-*

rem, vel minorem gradum luminis gloriæ; ſiuè maiorem, vel minorem perfectionem eiuſdem luminis, ideò rectè concludit S.Thomas, vbi ſupra in corpor. quæſtion. ad ſecund. non in eodem gradu beatitudinis, erunt omnes beati.

Et in Reſp. ad 3. *Argumentum, radix iſtius diſparitatis oritur remotè quidem ex perfectiori charitate, immediatè vero ex lumine perfectiori gloriæ.*

Sanctus quoq; Pater Auguſtinus lib. de Sancta Virginitate cap. 26. ſuper cap. 14. Ioan. inquit, *ac per hoc in denario, quidem non impari, non viuet alius (ſcilicet beatus) alio prolixius*, ſubdens, immediatè, *in multis autem manſionibus honoratur alius, alio clariùs.* ex quibus verbis poſſumus colligere primò, quod denarius æqualiter receptus ſignificat æternitatem gloriç beatorum, quç çternitas communis eſt omnibus beatis; 2. inçqualitatem manſionum, ſiuè modi, quo vnus beatorum alio perfectiùs videt diuinam eſſentiam, quod myſterium declaratur illis verbis Apoſtoli 1. Corin. c. 15. *ſtella* (inquit) *differt à ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum.*

Sancti verò, atq; in cælis beati, quemadmodum, inquit, S. Thom. in Iſaiam cap. 51. & 64. *quatuor delicias in præſenti ſæculo habent, lumen Dei, bona opera, virtutes, & mentis quietem; in gloria verò fruuntur alijs 4. delicijs, plena ſcilicèt Dei viſione, perfecta eiuſdem dilectione, copioſa refectione, ac eminenti authoritate.* voluntati enim timentium ſe liberaliter annuit Deus.

§. 3. Iſtis quippè Dominus parauit locum æternæ quietis, Regnum perpetuæ dignitatis, menſam diuinæ refectionis, lucernamq; diuini luminis, ideò *inebriabuntur ab vbertate domus ſuæ, ac de torrente voluptatis ſuæ potabit illos.*

§. 4. Idem S. Thomas ad hebræos 12. lect. 1. *Sancti*, inquit, *dicuntur nubes propter conuerſationis ſublimitatem, propter doctrinæ fæcunditatem, ac propter ſpiritualis conſolationis vtilitatem.*

54. Deniq; prima 2. quæſt. 66. art. 2. in
§. 1. Reſp. ad 2. argumentum, *dicendum eſt*, inquit, S. Thomas, *quod vnus Sanctus laudatur præcipuè de aliqua ſpeciali virtute, & alius de alia; propter excellentiorem promptitudinem ad actum illius virtutis, quàm ad actum alterius, licet fuerit ornatus alijs virtutibus, ſanctitas verò de ſuo formali dicit liberam, perfectam, & immaculatam munditiem, ab omni, & quacunq; immunditia aliena*; ex S. Dioniſio de Diuinis nominibus, cap. 12. & ex S. Thom. 1. ſent. diſt. 10. quæſt. vnica art. 4. in reſponſione ad 4. Argumentum, & 3. diſt. 5. quæſt. 1. art. 1. in principio Corporis.

55 Canonizare verò ſecundùm Theolo-
§. 1. gos, Summiſtas, & Canoniſtas, quemadmodum inter alios tradit Syluester, & Tabiena verbo, Canonizare, vel canonizatio, num. 1. de mente Innocentij, & Panormitani eſt; Iuſtos iam vita functos per ſummum Pontificem Cathalogo ſanctorum, publico, & ſolemni ritu, ac publico iudicio, vel ſententia diffinitiua ſeruatis ſeruandis, ſecundùm formam Eccleſiæ adſcribere, decernere, atque declarare, vt pro ſanctis colantur, eoſq; fideles venerentur. Dicente S. Ambroſio ſerm. 6. ad finem, *quiſquis honorat martyres, honorat & Chriſtum, & qui ſpernit ſanctos, ſpernit & Dominum*, ac inſuper eoſdem ſanctos imitentur, & quod de illis officium ſolemne fieri poſſit, quemadmodum de alijs ſanctis conſuetum eſt per Eccleſiam.

56 Cultus quippè, ſiue honor, quem ſan-
§. 1. ctis canonizatis tribuit eccleſia redigi ſolet ad numerum ſeptenarium. Primò præcipitur, vt ab omnibus publicè, & infallibilitèr, ac reuerentèr inuocentur,

& ha-

& habeantur pro ſanctis. 2. in publicis Eccleſiæ præcibus tanquam ſancti, ſiuè nomine expreſſo ſanctorum inuocẽtur, & honorentur, 3. templa, & Altaria in eorum memoria, eorumq; honore Deo palàm dicentur. 4. ſacrificium Miſſæ, & Diuinum officium publicè eorum nomine in illorum honorem Deo perſoluantur, & offerãtur. 5. dies feſtus in eorum memoria, ac eorum nomine publicè, ac ſolemnitèr celebretur. 6. illorum imagines cum diademate ad caput pingãtur, ad oſtẽdendam gloriam ipſorum, & coronam Vitæ, qua iam coronati ſunt in cœlis, & quemadmodum ſtellas agnoſcere non poſſumus, nec illas intelligere abſq; illo ſibi indito ſplendore, ita nec ſanctos ſine illo beatitudinis ſplendore, quo ſemel colluſtrati per Eccleſiam Romanam, nulla omninò ratione carere poſſunt, ideò de ſanctis, & beatis dicitur Daniel. 12. *qui ad iuſtitiam erudiunt multos* (intellige per ſanctitatem Vitæ) *quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates fulgebunt*.

Hinc eſt quod Tertullianus lib. de Idol. Hi ergo *Dei hæredes*, ait, *cohæredes autem Chriſti, caput radiante auro conſpicuum habent*. Circulum itaq; radiatum ad Caput ſanctorum, vel beatorum, Diuinitatis participatę (vt phraſi Theolog. vtar) tanquam indicem, notamquè, Eccleſia apponit, ſiue facultatem apponendi concedit, eorumq; Imagines publicè in Eccleſijs, Cappellis, Altaribus illuſtri loco collocandæ ſunt, vt ab omnibus honorẽtur, & adorentur, 7. illorum reliquiæ præcioſis includuntur thęcis, & publicè exponuntur, vt fideles, illas venerentur, illorumq; vitam imitentur.

§. 2. Alia verò, quæ pertinent ad maiorem, & ampliorem claritatem nominis Canonizationis inferius adducentur, in ſequenti cap. ac etiam in 3. cap. fundamento 3. §. *Hanc Veritatem*.

Punctum Vigeſimumſeptimum.

De cultu exhibendo Canonizatis.

57 §. 1. NON deſunt Doctores grauiſſimi fundatam habentes ſuam intentionem in illis, quæ traduntur in toto tit. de reliq. & vener. ſanctorum, nec non in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reliq. & vener. ſanctorum, qui conſtanter aſſeverant eſſe de fide certum, quod fideles omnes, teneantur habita notitia Canonization. ſanctorum, illos publicè, ſaltem in præparatione animi honorare, & debitum cultum eiſdem publicè exhibere, cum Eccleſiaſt. cap. 44. iubeat Dominus. Vt ſanctos laudemus, atq; magnificemus. Ioann. enim Damaſcenus, lib. 4. Orthodoxę fidei, cap. 16. *Sanctis*, inquit, *vt Chriſti amicis, Dei filijs, atque hæredibus honor haberi debet, quemadmo-*
§. 2. *dum*, inquit, *Theologus, & Euangeliſta Ioannes 1. quotquot autem receperunt illum, dedit illis poteſtatem filios Dei fieri.*

§. 3. S. quoq; Baſilius, ille magnus oratione in 40. mart. loquendo de honore debito ſanctis, pręcipuè Martyrib. ait, *honor in bonos a cõſeruis collatus, beneuolentiæ ſignificationẽ habet apud cõmunem Dominũ.*

Et Hyerem. Conſtantinop. relatus à Iodoco tom. 1 ſui Theſauri Catholici, lib. 5. *de Sanctis Eccleſiæ*, art. 12. reſp. 2. *de Sanctorum inuocatione. honorandi ſunt*, inquit, *Sancti tanquam amici, & filij Dei; Chriſtum verum Deum noſtrum: & ſanctos eius, verbis, picturis, ſacrificijs, templis, imaginibus honorantes, illum quidèm, vt Deum venerantes, hos autem propter illum, &c.* Quam veritatem magis explicatam inuenies, cap. 5. præcipue ad 6. concl. & c. 6. ideò Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 3. ſtatuit, Et quamuis in honorem, & memoriam ſanctorum, *nonnullas interdum miſſas* eccleſia celebrare conſueuit, non tamẽ illis ſacrificium offerri docet, ſed Deo ſoli, qui illos coronauit, vnde nec ſacerdos dicere ſolet,

offero tibi ſacrificium Petre, & Paule: ſed Deo, de illorum victorijs gratias agens, eorum patrocinia implorat; vt ipſi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

58 Deniq; ſciendum eſt, cultum ſan-
§. 1. ctorum eſſe ordinatum, nedùm ad Dei gloriam, & honorem, vt Deus ipſe laudetur in ſanctis ſuis, & ad fidei firmitatem, verùm etiàm ad bonum commune totius Eccleſiæ, redundat enim in noſtram vtilitatem; ſanctorum nempè interceſſionibus, à cunctis malis, & periculis imminentibus de facili liberamur, aliaq; potiora beneficia à Deo optimo maximo omnium bonorum largitore in dies obtinemus, nobiſq; facilem Dei benignitatis propitiationem, atq; deſideratam ipſius Dei benedictionem, vtq; faciliùs, ac tutiùs beatitudinem, cuius gratia nati ſumus conſequamur impetrent, præſertim ſi illo-
§. 2. rum vitam, vt decet imitemur. Sancti enim ſunt exempla virtutum, quę ſequi debemus, & norma ſanctæ vitæ, quàm tenere nobis ſemper valdè vtile erit. Meritò itaq; eccleſia confutauit, atq; reiecit *in 7. Synodo Nicena actio: ſecunda, & in Concilio Romano ſub Fœlice primo*, & nouiſſimè *in Concilio Tridentino ſeſſ. 25. de inuocatione, & veneratione ſanctorum, &c.* hæreſim illorum, qui ſequentes Patrem falſitatis auſi ſunt tenere, & docere, nullam adorationem, ſiue cultum exhibendum fore iàm vita functis.

§. 3. Equidem diuinæ legis ordo requirit, quemadmodum docet ſanctus Thom. 4. ſent. diſtin. 45. q. 3. art. 2. in corp. Vt nos, qui manentes in corpore peregrinamurq; ad Dominum per ſanctos medios, qui ſunt in Patria Deo propinquiſſimi in eum reducamur, ideò ſanctis dirigimus noſtras præces poſt Deū, quod quidem contingit, dum per eos, & eorum interceſſionem diuina bonitas ſuper nos ſuum diffundit effectum.

59 Quod nullatenus adſcribendum eſt
§. 1. defectui Diuinæ potentiæ, quod mediantibus cauſis ſecundis operatur, ſed hoc ſpectat ad complementum ſuaue diſpoſitionis ordinis vniuerſi, vt illius bonitas multipliciùs, & abundantiùs diffundatur in rebus, dùm res ab ea nó ſolùm ſuſcipiunt proprias bonitates, ſed inſuper, quod alijs ſint cauſa bonitatis, ideò concludit S. Thomas vbi ſupra in reſponſione ad primum argumentum per ſequentia verba, *non eſt propter defectum miſericordiæ Dei, quod oporteat eius clementiam per orationes ſanctorum pulſare, ſed hoc eſt, vt ordo prædictus conſeruetur in rebus*.

§. 2. Contra hæreſes Pelagij, Petri Habailardi, Io. Vviccleph, Ioann. Hus, Lutheri, & aliorum falsò dogmatizantiū, vt virtutem orationis minuerent, orationem eſſe prorsùs inutilem, qui error cum manifeſtè blaſphemiam cótineat, quæ ſpiritus immundi furor eſt, vt tradunt ſancti Patres, ipſiuſmet ſcripturæ teſtimonio cóuincitur de aperta falſitate, quia Chriſtus, Matt. 6. docet nos orare dicédo Pater noſter, &c. & Lucę 5. 6. & 9. ſuo exemplo idem oſtendit, ideò S. Ambroſius, ſuper Lucam cap. 5. poſt initium exponens illud de oratione pręmiſſa à Chriſto ante curationem Paralitici, inquit, *imitandi enim ſpeciem dedit non præcandi ambitum requiſiuit*, & paucis interiectis, ſubdit, *vnuſquiſq; æger petenda præcatores ſalutis debet adhibere, per quos vita noſtra cópago reſoluta, actuūq; noſtrorum clauda veſtigia, verbi cœleſtis remedio reformentur*.

§. 3. Et vbi ſupra extollens maximam vtilitatem orationis ſanctorum, ait, *magnus Dominus; qui aliorum merito ignoſcit alijs, & dùm alios probat alijs relaxat errata, etiam* Lucæ 6. *Orat ergò*, inquit, *Domi-*

Domi-

Dominus, non, vt pro ſe obſecret, ſed, vt pro me impetret, addens, *nam, & ſi omnia poſuerit Pater in poteſtate filij, filius tamen, vt formam hominis impleret, obſecrandum Patrem putat eſſe pro nobis, quia aduocatus eſt noſter. Beda quoq; in Comment.* ſuper Lucam, cap. 4. poſtquam dixit in noſtris neceſſitatibus recurrendũ eſſe ad auxilium Dei, ſtatim ſubdit, *rogет vnuſquiſq; ſibi patrocinio eſſe Sanctos, & Iuſtos Viros in Eccleſia, vt veram à Domino percipere ſanitatem animæ mereatur*, & Matth. 17. *hoc genus* (inquit Chriſtus) *Dæmoniorum, in ieiunio, & oratione eijcitur.*

Hanc hæreſim de oratione in communi damnauit Eccleſia in Concilio Tolet. ſecundo. Can. 9. in Conc. Mileuitano primo, contra Pelagianos Can. 8.

Et S. Auguſtin. in Ioann. tract. 104. ſub med. *poterat*, inquit, *Dominus noſter Vnigenitus, & coæternus Patri in forma ſerui, & ex forma ſerui, ſi hoc opus eſſet orare filentio, ſed ità ſe Patri exhibere voluit precatorem, vt meminißet noſtrum ſe eſſe doctorem*, ſubdens immediatè. *Proindè eam quam fecit orationem pro nobis, notam fecit & nobis, quoniam tanti magiſtri non ſolum ad ipſos ſermocinatio, ſed etiam ipſius pro ipſis, ad Patrem oratio diſcipulorum eſt ædificatio.*

§. 4. Hæc præcipuè dirigi debent contra maledictum Vvicleph negantem orandum eſſe pro perſonis in particulari, cuius error de aperta falſitate conuincitur ex illo actorum 12. Vbi dicitur, quod oratio fiebat ab Eccleſia ad Deum pro Diuo Petro, cauſa fidei in carceribus detento, & ad Theſſalonicenſes 1. & ad Romanos 15. rogat D. Paulus fideles, vt orationes faciant pro illo, quemadmodum aperte, etiam latiùs docet vſus antiquior eccleſię, quem intollerabilem errorem, atq; hæreſim manifeſtam meritò damnauit Eccleſia in Concil. Conſtantienſi, ſeſſ. 8. contra hæreſim Euſtachij, Vigilantij, Vvicleph, Hus, Lutheri, & aliorum proteruè dicentium, ſanctos non eſſe orandos, quorum hæreſim cõfutarunt innumeri Auctores moderni, & antiqui, qui libros, & tractatus integros ediderunt de veneratione Sanctorum.

§. 5. Inter quos vnus eſt Caietanus, & Bellarminus cum alijs innumeris, eamque, vt hæreſim manifeſtam damnauit Eccleſia in Concilio Gangrenſi, can. 20. quod Concilium fuit receptum, & approbatum per Eccleſiam in 1. Concilio generali Nicæno, & in primo Aurelianenſi, num. 11. Gerunden. num. 5. Toletano 5. num. 1. Quæ Concilia licèt fuerint prouincialia, tandèm in ſequentibus Concilijs generalibus per Eccleſiam approbatis recepta, atq; confirmata fuere.

§. 6. Hanc hæreſim funditùs deſtruit etiã vſus per Eccleſiam approbatus, & continuò canonizatus recitandi priuatim, ac publicè litanias, in quibus palàm inuocãtur omnes ſancti per eccleſiam canonizati, vt pro nobis Deum exorare dignentur, quos vndiq; mala noſtra perturbant, quòd certè nõ fieret, niſi eſſent in gloria, & eorum præcibus nobis obtinere poſſent neceſſaria, præſertim ad ſalutem animarum pertinentia.

§. 7. Ideò S. Auguſtinus contra Fauſtum lib. 20. cap. 21. de feſtis Sanctorum, per eccleſiam celebratis, ait, *Populus Chriſtianus memorias martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat ad excitandam immitationem*, addens, *& vt meritis eorum conſocientur, atque orationibus adiuuentur.*

§. 8. Sanctus quoq; Ioannes Chryſoſtomus, hom. 2. in pſal. 50. occaſione illorum verborum 4. Regum, *protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum. Dauid* (inquit) *mortuus eſt, & merita eius vigent, ò rem admiran-*

mirandam, ò ineffabilem clementiam Dei, homo mortuus viuo patrocinatur; & ho-mil. 27. in Matthæum adeò ſe à maculis abluit Dauid poſt peccatum, ità mũdum effecit animum, vt vel mortuus precantibus poſteris ſuis ſuccurreret.

Punctum Vigeſimumoctauum.

De origine dierum feſtorum.

§. 9. QVI verò cupiunt ſcire originem celebrationis feſtorũ in honorem ſanctorum, modumq; quo à fidelibus celebrantur, & qua deuotione, atq; ardore; legant narrata à Cardinali Baronio tom. 1. Annalium ad annum Chriſti 58. vbi prolixè inuenient, quàm plures circà hoc auctoritates Patrum, Cõciliorum, & celeberrimorum Doctorum, conſpiciant etiam, quæ adducuntur à Summiſtis verbo feſtum, ſiuè dies Dominicus. Feſtiuitas ſanctorum multis nominibus deſignatur, vocatur aliquando natalis, vel natale, ſiuè natalitium, tranſitus, ſiue obitus, paſsio, vel obdormitio ſanctorum, qui dies feſtiuus ideo appellatur, eo quod in illo ſola diuina aguntur, ſoliquè Deo in memoriam talis ſancti vacandum eſt.

Appellatur natalis, dies tranſitus Iuſtorum, quia in morte dicuntur iterum naſci, modo exponendo inferiùs, cap. 5. ad ſextam concluſionem, quia tunc naſcuntur Deo, vita beata, & perpetua.

Tranſitus, quia tranſeunt de hoc mundo ad cœlum; obitus quia tunc Angeli obuiant animabus iuſtorum, de eorum ergaſtulo egredientibus.

Paſsio; quia patitur corpus in ſeparatione animæ, nullaq; anima ſeparatur à corpore, abſque amaritudine.

Obdormitio dicitur mors ſanctorũ; quia ad quietem tranſeunt æternam, ideò Chriſtus de Lazaro mortuo in Domino dixit. *Lazarus amicus noſter dormit.*

Quorum ſcilicet ſanctorum feſtiuitates colendæ ſunt, vt illos habeamus interceſſores apud Deum, illorumq; vitam imitemur, & ad ſecuritatem ſpei noſtræ peruenire poſſimus.

Contrà prædicta negantes, extat doctrina S. Thomæ ſuperiùs relata, 4. ſententiarum diſt. 45. q. 3. art. 1. & 2. ac 3. per totum.

60 Vbi etiam docet Angelicus doctor
§. 1. in reſponſione ad 2. argument. artic. 2. præcitatæ quæſtionis. *quamuis ſuperiores ſancti ſint magis Deo accepti, quàm inferiores, vtile tamen eſt minores quoq; ſanctos interdum orare, & ad eorum interceſſionem confugere, hocq; propter quinq; rationes. Prima ex hoc, quod aliquis quandoq; habet maiorem deuotionem ad ſanctum minorem, quàm ad maiorem, ex deuotione autem maximè dependet orationis effectus. Secundò propter faſtidium tollendum, quià aſsiduitas vnius rei faſtidium parit, per hoc autèm, quod diuerſos ſanctos oramus, quaſi in ſingulis nouus feruor deuotionis excitatur. Tertiò, quia quibuſdam ſanctis datum eſt in aliquibus ſpecialibus cauſis præcipuè patrocinari, ſicut S. Antonio ad ignem Infernalem. Quarto, vt honor debitus omnibus exhibeatur. Quintò quia plurimorum orationibus; quandoq; impetratur, quod vnius oratione non impetraretur.*

§. 2. Ad argumenta hæreticorum præuiſa ſpiritu prophetico à ſancto Doctore, quo mirabilitèr polluit, ideò (vt paulò inferiùs dicam,) Quę contra fidei Catholicę veritatem anteà obiecerant, vel obijcere in futurum poterant heretici, enodantur. Reſpondet Sanctus Thomas, vbi ſupra ad quartum argumentum, *non dicuntur ſancti preces noſtras Deo repreſentare, quaſi ei incognita manifeſtent; ſed quia eas exaudiri à Deo petunt,*

Digitized by Google

petunt, vel ab eis Diuinam conſulunt voluntatem, quid ſcilicet ſecundùm eius prouidentiam fieri debeat.

61 Et in Reſponſione ad 2. argumen-
§. 1. tum expreſsè docet, quòd aliquis efficitur dignus, vt ſanctus aliquis pro illo oret Dominum, quia ad ipſum cum pura deuotione in ſua neceſſitate recurrit, quamobrem rectè concludit, idem ſanctus Doctor, vbi ſuprà, & clarius art. 3. *non eſt igitur ſuperfluum ſanctos orare.*

§. 2. In corpore præcitati. 3. Art. eiuſdem quæſtionis inſupèr docet, ſanctos dupliciter orare pro nobis efficaciter, cõſiderãdo efficaciam; quantùm eſt ex parte orationum ſanctorum, licet ex parte noſtra poſſit eſſe defectus, propter quem non aſſequamur fructum orationum ipſorum, primo modo oratione expreſſa, dùm votis ſuis aures Diuinę Clemẽtiæ pro nobis pulſant, alio modo oratione interpretatiua, ſcilicet per eorum merita, quæ in cõſpectu Dei exiſtentia, non ſolùm eis cedunt ad gloriam, ſed ſunt nobis etiam ſuffragia, & orationes, quemadmodùm ſanguis Chriſti prò nobis effuſus dicitur veniam petere.

62 In Reſponſione ad quintum argu-
§. 1. mentum eiuſdem 3. Articuli inducens authoritatem S. Auguſtini lib. de prædeſtinatione ſanctorum *orationes*, inquit, *ſanctorum prædeſtinatis proſunt, quia fortè præordinatum eſt, vt orationibus intercedentium ſaluentur, et ita etiam Deus vult, vt orationibus ſanctorum impleatur illud, quod ſancti vident Deum velle*; quemadmodum, inquit, *S. Auguſtinus, & alij Patres, ſi Stephanus non oraſſet, eccleſia Dei Paulum minimè haberet.*

§. 2. Deniq; contra hereticorum fallacias in reſponſione ad ſextum argumentum eiuſdem tertij articuli, expreſſis verbis, dicit: *ſuffragia eccleſiæ ſunt pro defunctis, quaſi quædam ſatiſfactiones viuentium vice mortuorum, & in hoc mortuos à pœna abſoluunt, quàm non ſoluerent; ſancti verò, qui cum Deo in patria regnant non ſunt in ſtatu ſatiſfaciendi, ideò non eſt ſimile de illorum orationibus, & de ſuffragijs Eccleſiæ.*

§. 3. Quam eccleſiæ antiquam, atq; laudabilem ſuffragiorum pro animabus purgatorij ſalutarem conſuetudinem, valdèq; neceſſariam, auſus eſt temerè nimis negare maledictus Arrius, quem in hoc ſequuntur moderni hæretici, vt refert Epiphanius hæreſi 75. immemor illius Machabæorum lib. 2. cap. 12. *Sencta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur.*

Punctum Vigeſimumnonum.

De laudibus doctrinæ S. Thom.

§. 4. DE doctrina S. Thomæ Aquinatis, qua futuræ quoq; hæreſes extirpantur, legenda ſunt, quæ de illa enuntiauit Pius V. in bulla, *de celebratione feſti S. Thomæ*, dat. Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ 1567. tertio idus Aprilis Pontificatus ſui anno ſecundo, cuius exordium *eſt mirabilis Deus*, §. *ſed quoniam*, in quo S. inter alia, quamplura, inquit, *Dei prouidentia factum eſt, vt Angelici Doctoris vi, & veritate Doctrinæ, multa quæ deinceps exorta ſunt hæreſes confuſa, & conuicta diſſiparentur; quod & anteà ſæpe, & aliquandò nuper in ſacris Concilij Tridentini Decretis apparuit.*

§. 5. Cardinalis quoq; Baronius in notis ad Martyrolog. Rom. die 7. Martij expreſſis verbis de eodem Sancto Doctore Aquinate, inquit, *vix quiſquam enarrare ſufficeret, quot vir ſanctiſſimus, atq; eruditiſſimus Theologorum præconijs celebretur, quantumq; eius illibata doctrina à ſanctis Patribus in ſacroſancto Oecumenico Tri-*

cq Tridentino Concilio conſidentibus, fuerit acclamatum, iureq; ob eam cauſam à ſanctiſsimæ memoriæ Pio V. Romano Pontifice, inter celebriores Doctores eccleſiæ fuit numeratus, dùm huius diei celebritatem, ijſdem ſacris ſolemnibus peragi voluit, quibus Bonifacius Papa VIII. Sanctorũ, quatuor Doctorum, Gregorij, Ambroſij, Auguſtini, & Hieronymi feſtiuitates celebrandas conſtituit, extat (ſubdit ſtatim Baronius) *de his ſacrum diploma, datum anno Domini* 1567. *tertio idus Aprilis Pontificatus eius anno ſecundo*, hæc Baronius.

§. 6. De altitudine, atq; mirabili ipſius S. Thomæ doctrina, eximias laudes Pontifices Romani Ioann. 22. Vrbanus iiij. & alij, ipſaq; Eccleſia decantarunt, Sancti Apoſtoli Petrus. & Paulus, Beatiſſima Virgo, & quod amplius eſt Sanctus ſanctorum, Chriſtus Dominus ſemel, atq; iterùm Pariſijs videlicet, ac Neapoli illam approbauit.

Punctum Trigeſimum.

De ſuffragijs pro Defunctorum animabus.

§. 7. NECESSITATEM ſuffragiorum pro defunctis inuenies diffinitam in Concilio Carthaginenſi 3. capit. 29. in Toletano, cap. 12. in Florentino de vnione Armenorum, in Tridentino, ſeſſ. 35. Decreto primo inſcripto de Purgatorio, vbi inter alia, quamplura ſtatuit Concilium, animas in Purgatorio detentas fidelium ſuffragijs iuuari. Quam doctrinam vocat ſanam à ſacris Concilijs, & Patribus traditam, illamq; aſſerit collectam, etiàm ex Sacris Scripturis.

§. 8. Qui maiora de ſuffragijs pro animabus in Purgatorio exiſtentibus deſiderat, legat, quæ egregiè, traduntur in addit. ad tertiam partem D. Thom. mę q. 1. per totam, & 4. ſent. diſtinctione 45. q. 1. & 2. ibidem, Magiſter ſenten. & alij, Scholaſtici, vberius, quamplura adducunt ad idem pertinentia, & Caiet. tom. 1. opuſc. tract. 16. de indulgentijs, præſertim, q. 5. & ſequentibus.

Punctum Trigeſimumprimum.

De antiquo more Canoniz. Sanctorum.

63 §. 1. AD maiorem firmitatem, atq; claritatem, eorum quæ ſuperius in hoc capite primo. §. *in Eccleſia igitur*. verſ. *ex Sancto Patre Auguſtino de pænitentia medicina tradita fuere*: circa antiquum morem canonizationis ſanctorum, fidelitèr referenda ſunt, quæ adducit Cardinalis Baronius in notis ad Martyrolog. Romanum die 2. Aprilis, in editione ſecunda, §. *Sanctorum numero*; digna, quidem non modica animaduerſione, *conſtat*, inquit ille, *peruetuſtum fuiſſe morem in Eccleſia Catholica, vt nullus, nec Martyr quidèm, abſq; aliqua præuia diſcuſſione, & approbatione inter ſanctos recenſeretur, quos pietas Chriſtiana, more maiorum colere conſueuit*. ad idem; adducit Optatum Mileuitanum contra Parmenianum Donatiſtam; & paucis interiectis (inquit) *moris erat, vt cum aliquis martyrio occubuiſſet, Epiſcopus ſub cuius dictione id accidiſſet, rem geſtam ſcriberet ad Primatem Epiſcopum, à quo maturè, adhibitis in Conſilium Collegis Epiſcopis, an eſſet inter Martyres recipiendus, decernebatur*. hocq; probat ex narratis à S. Auguſtino in breuic. coll. die 13. cap. 13.

§. 2. Et poſt multa ſubdit. Verba quidem magna attentione, ponderanda, ſemel, atq; iterùm. *poſſumus ex his inferre, ſi de illis, qui pro Chriſto occidebantur, tamen de eorum fide, & charitate (ſinè qua nihil prodeſt, etiam ſi det quis corpus ſuum ita, vt ardeat) tàm exquiſitam perueſtigationem*

Digitized by Google

tionem haberi moris fuit, ſanè mirùm videri non debet, ſanctam Dei Eccleſiam veritatis columnam, maius ſtudium, multoq; exactiorem diligentiam adhibere ſolitam in adſcribendo cæteros ſanctorum numero, vt meritò tanti ponderis negotium non Primati, vel Patriarchæ alicui, ſed ipſi tantùm Romano Pontifici prò ſumma, & à Chriſto Domino in Beatiſſimo Petro Apoſtolo tradita poteſtate ſit creditum. De his ſatis. hæc ille, & S. Gregorius in Regiſtr. libro 12. ex Synod. Rom. cap. 4. inquit, quòd certa ex cauſa fieri vlterius vetuit, nè honor, qui olim ſanctis Martyribus tantum impendi conſueuiſſet, curusq; vitæ, merit, ihominibus impartiretur.

Punctum Trigeſimumſecundum.

De occultis hæreticis.

63 §. 1. SCIENDVM eſt occultos hæreticos, qui foris Catholicam fidem, verbis, & operibus fictis profitentur, & communione ſacramentorum veris fidelibus permiſcentur, in eccleſia ſecundum quid eſſe, videlicet per externam fidei profeſſionem, & ſacramentorum communionem tantum; ſunt tamèn ſecũdum aliquid extra Eccleſiã, videlicet animo, & volũtate, atq; ſecundum inter nos nexus, quibus membra vniuntur capiti inter ſe, qui nexus interni præcipuè conſiſtunt in fide, atq; fraternitatis amore, ità communitèr tradunt omnes Theologi.

§. 2. Qua animaduerſione conciliantur facillimè dicta Authorum, quorum aliqui aſſerunt, alij verò negant occultos hæreticos eſſe intra eccleſiam, dicendo illos eſſe in Eccleſia, quoad exteriores nexus, quamuis ſecundum interiores nexus minimè dici debere, ac eſſe membra Eccleſiæ viua, ſed mortua tantùm dici poſſint, iuxtà illud Ioannis ſua Canon. cap. 3. *qui non diligit manet in morte.*

§. 3. Quamuis ſalua ſemper meliori ſententia exiſtimem hæreticos etiam occultos ſimplicitèr, & abſolutè loquendo dici non poſſe membra eccleſiæ, ſed abſolutè eſſe extra Eccleſiam. Moueor præſertim ad hoc tenendum, & ſcribendum ex verbis S. Cypriani, epiſtola ad Iubaianum, dicentis; *hæreticos cum extra Eccleſiam ſint, ſimiarum more, ſibi eccleſiam vindicare*, & præſertim ex illis S. Auguſtini, *lib. de vnit. Eccleſiæ, cap. 4.* expreſsè de hæreticis dicentis, *non vtiquè ſunt in eccleſia, qui non credunt*. ratio huius ea eſt, quia primum vnionis vinculum internum eſt fides; eandem ſententiam tradit S. Thom. 3. p. q. 64. artic. 5. in reſp. ad 2. argumentum, quam ſententiam docuit, etiam S. Auguſtinus, lib. 2. qq. Euangelicarum, c. 11. tom. 4. vbi poſtquàm dixit hæreticos eſſe malos Dei filios; *quia ex eodem Euangelij ſemine, & Chriſti nomine procreati, prauis opinionibus, ad falſa dogmata coruertuntur.* Et poſt pauca ſubdit, *hæretici, non ſocietate vnius Eccleſiæ, vel vnius fidei, ſed ſocietate ſolius nominis Chriſtiani, in hoc mundò permiſcentur bonis.* Denique quibuſdam alijs interpoſitis, inquit; *Intèr hæreticos, & malos Catholicos, hoc intereſt, quod hæretici falſa credunt: illi autem vera credentes, non viuunt, ità vt credunt.*

Punctum Trigeſimumtertium.

Qui dicantur iuſti verè canonizati.

65 §. 1. NON omnes equidèm, de quibus fit mentio in Martyrologio Romano, vniuerſaliter loquendo dici poſſunt canonizati per eccleſiam; cum euidentèr cõſtet in lectione eiuſdem Martyro-

tyrologij nouiſſimè editi à Card. Baronio, à Petro Galeſinio, & alijs probatis Authoribus, multos ibidem contineri, qui nec dum ſunt in veritate per eccleſiam Romanam canonizati, ſed neq; ſimplicitèr Beatificati.

§. 2. Hinc eſt; quod illorum feſta ſolemniter adhuc celebrari nequeunt, cùm deſit, de multis ibidem contentis facultas Apoſtolica celebrandi eorum feſta, vel officium diuinum recitandi in illorum honorem, quod eſt neceſſarium ex diſpoſitione, cap. *Audiuimus*. de reliq. & venerat. ſanctorum, & clariùs in gloſſa eiuſdem cap. Ideò quod ſuperiùs, in hoc cap. num. 36. non abſq; magno rationis fundamento dictum eſt, poſſe quidem Epiſc. in ſua Diœceſi ſtatuere, & ordinare, feſtum, ſiue venerationem publicam alicuius viri Dei, dummodò tamèn ſit de numero illorum, qui iàm per Eccleſiam Romanam Canonizati, vel beatificati fuere ſimplicitèr, & non aliter, prout latiùs in ſequ. cap. 2. dicetur, ac probabitur; apud enim Epiſcopos non reſidet modò auctoritas prædicta, ſed requirenda eſt à ſancta ſede Apoſtolica. Eandem ſententiam negatiuam clariùs docuit intèr quàm plures alios Ioannes Franciſcus Pauinus de Canonizatione S. Bonauenturæ in primo præludio, §. *ſecreto vero*, & §. *ex his infertur*, vbi cumulatis, quam pluribus auctoritatibus ſacrorum Canonum, & Doctorum præſertim S. Thomæ, Innocentij, Hoſtienſis, & Auguſtini de Ancona, quibus authoritatibus ſuperaddit etiam rationes concludentes, nequaquam poſſe de aliquo publicè coli feſtum, miſſa celebrari, vel officium palàm recitari, niſi fuerit anteà Canonizatus; vel id conceſſerit in ſpecie Pontifex Romanus, cùm hoc nequeat concedi modò, niſi per Papam. Quibus inſuper addit Auguſtinus de Ancona, in ſua ſumma *de Eccleſiaſtica poteſtate*, q. 14. art. 5. *neq; eorum reliquias, publicè venerari poſſe*.

§. 3. Eandèm ſententiam negatiuam, quod ſcilicet illorum, de quibus ſermo habetur in Martyrologio per Eccleſiam approbatò, nequeat coli feſtum niſi fuerint anteà Canoniz. clarè tradidit Baptiſta Epiſcop. Vintimilienſis Ordinis Prædicatorum de Canonizatione S. Bonauenturæ ad Sixtum iiij. lib. 1. in reſponſione ad ſecundum Quæſitum primi articuli, *quid ſit canonizatio*, §. *Sed Quàmuis*.

§. 4. Idem Pauinus vbi ſupra §. *ad Papam etiam*. circa finem prçcitati præludij aſſerit, & probat euidentèr, ad Papam ſolùm ſpectare tolerantiam, quod etiam in ſola aliqua certa Eccleſia determinati loci, ſolemniter venerari poſſit aliquis tanquàm beatus, vti refert. (inquit ille) *Hoſtienſis, & Ioannes Andreas, de Carolo. Imperatare Magno, in Aquiſgrano Leodien. diœceſis, & de Beato Alberto de Drapano carmelita, de quibus agitur feſtum ex ſpeciali conceſsione Summi Pontificis Romani* Vbi etiam idem Pauinus authoritatē Baldi adducit, in cap. final. de ferijs. aſſerentis, non valere ſtatutum, quod die Veneris ſint feriç, ob reuerentiam cuiuſdam Heremitæ, magnæ exiſtimationis, & nominis, & ratio huius ea eſt; quia nondùm erat per Eccleſiam Canonizatus, neq; beatificatus.

§. 5. Tandem concludit propter meritum vitæ alicuius, non eſſe recedendum à Iuris diſpoſitione.

Id quoq; demonſtratur ſatis apertè, ex verbis expreſsè contentis in decreto S. Congreg. Rituum, edito, ad authoritate Apoſtolica confirmato, circa celebrationem feſti, & officij BB. Ioachini Senen. & Peregrini Latioſi Forliuien. Ordinis Seruorū, die 21. Martij 1609. in quo etiam conceditur per ſequen-

tia

Digitized by Google

tia verba, *vt nomina prædictorum Beatorum Ioachini, et Peregrini in noua Martyrologij impreſsione ſuis proprijs locis deſcribi, & annotari poſsint, & valeant.*

§. 6. Ex quibus verbis, duo euidenter colliguntur, primùm, quòd in Martyrologio apponuntur, etiam nomina non Canonizatorum, ſed Beatorum tantum, ſecundum, quod nulli liceat inconſulta ſancta Sede, nomina alicuius viri Dei, inſerere in Martyrologio.

Quod decretum confirmat, & ampliat Paulus V. in ſuo Breui, cuius initium eſt, *In Supremo Apoſtolatus*, *Dat. Romæ, apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris*, 1609.

Hieronymus Roman 1. part. hiſtoriç Ordinis S. Auguſtini, lb. 4. cap. vltimo in vita S. Nicolai de Tolent. agens de Sanctis nondùm Canonizatis ab Eccleſia aſſerit, vidiſſe, ac legiſſe, quoddam antiquiſsimum priuilegium Apoſtol. vt Beatorum feſta celebrari poſſit in eccleſia vbi illorum corpora requieſcunt.

Punctum Trigeſimumquartum.

De poteſtate Epiſcoporum, circa inſtitutionem feſtorum.

§. 7. PETITIONI vero illorum ſatisfacere cupiens, qui curioſè quæſrunt, an Epiſc. ſiuè Archiep. valeant in eorũ diocæſ. vel Prouincijs ſtatuere feſtum publicè celebrandum in honorem illius, qui iàm declaratus, per Eccleſiam Beatus, cuiuſq; feſtum cum recitatione officij, & miſſæ ex indulto Apoſtol. celebratur, in aliqua tamèn determinata Ciuitate, Prouincia, vel Regno, ſiue Religione. Reſpondendum eſt negatiuè, quàm negatiuam reſponſionem probat vſus continuus Eccleſiæ Romanæ, qui eſt, vt conſimilium beatorum, non agatur feſtum, niſi in loco certò, in diplomate Apoſtolico, ſiuè in Decreto ſacræ Congregationis Rituum, per Papam approbato, expreſsè nominato, & conſimilis difficultas ſemper fuit negatiuè reſoluta, vti eſt videre de B. Iacobo Salomonio Veneto Ordinis Prædicatorum, de quo à multis annis ex ſpeciali conceſsione Apoſtolica agebatur feſtum ſolemne in Ciuitate Foroliuien. Cupiens ſereniſſima Reſpublica Veneta, vt in eadem Ciuitate Venetiarum idem feſtum, eodem modo coleretur. Id humilitèr perijt tempore Pontificatus fœlicis recordationis Pauli Quinti, qui viſa priùs facultate, quam ſui Anteceſſores Clemens vij. & Iulius iij. conceſſerant fratribus, & monialibus Ordinis Prædicatorum, eiuſdem Ciuitatis Foroliuienſis, de qua latiùs, cap. 2. eandem per modum extenſionis largitus eſt fratribus eiuſdem Ordinis Prædicatorum Venetijs commorantibus, vti fuſius, cap. 2. §. *quam conceſsionem*.

Luc. Caſtell. de Cert. Glor. SS.

§. 8. Idẽ euenit ſub Pontificatu Greg. 15. de Beato Alberto Magno Ord. Prædicatorum, cuius feſtũ celebrabatur, tantum Coloniæ, vbi requieſcit ipſius Corpus; ad petitionem tamèn, & inſtantiã iu ſæpiùs factam ab Illuſtriſſimo Epiſcopo Ratiſponenſi, eadem facultas celebrandi, ac recitandi Diuinum officium in honorem dicti Beati, extenſa fuit ad eccleſiam cathedralem eiuſdem Ciuitatis Ratiſponenſis, cuius ipſe Beatus fuerat, Præſul, vt copioſiùs dicetur cap. ſequen. num. 2.

§. 9. Quæ omnia magis, magisq; dilucidantur ex traditis in gloſſa magna cap. vnic. de reliq. & vener. Sanctorũ in 6. ex Auguſtino Triumpho de Ancona in ſua ſumma de poteſtate eccleſiæ, quæſt. 14. art 2. ex Caſtellano de ſanctorum Canon. Canonizatione tertia principali verſ. ad textum, & clariùs id omne expreſsè habetur in relatione

Digitized by Google

S.Iſidori Pratroni Madriti,facta per ampliſſimos viros Alphonſ. Manzanedo Io. Baptiſt.Coccinum,& Franciſcum Sacratum S. Rotæ Romanę Auditores,vti videre eſt in art. 2. eius relationis circa medium. & ex Couaruu.Tom.2.variar. reſolut. lib. 4. cap. 19. num. 8. vbi alios citat.præſertim Thom. Vualdenſ.

Quo verò ad officij recitationem, me in omnibus, & per omnia remitto diſpoſitioni Bullæ ſanctæ memoriæ Pij Quinti, quàm condidit circà editionē, ſiuè correctionem Breuiarij, & Miſſalis Romani impreſſi ad exordium illorum,ad præſcriptum Concil. Trid.

66 De celebratione verò feſtorũ Sancto-
§. 1. rum veteris teſtamenti, vt putà Abraham,Iſaac, Dauid, Daniel,& aliorum, Dicendum eſt, poſſe celebrari eorumdem feſta, præſertim vbi inueniuntur Eccleſiæ ſub eorum nomine, vel in eorum honore dedicatę, ita trâdit Gulielmus Durandus, in ſuo Rationali diuinorũm officiorum,lib.7,cap.1.& Ioan. Seletus, in ſuo Rationali diuinorum officiorum, cap.138. Qua occaſione non omittam conſiderare,ex diuina inſtitutione, vt habetur ex tertio decalogi præcepto,feſtorum diès,eſſe colendos,atquę ſanctificandos,quod patet ex Deut. c.5. Exod.21. & Ezechiel.20. Inſuper præceptum de Sabbatis, ſiue feſtis ſanctificandis, vt docet S.Thom.prima ſecundæ,quæſt. 100. art.3.ad ſecundum argumentum; *eſt ſecundum aliquid morale, inquantum ſcilicet per hoc præcipitur, quod homo aliquo tempore vacet rebus diuinis,ſecundum illud pſal.48. vacate,& videte,quoniam ego ſum Deus, & ſecundum hoc, inter præcepta decalogi computatur, non autem quantum ad taxationem temporis, quia ſecundum hoc eſt ceremoniale.* Hoc idem docuit S.Thomas,2.2. q. 122. art. 4. quem omnes Theologi ſequuti ſunt, vt aſſerunt expoſitores ipſius,vbi ſupra,& Didacus Couarruuias. tom. 2. Variar. reſolut. lib. 4. cap. 19. num. 2. De feſtorum ſanctorum inſtitutione fit mentio,ne dùm à ſanctis Patribus,verùm etiam, & à ſacris canonibus,quemadmodum eſt videre, cap. 1. de conſec.diſt. 3. cap.2 cap.vltimo de ferijs,cap. 1. de conſec. diſtin.3. & cap. *in Quadrageſima*, 33.q.4. & ibid.gloſſ. & Panormitanus in cap. 4. de ferijs, & in Clementina prima de reliq.& vener. Sanctorum, gloſſ. in cap. *Alma de ſent. excom.*& S. Thom.quolibeto 5. S.Antoninus 3. p. tit. 13. cap. 4. Angelus in verbo hora,§.21. Sil.eod. verbo,qu. 19. Caiet in verbo horarum, vt alios innumeros breuitatis cauſa omittam.

SVMMARIVM
Capitis Secundi.

1 *A multis ſanè, Iuſtorum Beatificatio appellatur Canonizatio,non ſimpliciter quidem, ſed particularis.*

2 *Quid ſit Beatificatio Iuſtorum, deſcribitur, ſiuè diffinitur.*

3 *Recenſentur Priuilegia particularia ab aliquibus Pontificibus Romanis conceſſa in honorem, et venerationem Beatorum Luchetij, Ioannis de Capiſtrano, & B.Oſannæ, Margaritæ, ac Gentilis.*

4 *Paulus Tertius non canonizauit, ſed Beatam tantum declarauit, Venerabil. Margaritam, & Gentilem Rauennatem Prouinciæ Aemiliæ.*

5 *Morum exempla, & miraculorum frequentia famulorum Dei ad effectum etiam Beatificationis,à tempore fel. record. Pauli V. per ſacram Congregationem Rituum, & Sacram Rotam Romanam diligentiùs examinantur.*

6 *Refertur (non ſine cauſa) tenor conceſſionis Beatificationis viri Dei Ludouici Beltrandi, quæ eſt in forma ampliſſima, non ſolum comparatiuè ad alias,ſed ſimpliciter loquendo.*

Addu-

Digitized by Google

7 *Adducitur conceſsio Apoſt. in honorem Inuictiſsimi Imper. Caroli Magni, & illa pariter in honorem B. Alberti Magni.*

8 *Narrantur, quæ adducit Iſtella de B. Guidiſaluo Ordinis Prædicatorum.*

9 *Deſcribitur Canonizatio, quatenus dicit actum diſtinctum ab illo Beatificationis.*

10 *Aſsignatur conuenientia inter Canonizationem, & Beatificationem Iuſtorum.*

11 *Adducuntur nonnulla, in quibus differunt Canonizatio, & Beatificatio, & diffinitur cultus Sanctis debitus, qui communiter appellatur adoratio Duliæ.*

12 *Nullus hominum mortalium, in hac vita propriè dici poteſt Beatus, etiam quod miraculis fulgeat.*

13 *Reſpondetur ad quorundam obiectiones contra prædicta adductas.*

14 *Referuntur octo quæ requiruntur regulariter in omni Canonizatione Sanctorum, declaratur inſuper quid conferatur ſancto per actum ſolemnis canonizationis.*

15 *Non licet in Litanijs, aliiſq; precibus publicis, Eccleſiæ nomine, & vocabulo Sanctorum illos inuocare, qui nondum ſunt canonizati, ſed tantum beatificati per Eccleſiam (& pariter ſoluuntur quamplures obiectiones contrariorum) niſi id concedatur ſpecialiter per S. Sed. Apoſt.*

16 *Nomen Beatus propriè, & formaliter non includit ſignificatum nominis ſancti, ſed potius è contrario iuxtà conſuetudinem, & morem Eccleſiæ, quicquid dicant aliqui moderni.*

17 *Proponitur, atq; reſoluitur, negatiuè tamen, difficultas, circa accenſionem lampadarũ, & aliorum luminum ad ſepulchra, vel imagines eorum, qui obierunt cũ opinione ſanctitatis, ſinè licentia ſpeciali S. Sed. Ap.*

18 *Supradicta, nec fieri de nouo, nec introducta tolerari debent, ſinè periculo ſuperſtitionis, qua occaſione diffinitur etiam quid ſit ſuperſtitio.*

19 *Proponitur, atq; reſoluitur obiectio illorũ, qui aſſerunt antiquitùs ſupradicta facta fuiſſe, & aſsignatur in multis diſpar ratio illius, & iſtius temporis, ac etiã perſonarum de quibus agitur, ideò neceſſe fuit ſtrictiores condere leges.*

20 *Geſta famulorũ Dei, etiam Martyrũ, non diuulgabantur antiquitùs, nec modò publicanda ſunt, abſq; licentia, & approbatione S. Sedis Apoſt. quamuis ad effectum conſcribendi Iuſtorum vitam fuerint deputatæ perſonæ ſpeciales, & qualificatæ.*

21 *Declaratur in particulari, quæ acciderunt de SS. Thom. Aquin. & Didaco, ante illorũ Canonizationem, & Beatificationem.*

22 *Ex authoritate S. Hieron. & aliorum explicatur quomodo priuilegia paucorum non ſunt trahenda in exemplum.*

23 *Ponderantur verba Bullæ* Beatificationis B. *Alberti, ordinis Carmelitanum, ex quibus inferuntur, quam plura per modum conſequentiæ.*

24 *Frequentia populorum non eſt paſsim ſequenda circa cultum exhibendum famulis Dei, cum Populus non ſit imitandus, ſed inſtruendus.*

25 *Proponitur, & negatiuè reſoluitur alia difficultas de Tabellis, & donarijs votiuis appẽdendis ad ſepulchra ſiue Imagines eorum, qui cum opinione ſanctitatis obiere, ante illorum Canonizationem, vel* Beatificationem, *ſitq; ſatis ad obiectiones contrariorum.*

26 *Adducuntur nonnulla ad idem de* B. *Iacobo Salomonio, Ambroſio* Sanſedonio, *& alijs.*

27 *Ex ſententia Molani, Vſuardi, & Surij multa proponuntur ad idem ordinata.*

28 *Semper præuijs diligentijs neceſſarijs, & debita licentia, exhibiti fuere honores, et cultus famulis Dei, vbi in ſpecie adducitur exemplum de S. Martino, & alijs inſignioribus famulis Dei.*

29 *Reſoluitur obiectio aſſerentium ſupradicta eſſe admittenda in honorem etiam nondum* Beatificatorum *ob maiorem facilitatem negotij* Beatific. *et Canoniz. illorũ.*

F 2 *Pro-*

30 *Proceſſus formatus ab Ordinarijs locorum circa Sanctitatem, & miracula Iuſtorum coadiuuant negotium Beatificationis, et Canonizationis illorum, vbi etiam declaratur in ſpecie, ad quos Ordinarios ſpectet compilare proceſſus ad, effectum, vt ſupra.*

31 *Reſpondetur ad argumentum eorum, qui dicunt Leonem iij. ex vi vnius libelli editi à Marcellino Presbytero, canonizaſſe ſanctum Lugderum, ubi etiam verius explicantur dicta quorũdam ſcriptorum, quæ videbantur facere ad fauorem opponentium.*

32 *Refertur reprehenſio Optati Milleuitani ad Lucillam Donatiſtarum Patronam, ac demonſtratur vtilitas, ſimul, & neceſsitas cauendi à ſupradictis, niſi adſit expreſſa licentia S. Sedis Apoſtolicæ.*

33 *Vigilantia Prælatorum Eccleſiaſticorum, eo dirigi debet, ne prædicta vllo pacto fiant, ſine licentia, de qua ſupra, aliàs ſequerentur ambiguitates, confuſiones, & perturbationes, cum in prædictis periculoſum valde ſit, Sedis Apoſt. iudiciũ præuenire.*

34 *Demonſtratur ratione, & multiplici authoritate, quare non ſit recurrendum ad principium illud, quod ſupradicta inferant multoties non cultum publicum, ſed tantum priuatum, qua occaſione, multa ſcitu digna explicantur, circa cultum publicũ, & priuatum, concludendo, ſupradicta eſſe omninò euitanda, niſi adſit facultas S. Sedis Apoſtolicæ, cum ex his inferatur, ſiue inferri poſsit frequenter, ne dicam ſemper, cultus publicus.*

35 *Ex Caietano explicatur quæ, qualiauè dicantur fieri per miniſtros Eccleſiæ.*

36 *Diuiditur, atque diffinitur cultus, in internum, & externum, atq; declaratur.*

37 *Cuncta hæc confirmantur, atq; roborantur ex traditis in Conc. Trid. ſeſſ. 25. & in decretis aliarum Congregationum Vrbis.*

38 *Declarantur dicta S. Antonini, 3. p. tit. 23. malè adducta à contrarijs.*

39 *Refertur ex Graffio Decretum ſacræ Congreg. Rituum, editum occaſione inuentionis corporum SS. Renati, & Valerij.*

40 *Summa temeritas eſt affirmare Sanctos, etiam eximios, fuiſſe in numerum ſanctorum redactos, ſine præuijs diligentijs.*

41 *In ſepeliendis corporibus famulorum Dei, cauendum eſt à nouitatibus in modo, ritu, & loco ea humandi, & ordinariè in loco humili collocanda ſunt; prout antiquitus ſemper obſeruatum eſt, vbi nonnulla adducuntur de Catecumbis Vrbis Romanæ, in quibus ſepulta ſunt corpora ſanctorum, præſertim Martyrum.*

42 *Card. Baronius adducit modum, quo ſepulta fuere corpora Sanctorum Antiquorum* Patrum *veteris, ac noui teſtamenti.*

43 *Multa referuntur de ſanctitate vitæ, de ſepultura, & beatificatione famulorum Dei, Felicis à Cantalicio, S. Filippi Nerij, S. Ignatij, ac S. Thereſiæ, aliorumq; Sanctorum.*

44 *Hunc morem ſepeliendi corpora SS. in loco humili, obſeruauit S. Hieronymus in ſepultura S.* Paulæ *Rom. idemq; obſeruari mandauit in ſepultura eiuſdem ſuimet corporis, vbi diſſeritur de translatione corporis ad Vrbem eiuſdem S. Doctoris.*

45 *Eleuatio corporum, ſiue ſepulchrorum Famulorũ Dei, erat antiquitus declaratio* Beatificationis, *vel Canonizationis illorum.*

46 *Tumulatio ad alium, ſiue altiorem locum corporum eorum, qui obierũt cum opinione Sanctitatis, non debet fieri, abſque licentia ſedis Apoſt.*

47 *Narrantur virtutes quorundam ſanctorum, & mirabilia quæ acciderunt in actu, ſiue actibus translationum eorumdem, tutiuſq; eſt corpora famulorum Dei, nondum canonizatorum, nec Beatificarum in ſepulchris ordinarijs in aliqua capſa, particulari tamen recondere.*

48 *Declarare aliquem* Beatum, *vel* Sanctum, *ſpectat priuatiuè quoad alios, ad Sedem Apoſtolicam, vbi narrantur aliqua*

de

Digitized by Google

de viro Dei, & glorioſo Pontifice Romano Pio V. ſacri Ordinis Prædicatorum.

49 Referuntur quamplura neceſſariò obſeruanda circa veneratinem reliquiarum famulorum Dei ex teſtimonijs conciliorum, & grauiſsimorum Doctorum.

50 Donaria & vota ritè tamen appenſa ad imaginem, vel ſepulchrum alicuius ſancti, vel beati, non ſunt amouenda, neq; vendenda.

51 Reſpondetur ad obiectionem, eorum qui dicunt non eſſe amouenda vota, ac luminaria, etiam non ritè introducta, ad honorem eorum, qui glorioſè deceſſerunt, non obſtante; quod adhuc non ſint Beatificati. Faciendo ſatis obiectionibus eorum, qui dicunt vnumquemq; manutenendum eſſe in ſua poſſeſsione, præſertim cum manifeſtè cunctis pateat, ibidem non adeſſe voluntatem, neq; interpretatiuam Papæ, quæ omninò ad minus neceſſaria eſt, explicando etiam, quando in his inducatur, vel non inducatur conſenſus tacitus Principis.

52 Neque prædicta ſunt facienda, abſq; licentia ſub prætextu, & ſpecie pietatis, vt oſtendunt rationes, & authoritates, ibidem adductæ, præſertim, cum hæc euitanda ſint, ad obſtruenda diabolica hæreticorum ora, & ad euitanda alia mala.

53 Populus enim numquam habuit, nec modo habet facultatem Viros Dei Beatificandi, incerto enim iudicio ſemper peruagatur, ac multoties fuit deceptus circa honorem exhibitum, vel exhibendum; his quos multitudo populorum ſanctos exiſtimauit; ſuper quo narrantur nonnulla veriora exempla.

54 Fit ſatis etiam ad obiectionem eorum, qui contendunt probare in ſua poſſeſsione eſſe manutenendos etiam eos, qui iuſto titulo carent, ſuper prædictis.

55 Reſpondetur pariter ad alias obiectiones fundatas (vt aſſerunt) in Bullis canonizationis quorundam ſanctorum, declarando verum ſenſum in illis intentum.

56 Adducuntur multa genera ſignorum, & coniecturarum, quando aliquod dicatur verè permiſſum, ſiue toleratum à Superiore, vel Principe.

57 Explicatur quæ, & qualia concedantur à Sũmo Pontifice Romano, quotiès non incidenter, ſed principalitèr, & declaratiuè alicui concedit titulum, ſiuè nomen Beati, vtq; more Beati pingi valeat.

58 Refertur per extenſum Decretum ſacræ Congregationis, ſanctiſsimæ, ac Vniuerſalis Inquiſitionis de Vrbe, authoritate ſanctiſsimi D. D. noſtri Vrbani VIII. editum circa cultus exhibendos, vel non exhibendos famulis Dei, nondum Canonizatis, neq; Beatificatis.

59 Explicatur vſus, & conſuetudo Eccleſiæ, circa conceſsionem indulgentiarum etiam plenariarum in feſtiuitatibus Beatorum, nondum tamen ſolemniter canonizatorũ.

60 Quædam neceſſariò adducuntur, & declarantur, circa cultum publicum, atq; priuatum, quibus fit ſatis ad aliquas obiectiones.

61 Reſpondetur multipliciter ad obiectionem illorum, qui dicunt aliquando celebrata fuiſſe feſta famulorum Dei, ſtatim poſt illorum tranſitum, antequam eſſent declarati Beatificati per Eccleſiam, ſiue per habentem tunc ſufficientem facultatem.

62 Ex Baronio & alijs traditur Regula Generalis circa diem determinatum, quo poteſt celebrari feſtum ſanctorum canonizatorum, quando ignoratur in particulari, qualis ſit eorum dies.

63 Pulſatio campanarum, & accenſio luminarium ad imagines, ſiue ad tumulos nondum Beatificatorum, neq; Canonizatorum non potuerunt, neque poſſunt concedi inconſulta Sancta Sede Apoſtolica.

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

De conuenientia, atque differentia reperta inter Beatificationem, & Canonizationem Sanctorum, ac de Cultu exhibendo, vel non exhibendo illis, qui Glorioſè obierunt, nondum tamen canonizatis, neq; Beatificatis per Eccleſiam.

Punctum Primum.

De conuenientia inter Beatificationem, & Canonizationem.

1 CLARIORIS explicationis maioriſq; facilitatis gratia in hoc 2. c. aperiam, & manifeſtabo conuenientiam repertam inter Beatificationem, ſiuè Beatum, & Canonizationem, ſiuè Sanctum Canonizatum.

§. 1. Beatificatio enim, quam aliqui appellant canonizationem, non ſimpliciter quidem, ſed particularem (vti eſt videre) præſertim apud Surium, tom. 7. ſub die 16. Ianuarij, vbi adducit Bullam Sixti iiij. Beatificationis martyrum Marochitarum, Ordinis S. Franciſci, appellat, eandem Bullam beatificationis, Bullam canonizationis, idem inuenitur apud Molanum, de B. Alberto Ordinis Carmelitarum, miraculis claro, ſub die 7. Auguſti.

2 Eſt igitur Beatificatio, vt à diffini-
§. 1. tione, ſiuè à deſcriptione rei, de qua agitur exordiamur, documentum, ſiuè indultum quoddam, vel conceſſio facta per ſummum Pontificem Romanum, medio breue, ſiuè viuæ vocis oraculo, alicui ex Cardinalibus Romæ commoranti facto, (iuxtà tenorem nouiſſimæ Conſtitutionis Gregorij XV. ſupra viuæ vocis oraculorum validitatem conditæ, die 2. Iulij 1622.) vel decreto ſacræ Congregation. ſuper Ritus per Papam approbato, qua conceſſione tribuitur, vt aliquis homo, eximiæ virtutis iam laudabiliter vita functus poſſit appellari Beatus, in aliqua Ciuitate, ſiuè Religione, vel Prouincia, aut Regno, vtq; de illo, die, aut tempore certo, vel abſolutè celebrari valeat Miſſa, Officiũ, vel alia conſimilia pertinentia ad ſacrum, & publicum cultum, iuxtà placitum Papæ concedentis, vnum, vel plura, ſiuè omnia ſimul, ex iàm relatis, quemadmodum de B. Clara de Montefalco conceſſerat Nicolaus V. vt ſingulis diebus de illa fieret memoria, recitando orationem compoſitam ab eodem Pontifice ad honorem dictæ Beatæ.

3 De Viro quoq; Dei Luchetio Fran-
§. 1. ciſcano, conceſſit Gregorius X. vt illius caput poſſet deferri in publica proceſſione, & de B. Ioanne de Capiſtrano Leo X. per viuæ vocis oraculum factũ Cardinali Bernardo, tit. S. Mariæ in Porticu, elargitus eſt, vt in territorio tantùm Capiſtrani die 23. Octobris à fratribus, & ſecularibus, illius feſtum celebrari poſſit. ex Republica Chriſtiana, Hieron. Roman, lib. 4. cap. 3. ad finem, ex Gonzaga p. 2. hiſtoriæ Minoriticæ, vbi agit de Conuentu S. Luchetij, propè podium Bonitium, ex Petro quoquè Rodulpho, lib. 1. hiſtoriæ Minorum in vita B. Ioañ de Capiſtrano, præcedente tamen ſemper ad hæc diligenti examine, ſiuè proceſſu, auctoritate Apoſtolica, vel ad minùs ordinarij loci riè, & rectè confecto, & per ſedem Apoſtolicam, ad prædictum effectum approbato; ſuper vita, miraculis, fama, & populorum deuotione erga hominem beatificandum. hanc diligentiam, & examen fecit Leo X. antequàm beatam declararet venerabilem ſororem Oſſanam de Mantua, tertij ordinis S. Dominici, vt eſt videre in Bulla eiuſdem Leonis, cuius initium eſt. *ex*

rela-

Digitized by Google

relatione, &c. data die 8. Ianuarij 1525. Pontificatus ſui anno ſecundo, directa Alexandro Galbonetæ Archidiacono, & Alexandro Spag. Canonico eccleſiæ Mantuanæ, ac eorum cuilibet.

4 Eadem præuia diligentia Paulus iij.
§. 1. circa annum 1537. Margaritam Rauennatem Prouinciæ Æmiliæ, ordinis Clericorum boni Ieſu fundatricē, Beatam declarauit, vna cum Gentilo ipſius diſcipula, non tamen primam, nec ſecundam canonizauit, vt aliqui putauerunt. Paulus Morig. lib. 1. hiſt. Relig. c. 64.

5 Quæ diligentia, ſiuè examen ex com
§. 1. miſſione, & mandato Sedis Apoſt. modo expletur per ſacram Rotam Romanam, deinde etiam per ſacram Congregationem ampliſſimorum DD. Cardinalium Congregationis ſuper Ritus, ſemel, atq; iterum; namq; virorum Dei merita diligentius examinantur, antequàm ad effectum Beatificationis approbentur.

6 Fœlicis enim record. Paulus Papa V.
§. 1. præmiſſo diligenti examine, de quo ſupra immediatè, die 25. Octobris 1610. de B. Ludouico Beltrando ſacri ordinis Prædicatorum profeſſo, conceſsit in hanc formam videlicèt, vt in Ciuitate Valentina, vbi dicti B. Ludouici corpus requieſcit, omnes vtriuſq; ſexus viri, ac mulieres, & Religioſi Regulares, atq; ſęculares valeant, de illo officium recitare, & miſſam celebrare, ſiue audire, & paritèr, vt per vniuerſum Orbem, de dicto B. Ludouico, tàm à Fratribus, quàm à Monialibus (ordinis, tamèn Prędicatorū) officium, & Miſſa celebrari poſſit, ſiuè audiri abſq; vlla reſtrictione diei temporis, aut locorum, in quo ſingulari attentè ponderanda ſunt verba, ordo, & ſtylus conceſſionis Apoſtolicę, à quibus nullatenus recedendum eſt, pręſertim ampliando in ſubſtantia, vel modo cultus, tali Beato exhibendos. ita communiter omnes pręſertim, Franciſcus de Soſa, Epiſcopus Canarien. ordinis S. Franciſci, in ſua approbatione vitę, & mirabilium Vener. ſororis Ioannę della Cruz, lingua hiſpanica edita. *§. teſto ſupueſto.*

§. 2. Hinc eſt, quod virtute prędictę conceſsionis in ampliori forma exiſtentis poſſunt abſq; dubio fratres Prædicatores, quandocunq; & vbicunq; miſſam celebrare, memoriam facere publicè, ac priuatim in Choro, et extrà de prędicto B. Ludouico, immò idem præſtare poſſunt omnes regulares, & ſęculares, in Ciuitate Valentina, legatur Decretum, de quo ſuprà in ampliſſima forma conceſſum ſub die, & anno, de quo aliàs, & lector clarioribus verbis, id omne inueniet liberalitèr conceſſum, abſq; vlla reſtrictione, pręſertim diei, ſeu temporis. nec mirum, nam idem conceſſum fuerat antea de alijs Beatiſ, nondum canonizatis præſertim de B. Iacobo Salomonio appellato de Forliuio, propter Diuturnum illius Ciuitatis domicilium, in qua Ciuitate etiam mortuus eſt, licet Venetijs ſit natus. exemplo ſanctorum Antonij de Padua, quamuis Luſitani, & Nicolai Tolentinatis, & ſi nati in Oppido S. Angeli in Piceno, de quo B. Iacobo conceſſit Clemens vij. inter cętera, vt fratres, & moniales in Ciuitate Forliuienſi Ordin. Prædicatorum, Prouinc. Æmiliæ, quàm Romandiolam vocant, infrà annum, prout ipſorum deuotio exigerit poſſint, toties, quoties opus fuerit in Eccleſia ipſorum, ſiuè monaſterio monialium eiuſdem Ordinis, miſſam dicere, aut cantare, ſeu dici, aut cantari facere, per fratres dicti Ordin. Prædicatorum, vti latè habetur, in viuæ vocis oraculo ſuper hoc facto Illuſtriſſ. q. Cardinali Numaio Foroliuienſ. ab eodem Clem ſeptimo die 26. Iunij 1526. Quam conceſſionem, vna

cum

Digitized by Google

cum alijs multis in illa contentis, confirmauit Iulius iij. vt prolixiùs dicetur inferiùs in hoc eodemq; cap. §. *de Beato Iacobo*.

Animaduertit quoq; Philippus Ferrarius in Cathalogo ſanctorum Italiæ in annotatione ad diem 28. Nouembris, qualiter ex conceſſione Apoſtolica Leonis X. Quotidiè in eccleſia fratrum minorum Ciuitatis Neapolitanæ, agitur memoria per Antiphonã, & orationem propriam de Beato Iacobo Piceno ordinis Minorum S. Franciſci. Cõſtat enim ex forma, & tenore aliarũ conſimilium conceſſionum, quas, clementia, & benignitate Paſtorali tribuit fel. record. Paulus Quintus, quibus non intendebat tot, tantaq; concedere; ibidem appoſuiſſe reſtrictiuas clauſulas Diei, loci, ac perſonarum, quemadmodùm eſt videre in illa præſertim de Beatificatione Vener. Sororis Margaritæ de Tiferno Monialis eiuſdem ordinis S. Dominici ſub die 19. Octobris 1609. vt ſcilicet in Ciuitate tantùm Tifernatenſi; & in Eccleſia prædicti ordinis ſolum, in qua Beatæ Margaritæ corpus adhuc integrum, & intactum ſepultum eſt, poſſit de illa tanquam de beata, feſtum cum Officio, & Miſſa de communi vnius Virginis celebrari.

7 De Carolo quoq; Magno, & Impera-
§. 1. tore conceſſit ſancta Sedes Apoſtolica, vt tantus Imperator ſolemniter honoretur, ac poſſit ſicut aliquis Beatus coli, quemadmodum refert Hoſtienſis, Ioannes Andreas cap. 1. *de reliquijs, & veneratione ſanctorum*, in ſola tamèn, ac certa Eccleſia certi loci Aquiſgranenſ. Leodien. Diocæſis, vt narrat Ioannes Franciſcus de Pauinis in relatione Canonizationis S. Bonauenturæ parùm poſt initium, §. *ad Papam etiam*.

§. 2. De quo Carolo Magno, ſcribit Petrus Galeſinus, in ſuo Martyrologio (directo Gregorio XIII. & ab eodem Pontifice ſpeciali diplomate approbato) 28. Ianuarij, quod ſit ſanctus, & Canonizatus à Paſquali Pontifice Romano, ideo ipſum appellat ſanctum confeſſorem.

Petrus quoq; de natalibus in ſuo Catalogo ſanctorum lib. 11. tit. de ſanctis, quorũ certa dies celebritatis ignoratur, cap. 94. dicit *Carolum Magnum Imperatorẽ huius nominis primum apud Francigenas intra ſanctorum numerum ſcribi*, ſubdens, *& propter eius ſanctiſſima geſta, quòd ſancti nomine veneretur, ab Eccleſia toleratur: nam, & viuens miraculis clareuit, et poſt mortem ſignis virtutũ effulſit*.

§. 3. Inſupèr de B. Alberto Magno ex indultu Apoſtolico confirmato per viuæ vocis oraculum factum à Gregor. XV. Illuſtriſſimo Cardin. Madrutio, die 21. Septembris 1622. celebratur feſtum de illo, in Eccleſia fratrum Prædicatorum, Coloniæ, & Ratiſponæ, ac etiam in eccleſia Cathedrali Ratiſponẽſi per Capitulum, & Clerum tantùm, dè quo Beato Alberto, Pius II. in conci. ſiuè oratione habita per ipſum in Congregatione Mantuana, Regiſtrata in lib. Epiſtolarum num. 397. enumeratis Doctoribus eccleſiæ Græcis, & Latinis poſt S. Thomam Aquinatem, ponit B. Albertum Magnum, cuius brachiũ tanquam ſacram reliquiam veneratus eſt Sixt. 4. & hodie Bonon. in altari ſacrarum reliquiarum Eccleſiæ S. Dominici conſeruatur, & colitur.

Punctum Secundum.

De his, quæ licitè præſtari poſſunt Beatis.

8 NARRANT quoq; ſcriptores
§. 1. preſertim Didacus Iſtella in ſuis annotationibus, *de his, quæ licet, vel non licet antè ſanctorum Canonizat.* nu. 23. quod in litteris Card. Henrici Luſit. legati

gati

gati à Latere in Regno Portugaliæ,deinde Regis illius Regni, reperitur facultas Pauli IIII.per quam concedit,vt in Regnis Portugaliæ tantùm de B.Gundiſaluo Ord.Præd. poſſit celebrari Miſſa de vno Confeſſore, ac diuinum officium perſolui, & hoc anno 1556. in quibus facultatibus, vltimò relatis inuenitur ſemper clauſura reſtrictiua, non reperta in Decreto Beatificationis B. Ludouici Beltrandi.Eadē clauſula reſtrictiua reperitur in Breue cōceſſo à S.D.N. Vrbano VIII. pro confirmatione Decreti ſacræ Congregationis Rituū, vt de B. Andrea Auelino clerico præclari ordinis Teatinorum, ab omnibus clericis eiuſdē inſtituti tantùm vbiq; exiſtentibus, ipſa die eius obitus,Miſſa,& Officium vnius ſimplicis Confeſſoris,vna cum feſto celebrari, & recitari poſſint, cuius breuis initium eſt,*in Sede Principis Apoſtolorum.* Dat. die 28. Septembris 1624.

9 Canonizatio vero quatenus dicit
§. 1. actum diſtinctum à ſola, & ſimplici Beatificatione,importat illud vltimum ſolemne, ac publicum iudicium factum per Summum Pontificem Romanum, prēmiſſis prēmittendis circa ſanctitatem,gloriam, venerationem, atq; imitationem,in tota Eccleſia,ſine vlla reſtrictione temporis locorum,vel perſonarum hominis iuſti, qui canonizatur,præmiſſis,nedùm diligentijs,de quibus ſuprà in Beatificatione dictum eſt,ſed aliquando exactioribus, niſi ante Beatificationem, ſiuè ad effectum Beatificationis fuerint iam adhibitæ diligentiæ neceſſariæ,authoritate Apoſtolica; ſunt adhuc alia, quæ pertinent ad maiorem explicationem Canonizationis inferiùs adducenda in 3. cap. fundamento. 3. §. *hanc veritatem*.

10 Ex ijs itaq; colligere poſſumus,quod
§. 1. Canonizatio, & Beatificatio in hoc primo conueninnt,vtraq; enim fit ſolùm à Summo Pontifice Romano,proptèr rationes adductas in præcedenti cap. ac inferius in ampliori forma repetendas, cōueniunt 2. quod per vtrumq; actum beatificationis; & canonizationis, credunt fideles, animam hominis canonizati, ſiuè beatificati eſſe in gloria eſſentiali,Deumq; clarè videre,ſicuti eſt,hoc tamen diſcrimine aſſignato, quod per Canonizationem in forma declaratiua, pronunciatiua, atq; diffinitiua id quidē determinatur, Canonizatio etenim, vt colligitur ex multis tex. & authoritatibus Canoniſtarum, & Theologorum,non efficit ſanctos,ſed manifeſtat, atq; declarat hunc, vel illum eſſe ſanctum, Ideò dicitur ſententia Canonizationis, ſententia declaratiua, vt animaduertit inter alios, Iacobus Caſtellanus in ſuo tractatu de Canonizatione ſanctorum, quæſt. 1. §. *quod aliquis*, &
§. 2. Vvaldenſis tom. 3. de Sacramentalibus cap. 122. ad initium, *Canonizatio*,inquit, *eſt ſanctos Canonicè cognitos populis colendos proponere; per Beatificationem verò ſolum, ac tantùm in forma, quam vocant indultiuam ſiue conceſſiuam*. 3. conueniunt,quod vtriſq; canonizatis,& beatis licet deferre honorem, atq; cultum ſacrum,quamuis differenter,modo inferiùs declarando in hoc cap.

Punctum Tertium.

De differentia Beatific. & Canonizat. Iuſtorum.

11 QVapropter Beatificatio, & Cano-
§. 1. nizatio primò differunt,quia Beato tantum licitè exhiberi poteſt publicè cultus ille,vel illi expresſi in Diplomate, ſiue conceſſione Beatificationis, & non alius, cum certum ſit, non eſſe in noſtra poteſtate publicos,vel ſacros cultus, publicè multiplicare erga homines

non-

nondum canonizatos, quemadmodum ſæpe conſulta reſpondit ſacra Congregatio Rituum, quod etiam colligunt nonnulli Authores ex diſpoſitione tex. 1. & 2. de reliquijs, & veneratione ſanctorum inferiùs in ſpecie adducēdi, Sanctis verò iam canonizatis exhibere poſſumus, ac debemus omnem honorem, atq; ſacrum cultum verè Iuſtis, ac ſanctis cum Chriſto regnantibus, debitos, ſiuè ſolitos, ſecundum vſum, & conſuetudinem Eccleſiæ Catholicæ.

§. 2. Fidelis namq; Deus in verbis ſuis, & Sanctus in omnibus operibus ſuis honorem, ac reuerētiam promiſit ſanctis ſuis iuxta illud primo Regum, cap. 2. *qui honorificauit me, honorificabo illum*, & Ioannis. 12. *ſi quis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum Pater meus, qui eſt in Cælis.*

§. 3. Hanc ſpeciem cultus ſanctis debitam Theologi appellant cultum, ſiuè adorationem duliæ, de qua adoratione, & alijs ſuis ſpeciebus copioſè tractat S. Thomas 2. 2. quæſt. 103. per totum, & Theologi. 3. ſenten. diſtinct. 9. de qua loquitur S. Ioannes Chryſoſtomus hom. de ſanctis Iuuentino, & Maximo, dum inquit, *non aliter priſcos, aliteruè recentiores colitis ſanctos, ſed eadem charitate, & honore martyres, quos hodie colitis ſæpè eos inuiſeamus, tumuloſq; adoremus*. Adora-

§. 4. tio enim duliæ valde differt ab illa latriæ, quæ ſoli Deo conuenit. S. Thomas, vbi ſupra art. 3. & illius interpretes ibidem. hinc eſt, quod Ioannes Damaſcenus oratione 3. de imaginibus inquit, *adorantur, Sancti, vt qui à Deo ſunt gloria affecti aduerſarijs formidoloſi, ac in eos benefici, qui cum fide ad eos confugiunt, non vt ad eos, qui natura ſint Dij, ſed vt ad ſeruos, miniſtroſq; ipſius Dei*, tandem concludit: *adoramus illos, quia Rex ipſe colitur, cum videt ſeruum, quem diligit, non vt Regem, ſed vt miniſtrum coli.*

§. 5. Ex quibus infertur ſecundum diſcrimen, quod Iuſti, Beati tātum declarati, non veniunt appellandi nomine ſanctorum, cum talis appellatio, ſecundum communiorem, verioremq; ſententiam inuoluat cultum, ſiuè ritum ſacrum, ſpecialem, ac proprium ordinariè tantum canonizatis debitum, quidquid dicant in hoc aliqui moderni ad 2. 2. D. Thomæ quæſt. 1. art. 10. vel alij, in quibuſdam eorum conſilijs circa materiam Beatificationis Iuſtorum; canonizati vero paſſim ab omnibus appellari poſſunt, ac debent *Sancti*.

§. 6. Quapropter Bartholomeus Caſſaneus, cuius authoritas paſſim adducitur à Doctiſſimis viris ſacræ Rom. Rotæ Auditoribus, in relationibus Canoniz. ſanctorum Raymundi, Hyacinthi, Caroli Boromei, & ſanctarū Franciſcæ, & Tereſiæ in ſuo *cathalogo gloriæ mundi* part. 3. conſid. 46. §. *aduerte tamen*, expreſſis verbis, inquit, *apud nos* (ſcilicet Catholicos) *Sanctus, & Beatus differunt*, Vbi aſſignata ratione differentiæ ſubdit, *Sanctus non dicitur, niſi præcedente Canonizatione inducta ab Eccleſia, & ſecundum formam ab Eccleſia traditam*, & §. *quandoq;* manifeſtiùs ait, *quandoq; etiam canonizati dicuntur Beati, vti in cap. 2. ibi, qui B. Petro clauigero, & in cap. non nos B. Petrum 40. diſt.* tandem concludit, per ſequentia Verba. *vndè omnis ſanctus canonizatus dici poteſt Beatus, ſed non è contra.*

Punctum Quartum.

Nullus vere Beatus, dicitur in hac vita.

12 §. 1. IDEM Caſſaneus vbi ſupra, §. *in vita verò*, expreſsè tradit, quod eſt etiam commune apud omnes, quod quis, in vita ordinariè, & regulariter nequit dici Beatus, *nàm beatitudo eſt*, *quod*

quod vita æterna , & hoc totum probat ex authoritate S. Thomę part. 1. q. 12. art. 10. & 11.& 2.2. quęſt. 33. art. 2. 4. ſenten. diſt. 42. Quibus addit authoritatem Alberici de Roſate in ſuo dictionario Verbo, *Beatitudo*,aſſerẽtis; quod *nihil aliud eſt Beatitudo,quam reuelatio Magni Dei*, *& Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti*, vbi cumulat authoritates text. ſacrorum Canonum, Theologorum, & aliorum, ac etiam Ouidij ſcribentis, *diciq; beatus ante obitum nemo*.

§. 2. Cardinalis quoq; Baronius de Martyrolog.Rom.cap.7. *§.etenim*,inquit,*& ſi olim ſanctitatis titulus communior eſſe videretur, vt non ſolùm (vt hodie) illis tribueretur Chriſtianis, qui vita functi in Cælo regnant cum Chriſto, ſed, & quibuſcunq; laudabilioris vitæ fidelibus hoc nomen datum;tamen homini hæretico, vel iniquo nemo dicere iure poterit*, ex quibus duo manifeſtè colliguntur. primum, quod hodie non conſueuit Eccleſia nomen ſancti tribuere, niſi canonizatis per ipſam,ſecundum,quod aliàs erat ſolitum,hoc nomen tribui etiam hominibus reputatis Iuſtis,antè illorum mortem, ſed hoc iàm eſt correctum per vſum contrarium eccleſiæ, Poteſt addi tertium,quod malis,& hypocritis de iure nõ poteſt accommodari hoc nomen ſanctitatis.His addendum eſt,quod grauiſſimi Authores, inter quos vnus eſt Beluacenſis nunquam tribuerunt nomen S.niſi canonizatis; in aliquibus tamen Regionibus ſolentCatholici etiam beatificatos tantum appellare ſanctos, non abſolutè,& ſimpliciter,ſed cum addito,quando enim loquuntur de Beatificato tantùm dicunt, vtputà S. Pater Ludouicus Beltrandus, de Canonizato vero ſimpliciter proferunt. Exempli gratia S.*Dominicus*,vel S.*Iſidorus*, omiſſa illa voce, *Pater*, hic mos viget in Hiſpania præcipuè, vt audiui.

13 Ad id vero quod proponit, Quidam

§. 1. alius Author modernus in tractatu ab eo edito *de his*, *quæ præſtari poſſunt non canonizatis*. quæſt. 4. Vbi contendit ex authoritate S.Auguſtini ad illa verba, pſal. 85.*cuſtodi animam meam quoniam ſanctus ſum*, & S.Hieronymi, Ambroſij, & aliorum ſanctorum, qui ſanctos appellant omnes fideles, imitantes Apoſtolum Paulum dicentem, *mihi ſanctorum minimo data eſt gratia,hac, &c.* facillimè reſpondetur dicendo, euidenter profectò laborare in æquiuoco argumentum illius,eò quia, authoritates illorum ſanctorum exponi debent de Sanctis, & Iuſtis in via,ſiuè in ſpe, nos verò hic agimus de ſanctis in Patria, qui de facto vna cum Angelis beatis æterna gloria fruuntur,vt latiùs demonſtratum eſt,cap.1.

§. 2. Pariter quoq; reſpondetur ad illud de Franciſco Patauo Aduocato Conſiſtoriali, qui in oratione habita pro Canonizatione S. Leopoldi, Auſtriæ Marchionis 12. Kal. Decembris 1484. in publico Conſiſtorio coram Innocentio octauo,in qua aſſerit dictum ſanctum, ante Canonizationem appellari ab omnibus *Sanctum*, quod libentèr conceditur, nam Vulgi, & Populi ſententia non eſt ſequenda, vt aliàs dictum eſt, ſufficit nobis,vt Eccleſia non appellauerit illum *Sanctum* ante actum Canonizationis, & quod amplius eſt,in formatione decreti in actu Canonizationis Sanctorum, nominatur ab eodem Papa Iuſtus qui tunc actù Canonizatur, Beatus tantum, vti videre eſt in forma eiuſdem decreti inſerta in Bullis Canonizationis Sanctorum. Verba decreti ſunt, *de Venerab.fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium authoritate, &c.* (vtputà) F. Didacum, *de cuius puritate vitæ, &c. in Sanctorum Cathalogo adſcribimus, etc,*

& non

& non niſi poſt publicatum decretum, vocat illum ſanctum in Miſſa ſcilicet, & in alijs orationibus ſequentibus, vt latiùs dicam cap. 5. ad 6. Concluſionem.

§. 3. Idem dicendum eſt ad aliam inſtantiam de Octauio de Martinis, qui in oratione habita, modo quo ſupra coram Sixto iiij. occaſione Canonizationis S. Bonauenturæ, idem retulit de eodem S. Bonauentura.

§. 4. Tertiũ deniq; diſcrimen ex his neceſſariò collectũ illud eſt, quod Beatificatio nõ eſt vltimũ iudicium ſuper ſanctitate; gloria, Veneratione, atq; imitatione hominis beatificati, adhuc enim poſt Beatificationem ordinariè loquendo expectanda eſt ſolemnis Canonizatio eiuſdem beatificati, per quam completur iudicium perfectũ de ſanctitate, gloria, & veneratione hominis ritè canonizati, Ideò poſt beatificationem aliquando fieri ſolent nouæ, & exactiores inquiſitiones de vita, miraculis, & virtutibus iam declarati Beati, niſi illę præceſſerint actum beatificationis, modo ſuperiùs explicato, in hoc cap. aliquando enim præmitti ſolent diligentiæ neceſſariæ ſimul ad vtrumq; effectum, beatificationis videlicet, & canonizationis, quo caſu non ſunt neceſſariò repetendæ, ſed ad effectum quoq; canonizationis ſufficiunt.

Punctum Quintum.

De diligentijs peragendis ante Canoniz.

14 §. 1. QVAMOBREM Auguſtinus de Ancona in ſumma de Eccleſiaſtica poteſtate, quæſt. 16. art. 1. in corp. poſt relatam ſententiam S. Auguſtini lib. de pœnitentia dicentis *Eccleſia non profert iudicium de aliquo, niſi antea fuerit publicis teſtibus, ac publicis documentis informata*, ſtatim addit, *& ideò, vt ponit Hoſtienſ. cap. 1. extra de reliq. & venerat. ſanctorum, in canonizatione ſanctorum ſecundum morem, quem nùnc tenet Eccleſia ordinate ſeruanda ſunt octo, &c.* quæ ibidem ſpeciatim enumerat idem Auguſtin. de Ancona, & nonnulli Summiſtæ verb. Canonizatio, ſunt per ordinem quæ ſequuntur.

Primũ frequens denunciatio, vt non ſolum ſemel, ſed pluriès Papæ denũcietur qui pro ſancto debet venerari, vt multiplicatis interceſſoribus largiatur, quod petitur: ſecundum eſt commiſſio, tertium commiſſionis Inquiſitio, quartum inquiſitionis factæ relatio, quintum relationis factæ diligens examinatio, ſextum examinationis factæ per Conciſtorium diſcuſſio, ſeptimum ſecreta diffinitio, & terminatio, octauum, Manifeſta publicatio, nonum diei canonizationis Aſſignatio, decimum Ipſius Papæ, & omnium aſſiſtentium genuflexio, & orationis deuotio, nè Deus permittat ſuam eccleſiam decipi, vel errare, vndecimum, eſt ſermocinatio, & miraculorum, ac operum miſericordiæ recitatio, nec non ipſius ſancti in Cathalogo ſanctorum conſcriptio, duodecimum eſt miſſæ in honorem Sancti canonizati celebratio, & cantici Spiritualis perſonatio: quæ Auguſtin. de Ancona vbi ſupra art. 1. q. 16. in corpore collegit ex Hoſtien. cap. 1. extra de reliq. & vener. ſanct. hæc enim ſeruari debent iuxta morem eccleſiæ, ne dùm in Canonizatione Confeſſorum verum etiam, & Martyrum, vt optime demonſtrat multis argumentis, & validis rationibus idem Auguſtinus de Ancona, vbi ſupra art. 3. in corp. & in Reſponſione ad Argumenta.

Quibus addit Cardinalis Simoneta in ſua relatione facta Leoni x. de canonizatione S. Franciſci de Paula. hoc anno Iubilei 1625. Romæ impreſſa fol.

mihi

Digitized by Google

mihi 35. 36. Quatuor ex parte Canonizandi, quæ colligit ex illo Eccleſiaſt. cap. 44. *Laudemus Viros glorioſos*, *&c.* Quorum primum eſt fides, vitæ & morum exempla, Miraculorum frequentia atq; multitudo. poſtremo vt Miracula ipſa ſint ac probentur vera Miracula, quæ Naturæ vires, & potentiam excedant.

§. 2. Per Canonizationem igitur diffinitiuè decernitur Sanctus, vt in illo, & per illum laudetur Deus; In ſanctorum igitur Veneratione Deum principaliter glorificare, ac extollere debemus.

Punctum Sextum.

An Beati, in Litanijs inuocandi ſint.

15 §. 1. OCCASIONE prędictorum, ad eorumq; maiorem explicationem, ſiuè claritatem proponendæ, atq; reſoluendæ ſunt aliquæ difficultates, quarum prima eſt.

An liceat in Litanijs, & alijs præcibus publicis conſuetis fieri per Eccleſiam, & illius miniſtros inuocare nomine *Sanctorum*. illos homines *Beatificatos* quidem, ſed nondum *Canonizatos*. per Eccleſiam, dicendo Sanctę N. ora pro nobis.

§. 2. Ad quam difficultatem non obſtante contradictione quorumdam Modernorum, ac ipſorum contraria ſententia reſpondendum eſt negatiuè, & ratio huius eſt inſinuata in præcedenti capite, quam hic latiùs explicabimus.

Ex titulo enim de Reliq. & venerat. Sanctorum, præcipuè in capit. *Audiuimus*, & in cap. *cum ex eo*, nō canonizatis prohibetur exhibitio ſacri cultus, abſq; ſpeciali authoritate Sedis Apoſtolicæ, etiam quod mortui ſint cum magna ſanctitatis opinione, & varia miracula Deus per illos fecerit, nullo tamen pacto illis exhibendus eſt publicus cultus, ſiuè publicè, modò inferiùs explicandus: certiſsimum eſt autem nedum ex iam dictis, verum etiam ex communiori ſententia Theologorum, quod inuocare Sanctos in litanijs, vel in publicis præcibus dicit cultum ſacrum, immò maximum, & quaſi ſupremum cultum, ideò neceſſaria, eſt expreſſio in diplomate Beatificationis de hoc ſingulari, vt ritè fieri poſſit, non tamen negans id ſpecialiter concedi poſſe per Sedem Apoſtolicam, vti dicemus paulò poſt de S. Hyacinto, & alijs.

§. 3. Hanc reſponſionem tanquam verā, ex conſequenti, ſaltem videtur approbare Cardin. Bellarmin. de Sanctorum Beatitudine, cap. 10. dùm aſſerit, *hominem non canonizatum minimè inuocari poſſe in litanijs*, idem clarè quidèm ſentit, Andreas Molfeſius in ſua *ſumma moralis Theologiæ* tom. 1. tract. 11. c. 6. num. 53. corrigens, vt mihi videtur ea, quæ alias docuerat conſil. 45. in additionibus *ad quæſtiones vſuales* tom. 2. Molanus in ſuo *indiculo ſanctorum Belgij litera G.* inquit, *B. Girlarcum Heremitam non eſſe Canonizatum; ideò in commemoratione illius, quæ fit in vigilia Epiphaniæ, in Monaſterio monialium, vbi iacet eius Corpus, miſſa non dicitur de ipſo, ſed de Aeterna Sapientia, & in litanijs quando peruenitur ad eius nomen, voce ſubmiſſa moniales ex earū deuotione dicunt, S Girlarce ora pro nobis*, addens, *&* *tamen Monaſterium prædictum, atq. Oppidum, eius nomine ſunt dicata, & communiter vocatur Monaſterium, ac Oppidum S. Girlarci.*

§. 4. Ex quo colligitur non licere in litanijs palam, Beatos nomine ſanctorum inuocare propter illa, quæ immediatè quoq; adducentur, idem demonſtrantia. Quod agnoſcentes moniales dicti Monaſterij ſubmiſſa, non autem alta

Digitized by Google

voce inuocant B. Girlarcum in litanijs.

§. 5. Iacobus Caſtellanus in ſuo tractatu nouo de *Canoniz. Sanctorum*, quæſt. 9. de effectu, ſiuè effectibus canonizationis, inter alia, inquit, *Canonizatus per Canonizationem cõſequitur, quod in Eccleſia Deo perſoluatur officium*, ſtatim ſubdens, *eiuſq; nomen in litanijs vna cum alijs ſanctis inuocetur, (idem docent omnes)* Deinde ſubdit continuando ſermonem de duobus prædictis. *Hæc* (ſcilicet illa duo immediatè enumerata ab illo) *ante Canonizationem, & Romanæ Eccleſiæ approbationem non licent*, illicò ſubdens rationem, *propter periculum erroris*; hocq; probat pręſertim ex textu. cap. de reliq. & vener. ſanctorum. Sanctus pariter Antonin. 3. p. ſuæ ſummæ, tit. 12. cap. 7. ad finem primi §. poſtquam dixit licere non Canonizatis porrigere preces, in ſecreto tamen, ſiuè priuatas; vt alij dicunt, ſubdit, *facere pro eo* (ſcilicet non Canonizato) *præces ſolemnes non licet, vt dictum eſt*. Hæc ille, ſed certiſſimum eſt apud omnes, litanias importare præces ſolemnes, ac publicas igitur, &c.

§. 6. Et Gloſſa, in cap. vnico de reliq. & vener. ſanctorum in 6. §. *Sedis Apoſtolicæ*, verſ. *dicimus enim*; expreſsè, inquit, *non licet emittere præces ſolemnes defuncto non Canonizato, quem Sanctum credimus*, & verſ. *hoc autem*, eadem Gloſſa ait, *per Canonizationem conſequitur Sanctus, vt inter alios Sanctos nominetur, ac inuocetur in Litanijs*, idẽ tradit Didacus Iſtella in *Annotat circà Sanctos Canonizatos*, num. 25. igitur antè Canonizationem, non debent, nec poſſunt inuocari nomine Sãctorum, cùm ſit effectus prop. Canoniz. intellige regulariter, ac ordinariè.

Et Angelus Rocha in ſecunda æditione ſui Commentarij de Canonizatione Sanctorum, cap. 38. §. *Quamuis*, poſtquam dixit nõ licere in Litanijs publicis nomina illorum, qui ſunt tantùm per Eccleſiam Beatificati inuocare, ſubdit animaduerſionem ſequentis tenoris, (quam legi etiam in alijs Auctoribus) & eſt, niſi id à Summo Pontifice Romano expreſsè, ſpecialitèr concedatur, ſicut de ſancto Hyacinto à Clemente vij. & de ſancto Raymundo à Paulo iij. ac alijs etiam ante eorum Canonizationem.

§. 7. Ex quibus colligitur euidentèr confirmatio prædictorum præſertim, quod in litanijs, & in alijs collectis publicis Beati tantum non ſunt inuocandi, nomine Sanctorum, propter ſuperiùs adductas rationes, & authoritates id palàm demonſtrantes.

§. 8. Prò certò igitur, & indubitato haberi debet, quod abſq; S. Sedis Apoſtolicæ expreſſa, & ſpeciali facultate in totum, vel in partem, nequeunt attribui alicui Beato, quæ ſunt propria Sanctorum Canonizatorum, ſuper quo cauti eſſe debent fideles.

§. 9. Neq; hoc durum reputari debet, quemadmodum dicunt quidam ex modernis, de quibus ſuprà, pro valdè enim leni, atq; ſuaui, ducere debent fideles conformare ſe in omnibus laudabili conſuetudini Eccleſiæ Vniuerſalis, ac inſuper obedire in omnibus, & per omnia Pontifici Romano, præſertim circà cultum exhibendum, vel non exhibendum Beatis, iuxtà tenorem conceſſionis Apoſtolicæ, cum Papa ſit immediatè Iudex ordinarius cunctorum; cap. *cuncta*, & cap. *per principalem*, nullatenùs præbendo aures illis, quæ voluntariè dicuntur ab aliquibus modernis aſſerentibus non eſſe ſcrupulum (vt illorum verbis vtar) ſi dilatetur, vel extendatur conceſſio Apoſtolica, facta in Beatificatione alicuius viri Dei, quod affirmant eueniſſe apud quoſdam Religio-

Digitized by Google

ligioſos ad priuilegium illud minimorum, quod vni ſcilicet prouinciæ conceditur intelligatur conceſſum toti Ordini, cum in prædicto caſu non habeat locum propter iam dicta, & inferius dicenda, hunc enim articulum fuſiùs explicaui in meo tract. de elec. cap. 14. num. 27. & ſeq. & cap. 20. num. 38. faciendo ſatis ad oppoſitiones, & declarando rectum vſum priuilegiorum, contra quos in argumento iam nominatos Sanctus Hieronymus, cuius auctoritas refertur in Canone. *non afferamus. 24. q. 1.* ait. *Nō afferamus ſtateras doloſas, nec appendamus, quod volumus, pro arbitrio noſtro dicentes, hoc graue, hoc leue eſt, ſed afferamus diuinam ſtateram, de ſcripturis ſacris tanquam de Theſauris Dominicis, et in illa quid ſit grauius appendamus.*

Punctum Septimum.

Quibus competat nomen Sancti.

16 §. 1. NEQVE aliquid concludunt prædictorum Authorum rationes, quemadmodum eſt videre in eorum Commentarijs ad 2. 2. S. Thomæ q. 1. art. 10. dubio 8. & ſeqq. quarum Prima eſt, quod in nomine *Beatus*, includatur nomen *Sanctus*. hoc certè nullus libenter concedit, imò contrarium longè verius eſt, potiſsime ſecundum communiorem intellectum Theologorũ, & Canoniſt. vt paulò ante dictum eſt quandoquidem nomen *Sanctus*, tanquam dignius, & honorabilius continet in ſe nomen *Beati*, iuxta regulam communem, *in magis perfecto includitur minùs perfectum*; ſed non è contrario. ex vſu enim Eccleſiæ, quem fideles ſequi tenentur, prætermiſſis grammaticorum rimulis, omniq; reiecta ambiguitate clarè habetur, longè quidem digniùs, ac præſtantius eſſe nomen Sancti illo Beati, vt ſuprà latè probatum eſt, num. 6. §. *ex quibus infertur*.

§. 2. Nec mirùm certè, vt verum fatear, non eſt ſolus hic Author lapſus in hunc errorem, alij etiā ſcriptores noſtræ ætatis ſub colore, ſiue prætextu deuotionis, atque pietatis, (in hoc quidem nullatenus imitandi, cum veritas in cunctis ſemper præferenda ſit) idem affirmarunt, quemadmodum aſſerit inter alios modernos, Philippus Ferrarius Seruita in ſuo Cathalogo Sanctorum Italiæ, die 22. Maij: poſt relatam admirabilem vitam B. Humilitatis de Fauentia Illuſtris Ordinis Vallis Vmbroſæ; fundatricis quorundam Monaſteriorum Monialium, quæ non ſine maximo omnium ſtupore cęteras Moniales in multis quidem virtutibus ſemper antecelluit, maximè verò profundiſſima humilitate, tandem, inquit. *Nondum Sanctorum numero adſcripta eſt.* addens. *Sanctam tamen illam appellat Author vitæ Sanctorum Ordinis Vallis Vmbroſæ Florentiæ editæ 1582.* ſubdens. *Colitur Fauentiæ in propria Eccleſia, eidem cum Cœnobio Virginum dicata.*

§. 3. Secunda corũ ratione aſſerunt, quod illorum opinioni faueat vſus quorumdam piorum, atq; Doctorum hominum, ipſorum tamen nomina in particulari non exprimunt. Sed hoc quidem magna facilitate ruit, cum omninò ſtãdum ſit diſpoſitioni conceſſionis factæ per Sedem Apoſtolicam in decreto Beatificationis huius, vel alterius hominis Iuſti, quæ præualet abſque dubio iudicio priuato piorum, & Doctorum quorumcunq; hominum. equidem Pontifex Romanus eſt omnium fidelium Iudex, Paſtor, ac Rector, ideò Cardin. Bellarmin. vbi ſupra tradit, *hominem non adhuc Canoniz. nequaquam appellari poſſe Sanctum.*

§ 4. Hodiè enim inualuit cõſuetudo Ec-

cleſiæ in cunctis neceſſariò ſequenda, vt ſolum Canonizati, vel vt tales approbati per Eccleſiam Sancti dicantur, denominatione abſoluta, & Thomas Sanchez in ſua Summa, lib. 2. cap. 43. nu. 5. & ſeqq. expreſsè aſſerit, *quod non Canonizati non poſſunt, nec publicè, nec priuatim inuocari in Litanijs Sanctorum, quia re verà hic cultus, eſt tanquam publicus inſtitutus ab Eccleſia, & hoc modo competit ordinariè ſolis Sanctis Canonizatis*, & n. 7. inquit, *quod reliquiæ non Canonizati, non poſſunt poni ſuper aliquo altari etiam priuato.* Auguſt. de Ancona in ſua ſumma de Eccleſ. poteſtate, q. 14. art. 5. in corp. aſſignat aliam rationem, *quia ſcilicet communis oratio, ſiue praces fiunt in perſona totius populi, & totius Eccleſiæ.*

§. 5. Vſus verò aſſertus à contrarijs Piorum, ac Doctorũ hominum potiùs appellandus venit vſus ſimplicium, indiſcreta deuotione credentium, ſe præſtare obſequiũ BB. ſimilia exhibendo in eorum honorem, ac laudem, cum non ſinè criminis nota, id propter rationes iam adductas perfici poſſit, dicente Sancto Ambroſio, lib. 5. de fide ad Gratian. *error eſt, etſi pietatis error ſit.*

§. 6. Confiteor quidem, illos fortè zelũ Dei habere, ſed non ſecundum ſcientiam, cũ (iuxta illud S. Hieron. & aliorum Patrũ) *Iuſti non delectentur falſo honore*, ac illud aliud commune Theolog. & Canoniſt. *deuotionem, videlicet eſſe quidem exercendam à fidelibus, abſq; tamen iniuria alterius*, ſcilicet Pont. Rom. ad quem priuatiuè, quo ad alios ſpectat concedere facultatem exhibendi cultũs, & honores Beatis, non adhuc Canonizatis, modo inferius declarando, n. 9. §. *idem quoq; & ſeqq.* vbi fit ſermo indifferenter de cultu publico, & publicè exhibito, ſiue exhibendo, vt clariùs oſtendam inferius in hoc, eodemq; cap.

Punctum Octauum.

De Accenſione luminum ad Imag. vel ſepulchra famulorum Dei.

17 §. 1. SECVNDA difficultas verſatur circà accenſionem lampadum, & cereorum ad ſepulchra illorum, qui cum opinione quidem Sanctitatis obiere, & ſub prætextu patrationis miraculorum, & deuotionis populorum ergà illos, antequam tamèn declarentur Beati per Sedem Apoſtolicam.

§. 2. Quæ difficultas negatiuè, & ipſa venit proculdubio reſoluenda, nè dum, quia Populus, & Vulgus in conſimilibus poteſt veriſimiliter decipi, & quod amplius eſt de facto multoties hallucinatus eſt, non ſine magno periculo irriſionis Eccleſiæ Cathol. & exultationis Hæreticorum, quod nèdum accidit antiquis temporibus, ſed modo etiam id eueniſſe dicitur in quibuſdam Ciuitatibus principalioribus intrà, & extra Italiam, ideò cautiùs eſt procedendum, nec irà de facili talia ſunt permittenda, ſiuè toleranda, quamuis tolerantia nullam inferat neceſſariò rectitudinem, ſiuè conuenientiam, vel approbationem in re tolerata, videmus enim Eccleſiam tolerare Iudæos, & Lupanaria, ad euitandum maius malum, nullo tamen pacto ipſa approbat, vel approbare intendit. aliquando enim compertum eſt, eadem, de quibus ſupra fuiſſe introducta, humana quadam facilitate, ſiue iniuria, ne dicam aliquorum auaritia, vel aliqua alia non recta arte, prout latiùs num. 10. iſtius capitis dicetur.

§. 3. Vrget quoq; in hoc particulari, quod nedum per alios, ſed permemetipſum conſultus ſemel, atq; iterum Dominus Secretarius Congregationis ſacrorum Rituum de ſenſu Illuſtriſ. DD. Cardin. eiuſ-

eiuſdem S. Congregationis, ac de Practica repetitis vicibus, per verba clariſſima, reſpond. ſupradicta fieri non poſſe, & hanc eſſe mentem, & intentionem eiuſdem Sacræ Congregationis à Papa approbatam plurieſq; teſtimonio publico declaratam, nè prædicta fiant, niſi cauſa fuerit priùs cognita per ſacram Congregationem, deinde approbata per ſedem Apoſtolicam, loquẽdo etiam de luminum accenſione, & aliorum conſimilis generis; aliàs ſub colore, de quo ſuprà, vel ſub alio conficto, quod hæc ſcilicet non fiunt nomine Eccleſiæ, ſed priuato cultu, poſſent introduci ſub tali prætextu adorationes, & paulatim Beatificationes, ſaltim apud homines, in ordine ad eos quos honorare voluerint, non ſine aliquo præiudicio auctoritatis ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & non abſq; magno periculo irriſionis Eccleſiæ Catholicę, quapropter cum Franciſco Agricola de vener. Sanctorum, tract. 1. tit. 12. conuenio, quod iſtę adorationes, vt à pijs, & fidelibus Chriſtianis fieri queant, à ſancta, & prudentiſſima Matre Eccleſia Romana deſignari, ac inſtitui par eſt.

§. 4. Itaq; non approbato modo, quo ſuprà (accedente ſemper conceſſione Apoſtolica) tanquàm illicita, & omninò prohibita reputari meritò debent, nè ſub colore Pietatis, & humanę Deuotionis incidamus in pericula, de quibus ſupra, & inferiùs latè explicanda immediatè, dicente S. Hieronymo, cuius authoritas, refertur in cap. *Si quis dixerit* vndecimo, q. 1. *ſi quis dixerit nõ Iuſtum, Iuſtum abominabilis eſt Deo, ſi verò non Sanctum, Sanctum, Chriſti corpus violat*, vbi ponderandum eſt pro maiori firmitate, atq; claritate dictorum, atq; dicendorum, non ſolum valdè errare illum, qui auſus fuerit non Iuſtum, Iuſtum dictis, vel factis appellare, ſed quod ampliùs eſt illum grauiùs peccare, qui dixerit, ſeu actibus externis prædicauerit, non ſanctum, ſanctum, cò quia iſtud ſecundum, præter grauem errorem inſuper violat, quantum in ſe eſt Corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia, ideò diligentiùs ab his præcauendum eſt, fugiendo omnem affectatam diligentiam, & ſimilia, ambulando in omnibus, vt decet in ſimplicitate, quam verbo, & exemplo docuit nos Chriſtus, quia introductio prædictorum abſq; dubio infert cultum communem, & publicum, ad minùs ſignificatiuum de ſe Beatificationis, nè dicam Canonizationis, ſaltèm apud ſimplices in ordine ad illos, ad quorum ſepulchra talia permittuntur fieri publicè, cum de ſe dicant publicam venerationem, atq; adorationem eorundem, quod erat ſolitum fieri antiquitùs tantùm ad ſepulchra verè Martyrum, hac tamen animaduerſione, quòd ad ſepulchra Martyrum hæc minimè concedebantur antiquitùs, niſi de ſcitu, & licentia Epiſcoporum ad minùs, vndè priuata auctoritate nullatenus fiebant.

§. 5. Hinc eſt, quod S. Cyprianus Epiſcopus in Epiſtola 37. ad Clerum loquens de Confeſſoribus in carcere detentis, propter fidem Chriſti, inquit, *dies eorũ, quibus decedunt, adnotate, vt commemorationem eorum inter memorias Martyrum celebrare poſſimus.* Vbi liquidò conſtat, quòd iſta tunc fiebant ad ſepulchra martyrum, de licentia tamen Epiſcoporum, hoc colligit inter alios Didacus Iſtella, libro citato, nu. 37. Quæ autem pertinent ad ampliationem cultus diuini, debent iuſtitia, & prudentia duce fieri, & non aliter, cum non ſit credendum omni ſpiritui, & facilis, ac frequens ſit transformatio Satanæ in Angelum lucis, vt mortales decipiat.

§. 6. Quam doctrinam docuerunt Au-

thores grauiſſimi, præſertim ex S. Auguſtino de vera Religione, inter quos, vnus eſt Auguſtinus de Ancona, in ſua ſumma, qu. 14. art. 1. in reſponſione ad primum, & ſecundum argumentum.

Verba Auguſtini de Ancona ſunt ad primum argumentum. *Duplex eſt reuerentia, quædam vniuerſaliter iniuncta, quædam verò voluntariè, & particularitèr aſſumpta: prima ergò reuerentia ſolùm honorandi ſunt ſancti per Eccleſiam canonizati, ſed ſecunda reuerentia poſſunt honorari alij ſecundum particularem deuotionem vniuſcuiuſque*, vbi breuitèr animaduertam, quod non ſine neceſſitate aliqua author iſte loquendo de honore, qui poteſt exhiberi nondùm beatificatis, ſiue de reuerentia illis exhibenda, appellat illam voluntariam, & particularem ſimul, vt hoc modo loquendi reſtrictè, excludat ex conſequenti ſaltem cultus, & honores (de quibus ſupra immediatè,) qui non debent præſtari, niſi ad minus beatificatis.

Et ad confirmationem paulò ſuperiùs adductorum, in reſponſione ad ſecundum argumentum, inquit, *In Eccleſia primitiua non ſeruabatur modus canonizandi, qui modò ſeruatur propter duo; primo, quia illi ſancti, vt plurimum erant martyres, in quibus non requirebatur talis examinatio, ſicut requiritur in confeſſoribus: ſecundò ex feruore fidei naſcentis Eccleſiæ, & ex meritis Chriſti, & Apoſtolorum miracula, & alia opera ſic erant euidentia, vt non poſſent tergiuerſatione celari, ſed nunc bene videndum eſt, ſecundum quod dicit Auguſt. de vera religione, quibus, de diuis credendum eſt cum Angelus Satanæ, poſſit ſe transfigurare in Angelum lucis.*

§. 7. Idem etiam dicendum venit de Imaginibus virorum Dei nondùm Beatificatorum, non pingendis cum radijs circa eorum capita fulgentibus, neq; in Eccleſia ponendis, vt à Populis adorentur, præcipuè abſtinendum eſt, nè conſimiles imagines collocentur ſuper altaria, vel in Cappellis ſeparatis, cùm hoc ſit proprium Canonizatorum, ſiue Beatificatorum, ſine facultate ſpeciali Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ex Baronio ad annum Chriſti 993. §. *non eſt autem.* ex Bellarmino quoq; Cardinali, vbi ſuprà *de Sanctorum Beatificatione, cap. 10.*

§. 8. Quibus omnibus addi poteſt prædicta eſſe euitanda, vt fideles effugiant omne, & quodcunq; periculum, ſiue occaſionem quamcunq; ſuperſtitionis, quæ opponitur Religioni, cùm ipſa ſit falſi cultus, Religio autem veri Cultus tantùm.

18 Ex quibus liquidò conſtat, fugam eſ-

§. 1. ſe, non autem ſententiam bene fundatam illorum modernorum, qui aſſerũt, quamuis hæc nequeant fieri de nouo, eſſe tamen toleranda iàm introducta quouſq; approbentur, vel reprobentur per Epiſcop. cùm enim dicant abuſum ſecundum diſpoſitionem Concilij Tridentini omnis abuſus extirpandus eſt, præſertim ad euitandum periculum ſuperſtitionis.

Punctum Nonum.

De Superſtitione euitanda.

§. 2. COLLIGITUR quid ſit ſuperſtitio ex gloſſa S. Ambroſ. in epiſt. Pauli ad Coloſſenſes cap. 2. dicentis, *Superſtitio eſt, cum quis traditioni humanæ nomen Religionis imponit*, quis verò dubitat cultus illos publicè exhibitos præſertim à Miniſtris Eccleſiæ, viris nõ adhùc Beatificatis, abſq; licentia, & facultate, de qua ſuprà eſſe traditiones hominum, cum ſinè authoritate Eccleſiæ, voluntariè ab hominibus fiant? nec fieri poſſe ſine debita licentia, aliàs incurritur

tur

tur periculum ſuperſtitionis, & quod amplius eſt idolatriæ, id enim ſignificauit Leo X. in Bulla Beatificationis ſerui Dei Philippi Florentini Ordinis ſeruorum, cuius initium eſt. *Expoſcit nobis. Datum Florentiæ ſub annulo Piſcat. die 24. Ianuarij 1616.* §. *& propterea*, vbi poſtquam conceſſit, vt de illo beato poſſit agi feſtum, ac recitare officium, præceſq; ad illum effundi, campanas pulſari, lumina accendi, & ſimilia, ſubdit; *facultatem concedere fratribus, & monialibus dicti ordinis, prædicta faciendi, abſq; ſuperſtitione, ſiue Idolatriæ nota* annuens quodammodo quod ſi fiant abſq; licentia non euitatur periculum ſuperſtitionis, ac Idolatriç, excludendo ſemper caſum, quandò id fiat euidenter ex motione, ſiuè reuelatione diuina probata tamen ſufficienter, vti ſæpè accidit prius tamen reuelatione approbata iuxtà diſpoſitionem Concilij vltimi Lateranenſis, de quo latiùs in appendice.

§. 3. Quam ſuperſtitionem Religioni oppoſitam definit S. Thomas 2.2. q. 92. art. 1. eo *quòd dicat exceſſum, non quòd plùs de cultu exhibeat, quàm vera Religio, ſed quia excedit in exhibendo cultum, cui non conuenit, vel modo, quo non eſt exhibendus, finis enim adæquatus ſacri cultus eſt diuina reuerentia*, & art. 2. eiuſdem quæſtionis aſſignans ſpeciem particularem ſuperſtitionis, inquit, *hæc eſt. Prima ſpecies ſuperſtitionis, cultus exhibitus illi, cui debetur, mòdò tamen indebito*, quod profectò eueniret in caſu, de quo ſuprà.

19 §. 1. Ad obiectiones verò illorum, qui dicunt antiquitus fuiſſe impunè permiſſa, atq; tolerata prædicta, addentes inſupèr de B. Ida, de B. Liduige, de B. Coleta, B. Drogone, ac alijs, quorum nomina innocabantur in litanijs publicis, quibus etiàm fuerunt exhibiti honores, & cultus, de quibus ſupra antequàm beatificarentur, vel canonizarentur per Eccleſiam: breuiter reſpondetur, diſtinguendo tempora, quibus hæc fiebant, Vel hoc fuit antè ſtatutũ Alexandri iij. de quo habemus textum in cap. *Audiuimus de reliquijs, & Veneratione Sanctorum*, vel poſt publicationem eiuſdem Decreti; Si primò, cum eſſet tunc facultas apud Epiſcopos Beatificandi homines cum opinione ſanctitatis defunctos, erat quoq; in eorundem Epiſcoporum poteſtate facultas concedendi, vt prædictis hominibus exhiberentur publici honores, ſiuè cultus, & cum non appareat contrarium, credendum eſt cuncta tunc facta fuiſſe, de ſcitu, permiſſione, atq; licentia Epiſcoporum ad minùs, præmiſſis præmittendis.

§. 2. Si verò ſermo ſit de honoribus, & cultu exhibitis hominibus non canonizatis, nèc beatificatis abſquè licẽtia ſanctæ Sedis Apoſtolicæ poſt latum decretum Alexandri iij de quo ſuprà, certum eſt contra, vel ſaltim præter ordinata per ipſummet Pontificem facta fuiſſe, ac etiam contra ſenſum Congregationis ſacrorum Rituum, & Cardinalium, atque Prælatorum, quibus id committebatur per ſpeciale reſcripium ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, quemadmodum legimus eueniſſe, in beatificatione, & canonizatione ſanctorum multorum, pro vt eſt videre in relationibus factis etiàm ante inſtitutionẽ Congregationis ſacrorum Rituum, quam erexit (vt fertur) Sixtus V. id omne exequutioni demandatum fuiſſe; cumque *mala nunquam ſint adducenda in exemplum* ſecũdum regulam communem Theologorum, atq; Canoniſtarum, ideò ſuper his nulla eſt facienda vis, ſiuè efficacia, ſed potius declinanda (ne dicam) omninò fugienda ſunt.

§. 3. Reſpondetur 2. quòd in eccleſia primitiua

mitiua nõ ſeruabatur modus, qui nùnc rationabiliter, & neceſſariò ſeruatur in Canonizandis, vel Beatificandis hominibus. Primò quia illi ſancti, vt plurimùm erant Martyres pro fide Chriſti palàm occiſi, in quibus nõ requiruntur de neceſſitate, tot, tantæq; diligenriæ prout latiùs in c. 8. in *reſolutione Quæſtionis de neceſſitate miraculorũ ad actum Canonizationis* præſertim concluſ. 1. ideò S. Gregorius in homelia 27. in Euangelia, *totum mundũ fratres aſpicite Martyribus plenus eſt*, idem ex Cardinali Baronio ad Martyrologium Romanum cap. 4. vbi inter alia multa adducit ad idem, ſententiam S. Gregorij Nyſſeni, in vita Magni Gregorij Thaumaturgi, ideò in Concilio Aphricano c. 50. in quò fit ſermo de veneratione ſanctorum, non niſi de Martyribus ibidem habetur mentio, proptèr rationem ſuperiùs adductam, & ità quoq; in ſacro Canone miſſæ non niſi de Martyribus reperitur Commemoratio. 2. verò ex feruore dilatationis fidei Chriſtianę, qui maximè tunc vigebat, in exordio naſcentis Eccleſię cuncta mirabili ſimplicitate, deuotione, ſincera, ardentiq; ſtudio fidelium prçcipuè erga Martyres faciebant. 3. eorum opera, & miracula tantam habebant Euidentiam, vt non poſſent tergiuerſatione cælari, ità communiter omnes docent.

20 Tertio, reſpondetur, quod S. Hieron.
§. 1. in Epiſtola. 10. ad Principiam, & Epiſtola 27. ad Euſtochium loquens de S. Athanaſio, inquit, *cùm ille ob Hæreticorum perſequutionẽ Romam veniret, detulit ſecum vitam. S. Antonij Abbatis ab eodem Athanaſio conſcriptam*, quod certè multi interpretantur factum fuiſſe ad effectum exhibendi illam ſummo Pontifici Romano, prò obtinenda eiuſdem vitæ approbatione, & nihilominùs agebatur de ſancto toto Orbe celeberrimo, & admirando, de cuius ſanctitate nunquàm aliquis dubitauit. Vitas quoque Sanctorum Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium ferè Heremitarum à S. Hieronymo conſcriptas, approbat Gelaſius Papa in Concilio Romano. ex Baronio in notis ad Martyrologium Romanum die 17. Ianuarij §. S. *Antonij Abbatis*, & in notationibus pariter Galeſinij ad ſuum Martyrologium. 16. Kalendas Februarij §. *Antonij Abbatis*.

Punctum Decimum.

De antiquo more ſcribendi geſta Sanctorum.

§. 2. ECCE quomodo antiquitùs non diuulgabantur, paſſim (vt aſſerunt contrarij) facta glorioſa ſanctorũ, etiàm Martyrum abſque approbatione ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cui fauet, id, quod legimus ordinatum, primo per SS. Pontifices Romanos Clementẽ, & Anterum, deinde per S. Fabianum, & alios Pontifices Romanos confirmatũ, & auctum, qui deſtinarunt ſeptem Notarios, & ſeptem Diaconos, Viros veraces doctrinę, & probatę vitę, vt diligentèr geſta Martyrum fideliter deſcriberent, illaq; referrent approbanda ad ſanctam Sedem Apoſtolicam, inter quos vnus fuit Vrbanus I. atquè alij Pontifices Romani, qui proximè illi ſucceſſerunt.

§. 3. Hinc eſt quod Cardinalis Baronius de Martyrologio Romano cap. 4. Verbotim, inquit, *ſicùt olim Romæ Notarijs deſcribendis ſanctorum Martyrum actis, ità, & in alijs Eccleſijs, etiam tranſmarinis, alicui ex clero negotium videtur fuiſſe impoſitum*, quod probat authoritate Tertulliani, S. Cypriani, Pamelij, S. Auguſtini, & aliorum, idem referunt Damaſus, & Anaſtaſius Bibliothecarius in vitis Clementis I. Anteri, & Fabiani,

Immò

Digitized by Google

Immò refert Cardinalis Baronius dè Martyrologio Romano cap. 1. *quod in Romana Eccleſia, ſicuti ſeptem erant Diaconi, ſic, & totidem Subdiaconi, & his par numerus Notariorum, qui iiſdem Subdiaconis, & Diaconis ſubiecti erant, vt acta ſanctorum Martyrum purè, & ſincerè conſcriberentur, cum non modò Notarij in id opus grauitèr incumberent, ſed, & qui praeerant Notarijs Subdiaconi, & Diaconi cuncta exactè peruestigarent, ac Pontifici nota facerent, vt ea probaret, vel reprobaret*

Quibus addit Petrus Galeſinius de canonizatione S. Didaci, id factum fuiſſe, vt ex actorum veritate dignoſceret Pontifex, qui nam ponendi eſſent in numero Martyrum. Addo ego, ſi circa Martyres hæc fiebant, quantò magis exactior diligentia erit adhibenda circà Beatificationem, & cultus Sacros exhibendos illis, qui non ſunt Martyres?

§. 4. Relatio quoq; Beatificationis Beati Aloyſij Gonzagę Ieſuitæ facta Paulo V. à ſapientiſſimis ſacræ Rotæ Romanę Auditoribus, Franciſco Sacrato, poſteà Cardinali, Ioanne Baptiſta Coccino, & Ioanne Baptiſta Pamphilio nunc Patriarcha Antiocheno idem obſeruatum fuiſſe etiam noſtris temporibus confirmat, in qua ſub titulo de fœlici obitu eiuſdem Beati, & de his, quæ poſteà acciderunt §. *Vlterius*, inter multa hoc vnum continetur, quod fælic. record. Paulus V. non antea voluit, ſiuè permiſſit legi, atq; publicari Vitam eiuſdẽ Beati æditam à P. Virgilio Cæpario, niſi anteà fuiſſet examinata per Illuſtriſſimos S. R. E. Cardinales Aſculanum ex Ordine Prædicatorum aſſumptum, Bellarminum Ieſuitam, & Pamphilium, qui prępuia debita, ac matura conſideratione iudicarunt dignum eſſe, vt illa prælo, committeretur, hoc ve retulerunt ſanctiſſimo tunc Paulo V. de cuius expreſſa commiſſione cuncta diligentèr in illa contenta examinata fuere, qui Summus Pontifex audita relatione prædictorum. DD. Cardinalium libentèr annuit. Hanc igitùr viam rectam, atq; tutam ambulemus, & non declinemus, neque ad dexteram, neq; ad ſiniſtram.

§. 5. Cuncta hæc illuſtri illo facto mirabiliter confirmantur, recenſito à Hieremia Remenſi Archiepiſcopo, dùm, inquit, *S. Dionyſium Martyrio proximum, ſtrictiùs mandaſſe ſuis diſcipulis Antonio, & Sanctino; vt omnia tormenta ſua diligenter conſcriberent, eàq; Romano Pontifici quàm primum referrent,* Surius die 9. Octobris.

21 §. 1. Ad inſtantiam verò propoſitam à quibuſdam modernioribus in ſpecie à Molfeſio conſil. 45. & Didaco Iſtella Ord. Prædicatorum in ſuis annotationibus, *de his, quæ licent, aut non licent, antè ſanctorum Canonizationem, num.* 7 Aſſerentibus de Diuo Thoma Aquinate Doctore Eccleſiæ celeberrimo, cuius Corpus poſt ſex menſes à die ſui glorioſi tranſitus, antequàm fuiſſet per eccleſiam canonizatus, vel beatificatus, Prior Monaſterij Foſſæ Nouæ, Ordinis Ciſtercienſium, proceſſionaliter cùm toto Conuentu, quibuſdam monachis, paramentis Eccleſiaſticis indutis, iuſſit aſportari à loco, in quo fuerat primò ſepultum, ad alium locum, & ob odorem mirificum, quo redolebat, & alia inſignia miracula, quæ frequenter viderant, in craſtino dicti Monaci cantarunt Miſſam ſolemnem in honorem eiuſdem ſancti Doctoris, dè vno confeſſore, non Pontifice, quod factum videtur approbatum per Ioannem 22. in Bulla Canonizationis prædicti S. Thomæ; ex quibus contendunt inferre exẽplo dictorum Monachorum, & aliorum licere honores deferre publicos Viris

Dei

Dei etiam non Canonizatis, neq; Beatificatis, de quibus viget fama, & opinio Sanctitatis apud Populum, idq; confirmat Didacus Iſtella, vbi ſupra, num. 8. addens idem feciſſe Drepanitas in honorem S. Alberti confeſſoris, Ordinis Carmelitarum.

§. 2. Ad quam inſtantiam non minori facilitate reſpondetur ea, qua factum eſt, & fiet (Deo adiuuante) ad alia conſimilia argumenta. Prima itaq; reſponſio eſt, quod legentibus attentè præcitatam Bullam Ioannis 22. apertè conſtat nullam ibidem inueniri, veram, & realem approbationem facti, de quo ſuprà, ſed ſimpliciter in ea narrantur geſta per Monachos ad gloriam, & honorem dicti Sancti, cuius perſonam Deus Optimus Maximus eximijs miraculis illuſtrauit in vita, in morte, & poſt mortem, quod omnibus notiſsimum eſt.

De quo Sancto Doctore inter quam plurimas laudes, inquit, Ioannes 22. in Bulla ſuæ Canonizationis, quod *fuit nobilis genere, ſed nobilior cõuerſatione, famaq; clarius, ſed vita, & miraculis clariſsimus*; & nihilominus non fuit Canonizatus, niſi iam quinquageſimo anno incipiente à die ſui glorioſi obitus, quemadmodùm euenit de S. Antonino celeberrimo in ſanctitate, & miraculis, qui non fuit relatus in ſanctorum Cathalogum, niſi poſt annos 60. à temporè ſuis fœlicis tranſitus.

§. 3. Reſponſio ſecunda, adeò euidens erat Sanctitas S. Thomę in tota Eccleſia, tot, tantiſq; miraculis præcipuè peractis in perſonis, Monachorum dicti Monaſterij Foſſæ nouæ, de quibus erant ipſi teſtes oculati, propter quæ forſitàn prædicti Monachi potuerunt excuſari à graui culpa, quemadmodum ex benignitatè Apoſtolica fuerunt liberi à pœna, cum nullum prorsùs intereſſe haberent in hac cauſa, & eſſent omninò alieni ab omni affectata ſuſpicione hominum, cùm ſint diuerſi inſtituti, & Religionis profeſſores. Ex quibus nullo pacto licèt inferre, id eſſe regulariter faciendum, cum non liceat de caſu, ad caſum, neq; ex facto ſingulari his circumſtantijs geſto, ad alium caſum, tranſitum facere, preſertim vbi in omnibus, & per omnia non militat eadem ratio, dato autem, quod militaret adhùc eadem ratio, nihil innouandum eſt circa ſacros Cultus, inconſulta ſancta Sede Apoſtolica, propter ſuperiùs adducta, & inferiùs adducenda, maximè verò circa illud ſpeciale, de quo in argumento; hoc tamen annotato pro veritate, quod Didacus, non loquitur abſolutè, quemadmodum Molfeſius, ſed quaſi ſub dubio, dum inquit, &, *vt videtur approbat Ioannes 22.*

§. 4. Ad illud pariter, quod adducunt de S. Didaco in cuius honorem paucis diebus poſt illius obitum, Henricus 4. Rex Caſtellę ob ingẽtia beneficia à Deo Optimo Maximo ſuſcepta per interceſſionem dicti Sancti, ratione gratitudinis Cappellam in honorem illius Deo erexit, quod factum videtur pariter approbatum à Sixto V. in Bulla Canonizationis prædicti S. Didaci, Seraph. Ordinis Minorum de obſeruantia. Reſpondetur eodem modo, quo ſupra immediatè dictum eſt de Sancto Thoma, proportionaliter tamen, ponderando, quod neq; in Bulla Sixti V. inuenitur approbatio huius facti erectionis Cappellæ, ſed ſolum, ac tantum laudat ibi Pontifex pietatem Regis per ſequentia verba, *laudanda eſt pietas, atque munificentia claræ memoriæ Henrici 4. &c.*

Tacent autem, quod de S. Didaco extant proceſſus valdè antiqui, à Toletano Præſule fabricati ſtatìm poſt illius tranſitum ad cœlum, de quibus fit mentio in relatione ſuæ Canonizationis, ex quibus

quibus reſultant ingentia miracula vltra Sanctitatem vitę cũctis admiranda.

§. 5. Idem quoq; euenit de S. Franciſca Romana, cuius ſanctitas ſtatim poſt mortem fuit legitimè examinata per Vicarium Vrbis, præuijs conſultationibus Theologorum, ac aliorum Piorum Virorum, & vſquè ad tempora Innocentij viij. iàm omnia neceſſaria ad illius Canonizationem diſpoſita erant, ex relatione facta Canizationis S. Franciſcæ pluriès citata. Hoc idem accidit de innumeris alijs Sanctis, quemadmodum referunt Surius, & alij qui ſcripſerunt illorum Vitam, per Eccleſiam approbatam.

22 §. 1. Quibus pro vlteriori claritate addi poteſt illud S. Hieronymi in commen. ſuper primum caput Ioannis dicentis, *Priuilegia paucorum non ſunt habenda pro lege communi*. idem prorsùs docuit S. Gregorius Nazianzen. ſerm. de Epiphania Domini.

Cuncta hæc magis illuſtrantur exẽplo illo Iehu 4. Regum cap. 10. Regis Iſrael, qui ſimulauit velle ſarcificare idolo Baal, vt illi eſſet occaſio aptior occidendi omnes ſacerdotes illius idoli, tũc in templo congregatos; quam ſimulationem laudare videtur S. Hieronymus ad Galat. 2. inſinuans, illam placuiſſe Deo, quod factum diligentiùs examinantes S. Auguſtin. lib. contra mendacium, cap. 2. & S. Thomas Aquinas 2. 2. q. 111. art. 1. ad ſecundum argumentum, tria principaliter dicunt, primum namq; illud eſt, quod errauit Iehu peccato mendacij, ſecundùm quòd nullatenus approbãtur à Deo factum ipſius, tertium quod laudatur in rei veritate non factum, ſed zelus quo deſtruxit falſum cultum illorum malorum ſacerdotum circa idolum Achab, & hoc modo exponenda ſunt, quæ dicuntur à Sancto Hieronymo, vbi ſupra.

Punctum Vndecimum.

Quid ſit laudare, vel approbare aliquod.

§. 2. EX quibus colligitur diſcrimen repertum inter laudare aliquod factũ, & approbare illud, nec primum infert neceſſariò ſecundum, ideò Põtifices prænominati attenta deuotione, & pietate Regis, & Monachorum reſpectiuè, exiſtimantium ſe præſtare obſequium Deo in Sanctis ſuis, laudant illorum pietatem, atq; deuotionem, non tamen approbant facta, de quibus ſupra.

23 §. 1. Circà hoc idem, conſideranda veniunt diligentèr Verba Bullæ Beatificationis B. Alberti ordinis Carmelitarum, ędita à Sixto IIII. pridie Kal. Iunij Pontificat. ſui anno 5. 1476. cuius initium eſt, cæleſtis aulæ Militum &c. In qua aſſerit ex conceſſione Caliꝟti III. eidem ſancto fuiſſe exhibitos nonnullos honores, præſertim erecta Altaria, & ſimilia à Chriſtifidelibus, quos actus honoris ergà illũ appellat laudabile propoſitum, addens, & concedens, *vt poſsint illos libere, ac licitè continuare per tolerantiam Apoſtolicam*, confirmat cõceſſionem ſui Prędeceſſoris in forma ampliſſima, ſupplens defectibus, ſi qui interuenerint.

§. 2. Ex tenore quidem horum verborum abſq; dubio euidentèr colligitur, primo neceſſitatem facultatis Sedis Apoſtolicę circà exhibitionem honorum, de quibus ſupra, ſecundum quod non ſit in poteſtate priuata hominum, limites traſgredi conſimilium conceſſionum, tertium quod non omnia, quæ fiunt etiam in locis publicis ab hominibus pio fine, & bono propoſito, cenſeri debent ſemper tolerata ab Eccleſia, niſi id ſignis patentibus, appareat in veritate toleratum, quartum dato, quod aliqua eſſent verè tolerata, non propter hoc dici poſ-

ci poſ-

Digitized by Google

ci poſſunt, verè, ac propriè approbata iuxta immediatè tradita §. *Reſpondetur eodem modo*.

Punctum Duodecimum.

Quid operetur populorum deuotio.

24 §. 1. AD id verò, quod ab ipſis tangitur de populorum frequentia, ſiuè deuotione erga ſepulchra, vel imagines eorum, qui nõdùm ſunt per Eccleſiam canonizati, neq; beatificati, dicendũ eſt, Populum non eſſe ſequendum, nequè imitandum, ſed *neceſſariò docendum, atq; inſtruendum*, ideò in re tanti momenti, quæ reſpicit decorem, & vtilitatẽ communẽ totius Eccleſiæ Catholicæ, cumq; ab iſtis ſit fancilis tranſitus ad publicos cultus, in omnibus, & per omnia reuerenter parendum eſt mandatis eccleſię, & circa prædicta nihil innouandum venit, niſi præcedat licentia ſanctæ Sedis Appoſtolicæ, dicente S. Hieronymo in Epiſtola ad Philemonem, magnum eſſe crimen, dicere ſanctum, qui nõ eſt, & non ſanctum, qui eſt ſanctus, id enim redundat in aliquale Fidei detrimentum ne vlteriùs procedam.

Punctum Decimumtertium.

De Tabellis, & donarijs ad ſepulcra famul. Dei appendendis.

25 §. 1. DE tabellis verò, & Donarijs votiuis, quæ priuata authoritate ad ſepulchra famulorum Dei, nõdum tamen canonizatorum, neque beatificatorum appenduntur, aliqui moderniores contendunt, partem affirmatiuam mordicùs defendere, docentes, id ne dùm licere, ſed eſſe certum, euidens, & vſui, atq; praxi eccleſię valdè cõforme, etiàm non requiſita licentia Epiſcopi, nec ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, alij verò cautiùs diſſerentes ad idem inclinati, intendunt probare eamdem opinionem, ex aliqua ſaltem parte dici poſſe probabilem: quam alij ſimpliciter aſſerunt eſſe probabilem.

§. 2. Hanc eorum opinionem affirmatiuam authoritatibus ſanctorũ Patrum, grauiorum, fideliumq; ſcriptorum credunt probari poſſe, quas ipſi adducunt, quemadmodum eſt videre in ſpecie apud Molſeſium, vbi ſuprà conſ. 45. à n. 33. vſq; ad 42. & apud Turrianum in ſuis commentarijs ad 22. Diui Thomę quęſt. 1. art. 10. & apud alios quoſdam moderniores.

Eorum potior ratio, ea eſt, quià appenſio ſupradictorum ad ſepulchra illorum, qui cum opinione Sanctitatis ex hac vita deceſſerunt, reddit facilè negotium Beatificationis, ſiuè Canonizationis eorundem, cumulat quoquè alias rationes, fundatas in cõgruentijs, quæ omnes, vt verum fatear, ſalua ſemper reuerentia Authorum, quos veneror, vna cum alijs Scriptoribus Eccleſiaſticis, in hoc Elucidario, citatis, (quamuis aliquando illorum doctrinam reijciam,) non magni momenti ſunt.

§. 3. Authoritates, namq; ſanctorum, quas adducunt, ſi diligenter, vt decet, examinentur, verè quidem non excludunt debitam, ſiuè neceſſariam facultatem Epiſcoporum, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, ſinè qua nullatenùs licet prædicta exequutioni demandare, ideò libentèr conuenio cum illis, quod ante Canonizationem, vel Beatificationem multorum Sanctorum appenſę fuerint tabellę, & donaria, nèc non accenſi Cerei, & lampades ad illorum ſepulchra, ſed tota difficultas conſiſtit, An hæc fuerint, vèl non fuerint facta, cum, aut ſine licentia Epiſcoporum, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, Primum enim ſatis clarè habetur

in

Digitized by Google

in præcitatis authoritatibus pro opinione affirmatiua relatis. Secundum verò quod hæc facta ſint abſq; facultate; de qua ſupra, nulla prorsùs in eiſdem authoritatibus reperitur mentio. Quare ſecundum regulam communem, ſequendo ſemper piam, atq; tutiorem interpretationem, credendum eſt ſupradicta facta fuiſſe præuia neceſſaria licentia priùs obtenta, aliquandò etiam mediante aliquo Reſcripto ſpeciali, ſiuè viuæ vocis Oraculo, vel alia ſecreta via, quemadmodum de multis compertum eſt eueniſſe, vt ſtatim demonſtrabo.

Punctum Decimumquartum.

De B. Iacobo Salomonio, & alijs.

26 §. 1. DE Beato enim Iacobo Salomonio Ordinis Prædic. de quo Aduerſarij in hoc particulari, mentionem faciunt, cuius corpus honorificè ſeruatur, atq; magna Populorum frequentia, & deuotione multis ab hinc annis colitur in Eccleſia eiuſdem Ordinis Ciuitatis Foroliuien. in honorem cuius erectum eſt ſacellum, atq; Altare, de illoq; celebratur feſtum ſolemne quotannis Dominica infra Octauam Aſcenſionis Domini, cum publica proceſſione, in qua eiuſdem Beati ſacræ reliquiæ decenter ornatæ deferuntur, ad cuius ſepulchrum ſunt appenſæ tabellæ, donaria, & vota, quamuis adhuc non ſit Canonizatus, ſciendum tamèn eſt, quòd hæc facta ſunt non priuata authoritate fratrum Prædicatorum, qui in cunctis obſequentiſſimi fuerunt, ſunt, & erunt ſemper mandatis Apoſtolicis.

Sed virtute viuæ vocis Oraculi Clementis vij, ſuper hoc ſpecialitèr facti Illuſtriſſ. D. Cardin. Numaio Foroliuien. tit. S. Mariæ de Araceli, ſub die 26. Iulij. 1526. De ſumma verò reuerentia, & inexplicabili obedientia fratrum Prædicatorum, circa obſeruantiam Statutorum Apoſtolicorum, de quibus ſuprà in materia cultus, & venerationis famulorum Dei, inter quamplura teſtimonia, illud vnum præ cæteris videtur egregium, quod refertur in Hiſtoria generali eiuſdem Ordinis collecta per Ferdinandum de Caſtillo, ex varijs tamen fidelioribuſq; Scriptoribus Catholicis diuerſorum Statuum, Ordinum, ac Nationum præſertim ex proceſſu Canonizationis S. Patris Dominici, p. 1. lib. 2. cap. 7. vbi narratur qualitèr Fratres dicti Ordinis Prædicatorum Bononiæ, poſt glorioſam mortem S. Dominici commorantes, ad quos filiali gratitudine pertinebat, totis viribus negotium Canonizationis, præclariſſimi, & glorioſiſſimi eorum Patris promouere, nihilominus Nobilibus, totiq; Populo Bononien. deuotionis ardore, erga dictum Sanctum, ac volentibus erigere Cappellam, & Altare in honorem ipſius palàm ſe opponebant, tentantes varijs medijs ſupradictum opus impedire, immò omni eorum poſſibili conatu, etiam poſt 12. annos à fœlici tranſitu ſui Patris, impediebant, nè appenderentur lampades, ſiuè luminaria, vel tabellæ, aut alia votiua dona ad illius ſepulchrum, non obſtante innumerabili multitudine miraculorum, quæ Deus ad interceſſionem tanti Patris quotidiè operabatur, expectantes ſuper his facultatem Apoſtolicam.

§. 2. Prædictam conceſſionem de B. Iacobo confirmauit, ampliauitq; Iulius iij. ad inſtantiam Illuſtriſ. Card. Moroni, tùnc Protectoris prædicti Ord. Prædicatorum die 21. Aprilis 1554. horum originalia conſeruantur adhùc in eodem Conuentu Foroliuien. quemadmodum, & authentica eorumdem, Ro-

mæ in Conuentu Mineruæ in Archiuio Procuratoris dicti Ordinis, inſuper originalia in carta Membrana, fuerunt exhibita, atq; oſtenſa in Vrbe Illuſtriſsimis, DD. Cardinalibus Congregationis ſacrorum Rituum 1617. Quæ ſacra Congregatio accedente beneplacito fel. record. Pauli Papæ V. 23. Octobr. eiuſdem anni 1617. prædictam facultatem anteà reſtrictam ad fratres Ordin. Prædicatorum, & Moniales tantùm commorantes in eadem Ciuitate Foroliuien., extendit ad fratres eiuſdem Ordinis Venetijs etiam degentes, prout latiùs in decreto, ſuper hoc, ab eadē ſacra Congr. ędito die, & anno, vt ſuprà.

§. 4. Eandem quoque facultatem nouiſsimè ampliauit, atq; dilatauit eadem ſacra Congregatio Rituum, de ſcitu, & approbatione Sanctiſsimi, ad totum Ordinem Prædicatorum, vbique terrarum diffuſum, vt patet ex decreto eiuſdem ſacræ Congregationis expedito, die 22. Septemb. 1622. quorum exemplaria referam ad finem illius cap.

Punctum Decimumquintum.

De B. Ambroſio Sanſedonio.

§. 5. DEFENSORES paritèr eiuſdem opinionis affirmatiuè, de quà ſupra, adducunt pro ſua opinione exemplum B. Ambroſij Sanſedonij eiuſdem Ordinis Prædicatorum, de quo, à multis annis celebratur feſtum, & officium recitatur magna pompa, & apparatu Populi Senenſis die Veneris, ante Dominicam in Paſſione, cum non ſit adhùc Canonizatus per Eccleſiam, tacent autem (quia fortè id ignorant cum ſit factum ſpeciale) Eugenij 4. indultũ, ſuper ijs conceſſum anno 1443. virtute cuius ſupradicta fiunt, omittentes, qualiter de mandato Clementis 8. in Martyrologio Romano fuerit appoſita memoria illius Beati, ſub his verbis immediatè ſequentibis, *Senis in Tuſcia Beati Ambroſij Senenſis Ordin. Prædicatorum, Sanctitate, prædicatione, et miraculis clari*; Quemadmodum animaduertit Cardinalis Baronius in ſuis annotationibus ad Martyrologium Romanum ſub die 20. Martij.

§. 6. Quam facultatem opera Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. Card. Burgheſij Protectoris vigilantiſſimi dicti Ord. Prædic. tandem ex indulto ſpeciali ſanctæ Sedis Apoſt. fauore, ac diligentia Dominationis ſuæ ampliſſimæ obtento, die 8. Oct. 1622. Gregor. xv. ad vniuerſum Ordinem Prædicatorum extendit.

§. 7. Ex quibus euidenter colligitur, ſimulq; comprobatur, verum quidem eſſe, quod ſupradicta fiebant ad honorem prædictorum Beatorum, falſum autem eſſe, quod hæc fierent, ſine debita, & neceſſaria facultate Sedis Apoſtolicæ.

§. 8. Idem quoq; proportionaliter affirmandũ eſt in alijs caſibus, à Defenſoribus opinionis affirmatiuè in particulari relatis, cum enim non probent contrarium, ſecuriorem partem amplectendo, recenſita per ipſos, facta eſſe dicimus de licentia Epiſc. vel S. Sedis Ap. quæ licentia debet eſſe non ſolùm tacita, ſed modo expreſſa, quę etiam ſempèr debet præcedere actum, ad quem ordinatur. ita communiter omnes.

27 §. 1. Hinc eſt, quod Molanus die 21. Octobris de Beato Bruno Archiepiſcopo Argentinenſi. *Colitur* (inquit) *in propria Eccleſia, ſed non vt Canonizatus*, & poſt pauca addit, *vnde colligo eundem ab Epiſcopo quopiam, eſſe Sanctis adſcriptum, non autem à Romana Sede*. Et ſub die ſeptima Nouembris: *ipſo die*, ait, *Sancta memoria Eugelberti Archiepiſcopi Coloniæ Agrippinæ*, Deindè animaduertit duo, Primum, quod non ſit Canonizatus, licèt pulſentur Cam-

panæ

panæ in eius honorem. Secundum quod in Gregoriano Martyrologio, *vt Martyr habetur*. idem quo ad ſubſtantiam tradit Vſuardus, cap. 13. de Martyrologio, ac etiam Surius ſecunda Februarij, ac prædictus Molanus, vbi ſupra, & ſæpiùs in indiculo Sanctorum Belgij.

§. 2. Marcus quoq; Vliſſiponenſ. part. 2. hiſt. Minoriticę, lib. 4. narrat, Leonem Papam X. dùm iter ageret, tranſeundo Cortonam viſis, & conſideratis prius diligenter Beatæ Margaritæ Cortonenſ. miraculis, conceſſit, vt de illa fieret feſtum cum officio mulieris continentis.

Punctum Decimumſextum.

De introductione Canonizat. & Beatific. Virorum Dei.

28 §. 1. AD horum exactam intelligẽtiam ponderanda ſunt, quæ tradit Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, præſertim die 2. Aprilis, & Ioannes Molanus de Martyrologijs, quod à principio ſcilicet, naſcentis Eccleſiæ, Canonizatio tàm Vniuerſalis, quàm particularis ſanctorum ètiam Martyrum, ſemper introducta fuit non hominum voluntate, ſed lege, vel Decreto Papæ, aut Conciliorum, vel Epiſcoporum, nec aliter, nec alio modò. huius veritatis teſtimonium in medium adducam, præter Surium, Lipomanum, Petrum de Natalibus, Villegas, & alios quamplures fideliſſimos de Vitis Sanctorum Scriptores, vnum Didacum Iſtellam, qui ex prædictis, ac alijs colligit in ſuis annotationibus circa Sanctos Canonizatos ſupra 338. Sanctorum, atq; Beatorum Canonizationes, & Beatificationes in particulari declarando tempus, locum, & à quo, ſiuè quibus fuerunt celebratæ, oſtendendo inſuper, vbi nùc conſeruentur exemplaria conceſſionis ſingulorum, quibus euidenter confirmatur id, quod vſq; modo ſæpiùs dictum, atq; repetitum eſt in hoc capite, ſcilicet conſuetudinem certam Eccleſiæ ſemper extitiſſe, vt cultus, & Honores Sanctorum, vel Beatorum, non exhiberentur alicui abſq; licentia Sedis Apoſtolicæ, vel eorum, quibus tùc id conceſſum erat, ex indulto eiuſdem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ. Remq; valdè duram, atq; temerariam appellat Hieronymus Roman. Auguſtin. prima part. ſuæ Reipublicæ Chriſtianæ, cap. 3. dicere, aut credere abſq; diligentijs neceſſarijs fuiſſe vnquam Canonizatum aliquem etiam martyrem, Addens, quod antiquitùs per hebdomadam continuã, omnibus iam expletis, atq; examinatis informationibus, in publico Conſiſtorio agebatur oratio publica, in qua recenſebantur merita Canonizandi, & probationes Sãctitatis, ac miraculorum ipſius, & quotidiè poſt orationem, petebatur ipſius Canonizatio. Deindè Papa indicebat ad hoc ieiunia, orationes, & eleemoſyoas.

§. 2. Qua occaſione ad prædictorum maiorem claritatem breuitèr adducam illod ſancti Britij Turonenſis Epiſcopi, ſanctiq; Martini, ſucceſſoris, cui quemadmodùm, & omnibus notiſſima optimè erat ſanctitas eximia eiuſdem ſancti Martini, frequenti patratione miraculorum, etiam poſt mortem à Deo confirmata, mortuorumq; reſuſcitatione illuſtrata, nihilominùs eidem ſancto Martino, non priùs templum erexit, neque illum Canonizauit, antequam Roma ad ſuum Epiſcopatum rediret, volens hoc nobili facto præbere alijs formam, atq; exemplar de non Canonizandis ſanctis, niſi priùs con-

ſulto Romano Pontifice. Ex Gregorio Turonenſe, libro decimo, cap. 31. hiſtor. Gallicanæ; conſimilia exempla inuenies ferè innumera apud citatos Scriptores, præſertim apud Baronium, & Molanum, apud Gonzagam, & Petrum Ridolphum in hiſtor. Minoritica, & apud Roccam in ſecunda editione de Canonizatione ſanctorum ad finem. Quarè contrarij taceant, & obediant mandatis Eccleſiæ.

Punctum Decimumſeptimum.

De obſeruantia ſtatutorum Apoſtolicorum.

29 §. 1. AD rationem verò ab eiſdem adductam circà maiorem facilitatem negotij Beatificationis, vel Canonizationis breuitèr reſpondetur, non eſſe facienda mala, vt veniant bona, ſed in caſu propoſito ab illis agitur contra ſtatuta Apoſtolica, contra diſpoſitionem Concilij Trid. (de quibus inferiùs in hoc capitulo,) & declarationes Sacræ Congregationis Rituum, de quibus ſupra agitur, &c. ſecundo, reſpondetur ad idem, quòd in omni caſu, quo quis verè, ac realiter à Deo recipiat magnum aliquod beneficium, ſiue fiat miraculum à Deo per interceſſionem hominis non Canonizati, (prout latiùs in hoc eodem capite inferiùs dicetur) §. *Quæ omnia firmitatem, &c.* recurrendum eſt ſemper ad Epiſcopum Ciuitatis, cuius eſt probare, & reprobare prædicta re priùs participata cum S. Sede Apoſt. iuxtà diſpoſitionem decreti nouiſſimè emanati à Sacra Congr. Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, inferiùs in hoc eodem capitulo inſerendi, quiq; habet authoritatem neceſſariam à Concilio Tridentino faciendi, quod opus eſt, nè pereat memoria factorum mirabilium, indè enim eſt, quod informationes Epiſcopi ſuper his captę, adiuuant apud Sedem Apoſtolicam negotium Beatificationis, & Canonizationis Sanctorum, vt inferiùs declarabitur in hoc, eodemq; Cap.

§. 2. Ex relatione enim Beatificationis B. Aloyſij Gonzagę, tit. *de fœlici obitu, & de his, quæ poſteà acciderunt*, §. *iacuit (corpus ven. Patris*, aliud colligitur remedium ad idem, & eſt, quòd ſi quæ perſonę ob acceptas veras gratias à Deo per merita alicuius Viri Dei, ſi liberè deferant votiuas tabellas, antequàm de licentia Sedis Apoſtolicę, vel Ordinarij, poſſint aliqua externa ſigna poni ad illorum ſepulchra, vel imagines; illas quidem recipere valeant, non appendendo tamen, ſed eaſdem conſeruando in loco ſecreto, donec Deo volente obtenta fuerit licentia; de qua ſupra. Hoc obſeruarunt PP. Vener. Societatis Ieſu, erga B. Aloyſium Gonzagam, vti colligitur ex verbis eiuſdem relationis deſumptę ex proceſſibus, legitima authoritate compilatis, & ſunt, quæ immediatè ſequuntur.

§. 3. *Patres autem Ieſuitæ nonnullas votiuas tabellas, quas vſquè in id tempus celauerant, publicè viſendas parietibus affixerunt, vti deponunt Teſtes in proceſſu, &c.* immediatè tamen habetur ſuperiùs in eadem relatione, quod Paulus Quintus anno 1605. conceſſerat, vt poſſent fideles, Corpus dicti Beati ſignis externis honorare, &c. ideo huius B. Corpus de licentia eiuſdem Summi Pont. Rom. iàm tranſtulerunt ad locum digniorem in Cappellam (videlicet) ſub inuocatione Beatæ Virginis, ſitam in Eccleſia Sanctiſſimæ Annunciationis Collegij Romani.

Pun-

Punctum Decimumoctauum.

De remedijs ſeruandis circà famulorum Dei cultum.

30 AD hæc igitur remedia confugien-
§. 1. dum eſt, alijs tanquam non lici-
tis omninò prætermiſſis dicente San-
cto Iacobo in ſua Epiſtola capit. quar-
to. *Scienti bonum, & non facienti pec-
catum eſt illi*. Etenim in quàmpluri-
mis relationibus Canonizationis San-
ctorum, præſertim in illa Sancti Caro-
li Borromæi, facta Clementi Octauo,
ab egregijs Patribus Sacræ Rotæ Ro-
manæ Auditoribus Pegna, Mellino,
poſtea Cardinali, & Sanctiſſimi Do-
mini Noſtri Vicario, & Lutia, quibus
per ſpeciale reſcriptum fuerat ab eo-
dem Pontifice commiſſum negotium
Canonizationis eiuſdem Sancti Caroli;
expreſsè habetur; *Actum Canoniza-
tionis pertinere ad ſolum Pontificem Ro-
manum, neq; eſſe propter hoc, interdictos
Epiſcopis alios præcedentes actus ad Ca-
nonizationem, ſiue Beatificationem ante-
cedentes de vita, miraculis, & fama ſer-
§. 2. uorum Dei*. Ità dicitur in concluſione
prima eiuſdem relationis Canonizatio-
nis Sancti Caroli, quam concluſionem
aſſerunt prædicti Auditores Rotæ col-
ligi ex Concilio Tridentino ex capit.
*de reliqu. & veneratione Sanctorum, ex
libro Sacrarum Cæremoniarum Eccleſia-
ſticarum Romanæ Eccleſiæ, ex Hoſtienſi*,
& alijs ibidem in particulari relatis,
& propterea proceſſus formati autho-
ritate ordinaria Epiſcoporum eorum
locorum, In quorum Diœceſibus ſunt
recondita Corpora; ſiue Reliquiæ Ca-
nonizandorum, ſiue fiunt miracula
à Deo ob eorum interceſſionem, &
merita, niſi tolles alibi reperiantur, po-
terunt abſq; dubio deſeruire pro ne-
gotio Canonizationis, non tamen ipſi
ſoli, ſed ſi illis addatur Proceſſus Apo-
ſtolica authoritate fabricatus, quoties
enim proceſſus Ordinarij concors fue-
rit probationibus reſultantibus ex ſe-
cundo proceſſu, tunc ex illo, & iſto
ſimul iunctis poteſt procedi ad Cano-
nizationem; ita docet *Bannes ſecun-
da ſecundæ quæſtione prima, articulo de-
cimo, dubio ſecundo*, quam ſententiam
in effectu ſequuti ſunt pijſſimi Patres
Sacræ Rotæ Auditores, vti eſt vide-
re præſertim in relatione Canonizatio-
nis Sancti Caroli, verſiculo *Quia Me-
diolanen.*

§. 3. Et in relatione ſuper Proceſſu Cano-
nizationis ſancti Raymundi, prima
parte, articulo ſecundo. verſiculo, *quia
ommitto*, & verſ. *ideoque*, & verſ. *quod
decretum*; quodque dictum eſt de pro-
ceſſu coram Ordinario fabricato, pro-
cedit etiam in illo conſtructo coram
Vicario Generali eiuſdem Ordinarij,
vti habetur in relatione Canonizatio-
nis ſancti Didaci, ſancti Raymundi,
& ſancti Franciſci Xauerij, & in ca-
§. 4. piculo *licet*. gloſſa ibidem, & Abbas,
in Capit. *ſi quis*, *&c.* Ideò in rela-
tione Canonizationis Sanctæ Franci-
ſcæ Romanæ articulo ſecundo, §. *Dixi-
mus*, verſiculo *quamobrem* recenſetur
Proceſſus ſtatim quaſi fabricatus poſt
mortem eiuſdem ſanctæ Viduæ ſuper
Vita, & miraculis illius, authoritate
ordinaria à Vicario Sanctiſſimi in Vr-
be, quo etiam vſi ſunt in multis ad ef-
fectum Canonizationis eiuſdem ſan-
ctæ Franciſcæ; Sacræ Rotæ Romanæ
Auditores, & ſacra Congregatio Illu-
ſtriſsimorum, ac Reuerendiſſimorum
Dominorum Cardinal. ſuper Ritus.
§. 5. Idem omninò multis argumentis
ſtabilierunt Iudices Commiſſ. in cau-
ſa Canonizationis B. Andreæ Corſini,
par. 3. relationis facta ſuper hoc, ſanctiſ-

ſimo D. Paulo Papæ V. ad initium, addentes ad maiorem rei claritatem, vbi ſuprà, §. *primo*, *verſ. Nos in hoc articulo, ipſos ſequi opinionem mediam, quam in effectu ſequuti erant eorum maiores in Canonizatione S. Caroli Borromæi, quod ſcilicet probationes facta coram Ordinarijs non reijciantur, neq; cum illis ſolis fiat Canonizatio, ſed addatur proceſſus Apoſtolica auctoritate fabricatus, qui ſi correſpondeat probatis coram Ordinario, ex omnibus ſimul iunctis procedatur ad Canonizationem, idem quoq; tenuerunt maiores eorum in Canonizatione S. Raymundi, par. 1. art. 2. verſ. quia omiſſo. Hæc illi.*

Punctum Decimumnonum.

De neceſſitate probationum ad actum Beatificationis.

31 §. 1. AD argumentum fundatum in exemplo Leonis Papę iij. qui Canonizauit S. Guibertum ex vi libri conſcripti à Marcellino Pręsbytero de illius Vita, quemadmodum teſtatur S. Lugderus. Reſpondetur primò non conſtare, quod non adeſſent aliæ probationes præcedentes (de quibus ſuprà) factæ tempore antecedente. Secundò id fortè factum eſt ſpeciali inſtinctu, ſiuè impulſu Spiritus Sancti, ob egregiam Sanctitatem tanti Viri, ideò nequit trahi in exemplum iuxtà illud Apoſtoli relatum in cap. *duæ ſunt* 19. *qu.* 2. *quæ Spiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege*. Eò magis quià non deſunt Altiſſimo innumera alia media, quibus reddi poteſt negotium Beatificationis, ſiuè Canonizationis magis planum, & facilè, ſi ità iudicauerit expedire ille, qui eſt mirabilis in omnibus, præſertim in Sanctis ſuis.

Punctum Vigeſimum.

De vita B. Ludouici Beltrandi.

§. 2. ADDVNT inſuper teſtimonium, ſiuè teſtimonia Vincentij Iuſtiniani de Antiſtit. in lib. inſcripto (*Vera relatione della Vita, & Morte, del Padre Fra Luigi Beltrando*, ex lingua Hiſpanica, in Italicam traducta impreſſionis Genuæ 1583. *Cap. vltimo*. Vbi enumerat multitudinem virorum, & mulierum, quæ cum opinione Sanctitatis obierunt ad quorum ſepulchra appendebantur tabellæ, & accendebantur luminaria antè eorum Canonizationem, vel Beatificationem, quæ certè nihil in rei veritate concludunt pro illorum opinione, ſed veriùs eandem contrariorum opinionem funditus euertunt; exiſtimo, enim illos non legiſſe, ea, quę ibidem recenſentur à præfato Auctore, vel ſi viderint, id curſim, & ſine attentione factum eſt; cùm ibi Auctor ab illis citatus expreſſis verbis, dicat, *prædicta facta fuiſſe, ac fieri debere ad minùs de licentia Epiſcopi*; & vt magis hæc veritas clareſcat, eadem omninò verba Auctoris hic fideliter referam, quę ſunt; *Purche tutto queſto ſi faccia di volontà e con la beneditione de Veſcoui, che ſono ſucceſſori delli Apoſtoli, & Coadiutori del Papa, & che per queſto non li tengano per Canonizati ſin tanto, che il Papa à chi tocca li Canonizzi*.

§. 3. Quibus etiam cautelis exponenda veniunt, quę in hac materia referuntur, à Surio, Aloyſio Lipomano, Villegas, & alijs, in Vitis Sanctorum, quas ipſi conſcripſerunt, aliàs vltrà innumera incommoda hoc vnum, vel alterum ſequeretur, vt non Canonizati fierent æquales Canonizatis, ſaltem, quò ad ſimplices, & daretur occaſio Populis æqualiter

Digitized by Google

ter colendi hos, & illos, quæ abſq; duabſurda ſunt. Ommitto alia fortè maiora, quæ ſunt, nàm primò creſceret, quaſi in immenſum Cathalogus Sanctorum, Secundo, refrigeſceret ex hac nimia libertate, atq; facilitate Populorum deuotio. Tertiò, imminueretur Sacer cultus, vltrà alia innumera pericula errandi, prout aliàs factum eſt, inſupèr daretur occaſio indubitatos Sanctos, & Martyres in dubium reuocandi, non ſine euidenti periculo deriſionis authoritatis Pontificiæ, & prꝫiudicio deformationis Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, cùm agatur de cauſa Pietatis, Religionis, & Fidei, modo inferiùs explicando, *cap.* 3.4. 6. *&* 7.

§. 4. Adducunt etiam contrarij authoritatem Seraphini Razij, idem contendentis fieri poſſe, quod ipſimet deſiderant, vti eſt videre, inquiunt ipſi in Vita Ven. Sororis Catharinæ de Riccijs, quæ vixit, & mortua eſt, cum magna opinione ſanctitatis, de cuius vita, & Miraculis nunc compilatur Proceſſus authoritate Apoſtolica, quæ authoritas Razij nullum argumentum facit contra noſtram ſententiam, cum veniat, & ipſa intelligenda modo dicto, Cui addi-
§. 5. tur ſecunda reſponſio (Dato, ſed non conceſſo,) quod illa facta fuiſſent abſq; licentia Epiſcoporum, vel Sedis Apoſtoſtolicæ, contràq; præſcriptum Concilij Tridentini, & aliorum Decretorum Apoſtolicorum, non licèt argumentari ab illis iàm expletis de facto, ad illa, quæ de iure debent, vel non debent fieri: quanta enim in dies fiunt contrà Iuris ordinem, & diſpoſitionem etiam contra mandata Dei, non licet tamen ex his argumentum deſumere, (etſi fiat, illatio omnis erit falſa, nulla, & irrita,) cum potiùs ex his inferendum ſit ad euitanda mala culpæ, & pœnæ, necnon & ſcandala : non eſſe reiteranda, quæ aliàs facta ſunt præter, ſiue contra juris ordinem, qua propter S. Vincentius Ferrerius Ordin. Prædicatorum in Epiſtola, quam ſcribit ad Ordinis ſui Generalem, ſe vehementer extollit contra quamdam conſuetudinem, abſq; ratione obortam celebrandi in quadam valle poſt feſtum corporis Chriſti, feſtum in honorem ſancti Orientis, de quo nihil probatum extabat per Sanctam Sedem, vel Epiſcopum.

Punctum Vigeſimumprimum.

De Reprahenſione Optati Mileuitani contra Lucillam Donatiſtam.

32 ET Optatus Mileuitanus lib. primo
§. 1. aduerſus Parmenianum, repræhendit acriter Lucillam Donatiſtarum Patronam, quod ante communionem libaret os cuiuſdam hominis mortui, & ſi Martyris, aſſignatq; pro ratione, quia nondùm erat vindicatus, hoc eſt tanquàm martyr approbatus ab Eccleſia, vt inſinuat etiam Baronius in notis ad Martyrol. Rom. die 11. Febr. §. *Saturnini,* &c. Illo igitur tẽpore non licebat, etiam ſanctos Martyres venerari publicè, quouſq; examinarentur eorum paſſiones, quod manifeſtius tradit Balduinus in ſcholijs ad Optatum, vbi ſupra; quo igitur modò id paſſim licebit de Confeſſoribus antè Iudicium Eccleſiæ, cum iàm inciderimus in tempora mala propter hominum malitiam?

§. 2. Qua propter nonnulli Authores antiqui, & moderni exiſtimant partem negatiuam veram, & certam, zelo Dei, & veritatis Catholicæ accenſi, & vt omnis de medio tollatur occaſio hæreticis, & inimicis Crucis Chriſti detrahendi veritati Religionis Catholicæ ex nimia frequentia, & facilitate, quam intuentur circà appenſionem tabellarum, & voto-

rum

rum ad ſepulchra illorum,qui nondùm ſunt Beatificati per Eccleſiam, circà quod de facili accidere poteſt error,cum ſimplicium deceptione, qui videntes Donarijs,votis, & alijs,ornata ſepulchra prædictorum nondùm Beatificatorum, facillimè ex his inducuntur, vt pro ſancto venerentur eum, qui in rei veritate aliquando ſanctus non eſt,quemadmodùm teſtatur Innocentius III. in Cap. *cũ ex eo,de reliquijs, & veneratione ſanctorum*, idem quoq; noſtris temporibus eueniſſe ſemel, atque iterùm ſatis compertum eſt(proh Dolor;)Cuſtodes enim Eccleſiarum aliquandò nimia ſimplicitate decepti., aliquandò affectata quadam humana diligentia excitati,vt procurent honorem, faſtum, & gloriam circà hunc, vel illum, non ſine magno periculo,& præiudicio euidenti Catholicæ veritatis, credunt omni ſpiritui, (& quod lachrymabilius eſt.) aliquandò etiam mali homines extiterunt,qui turpis lucri gratia cõfinxerunt ea, quæ non ſunt,vt Populos magis magiſq; diſponerent ad deuotionem, & frequẽtiam ſuarum Eccleſiarum,ideò Hoſtienſ.in ſumma lib. 3.tit. *de Reliquijs,& veneratione Sanctorum*,num. 4. ad finem,inquit,*hi, qui cauſa deuotionis accedunt ad aliquam Eccleſiam propter miracula, quæ ibi fiunt, non ſunt falſis, vel fictis documentis decipiendi,ſicut occaſione quæſtus fieri cõſueuit.* & Innocentius III. Cap. *cum ex eo* extra de Reliquijs,& veneratione ſanctorum, in quo Cap. cõtinetur conſtitutio Concilij generalis,inquit, *Prælati vero non permittant eos,qui ad eorum eccleſias cauſa venerationis accedunt,figmentis,aut falſis documentis decipi,ſicut in pleriſq; locis occaſione quæſtus fieri conſueuit.*

Punctum Vigeſimumſecundum.

De Vigilantia Prælatorum.

33 §. 1. VIGILANTIA igitur Prælatorum eò potiſſimè dirigi debet, nè prędicta fiant,niſi cauſa prius cognita,& ſeruatis ſeruandis,iuxtà diſpoſitionem Decretorum Apoſtolicorum, & Statutorum Concilij Tridentini.

§. 2. Quapropter in Concil. Senonen. celebrato 1528. inter Decreta morum, cap. 40. magno verborum apparatu expreſsè habetur. *Fida relatione didicimus, ſimplicem Populum aliquandò leui miraculorum aſſertione ad vnum,& alterum locum populariter cucurriſſe, candelas,& alia vota obtuliſſe, ideò,vt credulæ ſimplicitati Plebis conſuleremus, noxiſq; impudentibus hominũ mente corruptorum ad quæſtum occaſionibus obuiaremus, ſtatuimus nè de cæterò abſq;licentia ad minùs Epiſcopi,cauſa priùs cognita per ipſum circà prædicta nulla fiant innouationes &c.* modo id fieri nequit, niſi ad præſcriptum decreti ſanctæ Inquiſit. de quo paulò inferius,num. 58.

§. 3. Petrusquoq; Galeſinus de canonizatione S. Didaci,num. 6. §. *quæ res*,apertis verbis inquit, *eſſe maximum inconueniens prædicta facere, ſiue tolerare,cum ambiguitatem,confuſionem, atq; perturbationem ſæpiùs pariant, & aliquando item à quibusdam, vti ſanctus colatur,dùm ab alijs irridetur.* Quapropter illam meritò vocat priuatam, & ambitioſam licentiam,quam ſibi homines arrogant, quæ meritò coerceri debuit, ac debet in dies per Eccleſiam, ibi enim loquitur de illa priuata, hominum licentia, qua ſinè facultate ſanctæ Sedis, vel ad minùs Epiſcoporum modo explicato hæc palàm fiunt,cuncta tamen ad præſcriptum decreti S. Rom. & vniuerſ. Inquiſit. de quo inferiùs.

Bapti-

§. 4. Baptiſta quoque Epiſcopus Vintimilienſ. in tractatu ab illo edito de *Canonizatione S. Bonauenturæ* ad Sixtum IIII. *circa primum principale, in reſponſione ad ſecundum argumentum*, de prædictis diſſerens, ait, *periculoſum eſt in huiuſmodi factis, Sedis Apoſtolicæ præuenire iudicium*.

§. 5. Qua occaſione referam fideliter, quòd alijs, & mihi etiam ſępè relatum fuit à Ven. Sacerdotibus optimæ famæ laudabilis Congregationis Oratorij de Vrbe adhùc viuentibus, quòd ſcilicet mirantibus, & quaſi conquerentibus Patribus illis pijſſimis Auditoribus S.R. Romanæ, quibus ex reſcripto Apoſtolico fuerat commiſſa cauſa Beatificationis S. Philippi Neri, magnis donis, ſplendidiſſimiſque ſanctitatis ornamentis à Deo illuſtrati, (eò, quòd anteà iam à multis annis imprimebant imaginem dicti Beati Viri cum radijs ad caput, more Beatorum) eiſdem DD. Auditoribus exhibuerunt licentias in ſcriptis, ſuper hoc illis ritè conceſſas à Domino Viceſgerente Vrbis, & à Magiſtro Sacri Palatij, ex quo facto euidentèr apparet, ità quoque nobiſcum ſentire omnes viros ſapientes, vt prædicta non poſſint, neq; debeant fieri, abſq; licentia ad minùs Epiſcoporum modo inferiùs magis declarando, quas licentias adhuc conſeruatas apud prædictos Patres, Egomet vidi, ac legi ſemel, atq; iterum.

Punctum Vigeſimumtertium.

De cultu publico, ſiue publicè exhibendo.

34 §. 1. NEQVE recurrendum eſt ad principium illud commune, à contrarijs, eorum Achille appellatum, quòd videlicet appēſio ſupradictorum, non inferat neceſſariò publicum cultum, ſed priuatum tantùm, ideò eſſe licitum, eò quia Populus ſimplex, & indoctus, neſciens inter hos cultus ſubtilitèr diſcernere, dum intuetur ſupradicta fieri publicè in Eccleſia per miniſtros eccleſiæ, aliquando etiàm, ſuperpelliceo, ſiuè ſtola indutos, tempore concurſus venientium ad Eccleſiam, ignorántes quo animo, qua vè poteſtate fiant abſq; dubio credit iſta fieri in perſona Eccleſię, & tanquàm approbata per Eccleſiam, quod eſt idem dicere. Vt fiant publico ritu, Cum publicus Ritus in rigore ille dicatur, *qui eſt per Eccleſiam approbatus, quiq; per Miniſtros Eccleſiæ exercetur, in perſona ipſiuſmet Eccleſiæ*, quo caſu nè dùm tollitur, ſed potius fouetur fallacia ſimplicium.

§. 2. Non deſunt pariter Authores magni nominis, & doctrinę, nè dicam ferè omnes, aſſerentes huiuſmodi appenſionem tabellarum, & votorum, de quibus ſuprà, factam per miniſtros Eccleſiæ, in oculis omnium pertinere ad cultum publicum, & ex his inferri, quaſi regularitèr, quod verè ſancti, & Beati ſint illi homines, ad quorum ſepulchra hæc permittuntur fieri, ideò in vita S. Caroli Borromęi legitur, quod antè illius Canonizationem ad ſupradicta reſpiciens Illuſtriſſimus D. Cardinalis Federicus Borromęus, prædicti S. Nepos, & Archiepiſcopus Mediolanenſis, pro ſuo poſſe repetitis vicibus prohibuit, nè talia fierent circà eiuſdem ſancti ſepulchrum, donec aliter eſſet ordinatum per ſanctam Sedem, iàm ſuper his conſultam.

Punctum Vigeſimumquartum.

De cultu priuato exhibendo non Beatificatis.

§. 3. ET Cardinalis Tuſcus tom. 2. part. concluſ. Iuris, tit. de *Canonizatione Sanctorum*, concluſ. 41. num. 8. vſq; ad

Digitized by Google

ad 10. cumulatis authoritatibus Innocen. Hoſtien. Ioann. Andreæ, & aliorum præcipuè Abbatis, infert. *quod non Canonizatis, de quibus ſuprà, priuatim, ac in ſecretò poſſunt emitti praces*. nota illa verba, *in ſecreto*, cùm certũ ſit ſecretum opponi publico, & publicè facto; quarè, per illa verba excluditur vtrumq; ideò ſtatim ſubdit idem Cardinalis Tuſcus, *cultus verò, & veneratio illis publicè, nequaquàm* ideſt palam. nota quòd vtitur termino *publicè*, non autẽ publicum, ſiue publica, vt oſtendat, in hoc æqualitatem, ſiuè identitatem, quo ad ſignificationem; ità omnes præcipuè Canoniſtæ exponunt, fundati in Clementina vnica *de Iudæis, & Saracenis*. Vbi ſemel, atque iterùm preſertim §. *Saracenorum*. explicatur ille terminus ſiue nomen *publicè*, pro eo, quod fit in loco publico, ſiue palàm, tempore quo ad loca publica confluit hominum multitudo.

§. 4. Hanc quoq; interpretationem colligo ex triplici loco ſacræ Scripturæ, quorum Primus eſt, ſecundo Machabæorum cap. 3. vbi dicitur, *alij congregatim de omnibus confluebant, publica ſupplicatione obſecrantes pro eo*. 2. eſt actorum 16. vbi dicitur. *Cæſos nos publicè*, Paulus enim cæſionem factam palàm, hoc eſt corã multis in loco publico aſſerit fuiſſe publicè, tertius locus eſt actorum 20. *vos ſcitis, & quomodo nihil ſubtraxerim vobis, vt docerem vos publicè, & per domos teſtificans*. Vbi idem Paulus appellat actionem publicè factam, quæ fit in loco publico, concurrente multitudine hominum idem habetur in gloſſa in cap. vnico *de reliq. & veneratione ſanctorum* in 6. §. *Sedis Apoſtolicæ*. verſ. *dicimus*. vbi paritèr habetur, *nequeunt homines praces publicè emittere defuncto non Canonizato, quem ſanctum credunt*: intelligendo ſemper per Canonizationem tàm illam, quam appellamus ſolemnem, quàm illam quam appellant priuatam, ſiuè Beatificationem. DD. quoq; Auditores Rotæ, Iudices, Commiſſarij in cauſa canonizationis S. Raymundi, in relatione per ipſos facta Clemẽti viij. art. 9. §. *& quamuis*. docent *non licere propria authoritate, aliquem nondùm Canonizatum publicè tanquam ſanctum, cultu peculiari venerari*. Vbi notandum eſt quòd excludunt, nedùm cultum publicum, ſed omnem cultum, etiam particularem, publicè factum. Quam ſententiam dicunt eſſe communem Canoniſtarum in cap. 1. *de Reliq. & veneratione Sanctorum*, addentes, *licet tamen praces ad eum porrigere, & aliqua exteriori ſignificatione venerari, quem ex pijs antè actæ vitæ actionibus, quis credit fuiſſe uirum ſanctum*. Prò qua ſententia citant Innocent. in eodem cap. 1. *de Reliquijs, & veneratione ſanctorum* verſ. *item non negamus*, Hoſtienſem ibidem num 11. verſ. *illud etiam non negamus*. Abbatem n. 3. notabili 2. & Ioannem Andream in c. 2. *de reliq. et veneratione ſanctorum* n. 3. Per ſignificationem, exteriorem intelligentes orationes, & cultus priuatos ratione loci, ſeu temporis.

§. 5. Idem colligitur ex verbis Clem. §. *ſi vero*. de foro competenti, & cap. *final. de dol. & contum*. cap. *quoniam de filijs praesbit*. quibus locis id fieri dicitur publicè, quod in loco publico, vel palàm coram multis agitur, ità, vt factum publicum reſpiciat non ſolemnitatem Eccleſiæ tantum, ſed publicitatem loci, temporis, ac perſonarum, coram quibus agitur, qua de re, nouas interpretationes vnius, vel alterius Doctoris repellentes, ſenſum communiorem, atq; tutiorem amplectamur, pręſertim in re tàm graui, ommittentes probabilitates, ſi quæ ſunt, cũ illæ de ſui natura, vt plurimùm ſecum ferant non modica pericula, animas fidelium illaqueantia ſub præ-

Digitized by Google

textu Deuotionis, & pietatis ambulemus, & nos, non per viam latam, quæ ducit ad perditionem, ſed per arctam ducentem ambulantes per illam, ad gloriam ſempiternam, nec in ſiniſtram, neq; in dexteram declinemus, ne exemplo noſtro ſimpliciores in ruinam peruoluantur. Meritò itaq; fieri hæc nequeunt cócludit Cardin. Tuſcus, vbi ſupra priuata authoritate, & n. 13. & 14. adiunctis alijs authoritatibus præſertim èx *cap. de Reliq. & Veneratione Sanctorum*, colligit duas regulas negatiuas circa cultum, & Venerationem non præſtandam publicè non Canonizatis, vel adhùc non Beatificatis per Eccleſiam, addens, quòd in prędictis agitur de actu obediendi Papæ, Chriſti Vicario, de materia peccati, quę etiàm poteſt in Eccleſia Dei inducere ſcandalum. In conſimilibus itaq; ſtrictiſſimè, & cum omni Reuerentia relictis probabilitatibus ac Metaphiſicis ſubtilitatibus procedendum eſt. Subdit deniq; Card. Tuſcus, *in dubijs quoquè authoritas. Papa interuenire debet, propter illam regulã generalem, quod etiam in benefactis ſinè obedientia datur reuocatio benefacti, quantò magis in malefactis*.

Punctum Vigeſimumquintum.

De cultu publico non exhibendò Iuſtis ante Beatificationem.

EANDEM ſententiam, quod non poſſint publicè exhiberi cultus nondùm Beatificatis, neq; Canonizatis, magna emphaſi, & rigore verborum docet, ac mordicùs defenſat Franciſcus Pegna Sacrę Rotę Romanę Decanus in quodam ſuo Tractatu in hac materia ſpeciali ædito, quem citat inter alios Franciſcus de Soſa Epiſcopus Canarienſis in ſua approbatione ad vitam Venerabilis Sororis Ioannę de la Cruz §. *Cerca d'eſta manera.* Verſ. *El otro eſtremo es.* Quæ ſententia colligitur, teſtante eodem Pegna, ex cap. *Si quis hominem* 11. quæſt. 3. & ex cap. 1. & 2. *de reliq. & Ven. SS.* Addens hanc ſententiam eſſe communiter approbatam à Canoniſtis, quam etiam ſequuntur in proprijs terminis, Zanchinus *de Hæretic.* c. 12. n. 8. & Author Repertorij Inquiſit. verbo *Canonizatus* §. *&* ſi *tales*.

§. 6. *Verſamur enim*, inquit, Iacobus Graphius lib. 5. conſ. 17. nu. 29. *in arduis negotijs, in quibus aliquãdo contingit Populum decipi*, & conſ. 17. num. 19. de prædictis verba faciens, loquenſq; ſecundum ſententiá Innoc. Hoſt. Zabare. Antonij de Butrio, & Panormitani expreſsè, inquit, *licet mihi priuatim multa facere, quæ non publicè*, Ecce ergo quomodò ſupradicta nequeunt fieri, nequè cultu publico, neq; publicè, & Thomas Sanchez in ſua ſumma lib. 2. cap. 42. n. 8. expreſsè dicit, *non poteſt non Canizatis offerri Votum publicum, quale eſſet, quod totus Populus ei offerre vellet*; ſubdens, *& ratio horum ea eſt, quia prædicta pertinent ad cultum publicum*;

§. 7. Baptiſta Trouamala Author ſummæ Roſellæ caſuum Conſcientiæ in eadem ſumma, verbo reliquię num. 1. idem affirmat dicens, *non licet aliquem venerari prò ſancto, & ſi in vita miracula fecerit abſq; authoritate Romani Pontificis*; ſubdens immediatè, *intellige, hoc quando quis vult publicè aliquem venerari pro Sancto, ſecus autem, ſi in occulto quis emittit praces apud eum, quem fore credit ſanctum*, conſidera, quod Authores prędicti indifferentèr loquntur de cultu publico, & publicè exhibito, inſinuantes eadem ratione prohiberi vnum, ac alterum, ideòq; vtuntur non aduerbio occultè ſimpliciter, ſed nomine, ſiuè voce, occulto, quæ ſignificat locum priuatum,

atq;

Digitized by Google

atq; occultum. Contradiſtinctum publico.

§. 8. Ex quibus etiam colligitur prò eodem Reputari debere modo immediatè explicato; vt fiat adoratio non canonizatorum publico Ritu, ſiuè publicè. Ità quoq; docent, Innocentius iiij. Hoſtienſis, Ioannes Andreas, Abbas Ioannes Calderinus Syluester verbo Reliquiæ quæſt. prima, dùm omnes affirmant non licere ſinè Romani Pontificis authoritate, aliquem tanquàm ſanctum venerari publicè, palàm, ac patenter, niſi tantùm in occulto, quæ ſententia valdè conformis inuenitur Decretis Summorum Pontificum, *de reliq. & Veneratione Sáctorum*, quorum finis eſt, vt tollatur omnis occaſio deceptionis, & fallaciæ, præſertim in ordine ad ſimplices, quæ non auferentur, niſi eſſet prohibitus omnis cultus publicus, & plublicè exhibitus, non approbatus per Eccleſiam, mòdò ſuperius declarato.

Punctum Vigeſimumſextum.

Quorum miracula prædicari poſſint.

33 §. 1. CAIETANVS 2.2 quæſt. 93. art. 3. declarans, quænam cenſeantur fieri, nomine Eccleſiæ, inquit, *quæ fiunt per miniſtros Eccleſiæ, vt ſi quis Concionator publicè falſa miracula prædicet, talis cenſetur hoc facere nomine Eccleſiæ,* quamuis à parte rei hoc nequeat fieri nomine Eccleſiæ, cùm ſit ipſa Magiſtra, & columna veritatis, ſed quia hoc tenent, atq; credunt homines fieri nomine Eccleſiæ, cum Prædicator veritatis ſit miniſter Eccleſiæ, & in loco publico conciones habeat.

§. 2. Ex doctrina, itaq; Caietani infertur, quòd cultus dicitur etiàm publicus, vel à Miniſtro publico, cuius opera exercetur, vel ratione publicitatis loci, in quo exhibetur, ſi ſit locus publicus. Hinc eſt quod non ſine magno rationis fundamento, nõnulli colligunt aliud per modum illationis, & eſt, quod paſſim non expediat in publicis Concionibus extollere præſertim ex profeſſo aliquem, vt ſanctum, & Beatum, vel illius miracula publicè tanquàm vera, & omnino certa ante illorum approbationem, ſiue præter formam, de qua fuſiùs dictum eſt ſuprà in hoc codē cap. Ex his enim veriſimilitèr poteſt oriri occaſio falſitatis, ac deceptionis; fideles namq; ex tali aſſertiua narratione ſanctitatis, & miraculorum in actu publico concionis facillimè inducuntur, vt firmitèr tanquàm indubitatum credant prædicta ità eſſe, quæ tractu temporis non probantur, immò tanquàm non vera aliquando manifeſtantur, prout narrantur à Prędicatore, qui eſt miniſter Eccleſię, & veritatis, qui ex munere ſui officij tenetur vera tantũ proponere Populo, & Auditoribus; doctrina namq; communis omnium Theologorum, & Summiſtarum illa eſt; quod ſit peccatum mortale grauiſſimum, doceri, ſiuè perſuaderi à miniſtris eccleſiæ, quòd non eſt verum, ſiuè incertum pro certo, quià vt inquit, Caietanus in ſua ſummula, verbo *Prædicatorum peccata, n. 4. ſi dubium prædicatur vt certum, (hoc eſt aſſertiuè) peccatum mortale eſt: eadem ratione qua mendacium*. ſed non cenſetur ſanctitas alicuius certa, quemadmodum nec vera miracula, niſi fuerint per Eccleſiam Romanam anteà approbata, igitur ante iudicium Eccleſiæ extollens ſanctitatem, ac miracula nõdùm Beatorum, Concionator ad minùs ſe exponit periculo mentiendi vno, vel altero modo iam explicato. Summiſtæ omnes eodem verbo. *Prædicatorum peccata*; ideò grauiſſimi Doctores tradunt etiam

aliud

aliud dignum ponderatione, & eſt, quod non liceat pingere cum radijs, ſiuè circulo ad Caput imagines nondum Beatificatorum, nec illas ponere in loco publico, quemadmodùm nec eleuare ſepulturam ipſorum, vel appendere tabellas, accendere luminaria, aut pulſare campanas, in die eorum obitus, & concionem habere de illorum ſanctitate, ac miraculorum patratione, cum iſta coniunctim, atq; ſeparatim alliciant homines, præſertim ſimplices ad deuotionem, & adorationem illorum, in honorem, quorum hæc fiunt; ideò ab his, & ſimilibus abſtinendum eſt, donèc ſeruata fuerit forma, de qua ſuprà, vbi ſemper fit ſermo de Cultu externo, non autem interno.

Punctum Vigeſimumſeptimum.

De duplici cultu interno, & externo.

36 §. 1. CVM enim Cultus diuidatur à S. Thoma 2. 2. q. 84. artic. 1. & 2. vt dicit actum Religionis, & quatenus eſt ſpecialis virtus, in internum, ac externum, deindè ſubdiuidatur externus in occultum, & publicum, & tandem publicus in ſolemnem, & non ſolemnem, quem aliqui priuatum appellant; intèr quos cultus, ſolum illum occultum eſſe licitum priuata auctoritate, ex ſupra relatis, ita eſſe, rationinibus, ac auctoritatibus validiſſimis expreſſerunt, verbis clariſſimis in eorum votis, ſiuè Iudicijs ſcripto præſtitis de mandato Clementis viij. *circà prædicta* Hieronymus Xauiere, tunc Generalis Ordinis Prædicatorum, poſteà Cardinalis, Ioannes de Rada Procurator Generalis minorum de Obſeruantia, Baſilius Anguſſola Procurator Generalis Carmelitarum, Antonius Viola Procurator Generalis Seruorum, Hieronymus Pallenterius à Caſtro Bonon. in doctrina, & moribus valdè inſignis, inter quos numerari poteſt Ioannes Baptiſta Plumbinus, Procurator Generalis Heremitarum S. Auguſtini. Horum vota in ſcriptis redacta fuerunt, ac oblata Clement. viij. & Sacræ Congregationi ſuper his ſpecialitèr erectæ, in qua aderant prænominati Patres vltrà Cardinales prò munere Conſultoris.

37 §. 1. Cuncta hæc firmitatem, & certitudinem maiorem recipiunt ex traditis in Concilio Tridentino, ſeſſ. 25. cap. *de inuocat. & venerat. Sanctorum, & ſacrarum imaginum*, §. *poſtremò tanta*. verſ. *hæc vt fideliùs, &c.* Vbi ſtatuit Concilium nemini licere vllo in loco, vel Eccleſia, etiam quomodolibet exempta, vllam inſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, niſi antea ab Epiſcopo approbata fuerit, quæ approbatio ex diſpoſitione eiuſdem Concilij, debet fieri per ſententiam, ſiue Decretum, præmiſſa, tamen priùs, nedum Iuridica facti informatione, verum etiam conſultatione, ſuper prædictis Theologorum, aliorumque Piorum Virorum.

Punctum Vigeſimumoctauum.

De explicatione quarundam dictionum.

§. 2. NOTISSIMVMQVE eſt illam dictionem, *nemini*, ſiue *nemo*, negare abſolutè potentiam omnibus alijs, quemadmodùm intèr alios animaduertit Cardinalis Tuſcus, vbi ſuprà, n. 13. fultus authoritate Abbatis, & aliorum, quos ibidem in ſpecie citat, quemadmodum illa dictio *inſolitam*, vel *inſolitum* ſignificat, quòd fieri non conſueuit, vel quod inſuetum eſt, nec veriſimile eſt, quod etiam aliquandò habet ima-

Digitized by Google

ginem falſitatis. Baldus leg. 1. C. *de furtis*, Scardus in Lexicon Iuris, verbo *inſolita*. Iacobus Graffius, in ſuis conſil. lib. 5. conſil. 15. num. 26. per inſolitum exponit omninò nouum, nam numer. 10. & 11. eiuſdem conſilij per nouum exponit illud, quod nunquàm fuit, ſiuè cuius facies immutatur, & paritèr, quòd anteà fuit, ſed modò eſt de nouo inuentum 7. quæſt. 1. *cap. non autem*, & 18. quæſt. 2. *cap. de Monachis*.

§. 3. Cum igitur prædicta locum habeāt abſq; dubio circà imagines etiàm Sanctorum iàm ritè Canonizatorũ, & circà miracula facta per ipſos, nam ſubdit Concilium, vbi ſuprà, nulla admittenda eſſe noua miracula, neq; nouas reliquias recipiendas, niſi eodem Epiſcopo recognoſcente, & approbante, tabellæ enim, quæ appenduntur modo iàm dicto, vt plurimùm ſolent eſſe ſigna, & teſtimonia miraculorum, quæ aſſerunt fideles operata fuiſſe à Deo, per interceſſionem illius, ſiuè illorum, ad quorum ſepulchra appenduntur.

Quàm ſententiam inſinuarunt Iudices Commiſſarij in proceſſu, & relatione Canonizationis Sanctorum Hyacinthi, & Raymundi, docentes intèr cætera impoſſibile eſſe, quòd in maxima quantitate tabellarum, & donariorum non adſint miracula, etiam vera, vti eſt videre in relatione Sancti Hyacinthi, fol. 24. verſ. *& quamuis*, & fol. 51. verſ. *Poſtremò*. idem etiam habetur in relatione Canonizationis Sancti Raymundi parte 2. art. 2. verſ. *quod continuata*, à fortiori igitur ſtrictiùs obſeruanda erunt ſupradicta circà imagines, & miracula attributa interceſſioni hominũ, qui nondùm ſunt Beatificati, nec Canonizati, quorum Sanctitas in diſcrimine adhùc inuenitur, &c.

Punctum Vigeſimumnonum.

De Decretis editis, circa cultus famulorum Dei.

§. 4. IN confirmationem ſupradictorum omnium à ſacra quoq; Congregatione Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium, Prælatorum, ac Theologorum ſuper prædictis à Clemente viij. ſpecialiter inſtituta 1602. & à Paulo Quinto reaſſumpta anno 1607. præuio voto in ſcriptis celeberrimorum Theologorũ, de quibus ſuprà, num. 11. & ab eiſdem proprio nomine ſubſcripto, quæ vota, vidi, legi pluriès, ac diligentèr conſideraui, ideò prædictorum Theologorum authoritate, (aliquandò vſus ſum) fuerunt condita nonnulla Decreta prohibentia antedicta fieri ad ſepulchra, ſiuè ad imagines illorum, qui adhuc non ſunt per Eccleſiam Beatificati, iniungendo Epiſcopis. Vt quatenus opus eſſet ſupradicta prohiberent, etiam ædicto publico, vt latiùs in actis eiuſdem Congregationis habetur, Sanctiſſimo Domino Papa, ſingula approbante, atq; præcipiente illorum Decretorum obſeruantiam, exemplaria fidelia ſunt, quæ ego legi, ac relegi, modo reſeruantur apud Viros graues, & Religioſos, quamplures hic in Vrbe.

38 §. 1. Miror, quod aliqui Scriptores moderni voluntariè quidem adducant doctrinam Sancti Antonini, tertia parte hiſtoriali, titul. vigeſimotertio, capit. decimoquarto, ad initium, vt probent viris non adhuc Canonizatis, neque Beatificatis exhiberi poſſe cultus, de quibus ſupra, etiam priuata authoritate, cum in rei veritate nihil talè ibidem dicat Sanctus Antoninus; in illo etenim cap. deſcribit ſanctitatem verè mi-

Digitized by Google

rè mirabilem S. Catherinæ Senenſis, illiuſq; ingentia miracula, nàm exorditur per ſequentia verba; *Scriptum eſt, quia ſpirituum ponderator eſt Dominus, cui ſoli ſicut cognitus eſt numerus electorum in ſuperna fælicitate locandus, ità, & ei ſoli innoteſcunt gradus meritorum, & præmiorum, omnium Sanctorum, & quibus voluerit reuelare. Quantum autem nobis, qui in tenebris inuoluimur permittitur iudicare de Sanctis per coniecturas, & præſumptiones, ex geſtis eorum; arbitror ambigere neminem plurimos Beatos vtriuſq; ſexus, non Canonizatos ab Eccleſia, imò, nec nominatos, non fuiſſe minoris meriti, & inferioris gloriæ, multis Sanctorum Cathalogo adſcriptis; non enim Canonizatio adijcit ad meritum, vel ad præmium eſſentiale Beatorum, nec decernit Sanctitatis gradum, ſed venerationem temporalem, & gloriam, vt per ipſam poſſit officium celebrari, & feſtiuari, quòd alijs fieri non debet, ſed intèr hos exiſtimo Beatam Catherinam de Senis, &c.* Hęc ille.

§. 2. Quibus verbis apertè colligitur, contrarium, nàm ibi expreſsè loquitur de Beatis, ideò dicit *Beatos vtriuſq; ſexus, &c.* pariter Beatam appellat Sanctam Catherinam, nondùm quidem tunc Canonizatam, nos verò loquimur de illis nondùm Beatificatis, ſecundo nunquàm excludit D. Antoninus facultatem neceſſariam, etiàm circa honores aliquos exhibendos, nondùm Beatis, immò illam præſupponit, prout de Iure præſupponi debet, proptèr ſuperiùs adducta, & hic inferiùs adducenda, quod euidentiùs demonſtratur eiſdem verbis Sancti Antonini expreſsè docentis, Canonizationem decernere venerationem temporalem, addens Canonizationem inducere, feſtiuare de aliquo, & celebrare, concludens, quod alijs fieri non debet, igitur, &c. intellige abſq; licentia, vbi palàm negat cultus, celebrationem, & feſtiuitatem alijs, ideſt non Canonizatis, vel ad minùs Beatificatis, dum inquit, ſupradicta induci per Canonizatiouem, tanquàm effectus conſequentes ad ipſam Canonizationem, virtualiter ſaltem docendo, Vbi igitur non præceſſerit Canonizatio vniuerſalis, vel particularis, de quibus ad initium iſtius, cap. 2. dictum eſt, enumerata per ipſum Sanctum Archiepiſcopum nequeunt exhiberi, itaq; doctrina Sancti Antonini, non illis fauet, ſed veritati, quam iam euidentiſſimè demonſtrauimus.

Punctum Trigeſimum.

De Inuention. Corporum Sanctorum Renati, & Valerij.

30 §. 1. IACOBVS Graffius in ſuis Conſilijs, & Reſponſionibus caſuum Conſcientiæ ſuperiùs aliàs relatis, lib. 5. conſil. 17. num. 30. narrat inuentionem Corporum Sancti Renati, & Valerij, quæ ſucceſſit 1602. in Monaſterio eiuſdem Sancti Renati Ciuitatis Surrentinæ, præcedente memoria, & antiqua traditione hominum eiuſdem Ciuitatis, quod eſſent in Eccleſia antiquiſſima eiuſdem Monaſterij, in qua ob maximam humiditatem, & aquarum inundationem, non poteſt fieri Sacrum, præmiſſis itaq; orationibus, ac alijs neceſſarijs, præſente Vicario Archiepiſcopali dictæ Ciuitatis, in quorum inuentione, Corpora illa mirabilem emittebant odorem, ac etiam lucem; ſupèr quibus compilatus fuit proceſſus, authoritate Ordinarij ad præſcriptum Concilij Tridentini, & Romam tranſmiſſus, vbi omnibus ritè, ac maturè examinatis, die 18. Maij milleſimo ſexageſimo ſecundo editum

Digitized by Google

fuit decretum ſequentis tenoris. Propoſita die 20. Aprilis in Congregatione ſacrorum Rituum, ſupplicatione pro Monachis Caſſinenſibus Sancti Benedicti, in Monaſterio Sancti Renati Surrentinæ Ciuitatis, ſuper translatione Corporum, quæ nupèr propè Altare maius veteris Eccleſiæ ſancti Renati, & Valerij Surrentinorum Pontificum eſſe, ex nonnullis argumentis & inditijs in proceſſu deſuper compilato deductis, (vt piè credi poteſt) dicebantur, ac facta etiam (die 18. Maij) relatione per Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Dominum Cardinalem Baronium, cui totum hoc negotium demandatum fuerat, Congregatio omnibus perpenſis cenſuit, dicta Corpora in inferiori antiqua Eccleſia propè Altare Maius, (vt præfertur) inuenta, & exhumata ad Superiorem Eccleſiam per eoſdem Monachos ædificatam decenter, Religioſis ac Clericis adhibitis, ſine tamèn Populi & multitudinis conuocatione & concurſu, transferenda, ac propè nouum erectum Altare in eodem ſitu, & diſtantia, vt priùs exiſtebant, collocanda eſſe, nullam tamen nominum publicam inſcriptionem, aut aliud quidpiam addendum fore, vndè aliqua nouatio circa eorum Corporum qualitatem facta eſſe videatur, aut Populus talium Corporùm in venerationem inducatur, ſed in ſua deuotione, & credulitate relinquendus erit. Cæterum de modo, quo ipſa Corpora inuenta, translata, & recondita fuerint, ac de alijs, quæ acciderunt, proceſſus aliquis ad futuram perpetuam formam, & in Archiuio, aut etiam eorumdem Corporum loculis illis deponi, & aſſeruari poterit, donec aliud certiùs de eorumdem corporum identitate, elogium, monumentum, ſiuè teſtimonium, aut probatio habeatur.

Ex tenore cuius Decreti, tria manifeſtè inferuntur. Primum eſt, neceſſaria obſeruantia diſpoſitionis Concilij Tridentini, ac aliorum Decretorum Apoſtolicorum circà prædicta. Secundum, quanta prudentia, & cautela ſit procedendum in conſimilibus negotijs per Epiſcopum, ac ſuos Miniſtros. Tertium, quod in caſu ambiguitatis, recurrendum eſt ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, expectando ab illa veram ſolutionem facti, relicto modo procedendi de facto, quod etiam nunc agendum eſt, in omni caſu prædictorum, propter diſpoſitionem Decreti Sanctiſsimæ, ac vniuerſalis Inquiſitionis Romanæ.

§. 2. Omnis itaq; rigor rationabilis, quicumque adhibeatur circà prohibitionem prædictorum, ad ſepulchra non Canonizatorum, neq; Beatificatorum, Sanctus, Pius, Iuſtus, atque neceſſarius cenſeri debet, cùm in re maximi momenti verſemur, inſuper quia ex nouitatibus frequentèr oriri ſolent multa & periculoſa mala, quemadmodum teſtantur innumeri Authores.

Punctum Trigeſimumprimum.

De mandato Concilij Tridentini obſeruando.

§. 3. ET vt colligitur ex vltimis verbis præcitati cap. Conc. Triden. ſupradicta nequeunt fieri inconſulto Romano Pontifice. Verba Concilij ſunt hæc, *Ità tamen, vt nihil inconſulto Romano Pontifice nouum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur*, Hinc eſt, quod Hoſtienſis in cap. 1. de reliquijs,

liquijs, & veneratione ſanctorum, n. 13. hoc ſignificat (inquit ille) verbum illud *præſumatis*, ideſt ſinè authoritate, Romanæ Eccleſiæ. Quid verò circa prædicta concedere poſſint Epiſcopi, latius explicatur ad calcem iſtius capit. §. *circa ea.*

40 Hieronymus Roman Auguſtinian.
§. 1. natione Hiſpanus 1. p. ſuæ Reipublicæ Chriſtianæ idiomate hiſpanico conſcriptæ. cap. 3. loquens quomodo fuerint habiti, vt Sancti Confeſſores antiqui: Vbi præſertim loquitur de Sancto Baſilio magno, & Sancto Paulo primo hæremita in ſanctitate, & miraculis valdè præclaris, inquit, eſſe rem temerariam, & difficilem creditu affirmare, quod id factum fuerit ſinè præuijs diligentijs, neceſſarijs, & perconſequens non ſine legitima facultate, id namq; confirmant, quæ traduntur in vita Gregorij Septimi, præſertim à Galeſinio in ſuis annotationibus ad Martyrolog. 10. *Kalend. Maij de Sancto Cleto Papa, ſeptimo Kalend. Septembris de Sancto Zepherino Papa*, ac etiam 13. *Kalend. Februarij de Sancto Fabiano Papa*, qui, & ſi maximo meritorum præconio, necnon ſanctitatis ſplendore ornati fuiſſent, quiuè vltrà Pontificatus labores pro Chriſti fide Martyrij palmam adepti fuerint, nihilominùs cultu publico non fuerunt venerati donèc, & quouſq; per eundem Gregor. vij. fuerit ſeruatis ſeruandis conceſſum, vt de illis ageretur feſtum, atq; officium, quod etiam ſtatuit de alijs ſummis Pontif. qui illum in Pontificatu præceſſerunt, & martyrium pro fide Chriſti ſuſceperũt, eadem habentur in annalibus Cardin. Baronij, & in Indicibus Vaticani, & in lib. de Romanis Pontificibus.

§. 2. In vita quoq; S. Chiliani Martyris Epiſcopi Herbipolen. Surius 8. *Iulij* Cardinalis Baronius, *tom.* 8. *annal. & in notis ad Martyrologium Romanum die* 8. *Iulij* referunt S. Brucardum ob præclara miracula ſancti Martyris à Rom. Pontifice Imperaſſe, vt honor Martyribus debitus eidem defereretur idem habetur apud Sigibertum in Cron. an. 685. & Tritemium de Vir. Illuſtrib. Ordin. S. Benedicti, *lib.* 3. *cap.* 131. *& lib.* 4. *cap.* 172.

Punctum Trigeſimumſecundum.

De loco ſepulturæ famulorum Dei.

41 PROPTER ſuperiùs fuſiùs enar-
§. 1. rata, cauendum eſt etiam in ſepeliendis Corporibus Virorum, qui obierunt cùm fama Sanctitatis, nè eorum cadauera ita de facili recondantur in loco particulari, & præſertim eminentiori, atque digniori, cum hoc ſit teſtimonium, & aliquale ſignum proteſtatiuum ſanctitatis illorum, circa quod nõ ſunt audiendi Moderni, aſſerentes id paſſim fieri poſſe priuata authoritate, aſſignantes pro ratione ſui dicti, quod ſi reconderentur in loco ordinario, adueniente poſteà tempore Canonizationis, non ſine magna difficultate eorum reliquiæ inueniri poſſent, cui rationi facillimè occurritur, ac ſimul affertur remedium, commune quidem, ſed valdè opportunum, qualè eſt, vt Corpora prædictorum humentur in locis conſuetis, intrà tamen Capſam bene munitam, cum inſcriptione proprij nominis intùs, & extrà, quemadmodùm legimus de præclariſſimis ſanctis factum fuiſſe, præſertim de B. Theodoſio Cenobiarcha, cuius fama ſãctitatis, & miracula in vita patrata, exciterunt omnibus miranda, ideo eius præcioſa morte, longè, lateq; diuulganda ad ipſius Corpus inuiſendum

ſendum, ex varijs mundi partibus plurimi vtriuſq; ſexus accurrerunt, vt corporis, vel reliquiarum eiuſdem contactu, aliquatenus frui poſſent, de cuius ſepultura ſcribunt, Simon Metaphraſtes in illius vita, & Cardinalis Baronius *tom. 6. Annal. ad annum* 511. Tandem abeũte multitudine, honorificè ſacrum eius Corpus Terræ mandatum fuit; non in loco ſublimi, ſed terræ, hoc eſt ſubtùs terram, cõditum fuit Corpus illius.

§. 2. Animaduertit Cardinalis Baronius, vbi ſuprà ad annum Domini 451. & 452. hunc Theodoſiũ eſſe diſtinctum ab alio Theodoſio eiuſdem regionis, & Profeſſionis, ſed hæretico Eutichiano, qui vixit ſub Martiano Auguſto circà annum 452. Sanctus verò Theodoſius floruit ſub Symacho Papa, & Anaſtaſio Imperatore, circa annum reſtauratæ ſalutis 511.

Punctum Trigeſimumtertium.

Te Beata Coleta, & alijs.

§. 3. IDEM habetur de B. Coleta eximiæ pietatis, ac prudentiæ, reformatrice monialium Ordinis S. Claræ, ſanctitate, & miraculis in vita, & poſt mortem, Propheticoq; ſpiritu clariſſima; quæ poſt euerſa varijs in locis Dæmonum Caſtra, ſanctiſſimæ Religionis erectis Domicilijs in Domino fœliciter obdormiuit; de cuius obitu, & ſepultura narrant Surius ſexta Martij, Ioannes Molanus in annot. Martyrolog. Vſuardi, & in Natalibus Sanctorum Belgij, anima à corpore recedente ad creatorem ſuum reuertitur, Deinde addunt, fuit Corpuſculum Virgini tertio ab obitu die Gandaui in ſumma paupertate, vt ipſa iuſſerat, abſq; vllo operimento, terræ mandatum, præclaris itidem glorificatum ſignis.

§. 4. Et Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Roman. *die* 20 *Ianuarij* §. *ad catacumbas*. verſ. *non tamen*, poſtquam dixit Catacumbam, eſſe locum cauum, atq; profundum in terra defixum, ſubdit. Cæmeteria in quibus ſanctorum Corpora recondebantur, præſertim Romæ in arenarijs, & profundisCriptis excauata erant. Ecce mos antiquus ſepeliendi Corpora Sanctorũ in loco humili, in viſceribus terræ.

§. 5. Ad obiectionem verò, quod ibidem ſepeliebantur propter timorem, & perſequtionem Tyrannorum. Reſpondetur primo, quia intra criptas hoſtes fidei Chriſtianę ſæpiùs ingrediebantur, tanta facilitate, quanta in alia loca. Secundo, poſt tribulationes Eccleſiæ adhùc ſeruatus eſt hic mos Romæ, ac alibi ſepeliendi corpora etiàm Virorum Dei in loco humili, quę poſteà in Tranſlatione recondita fuere in loco eminentiori, modo ſæpiùs declarato, in exemplis adductis, quem ſepeliendi vſum, ſiuè modum accepit Eccleſia, ex traditione Sanctorum Apoſtolorum, ac etiàm ex vſu antiquiſſimo ſepeliendi corpora ſanctorum Patrum veteris teſtamenti.

Punctum Trigeſimumſecundum.

De Sepulturis Patrum Veteris, ac Noui Teſtamenti.

§. 6. EQVIDEM ſubtus terram erant illorũ ſepulchra; quemadmodum in ſpecie de S. Daniele Propheta, ſcribunt Ioſephus antiq. *lib.* 10. *cap.* 14. & Epiphanius *de Vita, ac interitu Prophetarum, cap.* 10. Humatus eſt in anguſta Cauerna, honoribus magnis, extatq; Monumentum eius, vſque ad hoc ſęculum noſtrum, in Babylone cunctis notiſſimum. Surius autem *tom.* 4. *die* 21. *Iulij*, ait ipſius Prophetæ reliquias

quias à Babylone in Alexandriam fuiſſe translatas in Eccleſia Sanctor. Ioannis, & Cyri. quid mirum? Corpus namque Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti reconditum fuit in monumento nouo, in lapide exciſſo ſubtùs terram poſito, vti Euangeliſtæ tradunt, de quò Domini ſepulchro, inquit, ſanctus Auguſtinus ſermon. 2. Sabbati ſancti, ideò autem Saluator, in aliena ſepultura ponitur, qui pro aliorum moriebatur ſalute, ſubdens, *vt quid ergo in propria ſepultura, qui in ſe mortem propriam non habuit? Vt quid illi tumulus in terris, cuius ſedes manebat in Cœlis?* addens. *ſepulchrum autem mortis eſt habitaculum neceſſarium, ergò non erat mortis habitaculum Chriſto, quia vita eſt, nec opus habet ſemper viuens habitaculo defunctorum.*

§. 7. De quo monumento dicunt Sancti Patres relati à D. Thoma in ſua catena verè aurea *ad cap. 15. Marci*, Monumentum Domini, Domus rotunda fuit de ſubiacente rupe exciſſa tantę altitudinis, vt homo rectus exiſtens extenta manu, vix culmen attingere poſſet, habet introitum ab Oriente, quodq; lapide magno clauditur.

In quo horto, quamuis in alio diuerſo ſepulchro traditur Adami, ac Euæ corpora tumulata fuiſſe.

42 §. 1. Cardinalis Baronius tom. 1. annal. ad annum Chriſti 34. ex teſtimonijs Sacræ Scripturæ præſertim Geneſ. 23. ex authoritate quoq; ſanctorũ Patrum, præſertim Cyrilli catec. 14. ac Epipha. contra Hebion. hæreſ. 30. ante omnia inquit, illud admonemus, moris fuiſſe Iudęis in ſpeluncis habere ſepulchra excauata, vti de Abraham, & Sara narrat ſcriptura, quorum Iudęorum ſepulchra Sancti Patres appellant tumbas, vel ſpeluncas in petris ſubtùs terram effoſas, ſiuè conſtructas.

Punctum Trigeſimumtertium.

De loco humili ſepulturæ S. P. Dominici, & aliorum.

§. 1. IDEM legitur de B. Patre Dominico, ſacrum cuius Corpus ingẽti omnium luctu, & ſi lætitia ſpirituali multorum, in exiguo ſui Monaſterij ciuitatis Bononien. Cæmeterio ſubtùs terram, proprijs manibus Cardinalis Hugolini (tunc legati Apoſtolici, qui poſtea fuit Gregorius ix.) vt ipſemet ſanctus Pater poſtulauerat fuit tumulatum, filijsq; ſuis inſtanter petentibus, quo nam in loco ſepeliri vellet, eleuatis prius oculis ad Cœlum, (ò certè rara, atq; inexplicabilis humilitas, quæ in tãto viro enituit,) tandèm Reſpondit in terra, ad pedes fratrum meorum. ex S. Antonino, Theoderico, Flaminio, Cardinali Baronio, & alijs fidelioribus ſcriptoribus vitæ, mortis, ac ſepulturæ illius.

43 §. 1. Idem quoq; à fide dignis ſacerdotibus laudabilis vitę accepi eueniſſe, in fęlici obitu Ven. memoriæ B. Fælicis à Cantalizio, Ordinis Capuccinorum, qui Romæ in Conuentu eiuſdem Ordinis, mortem cum vita commutauit, die 18. Maij 1587. ad cuius corpus inuiſendum, tangendumquè, factus eſt concurſus maximus Populorum ob famam communem ſuæ ſanctitatis, impedientium, nè ſepulturæ traderetur ad minus per tres dies, Religioſi tamen dicti inſtituti prudentia, modeſtia, zeloquè Dei prædití, toto reclamante Populo Corpus illud quamprimùm ſepelierunt in loco communi, & ordinario aliorum fratrum dicti Ord. ſubtus Chorum, in Capſa tamẽ plumbea, ad hoc fabricata, iuſſu, & expenſis pijſſimi q. Cardinalis Sanctę Seuerinę, tunc dicti Ordinis Protectoris, cui optimè nota erat ſancta humilitas,

militas, atq; eximia bonitas, cùm alijs innumeris admirandis Virtutibus defuncti Viri, tractu verò temporis, cùm Deus Optimus Maximus ad illius interceſſionē, gratiarum, miraculorumq; rorem in dies multiplicaret, re delata, ad Sixtum V. mandauit aſportari Corpus ad Eccleſiam, & ſtatuti in quadam Cappella iuxta ianuam Eccleſię in Arca marmorea, pręcedentibus tamèn informationibus, Captis ſuper prædictis, ex ordine eiuſdem Sanctiſſimi ab Illuſtriſſimis DD. Cardinalibus Sanctæ Seuerinæ, & Ruſticucio, tunc Vicario Sanctiſſimi. Deinde ipſemet Sixtus V. ad pręadictorum maiorem firmitatem, perſonalitèr acceſſit ad eandem Eccleſiam S. Bonauenturæ Ordinis Capuccinorum, & in omniū proſpectu genuflexus orauit verſo vultu, & propè ad ipſam arcam marmoream, in qua de illius mandato fuerat iam recōditum Corpus prædicti ven. fratris Fælicis; conceſſitq; vt ſeruatis, ſeruandis appenderentur tabellæ, ac alia donaria ad illius ſepulchrum à fidelibus, pro gratiarum actione ſpōtè aſportanda, cū accenſione lampadum, prout latiùs conſtat in proceſſibus ſupèr his debita authoritate formatis, qui ad pręſens diligentius examinantur per ſapientiſſimos Patres Sacræ Rotæ Romanæ Auditores, ad effectum Beatificationis, atq; Canonizationis ipſius famuli Dei, ex ſpeciali Commiſſione fælicis Recordationis Pauli V. & Gregorij XV. qui Gregorius die S. Bonauenturæ anni 1622. perſonalitèr accedens ad eandem Eccleſiam S. Bonauenturæ, in qua ſacrū habuit, antequàm inde diſcederet omnibus videntibus palàm orauit ad ſepulchrum dicti viri Dei Fælicis. Porrò dùm in dies miraculorum claritas magis eluceſceret, multitudo hominum, quibus ad præces ſui famuli Deus multa, atq; præclara beneficia elargiri dignatus eſt, opportunè, atq; importunè inſtabat, vt Effigies viri Dei Fælicis prælo mandaretur ſuis vallata miraculis, titulo Beati ornata radijſque ad Caput, more Boatorum, quibus reſiſtentes Prædicti Patres Capuccini, tandē Deo ordinante re delata per Magiſtrum Sacri Palatij Apoſtolici ad eundem Gregor. Decimumquintum, ipſe quidem benignè, ac hilariter annuit, indeq; factum eſt, vt idem Magiſter Sacri Palatij cōceſſerit, publicetur in ſcriptis, quo ad immagines iam impreſſas modo explicato eiuſdem B. Fælicis. Ex vita eiuſdem Beati, ègregiè deſcripta nouiſſimè per ſapiētem virum fratrem Zachariam Bouerium Eiuſdem inſtituti Capuccinorum.

§. 2. Annoq; 1624. eodem die S. Bonau. Seraph. Doct. Eccleſiæ celeberrimi S.D.N. Vrbanus Papa VIII. (quem Dominus vitæ, cuius vices gerit in terris incolumem tueatur atq; diù conſeruet) non ſine magna Populi Rom. lætitia, & exultationē, præſertim Patrum eiuſdē Sancti inſtituti ad eandem ſe contulit Eccleſiam, miraq; Excelſi animi ſui liberalitate, multa Religioſis dicti inſtituti eximia bèneficia contulit, quo etiam tempore obſeſſus quidam à Demonibus clamare cœpit, ſuſtinere non valens Diabolus magnàm Ven. Viri Fælicis Sanctitatèm. Qui ob eximias virtutes, & miraculorum coruſcationem. Tandem Beatus declaratur. modo in ſequentibus literis Apoſtol. Vrbani VIII. explicato anno Iubilei 1625.

VRBANVS PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN ſpecula militantis Eccleſiæ, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, nullis licèt noſtris ſuffragantibus meritis, diuina prouidentia conſtituti, pijs fidelium

Digitized by Google

votis,quibus virtutum Dominus in ſeruis ſuis honorificatur, libentèr annuimus, eaque fauoribus proſequimur opportunis. Sanè pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bauariæ, ac Sacri Rom. Imp. Principis Electoris, ac Caroli Lotharingiæ Ducum reſpectiuè, necnon Franciſci à Lotharingia Comitis Vademontani, dilectarumque in Chriſto filiarum nobilis mulieris Eliſabethæ Bauériæ Duciſſę, & Catherinæ etiam à Lotharingia Monaſterij Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecti Sancti Petri de Romaricomonte Ordinis Sancti Benedicti, Nullius, ſeu Tullen. Diœceſ. Abbatiſſæ, necnon etiam Miniſtri Generalis, & Fratrum Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum, Nobis nuper expoſitum fuit,quòd bo. me. Felix de Cantalicio eiuſdem Ordinis dum vixit, profeſſor,multis, & eximijs virtutum, gratiarum, & miraculorũ donis à Domino illuſtratus fuit. Quapropter Maximilianus,& Carolus Duces, ac Franciſcus Comes, necnõ Eliſabetha Duciſſa, & Catharina Abbatiſſa, ac Miniſter,& Fratres prędicti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt donec Canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio ob eius eximiam charitatem,& excellentia merita, diuina adſpirante gratia, ab Apoſtolica Sede decernatur. Idem Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, atque Officium,& Miſſa de eo,vt infra recitari,& celebrari poſſit. Quare Nos, re prius per Ven. Fratres noſtros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpoſitos, quibus eam examinandam demandauimus, maturè diſcuſſa, de eorundem Cardinalium conſilio, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. Vt ipſe bo. me. Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, officiumq; & Miſſam de eo, tamquam de communi Confeſſoris non Pontificis, iuxta rubricas Miſſalis, & Breuiarij Romani, hoc anno videlicet poſt præſentes litteras emanatas,ab omnibus dicti Ordinis Fratribus vbique exiſtentibus,hic autem Romę etiam à confluentibus ad Eccleſias eorundem Fratrum, die eorum Superioribus bene viſa; inpoſterum vero die dumtaxat ſui obitus in Eccleſijs Fratrum prædictorum, videlicet in Nanceij, ac prædicto Romaricomõtis,necnõ Cantalicij Oppidis,ab eiſdem Fratribus tantùm. Romæ verò, vbi Corpus eiuſdem requieſcit, etiam ad Eccleſiam dictorum Fratrum confluentibus recitari,& celebrari reſpectiuè,liberè, & licitè poſſit, & valeat Apoſtolica authoritate ten. præſentium licentiam,& facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis,cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem,quòd prę́ſentium tranſumptis,etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem, prorſus fides in iudicio,& extrà adhibeatur,quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris die 1. Octobris 1625. Pontificatus Noſtri, Anno Tertio.

V. Theatin.

§. 3. Idem etiam legitur eueniſſe in funere S. Philippi Nerij Florentini 1595. cuius Corpus reconditum fuit in ſepulchro in terram efoſſo, conſueto Clericorum Congregationis Oratorij fundatæ per ipſum, quamuis paulò poſt ex ordine ſpeciali Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium Alexandri Medices, qui poſteà fuit Leo xj. & Federici Borromæi, re priùs,vt fertur participata cum

San-

Sanctiſſimo, ob eximiam Sanctitatis ipſius famam, & miraculorum coruſcationem, in alio eminentiori loco honorificè collocarunt, ex vita ipſius Sancti deſcripta à Patre Baccio Aretino, eiuſdem Congregationis Oratorij de Vrbe, impreſſa 1622. lib.4.cap.6.

§. 3. Idem etiam obſeruarunt PP. Ven. Soc. Ieſu, in ſepultura ſui S. Patris Ignatij, dum illius corpus tumularunt primò in humili, atq; profunda ſepultura. ex breui relatione ipſius S. Ignatij Vitæ, collecta ex proceſſibus authenticis, & relat. Sacr. Rotæ, & Congregationis Rituum, ad effectum ſuæ Canonizationis, *cap.* 19.

§. 4. Paritèr in Compendio Vitæ glorioſæ Virginis S. Thereſiæ, ex proceſſibus ſuę Canonizationis compilato, *cap.* 14. expreſsè narratur corpus ipſius Sanctæ Virginis fuiſſe ſepultum in profunda fouea in terra defixa, ex quo humili loco poſt 9. menſes, ob odoris fragràntiam, fuit exhumatum, & in Capſa quadam in eadem fouea iterùm profunda recluſum, & hinc poſteà à tribus annis in Abulam translatum. Ex Bulla Canonizationis eiuſdem Sanctæ, ædita à Gregorio xv. 4. *idus Martij anno Incarnationis Dominicæ* 1621. qui eſt à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti *annus* 1622. §. *Corpus eius*, vbi dicitur, quod altè effoſſa ad ſepulturam, humo ac ingentibus lapidibus, & calce, oppleta Scrobe ſepultum eſt; *per ſcrobem* intelligendo ſepulturam ad modum putei profundam, ſemperq; Corpus Sanctæ Virginis incorruptum, ac tractabile, odorem, ac liquorem ingentem, & mirificum ſpargns apparuit, cum alijs mirabilibus à Deo frequentèr patratis.

Punctum Trigeſimumſextum.

De Sepultura S. Pauli primi Eremitæ, & aliorum.

§. 5. HANC vetuſtam praxim ſepeliendi in loco humili cadauera famulorum Dei, confirmant, quæ traduntur à S. Hieronymo 1. tom. Epiſtol. Vbi deſcribens vitam, mortem, ac ſepulturam S. Pauli Thebæi, primi hęremitæ, cuius animam vidit S. Antonius migrantem à corpore, in Cœlumq; euntem. poſtquam recenſuit velocem, & quaſi miraculoſum eiuſdem S. Antonij acceſſum ad Cellam S. Pauli, in qua inuenit Corpus illius exanime quidē, ſed genuis complicatis, erecta ceruice, extenſiſq; in altum manibus in modum orantis, dùm tamèn contriſtatus iaceret S. Antonius, eò quia ſarculum ad terram fodiendam non haberet, Eccè ſubitò duo Leones, ex interiori hęremi parte, directo curſu ad cadauer S. Pauli deuenerunt, ad illiuſq; pedes accubuere, modo ſuo, tanti viri mortem amarè lugentes, (volente Deo, atq; ordinante) non procùl à Cellula eiuſdem S. cœperunt humum pedibus ſcalpere, arenamq; certatim extrahere, ità, vt in terra vnius hominis locum capacem foderent, vbi poſteà opera S. Antonij fuit ſepultum corpus eiuſdem ſancti Pauli, intelligens ex narrato facto, Dei voluntatem eſſe, vt in illo loco à Leonibus præparato eſſet ſepulchrum eiuſdem ſancti Pauli primi Heremitæ ſubtùs terram. quid ſimile narrant ſanctus Paphnutius, Simō Metaphraſtes, Petrus de Natalibus, in vita S. Onufrij Cōfeſſoris, & Heremitæ, & Cardinalis Baronius in notis ad Martyrolog. Rom. Præſente etenim S. Abb. Paphnutio ad mortem S. Onuphrij in efflatione Spiritus

ritus, vidit Angelos de cœlo deſcendentes, & animam S. Onuphrij ad ætherea deferentes, ex corpore quoque mirabilis odor fragrabat, cumq; Abbas Pannutius foſſorium ad ſepulchrum parandum non haberet duo Leones ſubitò aduenientes Corpus S. Onuphrij proni adorantes terram inſtar tumuli, vnguibus effoderunt Pannutius, verò corpus Sancti opera ſua ſepeliuit.

44 Quam praxim, & vſum obſeruauit,
§. 1. ſiue obſeruare fecit S. Hieronymus in ſepultura S. Paulæ Rom. in tota Palæſtina, ſanctitatis, & miraculorum fama claræ, cuius corpus tumulatum eſt non in loco eminentiori, ſed in ſepultura quadam ſubtus terram.

Punctum Trigeſimumſeptimum.

De ſepultura, & translat. corp. ſancti Hieronymi.

§. 2. IDEMQVE ſeruari voluit S. Hieronymus in ſepultura ſuimet Corporis, quod cilicino ſacco, quo viuens vtebatur, inuolutum, in terra prout ipſe mandauerat tumulatum fuit, in cuius exequijs inter alia mirabilia à Deo operata, cæcus illuminatus fuit. Petrus de Natalibus, Surius, Baronius, & alij de vita Sancti Hieronymi die 30. Septembris, de cuius ſepultura, & translatione ſcribit Cyrillus Hieroſolymitanus in Epiſtola ad Auguſtinum de eius miraculis tranſmiſſa, quam refert Petrus de Natalibus in Cathalogo Sanctorum, lib. 4. cap. 45. cùm enim Corpus glorioſi Doctoris apud Bethlehem, iuxtà Pręſepe Domini, vt ipſe mandauerat humo obrutum fuiſſet, & ibidem inſignibus, ac inauditis miraculis corruſcaret, videbatur fidelibus, quod illud corpus ſanctiſſimum iacens in terra indignius tractaretur, ideò transferendum decreuerunt in ſepulchro Marmoreo ad id fabricato, (ita mandante Cyrillo) prout magno concurſu populi factum eſt die Dominico, poſt Pentecoſtem, non ſine maxima cunctorum admiratione, atque ingenti lætitia, in qua translatione vexati à Dæmone quamplures liberati fuere, cæci illuminati, ac mortui reſuſcitati. Hæc fuit prima translatio Corporis S. Hieronymi, nam ſecunda illa cenſetur, quandò ex Bethlehem ad Eccleſiam S. Mariæ Maioris de Vrbe. quæ ſecunda translatio,
§. 3. quemadmodum narrat Petrus, vbi ſupra, & alij, facta fuit de mandato ipſius S. Hieronymi, qui ter apparens cuidam Monacho, illum monuit, vt ſecretò reliquias corporis ſui transferret Romam in prædicta Baſilica iuxta Præſepe Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quod fuit ſecreto, quaſi clam exequutioni demandatum, ſolis quibuſdam eiuſdem Eccleſiæ Canonicis re patefacta, quam tranſlationem; de Cœlo ſigna, & voces Angelicæ honorarunt, atq; probarunt. Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 30. Septembris, idem inſinuat in ſuo Cathalogo Sanctorum Italiæ tanquàm ex Breuiario Romano ſelectum, Philippus Ferra, eodem die 30. Septembris.

§. 4. Idem tradit Baronius: præſertim quantum ad translationem Corporis eiuſdem S. Hieronymi ad Vrbem. to. 4. & 5. annal. Inſuper, & Marianus Victorius Epiſcopus Reatinus in vita eiuſdem Sancti; & etiam Zacharias Lippeloo Carthuſianus, tom. 3. de Vitis Sanctorum, vbi die 30. Septembris ad finem vitæ S. Hieronymi de illius venerabilis Corporis tráslatione, inquit, *et trāſlatum* (ſcilicet ex Bethleem,) *Romam, vna cum Chriſti Saluatoris Noſtri, Præſepio 7. Idus Maij in feſto ſui præceptoris S. Gregorij Nazianzeni*, ſubdens, quod

vltrà

Digitized by Google

vltrà Corpus ſeruatum in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris propè D.N. Præſepe *conſeruatur in eadem Baſilica, tunica eiuſdem Sancti Doctoris*. Superaddit Baronius, quod *Doctoris Eccleſiæ cognomentum ob inſignem, & omnibus ſæculis admirandam ſapientiam, atq; eruditionem non nupèr, ſed viuens adhuc meritò, iureq; conſequutus ſit.*

Punctum Trigeſimumoctauum.

De ſepultura S. Gulielmi Ducis Aquitaniæ.

§. 4. IDEM legitur obſeruatum fuiſſe in ſepultura B. Gulielmi Ducis Aquitaniæ, & Eremitæ celeberrimi, de quo narrant Theobaldus Epiſcopus in eius vita, & Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum *die* 10. *Februarij*. S. *Guglielmi*. *Hic eſt ille quem ſpirantem minarum, & cædis tanquàm alterum Saulum in diſcipulos Domini, Catholica veritate coniunctos, & ſæuo Schiſmate perturbantem Eccleſiam, S. Bernardus ad Eccleſiæ coniunctionem certè admirabilitèr reduxit, et ad ſæculi contemptum, et Chriſti humilitatē amplectendam, induxit* (vt prolixius) narrat Bernardus Abbas Bonæ Vallis in vita S. Bernardi. Huius ſancti Viri corpus, à diſcipulo ſuo Alberto ſepulturę mandatum eſt in horto, quem ipſe dùm viueret, & proprijs manibus coluerat, de quo in ſpecie, inquit Baronius, vbi ſupra *migrauit ex hac vita* 1156. *ſepultus, vt dictum eſt in ſtabulo Rhodis*, hoc erat nomen proprium illius Vallis, in qua erat Cellula S. Gulielmi, tempore ſui tranſitus ad Cælum, quæ Vallis ſita eſt in agro Senenſi. Idem de loco mortis, atq; ſepulturæ S. Guglielmi Aquitaniæ Ducis confirmatur authoritate Surij tom. 1. & ex officio, quod de eodem ſancto recitant Patres Auguſtiniani, quicquid aliter ſcribat Petrus de Natalib. in ſuo Cathal. & Galeſinius, cui ſententiæ de obitu in Valle Rhodis, ſe ſubſcribit, ac illam in omnibus approbat Philippus Ferrarius in ſuo *Cathalogo ſanctorum Italiæ, die* 10. *Februarij* titulo *de* S. *Guglielmo Heremita, & Confeſſore*.

Punctum Trigeſimumnonum.

De eleuatione Corporum ſeruorum Dei.

45 §. 1. HVNC antiquum ritum, ſepeliendi corpora famulorum Dei, apertè demonſtrant, illa quæ tradunt communiter Scriptores Eccleſiaſtici in vitis ſanctorum, præſertìm Sigibertus, Molanus, Surius; Petrus de Natalibus, Villegas, & alij, referentes Epiſcoporum antiquas Beatificationes, ſiuè Canonizationes, vt plurimum factas fuiſſe per Eleuationem Corporum Canonizandorum, de loco humili ad ſublimiorem, ſiuè digniorem.

46 §. 1. Et Franciſcus Gonz. 2. part. Cronicę Minorum, de origine Seraphicæ Religionis, agens de Prouincia Marchiæ, narrat in Conuentu S. Franciſci altioris Anconæ, conſeruari Bullam Calixti III. qua concedit (viſis priùs miraculis factis à Deo per interceſſionem Fr. Gabrielis Ferreti Ordinis minorum S. Franciſci,) exhumari Corpus eius, qui in humiliori loco fuerat collocatum, non obſtante magna fama ſuæ ſanctitatis, atq; multiplici miraculorum claritate, & in eminentiori, atq; nobiliori loco illud collocari, prætermiſſa tamen pompa; igitùr abſq; licentia Sedis Apoſtolicæ, non eleuabantur de loco humili ad ſublimiorem locum Corpora famulorum Dei, etiàm quod Deus ſtupenda miracula operaretur, multò minùs licebit ex ſola fama ſanctitatis alicuius, ſepelire Corpus

pus ipſius in loco eminentiori priuata authoritate.

§. 2. De eodem viro Dei Gabriele Ferreto, ſcribit Petrus Rodulphus à Tuſſignano minorita Epiſcopi Senogallienſis, lib. 1. hiſtoriæ Franciſcanæ in vita eiuſdem Gabrielis, quod Anconæ *agitur feſtum in illius honorem ex conceſſione Eugenij iiij.*

§. 3. Id namq; totum clariùs confirmat factum illud, quod paucis ab hinc annis Romę accidit occaſione tranſitus Venerabilis Patris Fr. Bartholomæi de Solutiuo Ordinis Reformatorum Sancti Franciſci, ad cuius Corpus inuiſendum, tangendumq; conuenerat maxima hominum multitudo, ob ipſius famam ſanctitatis, omneſq; inſtantèr petebant, vt tumularetur Corpus ipſius in Eccleſia in loco aliquo particulari; tandèm omnibus ritè, ac rectè ponderatis, ex ordine ſpeciali, (vt fertur) fęlic. recordat. Pauli V. intrà capſam ligneam in ſepultura conſueta aliorum fratrum Conuentus ſancti Franciſci apud Ripam reconditum fuit, tempore verò Pontificatus fęlic. record. Greg. xv. captis, priùs debitis informationibus, ad Eccleſiam in locum aliquo modo eminentem, cùm inſcriptione laudabilis vitę ipſius (ſecretò tamen) tranſtulerunt, hoc eſt, abſq; pompa & interuentu extraneorum.

Punctum Quadrageſimum.

De Tranſlatione S. *Seruatij confeſſ. & aliorum.*

47 §. 1. DE Tranſlatione verò Corporis Sancti Seruatij Confeſſoris, refert Petrus de Natalib. in *Cathal. lib. 5. cap. 96. translatio corporis S. Seruatij facta eſt tempore Eldonis filij Henrici Regis Francorum*; nam ipſo S. apparente cuidã religioſo dormienti, ac pręcipiente, vt de tellure leuaretur, quod cùm nunciaſſet Epiſcopo, indicto triduano ieiunio cuncto Populo, apertoq; ſecretario ſubterraneo in monumento ſuperioris Oratorij, illud iam diuinitùs trãſlatum inuenerunt, omninò integrum, & in nullo penitus corruptum, penes ſe habens clauem argenteam ſibi à S. Petro Romę per viſum traditam, multiſq; corruſcans miraculis.

Extat etiam celebris illa translatio inter alias Corporum Sancti Stephani Prothomartyris, Gamalielis, & aliorum quę diù in obſcuro loco iacuerant, reuelante tandèm Domino, ac pręcipiente, opera Luciani Presbyteri honorificè translata fuere in Eccleſiam Sion, vt latiùs in litteris eiuſdem Luciani ab omnibus comprobatis, de quarum literarum ſinceritate, atq; veritate nonnulla tradit Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum, *die 3. Auguſti*, §. *inuentio Corporis B. Stephani*.

§. 2. Tandèm hic referam breuiter, quid egerint Patres Ordinis Prædicatorum Conuentus Valentinæ Ciuitatis Coronæ Aragoniæ occaſione obitus B. Ludouici Beltrandi 10. *Octobris* 1581. (cuius Sanctitatis famam Deus innumeris miraculis, in vita, in morte, & poſt mortem ſemper auxit) reſiſtentes quidem animo forti clamoribus nobilium, & aliorum, qui conuenerant ad funus Corporis dicti Beati, præſertim repetitis inſtantijs Illuſtriſſimi Dom. Patriarchę Antiocheni, D. Ioannis de Ribera Archiepiſcopi eiuſdem Ciuitatis, qui magno deuotionis affectu, (rè veriùs dicam ardore) proſequebatur B. Ludouicum, Corpus ipſius ſepelierunt ſubtùs Chorum, de quo Beato idem Patriarcha in ſolemnibus exequijs celebratis ipſo præſente, & mandante vna cum innumerabili Populorum multitudine aſcẽ-

Luc. Caſtell. de Cert. Glor. SS.

Digitized by Google

dens ſuggeſtum, vt orationem haberet de vita, ſanctitate, virtutibus, ac miraculis B. Ludouici, nec valens multa in laudem dicti B. enunciare (vt optabat) propter ingentem rumorem Populorum, in hæc tandem erupit verba; *Quamuis Beatus Pater Ludouicus adhuc non ſit Canonizatus, tanta nihilo-minus ſunt ſigna ſuæ ſanctitatis, itá, vt nil aliud deſiderari poſsit, niſi actus ſolemnis Canonizationis.* ex vita Beati Ludouici, Romæ impreſſa 1623. lib. primo cap. 18. ad finem, cap. 19. & 20. indeque factum eſt, vt creſcente in dies magis ac magis fama Sanctitatis, & miraculorum illius, ſeruatis ſeruandis in Curia Archiepiſcopali, ex ſpeciali licentia præfati Domin. Patriarchæ, & Archiepiſc. Ciuitatis Valentinæ, fuerit corpus eius omnino intactum emittens odoris maximam fragrantiam translatum *die* 15. *Martij* 1582. ad alium locum pro maiori commoditate, ac deuota conſolatione confluentis Populi, & conquerentis, quod ignorabat locum ſepulturæ ſui Patris Beati, itá quotidiè magnis, & clamoroſis vocibus cuncti inſtabant.

§. 3. Tumulanda ſunt itaq; corpora virorum, qui etiam cum opinione Sanctitatis obiere in ſepulchris ordinarijs modo explicato, patienter (vt decet) expectádo, donèc placuerit Altiſſimo eorum Sanctitatem miraculis, aut alijs inditijs magis declarare, tunc enim fiet eorum translatio cum honore, & pompa, vti factum eſt de alijs quampluribus Sanctis etiàm Martyribus, &c. antiquitùs, & noſtris quoque temporibus.

§. 4. Hinc eſt, quod appenſio tabellarum, accenſio luminum, & ſepultura in loco eminentiori, non ſunt paſſim admittenda, etiam in ordine ad illos, qui cum opinione ſanctitatis, ex hac vita mortali migrauere, ſed ſemper requirenda eſt ſuper his ſaltèm licentia, ſiuè conſenſus Epiſcopi, qui re prius perſpecta de voto piorum virorum, atq; Theologorum poterit concedere, vel denegare, conſulta ſemper prius Sancta Sede Apoſtolica.

48 Declarare namq; aliquem Beatum,
§. 1. vel Sanctum aliaq; concedere, quæ Beatis, & Sanctis tantùm conueniunt, hoc ſpectat priuatiuè, quo ad alios ad ſummum Pontificem Romanum, ideoque iſta dicunt ab Authori Eccleſiaſtici circa vſum ab Eccleſia toleratum, & permiſſum, concernentem accenſionem luminum, & appenſionem tabellarum ad ſepuchra illorum, qui nondùm ſunt Beatificati per Eccleſiam Romanam neceſſariò interpretanda veniunt, non ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſeruatis ſeruandis, modo, & ordine ſuperiùs declarato, atq; ratione, authoritate, ac multiplici exemplo demonſtrato.

Punctum Quadrageſimumſecundum.

De Pio V, Romano Pontifice.

§. 2. SATIS notum eſt tabellas, votaq; etiam argentea inueniri Romæ appenſa in celeberrima Sancta Mariæ Maioris Baſilica in Cappella Sanctiſſimi Præſepij D. Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti, quam magnificè conſtruxit fælic. recordatio. Sixtus Quintus Ordinis Minorum Sancti Franciſci, circa ſtatuam, ſiue Imaginem Sanctæ memoriæ Pij V. Ordinis Prædicatorum, de quo adhuc non extat Beatificatio, ſanè cuncta hæc facta fuere accedente conſenſu; atque beneplacito fælic. recordat. Pauli Quinti, & virtute proceſſus in Vrbe compilati anno 1616. authoritate Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſ. D.D. Cardinalis Milini Sanctiſſimi Domini Noſtri Vicarij, circa Virtutes merita,

mira-

miracula, famam, & ſanctitatem celebrem eiuſdem Pij V. (in quo inter alios, quam plures teſtes) examinati fuere ſex Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati inſignes, Abbates, Theologi, atq; Canonici Baſilicarum Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, vti eſt videre in actis Petri Maziotti Notarij, vel Secretarij tùnc Curiæ præfati Illuſtriſsimi Cardinalis Vicarij. Idem etiam factum eſt Ianuæ per Curiam Archiepiſcopalem, vt latiùs in actis de quibus ſupra, Mediolani, ac alibi, in quibus omnibus ſeruata eſt forma Concilij Tridentini, & aliorum Decretorum Apoſtolicorum, circà hanc materiam æditorum, ideò ruit obiectio inſinuata.

Inſuper de Pij V. vitæ ſanctitate, ac miraculis authoritate Apoſtolica conſtructus eſt ſecũdus proceſſus, quo mediante procedi ſolet ad actum Beatificationis, ac etiam Canonizationis, iuxtà formam Decreti ſequentis tenoris Sacræ Congregationis Rituum.

Serui Dei Pij Papæ V. 31. Auguſti 1624.

§. 3. Examinatis in ſacra Rituum Congregatione referente Illuſtriſſimo Cardinali Millino Proceſſibus, ſuper ſanctitate vitæ fęlic. recordationis Pij Papę V. authoritate ordinaria confectis, eadem Congregatio cenſuit, ſi Sanctiſſimo placuerit ad examinandos teſtes authoritate Apoſtolica tutò poſſe deueniri.

Franciſcus Maria Cardin. à Monte.

Locus ✠ Sigilli.

Ioannes Baptiſta Rinucinus
Secretarius.

§. 4. Ad cuius Sancti Pontificis Pij V. honorem conceſſit eadem Sacra Congregatio Rituum, annuente Sanctiſſimo D. N. Vrbano viij. vt non amplius in Eccleſia Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe caneretur Miſſa mortuorum pro illo, vt annuatim fiebat iuſſu Sixti V. ſed loco illius cantaretur Miſſa de Sanctiſſima Trinitate, prout factum eſt, ex vi prædictæ conceſſio: datæ die 1. Februarij 1625. cui Miſſæ interfuerunt præſertim Illuſtriſſimi Cardinales S. Romanæ Eccleſiæ, numero quinq; Perettus, Lenius, Sabellius, Scaglia, & Torres, cum magno numero Epiſcoporum, aliorumq; Prælatorum, ac Nobilium.

Punctum Quadrageſimumtertium.

De Reliquijs Iuſtorum, eorumque veneratione.

49 §. 1. PHILIARCVS de officio ſacerdotis *tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 9. §. 4. ratione etiam, &c. num. 5.* poſtquam ex Concilio Tridentino loco ſupra citato ſtatuit, non eſſe publicè venerandas reliquias etiam Sanctorum Canonizatorum de nouo repertas, non tamen approbatas per Sedem Apoſtolicam, aut per Ordinarium loci, loquens de Reliquijs eorum, qui obiere cum opinione Sanctitatis, quique nondum ſunt Beatificati, inquit. *non ſunt damnandi illi, qui oratione priuata ſe commendant illis, quos ſciunt ſanctè vixiſſe, & Sanctos eſſe piè credunt, & reuerenter eorum reliquias in eorum domibus ſeruant, non tamen debent,* (ſuperaddit ipſemet Author,) *illas tenere, vt Sanctorum Canonizatorum ſuper Altare cum lumine, vt ingredientes domum illas venerentur, abſq; licentia,* de qua ſupra, Vbi non abſq; maximo rationis fundamento tantò cum rigore lo-

quitur, etiam de retentione illarum in domibus priuatis, inſinuando materiam ſatis latam & manifeſtam argumenti, quod appellant Logici à minori ad maius.

§. 2. Id omne apertiùs docuit Optatus Mileuitanus, lib. 1. contra Parmenianum citatus à Galeſinio de Canonizatione S. Didaci p. 3. cap. 6. §. *eamq; ob rem*, dùm inquit, *nephas eſt venerari Reliquias alicuius Martyris non probati, & recepti*, intellige per Eccleſiam. ſi hæc difficultas habet locum in Reliquijs Martyrum; multò magis in illis aliorum inferiorum Sanctorum, multoq; fortiùs circà Reliquias non Beatificatorum per Eccleſiam extendenda erit.

§. 3. Ideò Bartholomæus Caſſaneus in Cathalogo gloriæ mundi *p. 1. conſid.* 44. *ad finem* adducit ſententiam Ioannis de Monte Colon in ſuo Promptuario iuris verbo *Reliquiæ*; qui referens ſe ad Deciſiones Felini in cap. *quæ in Eccleſiarum*; inquit, *non ſunt in publico veneranda, niſi priùs approbata per ſummum Pontificem, & per Eccleſiam Canonizata*; vbi indifferenter loquitur de omnibus Reliquijs, & à fortiori de illis nondùm Beatificatorum.

§. 4. Didacus Iſtella, de Romanis Pontificibus, *num.* 226. narrat, quod anno 1583. *die* 23. *Ianuarij, Gaſpar Quiroga Archiepiſcopus Toletanus in ſuo Concilio Prouinciali, in quo aderant inter alios multos, Epiſcopi numer. 7. authoritate ſibi conceſſa à Gregorio xiij. iuſsit, præuio examine venerari Reliquias SS. Fauſti, Ianuarij, & Martialis*; ex quo facto roboratur ſententia adducta, circà venerationem Reliquiarum, præuia approbatione Apoſtolica, vel ex authoritate Sanctæ Sedis Romanæ, quamuis hoc non ſit ſimpliciter neceſſarium, propter facultatem circà idem conceſſam Epiſcopis; obſeruandum nihilominus venit tanquàm remedium proculdubio magis certum, & laudabile ab omnibus de conuenientia ſaltim (nè dicam expreſſa neceſſitate) facultatis Apoſtolicæ, antequàm in publico Diuorum reliquiæ etiam Martyrum, ad Populi cultum, atq; venerationem exponantur, hoc namq; copioſiùs tractat, & probat validiſſimis argumentis præſertim in antiqua Eccleſiæ conſuetudine fundatis, in ſuo *Triumpho Sacro, Sanctorum Terentiani, & Socij, Martyrum*. Petrus Halloix Societatis Ieſu, præcipuè *cap. 5. in exordio*, quod aſſerit fuiſſe obſeruatum omni rigore circà approbationem Reliquiarum Sanctorum Terentiani, ac Socij, Martyrum.

§. 5. Ex ſuperiùs adductis euidenter quoquè colligitur, ſi in propria domo non licet accendere lumen ad reliquias non Canonizatorum propter rationem à Philiarco adductam, multò minùs id permittendum erit in publica Eccleſia ad Corpora, ſiuè Reliquias, vel Imagines eorumdem, cum ſit eadem, immò fortior ratio de ſecundo, quàm de primo; inſupèr apparet quomodò ſtrictè obſeruanda ſit circà tabellas, accenſionem luminarium & ſimilia, diſpoſitio Concilij Tridentini, & Decretorum Apoſtolicorum, ad euitanda nonnulla mala, præcipuè verò noſtris temporibus, quandò apud multos creuit iam, (vt fertur) Beatorum numerus, ſiue illorum, quos dignos reputant, vt Beati declarentur per Eccleſiam. Concludam itaq; verbis Apoſt. *ad Romanos* 11. *nolite fratres altum ſapere, ſed timete*, aureſque veſtras pijſſimis mandatis Eccleſiæ aperite, de quibus ſuprà, vt cautiùs tutiuſq; coram Deo, & hominibus viam rectam tutò ambuletis.

Pun-

Digitized by Google

Punctum Quadrageſimumquartum.

De Votis oblatis non diſtrahendis.

50 §. 1. ANimaduertunt aliqui, & vtilitèr quidem, quod donaria, votaq; legitimè appenſa, modo ſupradicto ad ſepulchra famulorum Dei, ſiuè ad aliquam miraculoſam imaginem, ſeruatis ſeruandis, non deberent indè vllo pacto amoueri, & multò minùs palàm vendi, abſque vrgentiſſima cauſa, maturè quidem approbanda, etiam ſi opus fuerit per Ordinarium, quemadmodũ S. Carolus Borromæus, ſapientèr ordinauit, in quadam Synodo Prouinciali, & hoc propter multa, præcipuè, nè ſæculares, & alij indè occaſione capta, obloquantur de Eccleſiaſticis perſonis, & eorum cupiditate, quæ teſte Apoſtolo *radix eſt omnium malorum*.

Punctum Quadrageſimumquintum.

De donarijs amouendis, ab imaginibus non Beatificatorum.

51 §. 1. NVLLAMQVE vim habet modernorum repetita inſtantia, contendentium affirmare ſaltèm circà honores, & cultus iam introductos ergà Corpora, ſiuè Reliquias, vel imagines illorum, qui nondùm ſunt Canonizati, neque Beati declarati per Eccleſiam modò, & ordine ſæpè declarato, nihil innouandum eſſe, propter poſſeſſionem in hoc (dicunt ipſi) acquiſitam, neuè Populi ſcandalizarentur, ſi viderent hęc auferri à ſepulchris illorum, vel ablatæ eorum imagines ab Eccleſia cum Radijs ad caput, & ſimilia.

§. 2. Primo, quæ enim fiunt contra Iuris ordinem, ſiue diſpoſitionem Decretorum Summorum Pontificum, vel Sacræ Congregationis Rituum, pro infectis omninò haberi, atq; declarari debent, nec indè iuſtum, ſiue legitimum titulum acquiri, ſiuè oriri poteſt, ideò ſubmouenda pœnitus veniunt, cum in conſimilibus caſibus nullatenus ſuffragetur præſumpta poſſeſſio, imò periculum immineat de fallacia ſimplicium, nè ſcilicet Populus colat pro Sanctis, qui tales in rei veritate, non ſunt, ad quam fallaciam procul amouendam, ordinantur Decreta, atq; Statuta ſuperiùs fusè recenſita, ac paulo inferius adducenda.

§. 3. Secundò: horum exemplo in contemptum Decretorum, de quibus ſuprà, modo vnus, modo alius priuata authoritate idem efficiet, & Deus ſcit, quo ſpiritu, quoue fidei candore aliquandò hęc fiant, & quod amplius eſt vnuſquiſq; pro ſe contendet adducere & probare poſſeſſionem, ſiuè vſum, ideò cuncta plena erunt contentionibus, nam timoratæ conſcientiæ conijcientur in magnis anguſtijs, aliæ verò aliquantulum relaxatæ, indè anſam recipient in dies agere, quæ non licent, multiplicando ferè quotidiè in numero, & qualitate abuſus; experientia teſte in hac, & ſimili materia.

Tertio reſpõdetur, quod præceptum Eccleſiaſticum, ſiue Pontificium, nullatenus propter præſumptum ſcandalũ, prętermittendum eſt iuxta communem doctrinam D. Thom. aliorumq; Theologorum quam docent in materia ſcandali.

Ideò S. Gregorius homil. 7. in Ezechiel. cuius verba refert S. Thom. 2.2. qu. 43. art. 7. in arg. *Sed contra*, expreſſè, inquit. *Si de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius naſci permittitur ſcandalum*

lum, quam quod veritas relinquatur. Et idem S. Thom. in corp. eiuſdem art. poſt diuiſionem ſcãdali in actiuum & paſſiuum, poſt quam diffinitionem vtriuſque membri, tandem concludit. *Manifeſtum eſt autem, quod nullus debet mortaliter peccare, vt alterius peccatum impediat*. Ex qua propoſitione infero ſequentem aliam propoſitionem, ſed non obedire decretis, maximè Summorum Pontificum, de quibus ſuperiùs, & inferiùs dictum eſt, & dicetur, quibus prohibetur, ne exhibeãtur cultus, & honores aliàs receſiti famulis Dei nondum Beatificatis, certum eſt, quod inuoluit peccatum mortale ob grauitatem materiæ, igitur omni poſtpoſito reſpectu, & humano timore, in omnibus, præſertim in prædictis humiliter,& promptè parendum eſt mandatis Superiorum. Et ad horum maiorem firmitatem expreſsè improbat Sanctus Thom. in reſp. ad 5.arg. eiuſdem præcitati artic.tanquam falſam,& contradictoria palàm continentem eorum opinionem, qui aſſerebant peccatum veniale eſſe committendum ad euitandum ſcandalum.

Quibus omnibus addo,quartam reſponſ. ad idem propoſitum argumentũ collectam ex traditis à S.Thom. vbi ſupra,art. 6.per totum,præſertim in corp. & in arg. *Sed contra*, quod videlicet repugnat reperiri ſcandalum, tàm actiuum,quàm paſſiuum in viris perfectis; hinc eſt, quod S. Hieronymus ad illa verba, Matth. 18. *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis*,inquit, *Nota, quod qui ſcandalizatur, paruulus eſt: maiores enim ſcandala non recipiunt*.Vbi per maiores intelligit S. Hieron. Viros perfectos. Et in pſal. 118. dicitur.*Pax multa diligentibus legem tuam,& non eſt illis ſcandalum*.

Deniq; S. Thom. quæſt. citata 43. art. 6.in reſp.ad 2.arg.declarans ex ſententia S.Auguſtini, quomodo S.Petrus poſt acceptum Spiritum ſanctum in ſtatu perfectorum iam conſtitutus,potuerit ſcandalum præbere Gentilibus, ſuper quo fuit reprehenſus à D. Paulo, vt patet ad Gal. 2. inter quamplura, inquit, *Non tamen factum Petri* (intellige de ſubtractione ipſius à Gentilibus, vt vitaret ſcandalum Iudæorum) *erat tam graue peccatum, quod meritò poſſent alij ſcandalizari*, ſtatim concludens,*vnde patiebantur ſcandalum paſſiuum, non autem erat in Petro ſcandalum actiuum*.

Vt autem piæ curioſitati quorumdam ſatisfaciam,ex eiſdem met verbis, præcitatis D. Tho. liceat mihi colligere, Paulum reprehendiſſe publicè Petrum,propter veniale peccatum tantũ, quia incautè egit ſubtrahendo ſe modo dicto à Gentilibus, ac etiam propter ſcandalũ paſſiuum ex prædictò facto in Gentilibus adhuc infirmioribus ſubortum,qui ex narrato facto S. Petri,ſecundum regulam rationis, & veritatis plus offendebantur, quàm natura ipſius facti exigeret, vel importaret. Quapropter dicebat Caietanus ad artic.7.q.43. 2.2.D.Tho.quod ſcandalum paſſiuum regulariter generatur ex ignorantia, vel infirmitate eorum, qui ſcandalizantur.

Sanctus quoq; Petrus Chryſologus ſerm. 27. dicebat ſcandalorum genera ſunt diuerſa; & prima ſunt illa, quæ diaboli fraus parturit.Secunda ſunt,quæ generat calliditas humana. Tertia ſunt, quæ parit ipſa ex nobis ſuſpicax, & incauta natura; quod nobis noſtris generatur ex ſenſibus, cum fallimur oculis, cum decipimur auditu,capimur odore, & ſapore vitiamur.

Pun-

Punctum Quadrageſimumſextum.

De voluntate interpretatiua Principis.

§. 3. NEQVE quidquam concludit argumentum illud, quod ex Iaſone *in leg. ſciendum, num.* 16. *&* 17. §. *de verborum obligatione*, pariter ex Alexandro *conſil.* 12. *num.* 89. *lib.* 4. ex Decio. & alijs præſertim ex Deciſ. Seraphini, *Deciſ.* 1080. *&* 1141. colligunt aliqui dicentes, voluntatem interpretatiuam Principis, & Papæ colligi, ac demonſtrari poſſe *curſu* 30. *annorum*; cum authoritates citatæ, ac aliæ eiuſdem generis, præſupponant alias qualitates neceſſarias, vtputà ſcientiam, atq; tollerantiam Papæ, & conſimiles circumſtantias; equidem ſimplex decurſus *annorum* 30. *vel* 40. non inducit tacitum, ſiuè interpretatiuum conſenſum Principis, hoc enim inducit ſolum *tempus immemorabile*, quando verſamur in valdè antiquis; horum ratio eſt, quia tunc præſupponitur cuncta fuiſſe incepta, debito modo, ac præmiſſa neceſſaria facultate, de quibus non clarè apparet ob immemorabilem, quæ immemorabilis in Iure, *eſt difficilioris probationis*.

52 Cuncta hæc robur, & firmitatem

§. 1. recipiunt ex traditis à Sancto Leone Papa Epiſtola 25. ad Theodoſium Imperatorem, expreſsè dicente, *Diabolica nequitia ſubtiliter fallit incautos, & itâ quorumdam impudentiam per ſimilitudinem pietatis illudit, vt prò ſalubribus perſuadeat nocitura.* Quapropter rectè concludit, *Remouete quæſumus à veſtra pietatis conſcientia periculum Religionis, & fidei*; ſuperiùs enim, in hoc cap. ac inferius in hoc eodem, ac ſequentibus frequenter demonſtratur, quæ, quantaue mala oriri poſſint, niſi ſeruentur in prædictis omnibus, ſtatuta & Regulæ de quibus ſuprà.

§. 2. Tertio, ad obſtruenda Hæreticorum ora, qui tantopere infenſi ſunt, fidelibus proteruè detrahendo præſertim veritati Canonizationis, & Venerationis Sanctorum, noſtroſq; cultus erga illos, ſubſanando prędicta, ac ſi cuncta eſſent attentata, & ſine debita rationis Regula, ſeu cognitione, & legitima authoritate introducta: omitti igitur pœnitùs debent, imò omni neceſſaria cautela vtendum eſt, nè fiat multiplicatio inutilis abſq; fundamento rationis, & & veritatis Beatorum, quorum vita, & mores ab Inimicis Eccleſiæ impugnari poſſint, vel fideles accuſare de nimia facilitate in re maximi momenti, prout latiùs apparebit, ex inferiùs dicendis, ideo dolendum eſt de animoſitate illorum, qui affectum priuatum anteponentes Charitati, (quæ non quærit, quæ ſua ſunt) contra Pontificum, & Conciliorum Sanctiones agunt, ſiuè potiùs attentant, quæ alijs fugienda perſuadere deberent propter bonum commune totius Reip. Chriſtianæ.

Punctum Quadrageſimumſeptimum.

De verbis S. Leonis Papa.

§. 3. AD horum confirmationem referam verba S. Leonis epiſtola 63. ad Theodoricum Epiſcopum Cyri, §. *vnde hoc, &c.* quæ ſunt. *contra hoſtes Eccleſiæ nobis prouidere condignum eſt, vt eis nullam calumniandi occaſionem, quoad nos attinet pænitus relinquamus, neuè* (vt inquit idem S. Leo epiſt. 25. ad Theodoſium Imperatorem) *vim inferat Euangelio*, (hoc eſt veritati) *humana præſumptio, nè ve* (vti docet) idem Sanctus Leo epiſt. 53. ad Anatolium Epiſcopum

ſcopum Conſtantinopolitanum §. *Sancti illi, quæ ad vtilitatem generaliter inſtituta ſunt, nulla commutatione varientur*, ſubdens, *nèc ad priuatum cõmodum, quæ ad bonum, ſunt commune præfixa, ſed intrà fines proprios, atq; legitimos in latitudine Charitatis, qui ſe exerceat, nèc vlterius procedat.*

53 §. 1. Id nullatenus tollerandum eſt, nè Eccleſia videatur approbare, indirectè ſaltèm, malam, nè dicam intollerabilem doctrinam quorundam Modernorum, qui noſtris etiàm temporibus auſi ſunt, nedùm verbis; verum, & ſcriptis docere populorum multitudinem habere vim, & authoritatem homines Beatificandi, & maiora quoq; faciendi; contra quos clamat Vniuerſitas Theologorum, & Canoniſtarum, immò, & Catholicorum, cùm, non liceat falſæ hominum æſtimationi adhærere. In Decreto enim 1. p. diſt. 62. Cap. *docendus etiam, &c.* ex Authoritate Cæleſtini Papæ primi expreſsè dicitur, *docendus eſt Populus, non ſequendus. Nos quoq; ſi neſciunt eos quid liceat, quid vè non liceat commonere, non his conſenſum præbere debemus* (ſubdens immediatè) *quiſquis conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet Cenſuram ſedis Apoſtolicæ minimè defuturam.*

Punctum Quadrageſimumoctauum.

Continens declarationem verborum Caleſtini Papæ.

§. 2. QVÆ verba licet applicata inueniãtur vbi ſuprà ordinationi, atq; Conſecrationi indebitæ ſecutæ Epiſcoporum, poſſunt tamen ritè, ac rectè vniuerſaliter extendi, prout de facto nõnulli grauiſſimi Authores eadem adducunt contra illos, qui audent tentare prohibita à ſancta Sede Apoſtolica, vel à Concilijs, præſertim in materia graui prout in caſu noſtrò.

§. 3. In ſupplemento quoq; antiquo Cronicarum Iacobi Philippi Bergo. Impreſſionis Venet. 1486. Fol. 247. à tergo 1317. in Vita Ioannis 22. verbatim recenſetur, quod interrogatus dictus Pontifex, qui foret à veritate remotus. Reſpondit. *Vulgi ſententia, nã quidquid laudat, vituperio dignum eſt, quicquid cogitat vanum, quicquid loquitur, falſum, quod improbat bonum, & quòd approbat malum eſt.* Tandè S. Petrus Chriſologus natione Imolen. Dignitate Archiepiſcopus Rauennatenſis Sermon. 21. *de Vulgi ſenſu, ſiuè iudicio non ſequendo*, inquit, *incerta ſemper iudicio peruagatur*; præſertìm accedit ad hæc, quod in materia Canonizationis ſummopere cauendum ſit à ſententia Vulgi, eò, quia, vt referunt fideliſſimi Scriptores, maximè Prateolus l. 7. de vitis ac ſectis Hæreticorum c. 16. & Bernardus Lutzemburgus in *Cathalogo hæreticorum* lib. 2. verbo *Guido*, ac Hieronymus Roman in 1. parte ſuæ Reipublicæ Chriſtianæ, cap. 3.

§. 4. Hermanus quidam apud Ferrariam ſepultus iam annorum 20. ſpatio, ſanctus vulgi opinione putabatur, & honorabatur, quem Bonifacius octauus, prçuia debita inquiſitione exhumari iuſſit, cum eumdem à ſtulta plebe reputatum ſanctum, Auctorem hæreſis fraticellorum liquido comperiſſet.

§. 5. Et Sulpicius ſeuerus fideliſſimus Scriptor, præſertim vitæ, & ſanctorum morum D. Martini Confeſſoris Turonenſis Epiſcopi, in vita eiuſdem ſancti c. 8. refert de illo ignoto homine, qui tandem per orationes eiuſdem S. Martini omnibus factus eſt manifeſtus, & publica voce latro, & iniquus pronunciatus, qui tamen anteà imperiti vulgi errore colebatur, vt Sanctus, & Martyr; meritò itaq; clamant veri ſapientes, *Populus non*

eſt

eſt ſequendus, ſed inſtruendus, atque docendus.

Punctum Quadrageſimumnonum

De manutentione in poſſeſſione.

54 §. 1. DENIQVE ad replicam Molfeſij, & aliorum contendentium probare eſſe manutenendos in ſua poſſeſſione, etiam illos qui iuſto carent titulo circa prædicta, quod probant, ſiuè potiùs probare contendunt in materia fœudorum, cumulatis quamplurimis legibus, & Doctorum authoritatibus; Reſpondetur, non militare eandem rationem in fœudis, quæ concernunt bona temporalia, reſpicientia intereſſe particulare tertiæ perſonæ tantùm, cum in caſu noſtro agatur de maximo bono ſpirituali inuoluente vtilitatem communem totius Reipub. & fidei Chriſtianę; ideò diſpar ratio, quæ contrariam quoque abſquè dubio inducit ſolutionem. Ad quam penitùs euertendam replicam, ſatis erit animaduertere illud S. Gregorij poſt libros Epiſtolarum, & Regiſtrum, qui Sanctus Pontifex ad vndecim interrogationes ſibi propoſitas à Sancto Auguſt. Cantuarienſis Ciuitatis Archiepiſcopo, ac Anglię Apoſtolo, Reſponſione 9. obſecrationis eiuſdem Auguſtini in Conceſſione immediatè ſequenti ſcilicet, Gregorius, inquit, *fecimus, quod petiſti &c. quatenùs verò Populus, qui in loco quodam S. Sixti Martyris corpus dixerunt venerari, quod tua fraternitati nec verum, nec veraciter ſanctum videtur, mihi tamen videtur, quia ſi corpus quod à Populo cuiuſdam Martyris eſſe creditur, nullis illic miraculis coruſcat, & neq; aliqui fide digni ex antiquioribus ſint, qui firmitèr aſſerant ſe audiſſe à ſuis progenitoribus, Paſſio pro Chriſti nomine illius reputati Martyris, tunc locus ille obſtruatur, & ſic ceſſabit cultus.* Vbi non obſtante deuotione, & vſu Populorum, mandat Pontifex, nedum auferri Donaria, & vota, ſi quæ aderãt, ſed locũ illum omninò claudi ad effectum omnimodę ceſſationis à cultu, ergo non obſtante vſu contrariò etiàm diuturno, à cultu, & alijs ceſſandum eſt, non obſtante etiam præſumpta conſuetudine.

§. 2. Ad idem quoq; magis declarandum, valdè confert illud S. Vincentij Ferrerij, expreſſis verbis aſſerentis in Epiſtola aliàs ſuperius citata, quam ſcribit ad Magiſtrum Generalem Ordinis ſui Prædicatorum, diù, multumq; laboraſſe pro tollenda celebritate feſti S. Orientis à multo tempore ſólita celebrari in quadam Valle, die ſequenti ad ſolemnitatem Corporis Chriſti.

Punctum Quinquageſimum.

Continens reſponſionem ad obiectionem contra prædicta.

55 §. 1. DEFENSORES opinionis affirmatiuæ iam ſufficientèr reiectæ, adhùc inſtant, ac replicant dicentes, fit mentio in Bullis Canonizationis Sanctorum, quæ æditæ fuerũt etiam poſt Decretum Concilij Tridentini, de quo ſupra, & pariter in relationibus Reuerendiſſimorum DD. Sacræ Rotæ Romanæ Auditorum de appenſione tabellarum, & votorum ad ſepulchra eorum, qui Canonizantur, etiam antè illorum Canonizationem, atq; Beatificationem, quod libenter admittitur. Sed nihil prorſus ad eorum fauorem indè conſurgit, quia non legitur in præcitatis Bullis, ſeu Relationibus, hæc facta fuiſſe antè Beatificationem illorum, modo ſuperiùs toties reiecto, neq; ſine debita licentia Ordinariorum, vel ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, ſed ſimpliciter fit

ſit mentio, quod ſiebant à fidelibus. Quare præſumendum eſt ſemper cuncta eueniſſe ſecundum diſpoſitionem legum, ac Decretorum ſuper prædictis conditorum, cum malis continuo ſit claudenda via, non autem aperienda, proptèr inſinuata pericula neceſſariò euitanda, & occaſiones errandi; ſeruatis igitur ſeruandis præuia legitima informatione, & licentia ſupradicta expleri poſſunt; & hoc modo intelligitur illud Thobiæ 13. continens verba Angeli Raphaelis, dicentis *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei reuelare, atq; confiteri honorificum eſt*; ſeruatis ſeruandis.

Ideò Iacob. de Voragine, & Carolus Sigonius in vita S. Pariſij, & Cardinalis Baronius in not. ad Mart. Rom. de Sancto Pariſio Bononienſi, Monacho Camaldulenſi, ſcribunt. *Caterum cum viuens, & mortuus aliquot miraculis editis, hominum in ſe oculos conuertiſſet, Albertus Epiſcopus Taruiſinus, homo grauiſsimus faciendum ſibi putauit, vt vitã eius certis adhibitis, de more Eccleſiæ teſtibus exploraret, atq; conſtanti eorum teſtimonio cognitam redderet, hocq; eueniſſe creditur parum poſt ipſius Sancti Viri obitũ, qui ex hac vita migrauit anno 1267.* Ecce quomodo ſemper viguit conſuetudo, vt ante venerationem Sanctorum præcederet iuridicè informationes de illorum vita, ſanctitate, & miraculis, ab Ordinarijs locorum ſaltem captæ.

Punctum Quinquageſimumprimum.

De neceſsitate facultatis circa cultus, et honores famulis Dei exhibendos.

§. 1. NECESSITAS facultatis, de qua ſuprà circa cultus, & alia, quę exhibentur non Canonizatis oſtẽditur, nedùm ex pręmiſſis, verum manifeſtiùs ex Verbis Sixti IV. in Bulla Beatificationis fratris Ioan. Boni Mantuani, Heremitæ, cuius initium eſt, *licet Sedis Apoſtolicæ* anno 1483. &c. §. *nos igitur*, dum inquit, *concedimus &c. vt ſine hæſitatione, & conſcientiæ ſcrupulo, vel Canonis Diuini incurſu, poſsit pro Beato venerari, & ad eum, vt Beatum præces porrigi &c.* certum eſt, quod antea erant erecta Altaria, accenſæ lampades, & appenſa Votiua donaria ad illius ſepulchrum, & fortè quidèm aliqua authoritate publica, vtputà Epiſcopi, nihilominùs Papa in ſua Conceſſione ad tollendos ſcrupulos, & pericula contraueniendi Sacris Canonibus, de nouo concedit facultatem, de qua ſuprà, innuens ſupradicta non poſſe ritè, ac rectè fieri abſq; licentia ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, modò alias in hoc eodem cap. explicato: Non eſt igitur dilatanda hæc facultas, imò potiùs reſtringenda. Et quod efficaciùs ſuppeditat argumẽtum ad confirmationem prædictorum, Illud eſt, quod Sixtus IV. in eadem Bulla expreſſis verbis fatetur. Innocentium IV. iàm deſtinaſſe Commiſſarios pro capiendis informationibus de ſanctitate vitę, ac miraculis eiuſdem Ioannis Boni, prout de facto captæ erant, vltra famam, & deuotionem Populorum; de quo B. Ioanne, Scribit Philippus Ferrarius Seruita in ſuo *Cathalogo Sanctorũ Italiæ die 23. Octobris* in annotat. ad ipſius vitã, quod *extat Proceſſus authoritate Apoſtolicã fabricatus ab Epiſcopo Mutinenſi, iuſſu Innocentij IV.* ex quo reſultant innumera miracula, præſertim ſuſcitatio mortuorum, ac illuminatio cæcorum, Huncq; dicit eſſe *Ordinis Heremitarum S. Auguſtini, corpuſq; ipſius reconditum Mantuæ in Eccleſia ſui ordinis*. His tamèn non obſtantibus, accedit tanquàm neceſſarium noua fatultas ſanctę Sedis Apoſtolic. ad tollendam omnem hęſitationem, & ſcru-

& ſcrupulum. Quid quæſo clariùs; vt fateantur omnes non poſſe prædicta fieri tutè, ac rectè, abſq; licentia de qua ſæpius fit mentio, præſertim in hoc Capitulo, vel permiſſione, ſiue tolerantia Epiſcoporum circà illa, ad quæ eorum Authoritas extenditur.

Punctum Quinquageſimumſecundum.

De notis manifeſtatiuis tolerantiæ Superiorum.

36 §. 1. CONIECTVRÆ verò, & ſigna, quibus cognoſci poteſt, quandò Epiſcopus vel alius Prælatus verè permittat, ſiuè toleret prædicta circà accenſionem lampadum, & appenſionem donorũ, & ſimilium ſunt. Primo quandò certum eſt, Epiſcopum proprijs oculis vidiſſe ſupradicta fieri ad ſepulchrum, vel ad imaginem alicuius Viri Dei, & illa minimè prohibuit, ſecundo quandò etiàm iuridicè nuntiatum eſt eidem Epiſcopo ſupradicta fieri modo explicato, nec tamen propter hoc contradicit, neq; prohibet ne fiant prædicta. tertio, quandò ipſemet Epiſcopus coram multis orat ad ſepulcrum, ſiuè ad imaginem eiuſdem Viri Dei, petens eiuſdem Viri Dei orationibus adiuuari apud Deum, vt gratiam, ſiuè aliquod beneficium aſſequatur. quarto quando ipſemet Epiſcopus, vel aliqui de ſcitu, & approbatione illius relinquunt legata, pro cereijs, ſiue alijs luminaribus accendendis ad tumulum, vel ad imaginem famuli Dei, nondum Canonizati, neq; Beatificati per Sedem Apoſtolicam. quinto quando per annum, vel per diuturnum temporis ſpacium, in eadem Ciuitate, in qua actualiter reſidet Epiſcopus publicè ſupradicta fiunt in aliqua Eccleſia, vel Cappella publica; videntibus cunctis, adiuncta etiàm prędicatione mirabilium, quæ Deus operatur (vt prę́ſumitur) ad interceſſionem eiuſdem Viri Dei nondùm Canonizati, neq; beatificati, tunc, & eo caſu, cum moralitèr impoſſibile videatur, ne prædicta deuenerint ad notitiam Epiſcopi, exiſtimari debet, quod niſi prohibeat Epiſcopus, eadem toleret, & approbet, iuxtà illud cõmune, *qui poteſt, & tenetur aliquid prohibere, ſed non prohibet, cenſetur illud approbare*, quæ proportionaliter trahi poſſunt ad tolerantiam aliorum Superiorum.

§. 2. De permiſſione ſiue tolerantia, vel conceſſione Apoſtolica, de quibus ſupra immediatè, non deſunt multa exẽpla præſertim relata à Philippo Ferrario in ſuo Cathalogo Sanctorum Italiæ die 29. Maij in annotatione ad vitam Beatæ Vbaldeſcæ per ſequentia verba. *nondum quod ſciatur, in Sanctos relata eſt, illius tamen Natalis hac die ab Eccleſia Piſana, Sedis Apoſtolicæ permiſſu celebratur.*

Extat aliud ab eodem Authore relatum die 20. Maij, in annotatione ad vitam B. Petri Parentini, in qua aſſerit, etſi inter Sanctos, nondùm quod ſciatur, repoſitus eſt, *ab Eccleſia tamen Vrbeuetana Natalis illius duplici Ritu, vt ex tabula eiuſdem apparet, celebrari cõſueuit.*

Et die 20. Iunij, in annotatione ad vitam B. Michelinæ Tertiariæ Ordinis S. Franciſci Piſaurenſis, inquit, idem author. *Dies feſtus huius S. Viduæ Piſauri, vti feſta ex præcepto Eccleſiæ ſeruatur. Officium Eccleſiaſticum de ea hac die Sedis Apoſtolicæ permiſſu recitatur.*

Et ſub die 14. Iunij, in annotatione ad vitam Beati Guidonis Confeſſoris Cortonenſis Ordinis Minorum, ait, *nondùm Sanctorum Cathalogo aſcriptus eſt; Gregorij tamen xiij. Pontif. Maximi conceſſione, de illo officium Eccleſiaſticum recitatur.*

Denique

Denique 14. Iunij in annotatione ad vitam B. Gerardi Confeſſoris Modoetienſis, inquit. *Nondùm in Sanctos relatus eſt, opera tamen B. Caroli Borromæi ſanctiſsimi Epiſcopi Mediolanenſis, & Cardinalis, à Gregorio xiij. Pont. Maximo, vt Officium de illo Eccleſiaſticum recitetur in* Eccleſia *Modoetien. conceſſum eſt.*

Inſuper modo, quemadmodum vberius dictum eſt, requiritur conceſſio Sedis Apoſtolicæ circa celebrationem feſtorum, atq; recitationem diuini Officij, in honorem virorum Dei nondùm Canonizatorum.

§. 3. Qua occaſione non omittam ponderare, quod prædicta conceſſio requiritur etiam, vt ritè valeant in tota Eccleſia celebrari octauæ etiam Sanctorum Canonizatorum, Quam facultatem petunt Eccleſiaſtici immediatè à Sede Apoſtolica, vel à Sac. Congregatione Rituum, quæ præuio examine neceſſario, eandem facultatem concedit ex poteſtate ſibi tradita à Pontifice Romano.

Hocq; inſinuant multi authores, & Scriptores Eccleſiaſtici, præſertim Galeſinius in notationibus ad ſuum Martyrologium, Kalen. Iulij, vbi poſtquam dixit, *Octauam S. Ioannis Baptiſtæ celebrari ex perpetua traditione Eccleſiæ Romanæ, & Martyrologio Bedæ, qua Octaua in minoribus cenſetur*, vnde de illa Sanctorum Petri, & Pauli pridie nonas Iulij dixerat, hæc octaua numeratur in Maioribus, paucis interiectis, ſubdit *vbiq; tamen de Romana authoritate.* hoc eſt, celebratur vniuerſaliter in tota Eccleſia ex authoritate Sedis Apoſtolicæ, inſinuando, quod nedùm eſt neceſſaria pro celebratione feſtiuitatis Sanctorum, verum etiam neceſſariò exigitur pro vniuerſali celebratione octauarum eorumdem.

De quibus Sanctorum octauis prætermiſſis illis, quæ prolixè dicuntur ab authoribus præſertim Ritualium diuinorum Officiorum, breuiter referam, quæ ſcripſit Cardin. Baronius in Notis ad Martyrologium Romanum, die 2. Ianuarij ad illa verba *Octaua S. Stephani*, quæ ſunt. *De ea etiam Amalar. lib. 4. cap. 37. de ratione celebrandi diem octauam, pluribus agunt hi qui tractatus ſcripſerunt de diuinis officijs, & vt omittamus dies octauæ Myſterium, eam ſanctiſſimam celebrationem eſſe debere diuina lex ſanxit Leuit. c. 23. Vnde S. Eccleſia tempore Euangelicæ gratiæ eſt mutuata exemplum, vt celebriores quaſdam ſolemnitates etiam octauarum additione illuſtraret, ſanctè etenim pieq; Dei Eccleſiam ex antiquis illis ritibus, quadam accepiſſe teſtatur S. Leo ſerm. 7. de ieiunio ſeptimi menſis.* Ex quibus verbis Cardinalis Baronij confirmatur neceſſitas conceſſionis Apoſtolicæ circa celebrationem octauarum.

§. 4. Ratio eorum ea eſt inſinuata, addendo, quod in omnibus præmemoratis caſibus, præſumitur conſenſus Epiſcopi ſaltem implicitus, ſiuè virtualis.

Punctum Quinquageſimumtertium.

De Decreto Congr. S. & Vniuerſalis Inquiſitionis.

57 §. 1. CVncta hæc vſque modo explicata circa cultus exteriores non exhibendos per quoſcunq;, illis qui glorioſè obierunt nõdum tamen Beatific. niſi intercedat licentia ad minus ordinarij approbanda tamen per S. Sedem Apoſtolicam, dilucidè confirmantur, ex diſpoſitione decreti S. Congregationis S. Roman. & vniuerſalis inquiſitionis ſequentis tenoris.

Feria

Digitized by Google

Feria quinta, die 2. Octobr. 1625.

58. In Generali Congregatione S. R. &
§. 1. vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram Sanctiſſimo D.N. D. Vrbano Diuina prouidentia Papa Octauo, ac Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. S. R. E. Cardinalibus, aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus generalibus à Sancta Sede Apoſt. ſpecialiter deputatis.

§. 2. Cum Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. D. Vrbanus diuina prouidentia Papa Octauus, die 14. Martij 1625. Decretum ediderit infraſcripti tenoris, videlicet.

Sanctiſſ. D. N. ſollicitè animaduertens abuſus, qui irrepſerunt, & quotidiè irrepere non ceſſant in colendis quibuſdam cum ſanctitatis, aut martyrij fama, vel opinione defunctis, qui, etſi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore inſigniti ſint ab Apoſtolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratorijs, atque Eccleſijs, alijsq; locis publicis, ac etiam priuatis, cum laureolis, aut radijs, ſeu ſplendoribus proponuntur, miracula, & reuelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum interceſſiones accepta, in libris rerum ab ipſis geſtarum enarrantur, & ad illorum ſepulchra, Tabellæ, Imagines, & res aliæ ad beneficia accepta teſtificanda, & lampades, & alia lumina apponuntur. Volenſq; proindè huiuſmodi abuſibus pro debito officij paſtoralis occurrere, re etiam cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem in vniuerſa Republica Chriſtiana Generalibus Inquiſitoribus, communicata, & maturè conſiderata, ac diſcuſſa, declarauit, ſtatuit, & decreuit, nè quorumuis hominum, cum ſanctitatis, ſeu martyrij fama (quantacumque illa ſit) defunctorum Imagines, aliaq; prædicta, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præſeferens, & indicans, in Oratorijs, aut locis publicis, ſeu priuatis, vel Eccleſijs tam ſæcularibus, quàm regularibus, cuiuſcunq; Religionis, Ordinis, Inſtituti, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apoſtolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (ſi quæ appoſita ſunt) amoueantur, prout eas ſtatim amoueri mandauit.

Ac pariter imprimi de cætero inhibuit libros, eorundem hominum, qui ſanctitatis, ſiue martyrij fama, vel opinione (vt præfertur) celebres è vita migrauerint, geſta, miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunque beneficia tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoſcendis, Theologos, aliosq; pios, ac doctos viros in conſilium adhibeat, & nè deinde fraus, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re tàm graui committatur, negotium inſtructum ad Sedem Apoſtolicam tranſmittat, eiuſque reſponſum expectet. Reuelationes verò, & miracula, aliaq; beneficia ſupradicta, quæ in libris horum hominum vitam, & geſta continentibus, hactenus ſine recognitione, atque approbatione huiuſmodi impreſſa ſunt, nullo modo approbata cenſeri vult, mandatq; Sua Sanctitas.

Ad horum hominum ſepulchra vetuit etiam, ac inhibuit, tabellas, atque Imagines ex cera, aut argento, ſeu ex alia quacunq; materia, tàm pictas, quàm fictas, atq; exculptas, appendi, ſeu affigi, & lampades, ſiue alia quæcunque lumina accendi, ſine recognitione ab Ordinario omninò, prout ſupra facienda, Sediq; Apoſtolicæ referenda, ac probanda.

Declarans, quòd per ſupraſcripta praiudicare in aliquo non vult, neque intendit, ijs, qui, aut per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum, aut per Patrum, virorumq; Sanctorum ſcripta, uel longiſsimi tẽporis ſcientia, ac tolerantia S. Apoſt. vel Ord. coluntur.

Digitized by Google

Vt autem præmiſſa diligentiùs obſeruentur. Vniuerſis & ſingulis, tàm Ordinarijs, quàm hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus diſtrictè præcipit, vt in ſua quiſque Diæceſi, vel Prouincia ſedulò peruigilet, nè ſine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis ſignis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliauè contra ſuperiùs diſpoſita, fiant, tranſgreſſores verò, ſi regulares fuerint, priuationis ſuorum officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, necnon, & ſuſpenſionis à diuinis, ſi verò Clerici ſæculares, priuationis pariter ſuorum officiorum, ſuſpenſionis à diuinis, & ab adminiſtratione Sacramentorum, exequutioneq; ſuorum Ordinum reſpectiuè, alijſq; arbitrio prædictorum Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum pro modo culpæ infligendis pœnis plectendo. Qui autem libros impreſſerint, aut Imagines pinxerint, ſculpſerint, ſeu quoquo modo effinxerint, vel formauerint, cæteriq; Artifices, circa præmiſſa qualitercunq; delinquentes, prædicta omnia amittant, & inſuper pecuniarijs, alijſque etiam corporalibus pœnis, iuxta criminis grauitatem, eorundem Ordinariorum, ſeu Inquiſitorum arbitrio afficiantur. Contrarijs quibuſcunque non obſtantibus.

§. 3. *Et nè præmiſſorum ignorantia poſſit ab aliquo prætendi, voluit, vt Decretum huiuſmodi, ſeu illius exemplum ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum Vrbis, ac in Acie Campi Floræ affixum omnes proindè arctet, atque afficiat, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatum fuiſſet, quodq; præſentium tranſumptis, etiam impreſsis manu Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa.*

§. 4. Poſtmodum verò idem Sanctiſſ. D. N. à quibuſdam reuocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in poſterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conſeruare liceret, Sanctitas Sua, quæ tantummodò voluit, occurrendo abuſibus, qui irrepere videbantur, certiorem parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum ſanctimoniam diuinæ Clementiæ placuerit admirandis operibus illuſtrare; re prius cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus communicata, præſenti Decreto declarauit. Quod ſicut nunquam prohibuit, nec ſuæ intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum, & Imaginum huiuſmodi, ità, vt nulli deinceps hæſitationi locus relinquatur, ſtatuit in præſentiarum, & decernit, vt quoties ad aliquam Eccleſiam, aut Oratorium, locumuè alium publicum ſæcularem, ſeù regularem Tabellas, & Imagines, aliudué ſimile quiſpiam detulerit, ac interceſſione hominum inter Sanctos, vel Beatos non aſcriptorum, quamuis cum martyrij; vel ſanctitatis fama demortuorum, optata, ſe impetrauiſſe dixerit, liceat Eccleſiaſticis perſonis, Eccleſiarum, locorumuè prædictorum curæ Præpoſitis, Tabellas, & Imagines, ſiue pictas, ſiue ex quauis materia fictas, atque alia quæcumque collatæ gratiæ fidem facientia ſimul cum deferentis, aliorumque qui conſcij fuerint atteſtationibus recipere, atque approbantibus Ordinarijs, ad quos referre ſtatim omnia teneatur, in ſecreto aliquo, ſeorſum ab Eccleſia, loco cuſtodire, ibidemq; iam amota collocare, & aſſeruare, vt ſi quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, ſeu Canonizationis honore in terris decorare voluerit, extent huiuſmodi ſanctitatis qualeſcunque probationes Apoſtolicæ Sedis iudicio

ſunt

ſunt examinandæ, Contrarijs quibuſcunque non obſtantibus.

Io. Antonius Thomaſius S. Ro. & vniuerſ.Inquiſ.Not.

Anno Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo quinto,Indictione octaua, Pontificatus S. D.N.D. Vrbani diuina prouidentia Papæ viij. die verò 30. Menſis Octobris,ſupradictę Literæ,ſiue Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valuas Princ. Apoſt. Vrbis, ac in Acie Campi Floræ,vt moris eſt,per me Brandimartem Latinum, Prælibati Sanctiſſ. D. N. PP.Curſorem.

Punctum Quinquageſimumquartum.

De vtilitate editionis prædicti Decreti, & confutatione doctrinæ quorundam modernorum.

§. 5. EX traditis in Decretis de quibus ſuprà duo maximè colliguntur. Primum eſt vera intelligentia verborum decreti Concilij Tridentini ſeſſione 25. *de inuocatione, & veneratione Sanctorum*. Secundum confutatio doctrinæ quorundam Modernorum, de qua mentionem facit Franciſcus de Soſa, Epiſcopus Canarien.in ſua approbatione vitę,& mirabilium venerabilis Sororis Ioannæ della Cruz, lingua hiſpanica ædita, & Madriti impreſſa 1614. quemadmodum videre eſt in eadem approbatione,§. *La ſegunda fuerte de cenſores*. Verba etenim Conc. Trident.vbi ſupra ſunt. *nulla etiam admittenda eſſe noua miracula*. vbi Conc. adiunctis verbis decreti,de quo ſuprà,liquido ſtatuit, ac prohibuit ſimpliciter, & abſolutè non ſolum propalationem quorũcunq; nouorum miraculorum,etiam per modum hiſtoriæ publicè, & ſcripto narratorum, ſed etiam quamcumq; admiſſionem eorundem quouis modo factã, præter, vel contra formam in eodem Concil.vel decreto expreſſam,niſi ſcilicet antea fuerint recognita, & approbata per Epiſcopum, ſuper his accedente conſenſu Sanctiſſimi Romani Pontificis,ita vt approbatio modo prędicto,ordine, & tempore debeat omninò præcedere admiſſionem, narrationem, & quamcumq; publicationem nouorum miraculorum,ad hoc,vt ſit ritè,& rectè facta,quod totum, vt clarè habetur ad exordiũ decreti Conc. Trid. de quo ſupra eſt,*iuxta Cath.et Apoſt.Eccl.vſum à primæuis Chriſt. Relig. temporibus receptum Sanctorumq; Patrum conſenſionem, & ſacrorum Conciliorum decreta*.

§. 6. Ex quo primo optimè ſtabilito, infertur ſecundum continens confutationem opinionis, & doctrinæ eorum qui (methaphyſicando,ſed non rectè) docuerunt atq; ſcripſerunt poſſe miracula noua per modũ hiſtorię recenſeri,& publicari abſq; approbatione,de qua ſupra, voluntariè addẽtes id nequaquã extare prohibitũ per Conc. Trid. ſed ſolum, ac tantũ prohiberi approbationem nouorũ miraculorũ,quod certè captu difficile eſt,cũ approbatio ex vi, & vero ſenſu literali verborum Conc. Trid. debeat neceſſariò præcedere admiſſionem eorundẽm nouorum miraculorum, ſub quo nomine, & vocabulo *admiſſionis*, comprehenditur abſque dubio omnis, & quæcumque narratio publica nouorum miraculorum, quod totum denique verbis dilucidiſſimis explicatur, & confirmatur in Decreto Sanctiſſ.& vniuerſalis Inquiſit. de Vrbe, de quo ſupra immediatè. Neceſſitatem cuius decreti Sanctiſſ.Inquiſit.abundè declarant priora verba eiuſdẽ,licet magis,ac magis eadem neceſſitas, & occaſio diſertis verbis explicetur in literis conſcriptis ab

Digitized by Google

Illuſtriſſimo D. D. Card. Millino Sanctiſſ. Domini Noſtri Vicario, directis Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. D. Card. Borromęo Archiepiſcopo Mediolanenſi, quarum exemplar impreſſum inuenitur in libro inſcripto, *Flores directorij inquiſitorum*. Mediolani excuſſo 1625. fol. mihi 481. Tenor cuius exemplaris is eſt.

Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo Sig. mio oſſeruandiſsimo.

§. 7. *LA licenza di molti, troppo auanti traſcorſa, nel culto, & veneratione di perſone morte, con fama di Martirio, & Santità, prima che della vita, & attioni loro, ne ſia, conforme alla diſpoſitione de Sacri Canoni preſa informatione, & decretatoli honore di Santo, ò di Beato, hà dato occaſione alla Santità di Noſtro Signore, di porui freno con vn Decreto generale, ſtabilito nella Congregatione del ſanto Officio, ne rimetto à V. Sig. Illuſtriſsima, con queſta gli exemplari, acciò vno ſi compiaccia publicarlo in coteſta ſua Dioceſi, e de gl'altri ne mandi vno à ciaſcheduno ſuo Veſcouo ſuffraganeo con la copia della preſente lettera, acciò ſe ne procuri inuiolabilmente l'oſſeruanza, procedendo in ſimili occaſioni nella forma preſcritta, & caſtigando chi verrà contrauenire, ſecondo la diſpoſitione del preſente Decreto, & à V. Signoria Illuſtriſſ. per fine humiliſsimamente bacio le mani. Di Roma li 26. d'Aprile 1625.*

Di V. S. Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ.

Humiliſſ. & affettionatiſſ. ſeruitore
Il Cardinale Millino.

§. 8. IN executione huius Decreti ſiue Decretorum, mira celeritate in multis Eccleſijs Vrbis ablatæ fuere imagines famulorum Dei, nondum honore Beatificationis condecoratorum, quamuis illorum vita, & mors extiterit (vt fertur) admirabilis & glorioſa non ſine ſanctitatis opinione, & miraculorum fama, pariter quoq; ablata fuere donaria votiua, tabellæ, & alia etiam præcioſa, quæ pendebant ad eorum ſepulchra, vel imagines, deuotione fidelium ſponte oblata. Quod breuiter inſinuare volui, vt cuncti ſciant, qua promptitudine exequi teneantur contenta in præfatis decretis, nedùm propter vim, & efficaciam mandati, ſeu mandatorum, de quibus latè iam dictum eſt in relatis decretis ſanctiſſimæ, ac vniuerſalis Inquiſitionis: Verum etiam propter exemplum eorum quæ facta fuere in Eccleſijs almæ Vrbis, cuius exemplo ad idem præſtandũ cuncti fideles excitari debẽt.

Punctum Quinquageſimumquintum.

De antiqua famulorum Dei Venerat.

§. 9. EX verbis paritèr declarationis contentæ in præfato Decreto ſiue Decretis ſanctiſſ. & vniuerſ. Inquiſitionis, §. *Declarans quod, &c.* liquidò conſtat famulis Dei poſſe exhiberi cultus etiam publicos, qui ante per communem Eccleſiæ conſenſum, vel immemorabilem temporis curſum exhibebantur, de quibus inter quamplura egregia exempla illud extat de B. Greg. Papa X. Patria Placentino, qui à Conc. Lugdun. Romam rediens 1276. Aretij in Æetruria, ſanctiſſime obijt, & in Maiori Eccleſia eiuſdem Ciuitatis reconditus, ad hæc vſq; tempora multis miraculis fulget.

De huius Pōtificis Sanctitate & Miraculorum patratione ſcripſerunt innumeri authores præſertim Ptolomęus Lucenſis, Martinus Polonus, Ioannes Columna, Bartholomęus Piſanus, Blon-

Digitized by Google

Blondus, S. Antoninus Archiep. Florentinus, Platina, Philippus Bergomenſis, Volateranus, Leãder, Marcus Guatius, Ciacconus, Abraham Bzouius, Ioannes Molanus, Ioannes Baptiſta Signius, Hieronym. Capogrianus, Robertus Licienſis Epiſcopus, Authores Cronicarum Fratrum Minorum, locis in particulari citatis in relatione directa ad Gregorium X V. & ad Sanctiſſimum D. N. Vrbanum VIII. ædita per Petrum Mariam Campum, ſuper proceſſu, & cauſa Beatificationis, & Canonizationis eiuſdem viri Dei, Placentiæ, & iterum Florentiæ impreſſa 1624. Superiorum permiſſu.

§. 10. In qua relatione inter quamplura, pag. mihi 9. § *Clarum eſt*, ex cultu publico, & ſolemni, ſingulis annis magna populi Aretini pompa & feſtiuitate, corpori eiuſdem viri Dei Gregorij X. exhibito, colliguntur ſequentia. *De conſenſu ſaltem tacito Summorum Pontificum inſurgit maximum ſanctitatis dicti Gregorij argumentum*. Cultus ſiquidem publicus ſancto dumtaxat debetur c. 2. *de reliq. & ven. Sanct. & vbiq; Doctores, et Bellarmin. cap. 10. de ſanct. beat. lib. 1. & Rom. Pont. qui adeo vicini ſunt Vrbi Aretinæ, non vtiq; illum permiſiſſent, niſi prius exhibita fuiſſent Apoſt. Sedi magna ſanctitatis ſigna, vt ponderatum fuit in relatione S. Hyacinthi fol. 33. verſ. et quãuis, vt præſumitur in caſu noſtro ſtante, quod in Vaticana Bibliotheca iamdiu aſſeruantur multa ex dicti Gregorij Miraculis, ſed nec iſtud toleratum fuiſſet per tot illius Ciuitatis Epiſc. maximè illos qui externi fuere, & ſolliciti præſumuntur in huiuſmodi rebus ad eorum officium ſpectantibus, ex optimè traditis per DD. Aud. in facto B. Andreæ par. 5. §. 1. verſ. 2. confirmatur. Neq; per Apoſt. Viſitatores & ſignãter per S. Antoninum Archiep. Florentinum, cuius tempore etiam celebrabatur dicta feſtiuitas, nam de hac luce migrauit, vt diximus anno 1459. & non modo ipſe cum pluries deuotionis gratia, dictum locum viſitauerit, huiuſmodi concurſum, & celebritatem non improbauit, ſed imò conſideratis conſiderandis, vtpotè doctiſſ. ſanctiſſ. vir de ipſius Greg. ſanctitate, et miraculis in hanc ſententiam diſertis verbis deuenit, hiſt. par. 3. tit. 20. c. 2. §. 4. fuit autem (dixit ille) vir optimus, & proculdubio ſanctiſsimus, ingentis animi quidem contra Chriſtiani nominis inimicos, &c. Et paulo infra, ſepultus eſt Aretij, ſumma cum veneratione, multaque circà illius corpus miracula poſtmodum ſubſecuta, fidem eius ſanctitatis indubiam præbuere.*

Ex quibus omnibus ſupra deductis, ac alijs per Bellarm. traditis in eodem lib. 1. de ſanct. beat. cap. 8. apparet huiuſmodi cultum in honorem Gregorij noſtri, adeo antiquum & continuatum, maximam habere vim, & talem, vt ille omninò manuteneri debeat propter ea, quæ docet in mlibus, & refert ita pluries Romæ reſolutum fuiſſe coram diuerſis ſummis Pontific. Andreas Molfeſius in comment. ad conſuetudinem Neap. tom. 2. conſil. 45. numer. 75. & ſeqq. & conſil. 46. num. 12. ſignanter hoc in Canonizatione S. Didaci ex relatione Cardin. Columnæ anno 1588. licet ipſius cultus, ſpatium annorum centum & viginti trium ab eius obitu non excederet, plurimum praualuit ad illam obtinendam, vt habetur in hiſtoria eiuſdem ſancti Didaci à Pegna conſcripta, lib. ſecundo, capitul. ſeptimo. Et in vita Beati Ambroſij Sanſedonij, Romæ impreſſa anno 1611. lib. tertio, capitulo decimoquinto.

§. 11. Et §. *Tertium Sanctitatis*. aſſeritur Beatificationem glorioſi viri Dei Gregorij factam fuiſſe quaſi incontinenti à ſuo ſucceſſore Innoc. V. ob miracula à Deo facta per interceſſionẽ ipſius, quo-

rum tranſumptũ conſeruatur in Bibliotheca Vaticana, quæ ſunt ad numerum 32. in totum, & authentica atq; approbata, vt refert inter alios Bzouius to. 14. annalium ad annum Domini 1276. num. 2. quorum miraculorum in tabulam relatorum, extat exemplar appenſum ad ſepulchrum prædicti Pontificis, ob quæ Bartholomæus Piſanus Scriptor librorum conformitatum S. Franciſci, lib. 1. fructu 9. ipſum Gregorium Canonizatum fuiſſe in Dioceſi Aretina affirmat, quod explicant Toſignanus, lib. 1. hiſtoriæ Seraphycæ religionis, & Molanus, lib. Natal. Sanctorum Belgij die 10. Ianuarij, & alij de Beatificatione, ſiue euidenti permiſſione, ac tacito conſenſu ad minùs Summorum Pontificum.

De quo Summo Pontif. Greg. inter quamplura, ſcribit Volateranus, lib. 22. *Moritur Aretij ibiq; ſepultus atque, vt vir ſanctus adoratur.*

§. 12. In eadem quoq; relatione pag. mihi 7. recenſetur ad extenſum Breue Ioannis 22. directum Archiepiſcopo Piſano, & Epiſcopo Mutinenſi, ac Benedicto de Senis Notario Apoſtolico, cuius initium eſt. *Fons ſapientiæ*. Dat. *Auinione 6. Idus Maij anno* 8. continens commiſſionem cauſæ inquiſitionis vitæ, & miraculorum eiuſdem Sanctiſſ. Pontif. ad effectum Canonizationis, & hoc de anno 1326. de qua commiſſione fit iterum ſermo in eadem relatione, pag. mihi 25. tit. *de actis cauſa, & proceſſus*, & pag. 26. dicitur. ſupponitur etiam Beatificatio per memoriam, quæ de ipſo Gregorio in Martyrologium Romanum ab Epiſcopo, & Capitulo Aretinæ Eccleſiæ redacta eſt, ſub his verbis. *Apud Aretium Ciuitatem Tuſciæ, depoſitio Corporis Beatiſſimi Gregorij Papæ, &c.*

§. 13. Huic annectam aliud conſimile exemplũ (valdè antiquum) B. Margharitę, ex Vetuſtiſſima, & Auguſtiſſima Sereniſſ. Ducũ Sabaudię proſapia orta. Quę exemplo S. Cecilię Martyris, ſub auratis, & prętioſis veſtibus, (pijs S. Vincentij Ferrerij Ordinis Prędicatorum concionibus, ad Dei amorem mirabiliter accenſa) cilicio vtens aſperrimo, carnem ſuam continuò domabat, Pijſſima pauperum mater à cunctis appellabatur, mortuoq; ipſius marito Theodoro ſecundo Paleologo, tũc Marchione Montisferrati, voto caſtitatis emiſſo, relictoq; Statuum regimine, Albam petijt, vbi vix incredibilis humilitatis exẽplo, diù laudabiliter, & ſanctę vixit: aſſumptoq; habitu mulierum Tertij Ordinis de pœnitentia, S. Dominici, continuò ferè orationibus, meditationibus, pietatis, atq; miſericordiæ operibus intendebat. Non ſine maxima hominum admiratione, ad ſecundas nuptias ſępiùs euocata à Philippo Maria Mediolani Duce, illas ſub prætextu emiſſi voti caſtitatis omninò recuſauit. Super quo dignis de cauſis, ab Eugenio iiij. diſpenſata, Apoſtolicum indultum, forti Animo recuſauit, Et Monaſterium Monialium dicti Ordinis S. Dominici, ſub inuocatione S. Mariæ Magdalenæ magnificè conſtruxit, in quo, Deo cum alijs Monialibus deuotè inſeruiebat. Deniq; ad vltimum vitæ conſtituta, poſt innumeras ferè reuelationes, miro ſplendore circumdatus Saluator noſter, pridiè quàm moreretur, eam viſitare dignatus eſt, multiſq; alijs Sanctitatis operibus relictis, die 23. Nouembris 1464. Spiritum Creatori reddidit. In hora cuius tranſitus, auditi fuere Angelici concentus, viſa ſunt luminaria, Cometæ ſignũ ſuprà Cellam ipſius apparuit, & Campanæ nemine pulſante ſonum ediderunt. Eius Corpus magnam habet venerationem, (ob ingentia miracula interceſ-

Digitized by Google

terceſſione ipſius à Deo patrata, in Eccleſia eiuſdem Monaſterij. Nouiſſimè autem eius effigies cum radijs circà caput,tituloq; Beatæ ornata,miraculis val lata ex decreto Superiorum in alma Vrbe impreſſa conſpicitur. Ann. 1625. Poſt latum Decretum, & publicatum, de quo ſupra Sanctiſſimæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis.

Punctum Quinquageſimumſextum.

De conceſſione nominis Beati.

58 §. 1. EX iam adductis, fuſiùsq; demonſtratis in hoc ſecundo cap. facilè erit ſatisfacere petitioni inſtanter percunctantium, an ad ſepulchrum famulorum Dei poſſint appendi, tabellæ,donaria, votiua, atque accendi luminaria, de quibus Pontifex Romanus conceſſit præuia cognitione præſtantiæ ſuæ laudabilis vitæ (vt poſſint appellari nomine Beati,vel Beatæ reſpectiuè,) vtquè imago eorū pingatur more Beatorum cum inſcriptione *Beatus N. de N.* ſtatuendo illam in Eccleſia, ac alijs locis publicis; Reſpondendo affirmatiuè: quia longè maius eſt, vt quis debita authoritate dicatur Beatus,pingatur,vt talis,&c.quam quod ad illius ſepulchrum accendantur luminaria, & appendantur tabellæ, ideò interpretatiuè, ac virtualiter ſaltèm in illa conceſſione, de qua ſuprà, includuntur etiam accenſio lampadum, & appenſio votorum, pulſatio campanarum, & alia huius generis.

§. 2. Hoc enim ſatis liquet, ex facto ſuperius recenſito de Ven. P. fratre Fælice de Cantalizio,ad cuius ſepulchrum conceſſit Sixtus V. accenſionem luminarium, & appenſionem tabellarum modo expoſito,adhuc tamen non appellabatur Beatus,nec pingebatur more Beatorum,& nihilominùs ad effectum Beatificationis, & Canonizationis modo examinantur Proceſſus per Sacram Rotam Romanam. His addi poteſt, quod accenſio luminarium,& appenſio tabellarum tanquam quid minoris cōditionis poterat olim cōcedi per Epiſcopum ſeruatis ſeruandis, tribuere autèm nomen Beati alicui homini iam defuncto ad ſolum Pontificē Romanum ſpectat, cum hoc vltimum æquipolleat Beatificationi ſaltem, quo ad aliqua,licet non ſemper, & neceſſario,quo ad omnia.

Punctum Quinquageſimumſeptimum.

De his, qui à Papa appellantur Beati declaratiuè.

§. 3. CIRCA quod neceſſario animaduertendum eſt, hic fieri ſermonem,non de illis, qui ſolum,ac tantum nominantur Beati enuntiatiuè, ſiue incidenter à Papa in aliqua ſcriptura illi oblata,& ab eodem ſubſcripta,cōtinente aliud factum, ſiuè negotium principale,vel in Breue Apoſtolico ad alium finem, & effectum expedito, quemadmodum accidit de S. Philippo Nerio incidentèr appellato Beato à Clemente VIII. multis annis antè illius Beatificationem, & de B. Ambroſio Sanſedonio, qui in Breue quodam indulgentiarum conceſſo à Sixto V. Sodalitati,ſub inuocatione eiuſdem Beati erectæ in Ciuitate Senarum eumdem B. Ambroſium appellat S. Ambroſium,ſed de illis amicis Dei Dilectis tantum ſermo noſter intelligendus eſt, quos Summus Pontifex in aliquo Breue ſpecialiter ſuper hoc ædito, ſiue Decreto Sacræ Congregationis Rituum, per Sedem Apoſtolicam approbato, vel facultate vera, & reali, ſub quauis alia forma ſpecialiter conceſſa, vel approbata à Sanctiſſimo Pon-

Digitized by Google

Pontifice Romano, appellat principaliter, & declaratiuè, conſulto, & ex certa ſcientia Beatos; quam appellationem ſiue conceſſionem, non cõſueuit Eccleſia, niſi rarò tribuere, & niſi præuia exacta informatione eximiæ ſanctitatis, & hæroicarum virtutum, quibus refulſit Vir ille, de quo, vel mulier de quà agitur.

Punctum Quinquageſimumoctauum.

De Indulgentijs conceſſis pro feſtiuitatibus Beatorum tantum.

59 §. 1. NONNVLLI etiam deuotionis gratia erga iam Beatificatos per Sanctam Sedem Apoſtolicam, inſtanter petunt de cõſuetudine Eccleſiæ in concedendis indulgentijs plenarijs, ſiue alterius generis in die feſtiuitatis illorum. Quibus ſanè reſpondendum eſt affirmatiuè, hocq; Reſponſum affirmatiuum comprobatur ex quamplurimis factis, ſiue conceſſionibus pro diebus, quibus ſupra. Primò de B. Roccho Beatificato in Conc. Conſtantienſi, circa annum Domini 1414. authoritate, tamèn Summi Pontificis, Didacus Iſtella, & Rocca, vbi ſupra Viſitantibus enim Eccleſias ſub inuocatione nominis illius erectas Romæ; Venetijs, & alibi Summi Pontifices Romani, conceſſerunt Indulgentias plenarias in forma valdè ampla, præſertim in feſtiuitate eiuſdem B. Rocchi.

Ideo Petrus Galeſin. in notationibus ad Martyrolog. Roman. 17. Kalen. Septembris §. S. Rocchi inter Scriptores. Vitæ B. Rocchi connumerat P. Pinum Tholoſanum cum ſequẽti additione *hic illum à Summo Pontifice in Sanctorum numerum ſatis Solemnibus ceremonijs adſcriptum eſſe affirmat. Nos vero nihil compertum habemus.* Cõtra directè illud quod voluntariè tradit Franciſcus Soſa, in approbatione vitę Sororis Ioannę de la Cruz §. *el Quinto grado.* vbi aſſerit, *San Roque, ni eſtà canonizado, ni Beatificado en la forma dicha.*

§. 2. Et Conzaga part. 2. hiſtoriæ Minorum de Conuentu Brixienſi, qui eſt primus illius Prouinciæ ait: Leonem X. facultatem dediſſe, vt templũ tribus Diuis erigeretur, quorum duo conſtat eſſe Canonizatos, & 3. fuit B. Rocchus, ibiq; de Prouincia Romana ſcribens inquit, Paulum IV. conceſſiſſe Indulgentiam Plenariam 15. Iulij 1562. Viſitantibus Eccleſiam Franciſcanorum Oppidi Fornaſij in feſto B. Rocchi Tandẽ in Martyrologio Rom. die 16. Auguſti leguntur ſequentia Verba. In Gallia Narbonen. apud montem Peſſulanum depoſitio B. Rocchi Cõfeſſoris, qui multas Italiæ Vrbes à morbo Epidimiæ, ſigno Crucis liberauit, cuius corpus poſteà Venetias translatum fuit, & Bonifacius IX. Indulgentiam conceſſit viſitantibus Sacellum B. Nicolai de Tolentino, tunc Beatificati tantum, Canonizatus enim fuit per Eugenium IV. & antè Canonizationem, vt refert Hieronymus Roman lib. 4. de Republica Chriſtiana, iam centum annis erat Beatificatus, & agebatur feſtum cum officio in honorem illius. pariter Nicolaus V. conceſſit viſis videndis celebrationẽ feſti in honor. B. Claræ de Monte Falco Ordinis hæremitarum S. Auguſtini, cum Indulgẽtijs, Hieron. Roman. p. 1. ſuæ Reipublicæ Chriſtianæ ad calcem cap. 3. idem refert, ibidem de S. Nicolao de Tolentino ante illius Canonizationem.

§. 3. Idem eueniſſe legimus tempore Innocentij VIII. qui conceſſit Indulgentiam pro die feſtiuitatis B. Illuminatæ, Eccleſiæ Abbatiali Monaſterij S. Mariani Ordinis Benedictinorum S.Se-

S. Seuerini in Piceno, tùnc Camerinen. Diocæſ. & hoc anno 2. Pontificatus eiuſdem 1485.

§. 4. Idem quoq; conceſſum eſt de Beato Ambroſio Sanſedonio, Oratorio Senis erecto, in honorem dicti Beati Ambroſij, nam Gregorius xiij. conceſsit Indulgentiam plenariam, viſitantibus prædictum Oratorium, die Veneris ante Dominicam in Paſſione, quo die colitur feſtum in honorem eiuſdem Beati. Eandem Indulgentiam elargitus eſt Sixtus V. Gregorius xiiij. ac etiam Paulus V. in feſto eiuſdem Beati Ambroſij.

In Bulla paritèr Canonizationis Sancti Antonini Ord. Prædicatorum S. *poſtridiè*, Clemens vij. aſſerit quod cum Pius ij. Roma Florentiam aduenisset, famuli Dei Antonini Sanctitatem, iam pridem cognitam haberet, Florentiam ingreſſus omnibus Chriſtifidelibus, Corpus dicti Sancti, antequàm ſepulchro conderetur viſitantibus, Indulgentiam 7. annorum, & totidem quadragenarum conceſſerat.

§. 5. Gregorius xiij. conceſſit indulgentiam plenariam, ſub die 17. Decembris 1577. Viſitantibus Sacellum Sodalitatis ſub inuocatione B. Gualteri Socij S. Franciſci erectum in Oppido Vimarenſi die 2. Auguſti, qua colitur feſtum in honorem eiuſdem Beati, & paritèr introeuntibus in dictam Societatem, dummodò Confeſſi ſint ſua peccata ſacramentaliter, &c. Didacus Iſtella in ſuis annotationibus, n. 64. hancq; Bullam refert Gonzaga, 3. p. ſuæ hiſtoriæ minoriticæ, vbi agit de Conuentu Vimarenſi Prouinciæ Portugalliæ Ordinis Minorum.

§. 6. In relatione etiam Canonizationis S. Franciſcæ Rom. factæ Paulo V. per tres Rotæ Auditores deputatos doctrina, & prudentia præclaros Franciſcum Pegnam Decanum, Ioannem Garziam Millinum, & Horatium Lancellottum poſteà Cardinales, art. 7. §. *poſtremò* expreſsè habetur, his quoq; temporibus à Summis Pontificibus reperiebantur ſæpè conceſſæ Indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam Beatę Mariæ Nouæ de Vrbe, vbi venerabile Corpus Franciſcæ requieſcit, in die quo migrauit ad Dominum, de quo die ait Paulus V. in Bulla Canonizationis eiuſdem Sãctæ. §. *defuncto Eugenio*, dies tranſitus eius auctoritate Apoſtolica, & Populi Romani pia ſolicitudine in honore, & in Curia Capitolina feſtus habitus fuit. Quæ indulgentiæ fuerunt conceſſæ præſertim à Clemente viij. ſub die 26. Februarij 1597. & die 11. Februarij 1602. Item à Paulo V. 28. Februarij 1606. & alia vice die 3. Martij 1607. pro eodem feſto.

§. 7. Paulus V. anno 1606. 1607. & 1608. cõceſſit Indulgentiam viſitantibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Vallicella Congregationis Oratorij, in qua requieſcit Corpus S. Philippi Nerij antè illius Canonizationem in die feſtiuitatis eiuſdem. Eandem indulgentiam pro eodem feſtiuo die tribuit Gregorius XV. primo anno ſui Pontificat. 4. Idus Maij antequam fuiſſet per eum ſolemnitèr Canonizatus, & ab eodem Gregorio xv. 8. Kal. Nouembris 1621. anno primo ſui Pontif. conceſſa fuit indulgentia plenaria pro feſto B. Franciſci Xauerij, ante illius ſolemnem Canonizationem. in Summario paritèr vitæ S. Iſidori Protectoris Madrit. cap. 15. apertè narratur quomodo antè Canonizationem ipſius celebrabatur feſtum ſingulis annis, magno cum apparatu, & & ſolemnitate ex indulto multorum ſummorum Pontificum in Eccleſia S. Andreæ Madriti, in qua reconditum eſt Corpus ipſius, & præſertim fit mentio de Indulgentia Plenaria conceſſa a

non-

nonnullis ſummis Pontific. eidem Eccleſiæ pro die S. Iſidori.

Ex quibus liquidò conſtat fuiſſe conſuetum, concedere Viſitantibus Eccleſias, ſiuè Altaria in honorem illorũ, qui tantùm Beatificati ſunt indulgentias Plenarias in feſtiuitatibus, quę celebrantur in honorem eorundem.

§. 8. Supradictarum enim indulgentiarum omnium ferè Originalia, ſiuè Autentica exemplaria, conſeruantur apud pijſſimos Patres S. Mariæ de Vallicella Vrbis; quæ ego ipſemet vidi, legi, attrectaui ſemel, atq; iterum.

Punctum Quinquageſimumnonum.

De Indulgentijs pro celebratione Beatificationis B. Fælicis de Cantalicio.

§. 9. CVNCTA hæc magis roborantur, ac ſtabiliuntur ex tenore ſequentis breuis, nouiſſimè conceſſi à S. D. N. Vrbano VIII.

VRBANVS PP. VIII.

Vniuerſis Chriſtifidelibus pręſentes literas inſpecturis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ad augen. fidelium Religionem, & animarũ ſalutem, cœleſtibus Eccl. theſauris pia charitate intenti, Omnibus vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus verè pœniten. & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui Eccleſiam S. Bonauenturæ Ord. fratrum Minorum S. Franciſci Capucc. nuncupatorũ de Vrbe die 9. menſis Nouemb. qua die habebitur dies feſtus Beatificationis B. Fælicis de Cantalicio eiuſd. Ord. à primis veſp. vſq; ad occaſum Solis diei huiuſmodi, ac vnam ex quatuor Eccleſijs per nos in literis Apoſtolicis Indictionis anni Iubilei deſignatas in aliquo ex ſeptem diebus immediatè ſequen. poſt dictam diem nonam ſemel tantum deuotè viſitauerint, ac feria ſecunda, vel quarta illius, ſeu ſequen. hebdomadæ ieiunauerint, ibiq; pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctę Matris Eccleſ. exaltatione & pręſentibus Eccl. neceſſitatibus pias ad Deum præces effuderint, quod omnes, & quaſcumq; etiam pleniſſimas pręſentis anni Iubilei indulgentias conſequantur, quas conſequerentur, ſi quatuor Eccleſias iuxta earũdem literarum formam, & tenorem perſonaliter viſitarent, aliaque in eiſdem literis contenta adimplerent, tenore præſentum, hac vice dumtaxat concedimus, & indulgemus. In contrarium facien. non obſtantibus quibuſcunq; Datum Romæ, Apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris die 4. Nouembris 1625. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Gratis pro Deo etiam Script.

V. Theatinus.

§. 10. Nouiſſimè S. D. N. Vrbanus Papa VIII. conceſſit indulgentiam omnibus Eccleſijs RR. PP. Capuccinorum vbiq; exiſtentium in die celebrationis feſtiuitatis Beatificationis eiuſdem Glorioſi Viri Dei B. Fælicis ſequentis tenoris.

VRBANVS PAPA VIII.

Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

AD augen. fidelium religionem, & animarũ ſalutem, cœleſtibus Eccleſiæ theſauris pia charitate intenti, Omnibus vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœniten. & cõfeſſis, ac ſacra cõmunione refectis, qui aliquã

ex Eccleſijs Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum vbique exiſten. in die, quo in eiſdem Eccleſijs habebitur dies feſtus Beatificationis B. Fælicis de Cantalicio eiuſd. Ordinis, à primis veſperis vſque ad occaſum Solis diei huiuſmodi deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hęreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum præces effuderint, Plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino cōcedimus. Præſentibus pro vna vice tantum, citrà Annum Iubilei valituris. Volumus autem, quod præſentiū tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcrptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel hoſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub annullo Piſcatoris, die 17. Decembris 1625. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

V. Theatin.

Punctum Sexageſimum.

De explicatione nomimis cultus publici.

60 §. 1. CIRCA illa, quæ in hoc 2. Cap. num. 9. vſque ad numerum 13. diffusè tractantur pertinētia ad cultum publicum, occurrit animaduertendum potiùs ad cautelam, quam ad neceſſitatem, qualiter nomine, & vocabulo cultus publici, licèt in rigore intelligantur ſolum, ac tantum illi Cultus, & honores per Eccleſiam etiam in ſpecie approbati, quiq; exhibentur Sanctis, vel Beatis per Miniſtros Eccleſiæ nomine, & in perſona eiuſdem Eccleſię, non recedendo tamen à veritate, ſiue à proprietate ſermonis verum eſt dicere, quod ſub nomine Cultus publici latè accepti cōprẹhenduntur etiam honores, & cultus, qui exhibentur famulis Dei non adhùc Beatificatis per Eccleſiam ratione publicitatis loci, multitudinis perſonarum, & temporis, pro, vt latiùs declaratum eſt n. 9. & n. 10. huiuſmet Capituli, & hoc modo coincidunt, Cultus publicus, cum illo qui publicè agitur in Eccleſia per miniſtros ipſius Eccleſiæ tempore concurſus Populorum.

§. 2. Ideo cultus prioris generis, ſiue Ordinis nequeunt exhiberi abſq; licentia ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, quemadmodum eſt celebrare miſſam, erigere Altaria in honorē huius, vel iſtius viri Dei, perſoluere diuinum officium, & in publicis præcibus Eccleſiæ illum inuocare, & ſimilia.

§. 3. Quę vero ſunt ſpectantia ad publicū cultum ſecundo modo ſuperius immediatè explicato, poſſunt, ſeruatis ſeruandis exhiberi de licentia Epiſcopi habita ſuper his approbatione ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, modo, & Ordine alias declarato, & non aliter, nec alio modo etiam illis, de quibus adhuc nulla extat, nec Beatificatio, nec ſolemnis Canonizatio celebrata per Eccleſiam Romanam, quemadmodùm ſunt accenſio lampadum, & Cereorum, appenſio tabellarum, & ſimilia ſuperius in hoc Cap. diffusè explicata, vt apertis verbis traditur in relatione Canonizationis Sanctorum Didaci, & Raymundi, ad quorum ſepulchra antè illorum etiam Beatificationem fiebant hæc, de licentia tamen Epiſcoporum, præuiaque informatione debita ante Conceſſionem ideo &c.

Nam Epiſcopi ſolliciti eſſe debent in his, quæ ſpectant ad eorum officium, vti præſupponitur. Rota deciſ. 6. n. 2. 3.

&

& 11. Punt. 243. in fine. Ideo ad hæc concedenda debet præcedere matura conſideratio, & piorum virorum conſultatio ad euitanda periculoſa mala, de quibus ſuprà latè dictum eſt, adiuncta (poſt decretum S. Inquiſit.) approbatione S. Sedis Apoſtolicæ.

§. 4. Quamobrem Molanus in Martyrologio, & in Indiculo Sanctorum Belgij, poſtquam dixit peculiares Canonizationes Sanctorum ab Epiſcopis olim fieri, aliquandò per Eleuationem, aliquando per translationem, Corporum ad eminentiorem locum, ſiue ſanctiorem, ſubdit, ad hanc tamen trãslationem præcedebat ſemper Vitæ, & miraculorum examen. Eccè ſufficienter multis argumentis probatum, quod ad hæc, quomodocunq; ſint, exigitur præcedens examen, atq; facultas Sed. Apoſt. vel Ordinarij, licet tutius olim, ac certius, ſed modò verò neceſſariũ ſemper ſit ſuper his expectare iudicium Sanctæ Sedis Apoſtolicę, nam cultus, & veneratio exterior, vt omnes Theologi docent, eſt, ſiue reducitur ad fidei proteſtationem, ideò cautè circa hæc agendum eſt, cum redoleant ſpeciem Sanctitatis, ob id c. 1. extra de Reliquijs, & veneratione Sanctorum prohibetur, ne quis pro ſancto colatur abſq; Sanctæ Sedis Apoſtolicæ authoritate, quod eſt exequtioni omnino demandandum.

Punctum Sexageſimumprimum.

De neceſsitate facultatis Apoſtolicæ circa cultus virorum Dei.

§. 5. NECESSITATEM hanc, de qua frequentius in hoc cap., confirmant quamplura exempla ſuperius in particulari fideliter relata, ac etiam illa, quæ legimus in vitis Sanctorum nouiſſime Canonizatorum, præſertim S. Iſidori, & S. Franciſci Xauerij. In vita namq; eiuſdem S. Iſidori Romæ impreſſa apud Alexandrũ Zanettum 1622. poſt illius Canonizationem ad finem cap. 15. narratur, quomodo ex vi Proceſſuum, quos de illius ſanctitate, & miraculis compilauerant Archiepiſcopus Toletanus, & Nuntius Apoſtolicus, aliqui Pontifices Romani, præſertim Leo X. & Paulus III. conceſſerant, vt publico cultu cum officio proprio, & Miſſa exhiberentur eidem Sancto cultus, & honores publici, Dominica in albis, quo die conſuetum eſt celebrari feſtum in honorẽ ipſius S. Iſidori, de quibus omnibus clariùs, & vberius dicitur in actis Canonizationis eiuſdem ſancti cap. 2. quemadmodum etiam in Compendio vitæ S. Franciſci Xauerij, Romæ Impreſſæ apud hæredes Bartholomęi Zanetti 1622. poſt illius ſolemnem Canonizationem, cap. 21. de eodem habetur, quod de mandato Regis Portugalliæ Ioannis III. Don Franciſcus Barettus Prorex ipſius in Indijs ob famam mirabilium, eiuſdem S. Franciſci captę fuere informationes ſuper his neceſſariæ ab Archiepiſcopo Goæ, virtute quarum Paulus V. conceſſit eidem famulo Dei titulum Beati, vtq; de illo in Eccleſijs Societatis Ieſu tantùm fieri poſſet feſtum ſolemne cum officio, & miſſa, vnius ſimplicis Confeſſoris, non Pontificis.

Punctum Sexageſimumſecundum.

De celebratione feſti ſtatim ſequuta morte aliquorum Iuſtorum.

61 §. 1. TANDEM ne quid neceſſarij intactum omittam, obiectioni quoq; illorum ſatisfaciam, qui aſſerunt vltra ſuperius in hoc cap. recenſita, fuiſſe aliquando celebratum feſtum quorundam

rundam virorum Dei, ſtatim poſt illorum fælicem tranſitum non integrè ſeruatis ſupra relatis, exemplificantes præſertim de Sancto Antonio Abbate, & alijs. Quamuis ex iam declaratis remaneat ſoluta prædicta obiectio, nihilominùs ad maiorem claritatem eorum, quæ ſuperiùs in hoc Cap. dicta ſunt, præcipuè num. 8. num. 11. atque 14. Addam, veriſſimum eſſe id, quod aſſeritur in obiectione, non tamèn eſt contrarium, aliàs in hoc cap. deciſis, cum id factum ſit ex ſpeciali reuelatione Diuina, cui omnes obedire tenemur, quemadmodum multi Scriptores Eccleſiaſtici tradunt, præſertim de Sancto Antonio Abbate, vt ſupra relatum eſt, ob illius quidē eximiam ſanctitatem potiùs admirandam, quam imitandam.

§. 2. Ideò Molanus in ſuo Indiculo Sanctorum Belgij litera T. refert ex Nolgero Epiſcopo Leodien. Sanctum Iulianum, Sanctamq; Landradam Virginem

§. 3. cùm S. Adriano Martyre, iuſſu Diuinæ viſionis cunctos eleuatos eſſe, per quam eleuationem abſq; dubio intelligit Beatificationem, vel Canonizationem illorum per Sarebertum Præsbyterum executioni traditam; & ſub litera L. in Landoaldo aſſerit, quod Flobert. Epiſc. Leodienſis, ob miraculorum multitudinem, & Diuinam monitionem eleuauit Sanctos Landoaldum Archipręsbyterum, & S. Amantium Diaconum.

§. 4. Surius quoque, & alij Scriptores Vitæ SS. idem frequentèr referunt, præſertim Surius tom. 7. die 6. Septembr. de B. Vberto Confeſſore, cuius trāſitus fuit circa annum Domini 480. qui cum remanſiſſet abſq; publica veneratione à ſuo tranſitu annis circitèr 153. Angelo tandèm diuinitùs monente Abbatem Radinum, corpus eiuſdem ſancti eleuauit, feſtumq; in honorem ipſius celebrari iuſſit in Diocæſi Cameracenſi, cuius Diocæſis erat fortè ipſe Ordinarius, vel id egit, re priùs participata cum Epiſcopo, quod non eſt nouum, neq; inſolitum, modo immediatè expoſito, vt Canonizationes antiquitùs fierent hoc modo etiam per Abbates Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, vel tanquam per delegatos Epiſcoporum, præſertim vbi interuenit reuelatio Diuina, ſed hoc totum ante latum Decretum Alexandri, & Innocentij iij. Hinc eſt quod Molanus, vbi ſupra ſub litera V. ſcribit Sanctam Viuianam Abbatiſſam, & Virginem fama ſanctitatis, & miraculorum in vita, & poſt mortem præclaram, eleuatam fuiſſe ab Abbate Afflıgenſi, ità præcipiente Epiſcopo Arnulpho; idem, Surius die 9. Martij narrat de Sanctis quadraginta Martyribus pro Chriſti fide apud Cæſaream Paleſtinæ occiſis, eorum reliquias in mare fuiſſe proiectas, poſt triduum verò Sancti Martyres apparuerunt Petro Epiſcopo Cæſarienſi eidem nomine Dei iubentes, vt eorum Reliquias tanquam ſtellas rutilantes colligeret, venerarique faceret, prout ſtatim re ipſa fæliciter perfecit, inter hæc connumerari debet id, quod legitur in Vita Sancti Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis apud Surium, Petrum de Natalibus, & alios. dum enim Clerici Corpus ipſius ſancti Martyris, in feretro ſtatuiſſent, & pro eo Miſſam Defunctorum, prout de more inciperent, Angelorum Chori aſtantium voces cantantium interrumpentes; officium Martyris glorioſi, incipiunt dulciter canere, & introitum Miſſæ Martyris *Lætabitur iuſtus, &c.* inchoant. Cæteris proſequentibus; palam oſtendentes honore martyrum eſſe venerandum prædictum Sanctum, ex quo die, vt Martyr Chriſti glorioſus, ab omnibus eſt in ſumma veneratione habitus.

§. 5. Quid ſimile narrat Surius in Vita Beati Alberti de monte Drepano Carmelitæ die 7. Auguſti, & idem habetur in Breuiario Carmelitarum in officio pro die S. Alberti, dum eſſent illaturum Corpus ipſius Sancti in ſepultura, ingens lis, atq; magna contentio orta eſt inter Clerum, & Populum, quibus nàm Miſſa & Officio eſſent celebrandę exequiæ illius, an per Miſſam de Requie, & an Miſſa eſſet potiùs cantanda de Sancto Cõfeſſore ob eximiam Sanctitatem Viri, varijs miraculis in vita, & morte cunctis oſtenſam. Tandem Vndericus Archiepiſcopus Meſſanenſis his finem imponere volens, cunctos in vota, preceſq; incumbere mandauit, & ecce Paulò poſt in aere duo pueri amicti ſtolis albis, auroq; intextis, *Os iuſti.* cantandum eſſe excelſa voce denuntiabant, immò ipſimet non ſine maxima ſuauitate cantabant, quo miraculo omnis difficultas ſedata fuit, ac terminata in honorem B. Alberti.

Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 7. Auguſti, & Philippus Ferrarius Seruita in ſuo Cathalogo Sanctorum Italiæ, die 7. Auguſti addit, quod Campana, quam Sanctus Albertus fieri curauit in die ſui obitus, nullo pulſante, validè inſonabat omnibus audientibus, alijſq; quamplurimis miraculis claruit.

§. 6. Ad prædictorum maiorem comprobationem extat eximium illud factum de ſancta Agatha martyre, cum enim Corpus Sanctæ Agathæ Virginis, & Martyris à Chriſtianis honorificè ſepeliretur, Angelus Dei in ſimilitudinem pulcherrimi adoleſcentis (quem ſequebantur alij centum iuuenes ſplendidis amicti veſtibus) ad fuit, & ad Caput Sanctæ martyris tabellam ex marmore poſuit, cum hac patenti inſcriptione. *mentem ſanctam ſpontaneam, honorem Deo, et Patriæ liberationem.* ex tunc enim cœperunt fideles ſepulchrum eiuſdem venerari ritè intelligentes ex ſibi reuelatis, ità Deum præcipere.

Punctum Sexageſimumtertium.

De die, quo celebratur feſtum quorumdam Sanctorum.

62 §. 1. DENIQVE Cardinal. Baronius in notis ad Martyrologium Romanum 12. Februarij ſub litera C. & die 17. Septembris, littera I. regulam quandam generalem tradit circa celebrationem feſti illorum Sanctorum verè Canonizatorum, qui non habēt proprium diem, hoc eſt ignoratur à fidelibus dies feſti illorum, dum inquit, quoties proprius dies ignoratur celebrari poteſt die, quo colitur, alter eiuſdem nominis. Idem frequentèr ſcribit Philippus Ferrarius ſeruita in ſuo Cathalogo Sanctorum Italiæ præſertim die 22. Maij in annotationibus de S. Epiphanio Epiſcopo Beneuentano.

63 §. 1. Ex Bulla Leonis X. Beatificationis Viri Dei Philippi Florentini Ordinis Seruorum, de qua latiùs dictum eſt ſupra in hoc, eodemq; cap. §. *idem colligitur.* verſ. *colligitur,* clarè habetur, quod neq; pulſatio campanarum, neq; accenſio luminarium fieri debet ad corpora, ſiue imagines; nondùm Beatificatorum, vel ſaltem hæc ritè fieri nequeunt, ſine licentia, de qua frequentiùs in hoc 2. cap. ideò in præfata Bulla poſtquam declarauit illum Beatum, concedit, vt feſtum ipſius poſſit celebrari, cum campanis, & luminaribus, innuens, indirectè ſaltem, prædicta non debere fieri abſq; legitima facultate, ideò concedit, vt prædicta fieri poſſint, quod aliàs eſſet ſuperfluum.

Pun-

Punctum Sexageſimumquartum.

De differentia inter Beatificationem, & Canonizationem.

§. 2. AD calcem quoq; eiuſdem Bullæ Leo X. ſoluit difficultatem illorum, qui credunt conſimiles Beatificationes etiam in ampliori forma conceſſas, haberi pro Canonizationibus, vel illis æquiualere, dùm expreſſis verbis, inquit. *Volumus autem, quod per permiſſa præfatus Philippus in Cathalogo Sanctorum adnumeratus, Canonizatus publicè minimè cenſeatur.*

Summa prioris Partis Appendicis.

1 *Demonſtratur antiquitas vſus ſacrarum Imaginum, earumq; cultus.*

2 *Ex doctrina quamplurimorum Patrum demonſtratur fructus mirabilis, quem acquirunt fideles ex deuotione, & cultu circa ſacras imagines.*

3 *Explicatur quomodo S. Lucas Euangeliſta ediderit Imagines Deiparæ ſemper Virginis, & Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli.*

4 *Narrantur miracula quibus, Deus illuſtratas eſſe voluit, Imagines Beatæ Virginis, ac aliorum Sanctorum.*

5 *Declaratur quomodo ſacrificia, Templa & Altaria, ſoli Deo viuo, & vero ſunt dicanda.*

6 *Et pariter quomodo ſanctis attribuantur Templa & Altaria.*

7 *Declarantur prædicta maximè ex doctrina S. Thomæ 2.2.q.85.*

8 *Proponitur ac reſoluitur clarius Argumentum, quomodo Templa & Altaria ſint dicata etiam Sanctis in ſpeciali.*

9 *Semper fuit proprium fidelium, Templa & Altaria erigere Deo, illaquè ornare atq; ditare; Hæreticorum verò eadem exinanire, ac deſtruere.*

Summa poſterioris Partis Appendicis.

1 *Referuntur ad extenſum viuæ vocis oracula in honorem B. Iacobi Salomonij Ordinis Prædicatorum à Sede Apoſtolica conceſſa.*

2 *Adducitur exemplar Decreti Sac. Congregationis Rituum, quo extêditur ad vniuerſum Ordinem Prædicatorum facultas celebrandi feſtum, & recitandi officium diuinum, in honorem eiuſdem B. Iacobi.*

3 *Refertur viuæ vocis oraculum factum in honorem B. Ambroſij Sanſedonij Ordinis Prædicatorum.*

4 *Adducitur pariter Decretum Beatificationis B. Ludouici Beltranni Ordinis Prædicatorum, vt ipſius amplitudo clarius demonſtretur.*

5 *Refertur Bulla Pauli Quinti, qua Ciuitati Neapolitanæ ad eius petitionem in Protectorem, & Patronum ſpecialem S. Thomam de Aquino Ordinis Prædicatorum tribuit.*

6 *Refertur Decretum Sacræ Congregat. Rituum de Beatificatione venerabilis Sororis Margaritæ, de Caſtello Ordinis S. Dominici.*

7 *Refertur Breue extenſionis Beatificat. viri Dei Iacobi de Marchia Seraphici Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia.*

8 *Adducitur Decretum authoritate Apoſt. confirmatum, quo mandantur omnibus Eccleſiaſt. vt celebrent feſtum, & perſoluant diuinum Officium in honorem S. Hyacinthi Ord. Præd. die 16. Auguſti.*

9 *Narrantur aliqua de honoribus B. Caroli Magni, & B. Oſannæ Mantuanæ Tertiariæ Ord. S. Dom.*

10 *Recenſetur alia Conceſſio Alexandri iiij. in honorem 49. Martyrum Regni Polon. Ord. Præd. obtenta præcibus Boslai Regis Poloniæ, & Antiſtitis Cracouienſis Eccleſiæ.*

11 *De B. Matt. de Mantua Ordinis Prædicatorum pariter diſſeritur.*

12 *Refertur tenor, ſiue formula qua petantur à Sede Apoſtol. literæ remiſſoriales pro conſtruendo proceſſu famuli Dei Marcelini*

de Forolivio ad effectum Beatificationis, & Canonizationis ipſius, quæ formula in alijs conſimilibus caſibus, mutatis mutandis inſeruire poterit.

13 *Demonſtratur rectitudo, & vtilitas cultus accenſionis candelabrorum, ſiue Cereorum ad imagines Christi, & Sanctorum.*

14 *Quamplurimis argumentis declarantur aſſertiones circa fidem adhibendam ſcriptoribus antiquioribus ſanctitatis, et miraculorum famulorum Dei, quorum teſtimonia recentia haberi nequeunt.*

15 *Apponitur formula proceſſus formandi ab Ordinario antequam petantur literæ remiſſoriales, ad effectum Beatificationis, vel Canonizationis alicuius Famuli Dei à S. Sede Apoſtolica.*

Appendix ad ſecundum Caput Elucidarij.

COntinens quamplura nedùm ſcitu digna, ſed valdè neceſſaria pro claritate maiori eorum, quæ ſuperiùs in 1. c. ſed latius in hoc ſecundo de Cultu ſacrarum Imaginum, & pariter de facultatibus conceſſis circa honores, & cultus exhibendos quibuſdam Beatis, & famulis Dei, de quibus frequẽter, etiam in particulari dictum eſt, in duabus partibus diſtincta.

Prima Pars Appendicis.

1 QVibuſdam enim cupientibus, & inſtanter petentibus, vt ad calcem huius cap. aliqua insererentur de ſpecioſo, fructuoſoq; cultu ſacrarum Imaginum famulorum Dei.

Qui cum ſit antiquiſſimus, ſuamq; antiquitatem trahat, nedùm ex nouo, verum etiam ex Veteri Teſtamento, quemadmodum videre eſt Exodi 25. & 37. in duobus illis aureis Cherubinis iuſſu Domini in Propitiatorij loco conſtructis mutuò ſe reſpicientibus, & pariter Num. cap. 21. Vbi Moyſes mandato Dei diligenter obtemperans, ſerpentem æneum pro ſigno eleuauit, *quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur*; ac etiam ex 3. Regum, cap. 7. vbi poſt Moyſen, Salomon de lignis Oliuarum Cherubinorum Imagines fabricare fecit, quas in eminentiori loco Tabernaculi collocauit. Pariter quoq; Antiquiſſimi Scriptores nonnulla tradiderũt de Imagine Saluatoris, Beatiſsimæ Virginis SS. Apoſtolorum, ac aliorum Sanctorum, quemadmodũ videre eſt apud Theophylactum in Matthæum, Athanaſium libello de Paſſio. Imaginis Domini, apud Nicetam Coniatem, apud Nicephorum Calixtum, Nicephorum Phocam, Ioannem Diaconum, Euagriũ, S. Tho. 3. ſent. diſt. 9. S. Bonauenturam lib. 1. S. Damaſum de Vitis Pontificum, S. Auguſt. de Fide & Symbolo. S. Leonem, vt alios innumeros de vſu, & fructu ſacrarum Imaginum egregiè diſſerentes breuitatis cauſa omittam; Necnon & Concilia, præſertim ſeptimum, act. 5. & Nicænum 2. actione 4. & Conſtantinopolitanum ſextum, can. 83.

2 Qua occaſione optimum erit referre verba de hac materia apud nonnullos grauiſſimos Scriptores reperta, quę clarius adducũtur à Ioanne Stephano Duranto Secretioris Regij Conciſtorij Cõſiliario, *lib. primo de Ritibus Eccleſiæ Catholicæ, cap.* 4. ſed expreſſius, *cap.* 5. *ad exordium*, dicente. *De Imaginum vſu, ac veneratione adeò latè patet, vt difficiliùs ſit exitum, quam initium inuenire.* Nihilominus, vt aliqua ex parte muneri meo ſatisfaciam, quædam pauca proponam. Et primo in communi dicam cum S. Thoma, vbi ſupra, & Sancto Gregor. lib. 7. epiſt. 109. ad Serenum Epiſcopum Maſſilienſem, & pa-

Digitized by Google

& pariter cum Sancto Baſilio de Quadraginta Martyribus,& S.Damaſo lib. 4. Orthodoxæ Fidei, valdè fructuoſum,& vtilem ſemper extitiſſe vſum, atq; cultum ſacrarum Imaginum, vberrimoſq; fructus fidelibus ſemper contuliſſe, indocti enim homines, & illiterati erudiuntur, præteritorum Sanctorum memoria, ad pietatem excitantur, atq; inflammantur,per illas Sanctorũ virorum actiones recēſentur,& homines ad imitationem famulorum Dei adhortantur excitanturq; id namq; efficiunt, vt illas contemplantibus, in mentem reducant,Chriſti Domini, & Martyrum ſæuiſſimam paſſionem; ideo S. Gregor. Orat. prima de pauperibus amandis *efficaces igitur* (inquit) *ſunt Imagines in commouendis inſpectorum cordibus dum in eis, quis contemplatur exemplati diuinitatem,aut quamlibet virtutis ſublimitatem.* fideles itaq; reuerenter proſtrati ante Chriſti Crucifixi, vel B. Virginis, ſeu aliorum Sanctorum Imagines, non materiam, ſed eum, cuius Imago effingitur adorant.

3 Deinde,vt reſpōſioni aliqualiter ſatiſfaciam,cum Nicephoro Calixto, lib. 2. cap. 43.& lib. 6. cap. 15.& 16.& S.Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & ex alijs antiquis Patribus,dicam,S.Lucam Euangeliſtam diſcipulum,ſectatorem, atq; fideliſſimũ peregrinationum S.Pauli comitem, cui Apoſtolo (vt aſſerit S. Chryſoſtomus) *ſemper adhæſit*, qui eidem Apoſtolo fuit ſemper valde dilectus,*& hoc*, (vt verbis vtar S.Chryſoſtomi) *non modicum eſt encomium*, inſuper arte pingendi pollentem præſtantiſſimas Chriſti Domini, ac ſacræ Deiparæ, Apoſtolorumq; Petri, & Pauli effigies,manu, coloribuſq; egregiè ad viuum pinxiſſe fertur. Ita tradunt præſertim Metaphraſtes in vita S.Lucę,Theodor. in collectan.lib. 1. S.Tho.ad 3. ſent. diſt. 9. qu. 2. Euagrius,lib. 5. Hiſt.Eccleſiaſt.& Durand.in Ration.lib. 6. cap. 89. Quas imagines inſignibus miraculis illuſtratas ijdem Authores tradiderunt; Conſultò ommiſi ſermonem de Imagine Saluatoris miſſa (vt aſſerunt aliqui Scriptores) à Chriſto Domino ad Abagarum, cum Gelaſius Pontif. in Conc. Rom. ſanciuerit hoc factum reponi debere inter Apocripha, vt narrat inter alios Petrus Galeſinius in notationibus ad Martyrolog.Romanum, 16 Kal.Auguſti,§.S.Alexij Conf.per ſequentia verba. *Quod vero in eius vita legitur* (ſcilicet S. Alexij) *de Imag. à Chriſto Domino miſſa ad Abagarum, in apocriphis cenſetur, vt Gelaſius Pontifex in Concilio Romano ſanciuit.*

4 Nonnulla equidem miracula,quibus Deus Opt.Max.illuſtratas eſſe voluit B. Virg.& SS.ſuorum Imag.in particulari copioſè narrant prędicti Auth. Græci, & Latini,quibus addi poſſunt Lypomanus in vitis diuerſorum SS. præſertim to. 2. in vita S.Nicol. & S.Alexij,Baron. Annal. Eccleſ. tom. 8. ann. 610. tomo 7. anno 564. tom. 5. ann. 407, tom, 1. anno 31.& tom. 9. ann. Dom. 842. Carol.Sigon.lib. 5. Hiſt.de Regno Ital. maximè ad ann. 842. S.Bonau.in vita S. Franciſ. Sophron.Prat.ſpirit c. 45. D.Io.Damaſc. præſertim in vita SS.Balaā, & Ioſaphat, Io.Zonar.tom. 3. Annal.Leo Auguſt.in vita S. Ioa.Chryſ.Euſeb.l. 7. c. 14. Greg. Turonen.lib. 1. de Gloria Mart.S. Antonin.maximè 3. p. ſuarum Hiſt. Martin. Polonus de Imp.& Pont.Rom. ad ann. Chriſti 215. Petrus Caniſius lib. 5. de Deipara Virgine, cap. 24. Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus in vita Ioannis Damaſceni, Franciſcus Gonzaga de origine Seraphicę Religionis, par. 3. Vt magnam multitudinem, ne dicam maximam aliorum grauiſſimorum Authorum prætercam, quos ad

Digitized by Google

idem probandum refert proprijs nominibus, Patrijs, & Cognomentis Author Hiſtoriæ Vniuerſalis de Imaginibus miraculoſis Mariæ Matris Dei, lingua vulgari deſcriptæ in quindecim libros diſtributæ, in qua narrantur mirabilia à Deo operata per Imagines Deiparæ ſemper Virginis, & in qua referuntur, origo, progreſſus præcipuarum Imaginum, quas eiuſdem Deiparę Virginis in Italia, Gallia, Hiſpania, Germania, Anglia, Polonia, Belgia, & alijs nationibus Europæ, ac etiam Indiarum Orientalium, & Occidentalium, fideles, Chriſtiana deuotione venerantur.

5 Vtq; obiectioni eorum quoq; ſatisfaciam, qui dicunt ſoli Deo eſſe dicanda Templa, & Altaria, horum enim conſtructio, ſiue erectio ad cultum pertinet, qui ſoli Deo debetur ex S. Auguſtino, lib. contra tres ſermones Arrianorum, breuiter dicam, Baſilicas, & Altaria vni ſoli Deo viuo, & vero eſſe dicanda, nihilominus Templa, & Altaria, Sanctorum nominibus ornantur Deo ita volente, ac ordinante, honor quidem ſeruorum redundat in eorum Dominum, dicente Chriſto Marci 9. *Qui vos ſuſcipit, me ſuſcipit*, & S. Auguſtinus libro de Definitionibus orthodoxæ Fidei, ſiue de Eccleſ. Dogmat. c. 72. *Sanctorum corpora, & præcipuè Beatorum Martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra ſinceriſsimè honoranda, & Baſilicas, eorum nominibus appellatas, velut loca ſancta diuino cultui mancipata affectu piјſsimo, & deuotione fideliſsima adeundas credimus*: ſubdens. *Si quis contra hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus, & Vigilantianus creditur*. Idem S. Auguſtinus, lib. 8. de Ciuit. Dei ad Marcellinum, cap. 27. cui titulus eſt. *De modo honoris, quem Chriſtiani martyribus impendunt*. ad exordium, inquit.

6 *Nec tamen Nos eiſdem martyribus Templa, ſacerdotia, ſacra, & ſacrificia conſtituimus, quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus*. Statim addens. *Honoramus ſanè memorias eorum, tãquam ſanctorum hominum Dei, qui vſque ad mortem ſuorum corporum pro veritate certarunt, vt innoteſceret vera Religio falſis Religionibus; fictiſq; conuictis*. Et paucis interiectis ſupradicta magis dilucidare volens, ſubdit. *Quis autem audiuit aliquando fidelium ſtantem Sacerdotem ad Altare etiam ſuper ſanctum corpus martyris ad Dei honorem, cultumq; constructũ dicere in precibus: Offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane, cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos, & homines, & Martyres fecit, & ſanctis ſuis Angelis cæleſti honore ſociauit; Vt ea celebritate, & Deo vero, de illorum victorijs gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum, atq; palmarum eodem inuocato in auxilium ex eorum memoria renouatione adhortemur?* Et vt formaliter reſpondeat, propoſitę obiectioni, ſuperaddit quaſi per modum concluſionis, ſiue compendij. *Quæcunque igitur adhibentur Religioſorum obſequia in martyrum locis, ornamenta ſunt memoriarum, non ſacra, vel ſacrificia mortuorum, tanquam Deorum*. Et poſt aliqua iterum, inquit. *Non autem iſta eſſe ſacrificia martyrum nouit, qui nouit vnum, quod Deo illicò fertur ſacrificium Chriſtianorum*. Deniq; ait. *Nos itaq; Martyres noſtros, nec diuinis honoribus, nec humanis criminibus colimus*.

7 Hanc doctrinam mirabili illa conſueta claritate elucidauit S. Tho. multis in locis, maximè vero 2. 2. quæſt. 85. articul. 2. in corpore dum inquit. *Anima* (ſcilicet) *fidelis ſe offert Deo in ſacrificium, ſicut principio ſuæ creationis, et ſicut finis ſuæ Beatificationis, ſecundum autem veram fidem ſolus Deus eſt Creator animarum noſtrarum. In ſolo etiam*

eo,

Digitized by Google

eo, animæ noſtræ Beatitudo conſiſtit : Ex quibus colligit conſequentiam, *Ideo, ſicuti ſoli Deo ſummo debemus ſacrificium ſpirituale offerre, ita etiam ſoli ei debemus offerre exteriora Sacrificia*. Quod totum magis explicauit S.Th. Aqu. in reſp. ad 3. arg. ex authoritate S. Auguſt. lib. 8. de Ciuit. Dei, cap. vltimo. *Non conſtituimus* (ait ille) *Martyribus Templa, ſacra, & ſacrificia, quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus*. inſinuando, quod in gratiarum actione hæc fiunt in honorem Angelorum, aliorumque Sanctorum propter ipſorum victorias, & egregia vitę exempla; ſoli ergo Deo, tanquam noſtro Creatori, atq; fini Beatifico dicantur Templa, & Altaria, ſed in memoriam multiplicem (qualis prædicta eſt) ſanctorum ſuorum id etiam fit, & fiet. Ex quibus manifeſtè infertur, quod Templum vtputa S.Petri, ſoli Deo quidem conſtructum eſt, ſed in memoriam ipſius Principis Apoſtolorum; quod etiam dicendum eſt de alijs Templis, & Altaribus erectis ſub nomine, & inuocatione huius, vel alterius Sanct. eorum patrocinia implorando.

Hinc eſt, quod in Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 3. expreſſis verbis dicitur. *Et quamuis in honorem, & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Miſſas Eccleſia celebrare conſueuerit: non tamen illis ſacrificium offerri docet. Sed Deo ſoli, qui illos coronauit; Vnde nec Sacerdos dicere ſolet, Offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, ſed Deo de illorum victorijs gratias agens, eorum patrocinia implorat, vt ipſi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris.*

8 Supradicta ampliata, & dilatata, & aliquo modo magis explicata inueniuntur apud Ioannem Azorium par. 1. Inſtit. Moral. lib. 10. cap. 17. circa finem, dum ſcribit. *Quare igitur templa dicimus eſſe erecta, & dicata S. Petro, S. Paulo, vel Beatiſſimæ Virgini Deiparæ? Reſpondeo, propriè quidem Templa eſſe Deo dicata, cum ea extruantur, & conſecrentur, vt in eis victimæ Deo immolentur, ſacrificia offerantur: ſed nihilominus appellantur etiam templa Martyrum, quia eadem ſacræ domus, quæ ſunt templa Deo dicata, continent Martyrum ſepulchra, oſſa, reliquias, cineres, corpora, aut ſaltem eorum imagines, & monumenta; vel aliquid aliud, quod ad ipſos aliqua ratione pertineat: ac proinde templa Deo inſeruiũt, vt ipſi in eis ſacrificemus: Sanctis verò martyribus ſeruiunt, tanquam ædes amplæ, & magnificæ, in quibus aliquid honorificè continetur, & aſſeruatur, quod ad Martyres aliqua ratione ſpectet: vt eorum memoria perpetua celebritate recolatur. Ex quo etiam fit, vt templa Beatæ Dei Genitrici, Sancto Michaeli, & alijs Angelis ſacrata eſſe dicantur: nam tametſi eorum corpora, vel reliquias non contineant; habent tamen eorum imagines, vel aliqua monumenta rerum, quas Deus eorum precibus, miniſterio, & opera mirabiliter efficit. Quæres quanam ratione monſtretur ſacrificia Deo ſoli deberi? Reſpondeo ſacrificium eſſe Religionis opus, & officium; at Religio moralis eſt virtus, quæ cultum, honorem, & venerationem Deo debitam defert. Deinde ſacrificia facimus, vt profiteamur exterius, quod interna fide credimus, Deum ſcilicet eſſe rerum omnium Dominum, Regem, ac Principem, cui pro tot, ac tantis beneficijs acceptis gratias debeamus; cuius diuinum auxilium, & opem inuocare nos oporteat; vt ipſo authore liberemur à malis, & in bono conſeruemur. Hæc autem à Sanctis Martyribus nequaquam poſtulamus; ſed inter ſacrificandum, eorũ preces ad Deum, & patrocinia imploramus, videlicet, vt Deum pro nobis orent eorum memoriam celebramus, vt eorum exemplo, & imitatione*

Digitized by Google

tione ad bonam vitæ frugem excitemur, Vt immeritò proindè hæretici Catholicos accuſent, quod templa ædificent, & conſecrent in honorem Martyrum, eorumq; nominibus appellent. Eccleſia profectò vſu, & more, à primis Apoſtolorum temporibus ad nos vſq; perducto, templa in Dei cultum, & Martyrum memoriam ſemper extruxit: Et id, veterum Patrum Ambroſij, Auguſtini, Gregorij, Damaſceni, Leonis, Epiphanij, Cyrilli, Nazianzeni, Baſilij, & Athanaſij confirmat authoritas; quos vnà cum alijs citat Durandus de Ritibus Eccleſiæ Cathol. lib. 1. cap. 1 & 2.

9 Hoc vno alio adnotato, quod animo, & fine à S. Auguſtino explicato ſemper Catholicorum fuit proprium Templa extruere, & in illis Altaria ornare, e contra vero Hæreticis hæreditarium patris ſui Diaboli fuit, Templa Deo dicata diruere, & exinanire, vt latè tradunt, Gregor. Nazianzen. in Orat. habita coram 150. Epiſcopis, Athanaſ. epiſt. ad Catholicos, Optatus lib. 6. & S. Auguſt. ep. 50. Æneas Syluius, lib. 4. de origine Bohemorum; Idem clariùs habetur in epiſt. Synodi Gangren. ad Epiſcop. Armeniæ.

Secunda Pars Appendicis, ad ſecundum Caput.

Complectens ſinceriora exemplaria viuæ vocis oraculorum, circa honores exhibendos B. Iacobo Salomonio, dinis Prędicatorum, & alijs.

1 CHriſtophorus Numaius Miſeratione diuina Tituli Sanctæ Mariæ in Aracæli S. Ro. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Foroliuienſis vulgariter nuncupatus. Vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus, has præſentes inſpecturis, lecturis, pariterq; audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Fidē indubiam facimus, & atteſtamur qualiter cum ſit, quod diuina clementia, varia & diuerſa ſanitatum, & gratiarum munera, meritis Beati Iacobi de Venetijs Ordinis Prædicatorum S. Dominici in ſacro Conuentu S. Iacobi intra Ciuitatē Foroliuij Conſiſtentis multis, cùm pie inuocantibus indeficienter conferre non deſinat. Propterea dictæ Ciuitatis, & Conuētus, tam populus, quam fratres eiuſdem Ordin. Sancti Dominici Congregationis Lombardiæ, huiuſmodi B. Iacobi pia deuotione inflammati, ad Sedem Apoſtolicam, & ad Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. Noſtri Domini Clementis Pápæ VII. Clementiam recurrentes, eidem ſuę ſanctitati per nos eorum nomine humiliter ſupplicari curarunt, quatenus tam pro ipſius B. Iacobi gloria, quam pro ipſorū; populi & fratrum deuotione augenda, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli authoritate & ſua, annis ſingulis, perpetuis futuris temporibus concedere, & indulgere dignetur, vt dicti B. Iacobi feſtum die obitus ſui videlicet, vltima menſis Maij, nec non diuinū Officium, & Miſſarum ſolemnia pro ipſius B. Iacobi gloria ædita, & facta ſub officio feſti duplicis ſolenniter celebrare valeant, infra annum verò, tam pro dictorum fratrum pro tempore ibi degentium; quam pro aliorum ſecularium deuotione, prout deuotio exigerit, toties quoties opus fuerit, in Eccl. ipſorum, ſiue etiam in Monaſt. Monialiū eiuſdem ordinis in dicta Ciuitate, & ſub eorundem fratrum Regimine conſiſtentium, Miſſam dicere aut Cantare, ſeu dici aut Cantari facere (per fratres dicti ordinis Prædicatorum dumtaxat) valeant; ſimiliter præfati Iacobi commemorationem quandocunq; ipſorum fratrum ibidem degentium, ſeu aliorum aduenientium deuotio induxerit ibidem in Eccleſia, & in Monaſterio ſupradictis, tam in Miſſis quam in diuino officio facere poſſint, & inſuper quod dictæ Eccleſiæ S. Iacobi conſecra-

ſecrationem, quæ vltima Maij celebrari conſueuit, ad ſextam menſis Septembris, trãsferri, & tali die illam celebrare poſſint, & quoniam ſanctitas ſua, fidelium pijs vocis libenter annuere cõſueuit, viuæ vocis oraculo nobis deſuper facto anno Domini 1526. die vero 25. menſis Iunij, & Pontificatus ſui anno 3. tam pro populorum & fratrum deuotione, quam pro ipſius B. Iacobi gloria augendis, de omnipotentis Dei Miſericordia ac Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli authoritate & ſua, nobis pro parte & nomine ſupradictorum ciuitatis & fratrum humiliter & pie ſupplicantium, omnia & ſingula ſupradicta libere, & benigne conceſſit pariter, & indulſit. Ita quod ſupradicti fratres ibidem pro tempore degentes, huiuſmodi feſtum, necnon diuini officij, & miſſarũ ſolemnia, tam in die obitus ſui, quam infra annum (vt præmittitur) celebrare, necnon conſecrationis feſtum transferre, & alia omnia, & ſingula ſupradicta facere, & explere libere & licite, & abſq; alicuius conſcientiæ remorſu poſſint, & valeant. Incontrariũ facientibus non obſtantibus quibuſcunq; in quorũ omniũ, & ſingulorũ fidem, & teſtimonium has præſentes noſtras literas exinde fieri, & noſtra ac noſtri Secretarij infraſcripti manibus ſubſcribi voluimus, nec non noſtri maioris oblongi Sigilli appenſione communiri iuſſimus, & mandauimus. Dat. Romę in ædibus noſtris ſub anno D. à natiuitate eiuſdem 1526. indictione 14. die vero 26. menſis Iunij Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Clementis Diuina Prouidentia Papę VII. anno eiuſdem 3. Chriſtophanus Cardinalis Aracæli, manu propria.

Loc. ✠ Sigilli. Bartholomeus Beniuolus Secretarius, man. ſuſcripſi.

In Chriſti nomine, &c. Retroſcriptus quarumdam Bullarum Illuſtriſſimi D. Cardinalis Numai ſuper celebratione Officij, & Miſſę B. Iacobi de Venetijs Ordinis Prędicatorum emanatarum ex proprio dictarum Bullarum originali, in Archiuio ſcripturarũ Conuẽtus S. Dominici de Foroliuio exiſtentium, & aliena manu, mihi fida deſumptarum, & quia cum originali ſuo in carta hædina exaratarum ſub ſigillo magno oblongo dicti Illuſtriſſimi Domini Cardinalis in capſula ſtamnea introcluſo & cordulis cerui rubei alligatarum collationatis, & quia in omnibus concordare cum dicto originali inueni, ideo in præmiſſorum fidem & teſtimonium hic me ſubcripſi hac die 7. mẽſis Aprilis 1617. indictione 15. ſedente Domino Sanctiſſ. Paulo Diuina prouidentia Papa V. meumq; ſignum appoſui requiſitus, ego Horatius Leonius publicus Apoſtolica Authoritate Notarius Foroliuienſis Idem Notarius Horatius Leonius manu propria, & ſignaui Loco ✠ ſigni &c.

Nos Ioannes Moronus miſeratione diuina Tituli S. Laurentij in Lucina S. R. E. Presbyter Card. Ordinis Prædic. Protector, fidem indubiam facimus & in verbo veritatis atteſtamur qualiter cum olim fælic. record. Dominus noſter D. Clemens Papa VII. conſiderans varia ſanitatum & gratiarum munera, quæ diuina Clementia meritis B. Iacobi de Venetijs Ordinis Prædicatorum, intra ciuitatem Foroliuij tumulati, multis eam pie inuocantibus collata, ad dictæ Ciuitatis & Conuentus tam populi quam fratrum ordinis prædicti ſupplicationes pro ipſorum, tam B. Iacobi gloria, quam populi & fratrum deuotione augenda, viuæ vocis oraculo Reuerendiſſimo DD. Chriſto-

phoro

phoro Numaio S. R. E. tituli S. Mariæ d'Aracæli Presbytero Cardinali Foroliuienſi facto conceſſerit, vt dicti B. Iacobi feſtum in die obitus ſui videlicet, vltima Maij, nec non diuinum Officium & Miſſarum ſolemnia pro ipſius B. Iacobi gloria ædita, ſub officio duplicis feſti ſolemniter celebrare valerent. Infra annum vero tam pro dictorum fratrum pro tēpore ibidem degentium, quam pro aliorum ſecularium deuotione prout eorum exegiſſet deuotio, toties quoties opus fuiſſet, in Eccleſia ipſorum, ſeu etiam Monialium eiuſdem Ordinis, in dicta Ciuitate, & ſub eorundem fratrum regimine conſiſtentium, Miſſam cantare ſeu dici, & cantari facere per fratres dicti Ordinis Prædicatorum dumtaxat valeant. Similiter prædicti B. Iacobi commemorationem quandocunque ipſorum fratrum ibidem degentium, ſeu aliorum venientium deuotio induxiſſet, ibidem in Eccleſia, & Monaſterio ſupradictis, tam in Miſſis quam in diuino Officio facere poſſent; prout in literis eiuſdem Reuerendiſſimi Domini Chriſtophori Cardinalis prędicti ſub datum 26. Iunij 1526. Pontificatus vero eiuſdem Clementis anno 3. plenius continetur.

Nihilominus Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D. N. Dominus Iulius diuina prouidentia Papa III. viuæ vocis oraculo, nobis ad Reuerendiſſimi Patris Stefani Vſuſmaris Ianuen. totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſtri; ad dicti Conuentus fratrum inſtantiam ſupplicantis, pro maiori prędicti B. Iacobi gloria, & populi deuotione augenda ſtatuit, & decreuit, vt feſtum prædictum quod vltima Maij celebrari conſueuit; de cetero perpetuis futuris temporibus in locis, & à perſonis prędictis in Dominica, quæ eſt poſt feſtum Aſcenſionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti immediatè ſequen. ſub duplici maiori, & proprio officio cum ſolemni proceſſionis, & oblationum pompa, prout antea conſueuerat, celebretur. Non obſtantibus incontrarium quibuſcunq; In quorum omnium ſingulorum fidem, & teſtimonium præſentes fieri ac noſtri, & infraſcripti Secretarij noſtri manibus ſubſcriptas, noſtri maioris ſigilli iuſſimus appenſione muniri; datum Romæ in ędibus noſtræ ſolitę reſidentiæ in Vaticano, anno à Natiuitate Domini 1554. die 21. menſis Aprilis Pontificatus eiuſdem Iulij anno 5. Ioannes Cardinalis Moronus.

Angelus Meliolus. Loco ✠ ſigilli.

In Dei nomine amen. Retroſcriptus tranſumptus oraculorum Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Moroni ſuper celebratione officij, & diei feſtus B. Iacobi de Venetijs emanatorū, in carta hædina exaratorū cum ſigillo magno oblongo dicti Illuſtriſſimi Domini Cardinalis, corduliș cerui rubei alligatorum fuit per me Notarium infraſcriptum, licet aliena manu mihi tamen fida cum ſuo proprio originali collationatus, & quia in omnibus cum dicto originali concordare inueni, ideo in præmiſſorum fide, & teſtimonium hic me ſubſcripſi, hac die 7. menſis Aprilis anni Domini 1617. indictione 15. ſedente Sanctiſſimo Domino noſtro Domino Paulo Papa V. meumq; ſignum appoſui requiſitus.

Ego Horatius Leonius Notarius publicus Foroliuienſis, manu propria ſcripſi ſubſcripſi, & ſignaui.

Foroliuien. 17. Septemb. 1622.

2 Propoſita in ſacra Rituum Congregatione Sereniſſ. Reip. Venetæ vnaque totius Ordinis Prędicatorum petitione qua B. Iacobi Salamonij feſtiuitatem quæ felic. record. Clementis VII. primum, ac deinde Iulij III. conceſſione

in

in Ciuitate Foroliuien. Nuper verò ex indulto Pauli Papæ V. ac voto eiuſdem Congregationis, Venetijs quoq; celebratur in omnibus eorumdem fratrum Ec cleſijs, ac Prouincijs celebrari poſſe ſupplicabant. Eadem Congregatio votum Illuſtriſsimi Cardin. Sacrati, referentis amplexata petitum indultum, ſi S. D. N. placuerit, cenſuit concedendum. Decere ſcilicet arbitrati ſunt Illuſtriſſimi Patres ijs, qui vitæ ſanctitatem longa temporis diuturnitate comprobarunt, non in ſolo natali, vel ijs in locis dumtaxat, vbi corpora eorum aſſeruantur, ſed etiam vbiq; ab omnibus, qui idem cum ijs profitentur inſtitutum, venerationem deberi. Idem vero Sanctiſſimus audita Sacræ Congregationis in B. virum propenſione, præſens indultum Apoſtolico beneplacito roborauit die 22. Septembr. 1622.

Franciſcus Maria Card. à Monte. Locus ✠ ſigilli. Io. B. Rinucc. Secretar.

Oraculum Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſ. DD. Cardinalis Burgheſij, Sacr. Ordinis Prædicatorum Protectoris digniſſimi.

De B. Ambroſio Sanſedonio B. Alberti Magni Auditoris, & condiſcipuli S. Thomæ Aquinatis.

3 NOS Scipio miſeratione diuina tituli S. Chryſogoni Cardinalis Burgheſius, nuncupatus Maior Pœnitentiarius, Signaturæ gratiæ Præfectus, ac totius Ordinis Prædicatorum Protector. Vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus præſentes noſtras inſpecturis, lecturis, & audituris fidem indubiam facimus, & in verbo veritatis atteſtamur fuiſſe diebus elapſis nomine totius ante dicti Ordinis Sanctiſſ. D. N. Gregorio Papa XV. exhibitum libellum ſupplicem, quo humiliter petebatur, vt dignaretur eius Sanctitas concedere, vt poſſent omnes fratres, ac Moniales Ordinis præfati celebrare Feſtum, & recitare Officium B. Ambroſij Sanſedonij Senenſis, profeſſi dicti Ordinis Theologi, & Concionatoris eximij, vitæ ſanctitate, & miraculorum gratia inſignis, quemadmodum fit à dictis Fratribus in Ciuitate Senenſ. ab immemorabili, eundemq; libellum ab eius ſanctitate nobis fuiſſe remiſſum pro eius maxima benignitate.

Nos igitur attendentes duo potiſsimum requiri in aliquo Dei ſeruo, qui publico cultu in Eccleſia Dei ſit honorandus nempè virtutem morum, & virtutem ſignorum, hoc eſt ſanctitatem & miracula, quæ in B. Ambroſio Sanſedonio ita reſplendeſcunt, vt nihil præterea ſit, quod exoptari queat, ſiquidem in Romano Martyrologio iuſſu Clementis VIII. fel. record. die 20. Martij hæc ipſiſſima leguntur verba. *Senis in Tuſcia B. Ambroſij Senenſis vita, & ſanctitate, prædicatione, & miraculis clari*, inſuper, & à S. Antonino Archiepiſc. Florentino, & à B. Raimundo Capuano olim præfati Orinis Generali Magiſtro, eius ſanctitatem, & miracula egregie celebrari, & extare, præter alias ſcripturas, & monumenta, quamplurima inſtrumenta publica manu pub. Notarij conſcripta de eius miraculis, impetrata etiam prius ad id faciendum ab Ordinario opportuna facultate, fuiſſe præterea conſcriptum opus à quatuor dicti ordinis præſtantiſſimis Theologis ſuper ſanctitate, & miraculis dicti B. Viri, Honorio quarto ſummo Pontifice id mandante, & conſilio, vt ipſum in ſanctorum numero referret, quod morte in matura præreptus perficere non potuit. Summam quoq; eſſe populi Senenſis

vtriuſq;

Digitized by Google

vtriuſq; ſexus in B. Ambroſium deuotionem per annos trecentos, & amplius numquam interruptam, imò ſemper magis magiſq; virentem, & maxima cum pompa atq; applauſu, feſtum illius celebrari: Quin etiam per Summos Pontifices Gregor. xiij. Sixtum v. Gregorium xiv. & Paulum V. ſacras eius reliquias, & ſacellum deuote viſitantibus, indulgẽtiam omnium peccatorum plenariam fuiſſe conceſſam, Eidem ſanctiſſimo retulimus in audientia ſecreta nobis data die 5. Octobris labentis anni 1622. attentis præfatis, poſſe petitam gratiam concedi, ſi ſanctitati ſuæ placuerit. Qui ſanctiſſimus honeſtę ac pię petitioni dicti Ordinis, noſtriſq; pręcibus benignè annuens viuæ vocis oraculo nobis facto conceſſit, vt in toto Prædicatorum Ordine præfato, Feſtum agi, & Officium recitari queat de dicto B. Ambroſio, ſicuti fiebat à fratribus præfatis in Vrbe Sęnarum prædicta. In quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium has noſtras dedimus. Tuſculi in ædibus noſtris die 8. Octobris 1622. quas etiam manu propria, necnon Secretarij noſtri ſubſcriptas, ſigillo noſtro iuſſimus communiri.

Scipio Card. Burgheſius.

Locus ✠ ſigilli.

Ludouicus Sart. Secretarius.

EX conceſſione Apoſtolica colitur feſtum in honorem prædicti Beati Ambroſij nobilis Senenſis, die Veneris immediatè præcedentis Dominicam in paſſione, in vniuerſo Ordine prædicatorum, quòd antea conceſſerat Eugenius quartus, pro Ciuitate Senenſi anno 1443. Vitam huius Beati conſcripſere Sancti viri, & eximij Theologi ex ordine, & mandato Honorij iiij. ad effectum Canonizationis ipſius.

Pius quoque ſecundus in Hiſtoria Ciuitatis Senarum inter quamplura expreſſè aſſerit B. Ambroſium migraſſe ad Cælum maxima cum opinione ſanctitatis, anno 1286.

Sixtus V. in quodam Breue, quo concedit indulgentiam plenariam confratribus ſodalitatis, ſub inuocatione Beati Ambroſij Sanſedonij ipſum B. Ambroſium appellat *Sanctum*, & prædictum Breue fuit expeditum, Romæ die 18. Martij 1590. Denique Clemens viij. præcipit (vt alias dictum eſt) quod ponatur in Martyrologio Romano ſub die 20. Martij per ſequentia verba. *Senis in Tuſcia Beati Ambroſij Senenſis Ordinis Prædicatorum ſanctitate, prædicatione, & miraculis clari*. Et Philippus Ferrar. Seruita in Cathalogo SS. Italiæ die 20. Martij, in annotation. ad ipſius B. Ambr. vitam inquit, *nondùm in Sanctos relatus eſt; ob ſanctitatem tamen miraculis comprobatam, Clementis 8. Pontif. maximi iuſſu in Martyrolog. Romanum deſcriptus eſt*. ex verbis cuius Auctoris præter eximiam B. Ambroſij ſanctitatem colligitur, confirmatio illius, quod ſuperiùs dictum eſt, ad calcem 1. cap. num. 65. §. 1. & ſeqq. quod videlicet nullus, quantumcumq; ſanctitate celebris, poteſt, aut debet in publico Martyrologio Romano deſcribi, niſi fuerit Canonizatus, vel Beatificatus, vel ſaltem ſuper hoc accedat facultas ſpecialis S. Sedis Apoſtolicæ.

Decretum extenſionis Beatificationis Viri Dei B. Ludouici Beltrandi Ordinis Prædicatorum.

4 DOminicus Epiſcopus Hoſtienſ. Sacri Collegij Decanus S.R.E. Cardinalis Pinellus, ſingulis, & vniuerſis præſen-

Digitized by Google

præſentes ſpectaturis, lecturis, & audituris ſalutem in Domino ſempiternam.

Cum ob excellentiam fidei, ſanctitatem vitæ, & miraculorum coruſcationem piæ memoriç Fratris Ludouici Beltrandi Valentini Ordinis Prędicatorum, & totius Regni Valentię populorum, erga illum deuotionem venerationem, & concurſum ad eius ſepulchrum, inſtante Sereniſſimo Philippo Tertio Hiſpaniarum Rege Catholico, & Regno Valentię, ac vniuerſo Prędicatorum ordine, Sanctiſſimus Dominus Noſter Paulus Papa Quintus in ſacra noſtra Rituum Congregatione examinari iuſſerit proceſſus authoritate Apoſtolica ritè, & rectè confectos ſuper vita, miraculis, & deuotione populi erga dictum Fratrem Ludouicum Beltrandum, noſtraq; de contentis in dictis proceſſibus audita ſummaria relatione eiuſdem noſtrę Congregationis, ſententiam approbauerit, confirmauerit & laudauerit, ac conceſſerit & indulſerit, vt in poſterum dictus Frater Ludouicus, Beatus nuncupari poſſit & valeat, deq; eo tanqnam de vno Confeſſore, non Pontifice, in Ciuitate & Regno Valentię tantum ab omnibus fratribus, & Religioſis vtriuſque ſexus Ordinis Prędicatorum in eorum Monaſterijs, & Eccleſijs, Officium & Miſſa, vnius Confeſſoris, non Pontificis ſecundum Ritum, & conſuetudinem eiuſdem Ordinis, liberè & licite recitari poſſit, & valeat, vt in dictę noſtrę Congregationis Decretis, & in noſtris deſuper expeditis literis patentibus, ſub die 21. Menſis Aprilis 1608. latius continetur. Cum autem in dies magis, ac magis deuotio populi Chriſtiani erga dictum Beatum Ludouicum Bertrandum augeatur non ſolum in Ciuitate, & Regno Valentię, ſed per totum etiam orbem in Vniuerſa Religione Dominicana, ac maior quotidie fiat, & creſcat ex vniuerſa Hiſpania, & remotis etiam Prouincijs concurſus populi ad eius ſepulchrum ob innumeras, & magnas gratias quas Deus fidelibus ſuis ipſius Beati Ludouici meritis, & interceſſione concedere non dedignatur. Idem Sereniſsimus Philippus Tertius Hiſpaniarum Rex Catholicus, & per literas, & per ſuum in Vrbe Oratorem, & totum Regnum ipſum Valentię, & vniuerſus Dominicanæ Religionis ordo, necnon etiam Sereniſſimus Flandriæ Princeps, iteratis præcibus apud eundem Sanctiſſimum Dominum Noſtrum inſtiterint, vt dignaretur indulgere, & concedere, vt gratia conceſſa Fratribus & Religioſis vtriuſque ſexus Ordinis Prædicatorum in Regno Valentiæ tantum, vt de dicto Beato Ludouico Officium recitare poſſint & valeant, extendatur per vniuerſum Ordinem Prędicatorum, vbique terrarum, & concedatur, vt in Regno Valentiæ, non tantum Dominicani, ſed etiam omnes alij Preſbyteri & Clerici ſæculares, & Regulares & quicunque vtriuſque ſexus viri, & mulieres voluerint, officium vt ſupra de Beato recitare & Miſſam celebrare, ſiue audire poſſint. Et cum hoc etiam idem Sanctiſſimus Dominus Noſter in eadem noſtra Congregatione Rituum examinari iuſſerit, die decimanona præſentis menſis Octobris Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Domiui mei Collegæ vna mecum congregati, viſis eiuſdem Philippi Tertij Hiſpaniarum Regis Catholici literis, & inſtantijs factis nomine totius Regni Valentiæ, & Vniuerſæ Religionis Dominicanæ, ac Principum Flandriæ, cenſuimus ſi Sanctiſsimo Domino Noſtro placuerit,

cuerit, vt gratia prædicta poſſit extendi per vniuerſam Religionem Dominicanam in toto orbe terrarum, & poſſe concedi in Ciuitate tantum Valentiæ, vbi dicti Beati Ludouici Corpus requieſcit, vt omnes vtriuſq; ſexus viri, & mulieres, & Religioſi regulares, & ſeculares poſſint de dicto Beato officium recitare, & miſſam celebrare, vel audire, & facta per nos de prædicta noſtræ Congregationis ſententia relatione eidem Sanctiſsimo Domino Noſtro in Conciſtorio ſecreto, hac die infraſcripta, Sanctitas ſua annuit, & ſententiam Congregationis laudauit, & approbauit, ac conceſsit & indulſit, vt de dicto Beato Ludouico, per vniuerſum orbem à Fratribus, & Religioſis vtriuſq; ſexus ordinis Prædicatorum officium & miſſa recitari, & celebrari poſſit & valeat. Et in Ciuitate Valentiæ etiam ab omnibus ſecularibus, & regularibus, qui voluerint dictum officium, vt ſupra recitare, Miſſam celebrare, ſiue audire liberè, & licitè poſſint & valeant. In quorum omnium & ſingulorum fidem, ac teſtimonium præſentes per infraſcriptum eiuſdem Congregationis ſecretarium fieri iuſſimus, manu noſtra propria ſubſcripſimus, Noſtriq; ſoliti ſigilli impreſſione muniri fecimus. Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ, die 25. Menſis Octobris 1610. Pontificatus vero eiuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli diuina prouidentia Papę Quinti, Anno ſexto.

Dominicus Epiſcopus Hoſtienſ. Card. Pinellus.

I. P. Mucantius Secret. Congr.

Bulla Conceſſ. vt Sanctus Thomas Aquinas connumeretur inter Patronos Ciuitat. Neapolitan.

PAVLVS PAPA Quintus.

5 AD perpetuam rei memoriam. Splendidiſsimi Catholicę fidei Atletæ B. Thomæ Aquinatis, cuius Scriptorum Clipeo militans Eccleſia hæreticorum tela fæliciter eludit, honores, & venerationem in dies magis, magiſq; augeri plurimum in Domino gaudemus, & ijs quæ ad illius honorem deuotè ſancita ſunt, vt firma & illibata permaneant, libenter Apoſtolicæ firmitatis, robur adijcimus. Alias ſiquidem poſtquam dilecti filij deputati, & electi Ciuitatis Neapolitanæ, præter Sanctos Ianuarium, Athanaſium, Aſprenum, Agrippinum, Seuerum, Euſebium, & Anellum, dictæ Ciuitatis certos Patronos, etiam ſanctum Thomam Ordinis Fratrum Prædicatorum Doctorem Angelicum, ex nobili Comitum de Aquino familia oriundum, cuius natalibus prædicta Ciuitas originem dedit, quique in nobili Regno Neapolitano, cum Sanctitatis miraculorum gratia, tum doctrinæ laude clarus extitit, dictis ſanctis patronis laudabili, & conſilio adiungendum duxiſſent, felic. recordat. Clemens Papa VIII. prædeceſſor noſter dictorum deputatorum, & electorum pietatem, & conſilium plurimum in Domino commendans, electionem ab ipſis factam per ſuas in ſimili forma Breuis literas Apoſtolica authoritate confirmauit, & vt in poſterum idem Sanctus Thomas inter cæteros Ciuitatis præfatæ ſanctos patronos connumeraretur, atq; etiam ab vniuerſo Clero ſeculari, & regulari vtriuſq; ſexus cuiuſuis,

iuſſuis ordinis eiuſdem Ciuitatis officium de ipſo Sanct. Thoma tamquam de patrono publicè, & priuatim recitari deberet perpetuo ſtatuit, & præcepit, ac anniuerſarium diem translationis Brachij dicti B. Thomæ ex Eccleſia Sancti Dominici, ad Eccleſiam Metropolitanam factæ, qui vigeſimus Menſis Ianuarij fuit, tamquam feſtum de præcepto, & duplici officio in Ciuitate & Diœceſi Neapolitana, celebrandum eſſe ordinauit. Cumque ſubinde compertum fuiſſet ſub eundem diē vigeſimum Ianuarij, feſtum diem Sancti Sebaſtiani martyris cadere, qui pariter duplici officio celebratur, & ea propter, eodem die feſtum translationis huiuſmodi, modo præmiſſo celebrari non poſſe. Nos eorumdem deputatorum, & electorum ſupplicationibus nobis tunc porrectis inclinati, per alias noſtras ſimiles literas, celebrationem Anniuerſarij, duplici officio in Ciuitate & diœceſi Neapolitana ſingulis annis faciendam iuxta Ritum Breuiarij Romani in die 19. Ianuarij tranſtulimus, atque in Ciuitate, & Diœceſi prædictis ſingulis annis in perpetuum die decimanona Ianuarij feſtum tranſlationis Brachij Sancti Thomæ de Aquino, ad præſcriptum Breuiarij Romani ritum celebrari poſſe conceſſimus, & indulſimus. Poſtmodum vero (ſicut nomine eorumdem deputatorum, & electorum coram nobis nuper propoſitum fuit) eiuſdem Ciuitatis deputati in Eccleſia Sancti Dominici prædictæ Ciuitatis congregati nomine totius Ciuitatis, & frequentiſsimo nobilium cætu, ac plurima cum Ciuium, tum exteriorum multitudine adſtante, per publicum deſuper confectum inſtrumentum, dictum Beatum Thomam de Aquino Doctorem Angelicum in Patronem, & Protectorem dictæ Ciuitatis acceperunt, atque inter cæteros eiuſdem Ciuitatis tutelares ſanctos aſcripſerunt, eumdem ſanctum ſubnixè, & enixè obſecrantes, vt aſſiduas pro dicta Ciuitate ad Deum præces fundat, eamque à peſte, fame, & bello, cæteriſque calamitatibus vindicet, ac tueatur, pollicentes etiam ſe medio eorum iuramento anniuerſarium diem translationis huiuſmodi, tamquam feſtum de præcepto ſe celebraturos, prout in dicto inſtrumento plenius dicitur contineri. Quare ijdem Deputati, & Electi nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt pio eorum Beatum Doctorem honorandi ſtudio huiuſmodi authoritate Apoſtolica ſuffragari dignaremur.

Nos literarum prędictarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo habentes, ac ipſos Deputatos, & Electos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis (ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant) ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, non ſolum huiuſmodi ſed etiam dilecti filij noſtri Octauij Tituli Sanctæ Praxedis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis Acquauiuæ nuncupati Eccleſiæ Neapolitanæ ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica Præſulis ſupplicationibus nobis humiliter porrectis inclinati, diem prædictum decimanona Ianuarij tanquam anniuerſarium translationis Brachij Sancti Thomæ, perpetuis futuris temporibus in dicta Ciuitate Neapolitana, diem feſtum de præcepto fore, & eſſe, & vti talem ab

omnibus, & ſingulis ipſius Ciuitatis incolis cuſtodiri, & celebrari inuiolabiliter debere, eadem authoritate ſtatuimus, ordinamus, precipimus, ac mandamus, ac præterea quoniam, vt eadem propoſitio ſubiungebat publicas etiam proceſsiones eodem die celebrari, ſeu fieri prædicti Deputati, & Electi deſiderant, Nos, vt omnia ritè, & ad animarum ædificationem in Domino peragantur, eaſdem proceſſiones nunc, & pro tempore exiſtentis dictæ Eccleſiæ Neapolitanæ Præſulis quando, ac quomodo illi videbitur peragi, volumus & mandamus, irritum & inane decernentes quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis authoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Contrarijs non obſtantibus quibuſcumq;. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo piſcatoris die 17. Decembris 1607. Pontificatus noſtri anno tertio.

Scipio Cobellutius.

Decretum Beatificationis Venerab. Sororis Margaritæ de Caſtello Ordinis S.Dominici Tiſernaten.

6 DOminicus Epiſcopus Hoſtienſis ſacri Collegij Decanus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Pinellus, Congregationis ſacrorum Rituum Prępoſitus, vniuerſis & ſingulis, præſentes inſpecturis, lecturis & audituris, ſalutem in Domino ſempiternam. Cum ad inſtantiam Reuerend. P. Generalis totius Ordinis Prædicatorum Sancti Dominici, Reuerendiſsimi D. Epiſcopi, ac Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ & Magiſtratus, Ciuium, & incolarum Ciuitatis Tiſernaten. Iteratis præcibus apud Sanctiſſimum D. N. Paulum Papam V. inſtitutum fuerit, vt dignaretur concedere, & indulgere, vt in honorem B. Margaritæ Virginis Tertiariæ profeſſæ Ordinis Prædicatorum S. Dominici, quæ anno Domini 1287. ex honeſtis parentibus orta in Oppido Metulæ, Maſſæ Trebariæ, Tiſernaten. Dioc. per annos tres, & triginta quibus vixit, in Virginitate ſemper manſit, & puritatem coluit, ac multis miraculis claruit, tàm in vita, quàm poſt mortem. Et poſt eius fælicem in Domino obdormitionem, quæ fuit die 13. Aprilis anno Domini 1320. eius corpus in Eccleſia S. Dominici in eadem Ciuitate Tiſernaten. ſepultum fuit, & adhuc poſt 300. ferè annos integrum, & incorruptum aſſeruatur cum maximo populi eiuſdem Ciuitatis, & vicinorum locorum concurſu, & deuotione, officium & Miſſa de communi vnius Virginis à Fratribus dictæ Religionis, tàm in dicta Ciuitate, vbi eius corpus ſepultum eſt, quàm in vniuerſa Prædic. Religione liberè & licitè recitari & celebrari poſſit, & valeat. Et cum ab eodem Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa, negotium hoc ad ſacram Rituum Congregationem, vt in ea examinaretur, remiſſum fuerit, & ab eadem ſacra Congregatione commiſſum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dom. Cardinal. Bellarmin. qui ſemel, atq; iterũ viſis diligenter antiquis & modernis ſcripturis de vitæ integritate, & puritate fidei, & miraculis dictæ B. Margaritæ tam in vita, quam poſt eius mortem, & continuatæ opinionis ſanctitatis, & miraculorum vſque in præſentem diem eiuſdem Beatæ. Tandem ſacra Rituum Congregatione habita die 24. Auguſti 1609. retulit, & ex deductis ſatis conſtare

de

de ipſius Beatæ Margaritæ ſanctitate, & miraculis, & cenſere gratiam petitam poſſe concedi fratribus eiuſdem Religionis, ſaltem in dicta Ciuitate Caſtelli, ſeu Tiſernaten. vbi eius Venerabile Corpus ſepultum eſt. Et Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Cardinales in eadem Congregatione præſentes eiuſdem ſententiæ fuerunt, nempe poſſe concedi, ſi Sanctiſſimo Domino Noſtro placuerit, vt in Ciuitate tantum Tiſernaten. & in Eccleſia Sancti Dominici, vbi dictæ Beatæ Margaritę Corpus adhuc integrum & intactum ſepultum eſt. Et magna totius populi deuotione, & concurſu colitur, & in veneratione habetur, poſsit eius feſtum in die fælicis eius obdormitionis in Domino cum Officio, & Miſſa de communi vnius Virginis, in honorem ipſius Beatæ Margaritæ celebrari, & Sanctiſſimus Dominus Noſter, audita Congregationis ſententia per maturam relationem hac infraſcripta die Sanctitati ſuæ in Conciſtorio ſecreto factam annuit, & conceſſit, vt in Ciuitate tantum Tiſernaten. & in Eccleſia, vbi dictę Beatæ Margaritæ Corpus ſepultum eſt, poſſit de ea tanquam de Beata Feſtum cum Officio, & Miſſa de communi vnius Virginis celebrari. In quorum omnium fidem, & teſtimonium præſentes per infraſcriptum noſtrę pręfatæ Congregationis Secretarium fieri iuſſimus, manu noſtra ſubſcripſimus, & noſtri ſoliti ſigilli impreſſione muniri fecimus. Datum Romæ in Palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ, die 19. Menſis Octobris 1609.

Dominicus Epiſcopus Hoſtienſ.
Card. Pinellus.

I.P. Mucantius Secretarius Congr.

De Beato Iacobo de Marchia Ordinis Sancti Franciſci.

VRBANVS PAPA VIII.

7 AD perpetuam Rei memoriam. Nuper pro parte Chariſſimi in Chriſto Filij noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, ac dilectorum filiorum Cleri,& Populi Ciuitatis Neapolitan. necnon totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia nuncupatorum Nobis expoſito quod bon. memor. Iacobus de Marchia multis, & eximijs virtutum gratiarum, & miraculorum donis à Domino illuſtratus fuerat, & propterea Philippi Regis, ac Cleri & populi, necnon Ordinis Prædicatorum, nominibus Nobis humiliter ſupplicato, vt donec Canonizationis honor dicto Iacobo de Marchia ob eius eximiam claritatem, & excellentia merita diuina aſpirante gratia ab Apoſtolica Sede decerneretur, Idem Iacobus de Marchia Beatus nuncupari, atque Officium de eo, vt infra recitari poſſet, Nos re prius per Venerabiles Fratres Noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Sacris Ritibus præpoſitos, quibus eam examinandam mandaueramus maturè diſcuſſa, de eorum Cardinalium Conſilio huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vt ipſe bon. me. Iacobus de Marchia Beatus nuncupari atq; Officium, & Miſſa de eo, tanquam de Confeſſ. non Pontifice, in Eccleſia tantummodo S. Mariæ della Noua nuncupatæ Ciuitatis Neapolitan. vbi Corpus eiuſdem requieſcere aſſerebatur recitari, & celebrari reſpectiuè, & liberè, & licitè poſſet, & valeret, Apoſtolica authoritate licentiam, & facultatem conceſſimus, prout in noſtris, in ſimili forma Breuis

 deſu-

Digitized by Google

deſuper expeditis literis, quarum ten. præſentibus pro expreſſis haberi volumus plenius continetur.

Cum autem ſicut Philippus Rex, & Clerus, & Populus ordoq; prędicti, Nobis nuper exponi fecerunt, pro eo quem erga dictum Beatum Iacobum de Marchia gerunt deuotionis affectu plurimum cupiant, cõceſſionem huiuſmodi ad vniuerſum ordinem prędictum extendi. Nos pijs Philippi Regis ac Cleri, & Populi necnon Ordinis eorundem votis, in præmiſſis per amplius annuere volentes, ſingulareſq; Cleri, & Populi necnon Ordinis prędictorum perſonas à quibus vis excommunicationis, ſuſpen. & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſ. & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt ad effectum pręſentium dumtaxat conſequen. harum ſeriè abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis denuò ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Card. prędictorum conſilio, cõceſſionem huiuſmodi ad vniuerſum ordinẽ fratrum Minorum S. Franciſci de Obſeruantia nuncupatorum, prædictam, ita vt ab omnibus illius perſonis, Officium, & Miſſa de dicto Beato Iacobo tamquam de Confeſſore, non Pontifice, iuxta tamen Rubricas Miſſalis, & Breuiarij Romani recitari, & celebrari reſpectiuè ſimiliter poſſint, & valeant, eadem authoritate, tenore præſentium extendimus, & ampliamus. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunq;, Volumus autẽ, vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Dat. Tuſculi ſub annulo Piſcatoris die 23. Octobris 1624. Pontificatus noſtri anno 2.

V. Theatin.

Decretum S. Congr. Rituum de Feſto celebrando, & officio ab omnibus Eccleſiaſticis, etiam ſæcularibus perſoluendo, in honorem S. Hyacinthi Ordinis Prædicatorum Duplici, die 16. Auguſt.

9 PETITIONE Sereniſſimi Vladislai Poloniæ, ac Sueciæ Principis, in ſacra Rituum Congregatione, de mandato S.D.N. propoſita, Illuſtriſſimi P. P. authoritate ſibi attributa, Principem de Chriſtiana Religione optimè meritum, ac nuper è longinqua paterni Regni ad Sacroſanctam B. Petri ſedem humillimè peruolutum, ſpecialibus gratijs proſequentes vnanimiter cenſuerũt, officium S. Hyacinthi Confeſſoris Ordinis Prædicatorum de communi Con feſſ. non Pontif. in Breuiario Romano inſerendum ſub Ritu Duplici recitari debere, lectioneſq; ſuprapoſitas in ſecundo Nocturno eiuſdem officij reponendas approbarunt, 1. Februarij 1625.

Facta vero de hoc relatione, placuit Sanctiſsimo.

F. M. Card. à Monte

Io. B. Rinuccinus Secr.

Loco ✠ Sigilli.

Qua

Digitized by Google

QVa occaſione animaduerto, quod ſupradicta immediata conceſſio non continet ſimplicem facultatem tantum, ſeu adhortationem, vt fiat Feſtum, & recitetur officium in honorem S. Hyacinthi modo clarè in prædicto Decreto S. Congreg. Rituum explicato, ſed expreſſum mandatum, vel præceptum, vt prędicta fiant ab omnibus Eccleſiaſticis, quemadmodum indicant verba expreſſa eiuſdem Decreti præſertim illa *ſub ritu Duplici recitari debere*, quæ vim proculdubio habent mandati, & præcepti, quo remanent adſtricti Eccleſiaſtici celebrare feſtum, & perſoluere officium modo declarato in honorem S. Hyacinthi, nec ſine vtilitate (ne dicam neceſſitate) hoc ponderare volui, quia conſimiles conceſſiones regulariter loquendo non ſunt eiuſdem formulæ, & tenoris. In quibuſdam enim conceditur ſolum, vt prædicta de aliquo ſancto licitè fieri poſsint, ac valeāt.

9 Pauca quoque ſubnectam de alia conceſſione Apoſtolica præcibus Boleſlai Pudici Regis Poloniæ, & Prandothæ Cracouienſis Eccleſię Præſulis obtenta in honorem glorioſorum Mart. B. Sadoch, & 48. Sociorum eiuſdem Sacri Inſtituti Prædicat. qui omnes vna die, & loco pro fide Chriſti, lubenti, & alacri animo mucronibus Scitharum, & Tartarorum iugulum obtulerunt, quorum Martyrium, pridiè antequam ad cœlum animas tranſmitterent, miraculoſe annuntiatum eſt.

Dum enim Nouitius poſt Matutinas de more recitaret lectionem Martyrologij de Sanctis, quorum feſta die ſequenti colebat Eccleſia, inſperato, caracteres quoſdam literis aureis exaratos in eodem libro dilucidè conſpexit, continentes, quæ ſequuntur *Sandomiriæ Paſsio quadraginta nouem Martyrum*, qui timore perterritus animo cogitabat prædicta verba præterire, tandem; etſi trepidante voce, aureum inſonauit Decretum, de quo ſupra, quo audito obſtupeſcit Prior, cæteriq; Fratres valdè mirantur, & accurrentes ad librum, non ſine maximo ſtupore prolatas notas aureas conſpiciunt, quæ ſępius lectæ, & perlectæ inter manus legentium euanuere, qui ſe tradentes deuotis orationibus, certò cognouerunt Deum immortalem vitę, & mortis auctorem in craſtino illos ad meliorem vitam aduocaturum; ideo deuota Confeſſione, & reuerenti Euchariſtiæ refectione optimè muniti, ſe iuuicem læto, ac forti animo ad coronam martyrij hortabantur.

Tandem dies illuxit optata, quando Scithæ, rabie efferati Sādomiriam depopulantes Templum S. Iacobi, Fratrum Prædicatorum irruunt, Prioremq; Sadochum, ac cæteros Fratres deuotè canticum *Salue Regina* recitantes obtruncant. (O res mirabilis,) Non tamen propter hoc cantum ſuauiſſimum abrumpere potuerunt, nam illi Beati Martyres, quamuis occiſi, eumdem per auras non iam mortali, ſed cæleſti armonia proſequebantur. Hoc audiens Frater quidam, qui in ſuperiori parte Ecclēſiæ, vt mortem euaderet, ſe abdiderat, celeri, generoſoq; curſu deſcendit, ſeque impiorum gladijs trucidandum lętanter obiecit, vt & ipſe immortalitatis cum alijs à liberaliſsimo donatore gratiæ, & gloriæ immarceſcibilem perciperet coronam.

In honorem igitur prædictorum Martyrum, Sereniſsimi, ac pijſsimi Principes, Rex Poloniæ, & Præſul Cracouiæ Alexandro iiij. Pontifici Maximo cuncta hæc publicis literis indicarūt, à quo benignè obtinuerunt conceſſionem, vt viſitantes Eccleſiam S. Mariæ (in qua ſepulta fuere corpora prædictorū Beatorum) poſtridie Kalendas Iunij, ſiue

quarto

Digitized by Google

quarto nonas Iunij eandem Indulgentiam conſequuntur, quæ Romæ in Templo S. Mariæ ad Martyres, ſiue Sanctæ Mariæ Maioris promereri ſolet. Hęcq; feſtiuitas hodie quoq; anniuerſaria, & maxima Populi deuotione colitur. Ita tradunt Matthias Micouius rerum Polonicarum egregius Scriptor, & omnes Scriptores antiqui, & moderni, qui Vitas Sanctorum, ac Beatorum Ordinis Prædic. conſcripſere. Et Petrus Galeſinius in notationibus ad Martyrologium Romanum, quarto Kalendas Iunij, hoc eſt 2. die Iunij, §. *Hoc ipſo die* expreſſis verbis, inquit, *Sandomiriæ in Polonia dies Natalis Martyrum Chriſti feſto cultu; Populiq; celebritate agitur: qui facta Tartarorũ irruptione, trucidati ſunt.* Subdens. *Idq; fit Alexandri IV. Pontificis Maximi conceſſu, vt narrat Cromerus lib. 9. Hiſt. Polon.*

10 Quorumdam rogatu hic quoq; clarius enarrabo aliqua de B. Carolo Magno Confeſſore, circa videlicet illius aſſertam Canonizationem inſinuatam ad initium huius Capitis, num. 3. §. 1. & 2. referendo fideliter verba Petri Galeſinij in ſuo Martyrologio Romano, Venetijs impreſſo, cum priuilegio Põtificio Gregorij XIII. & aliorum, quæ mihi videntur in hoc particulari ſufficienter demonſtrare quod deſideratur. Hic enim Author approbatus, & à multis commendatus, vbi ſupra. Quinto Kalen. Frebuarij, ad finem, ait. *Aquiſgrani in Germania S. Caroli Regis, Confeſſoris. Is multis ædificatis auguſtiſſimis Templis, et Nationibus ad Chriſtianam religionem à ſe conuerſis, alijſq; ſummo pietatis ſtudio præclare geſtis, Magni cognomen adeptus eſt, tum demum in Domino quieuit, in Sanctorumq; numerum à Paſchali Pontifice relatus eſt.* Et in annotationibus eiuſdem Galeſinij ad illa verba *S. Caroli Regis*, inquit, *Ex literis Paſchalis ij. Pontificis, et Kalendario Belgij.* ac ſi diceret, de Sanctitate, & Canonizatione eiuſdem S. Caroli ſe teſtimonium deſumpſiſſe ex literis, hoc eſt ex Bulla Canonizationis Paſchalis, & Kalendario approbato de Sanctis Belgij, quod Kalendarium ſub nomine *Indiculi* frequentèr citatur à Cardinali Baronio, & alijs eximijs Scriptoribus Eccleſiaſticis de vitis, ac geſtis Sanctorum.

Breuiter etiam referam aliqua pauca de B. Oſanna Virgine Mantuana Ordinis S. Dominici, de qua pariter facta eſt mentio ſuperius in hoc cap. 2. num. 3. §. 1. De ipſa enim, inquit, Philippus Ferrarius in ſuo Cathalogo Sanctorum Italiæ, die 18. Iunij, in annotatione ad vitam ipſius Beatæ. *Magnam habet apud Mantuanos reuerentiam hac die, qua ex Leonis Pontif. Max. conceſſu, ibidem Diuinum Officium recitatur.* Cuius corpus adhuc integrũ videtur, non ſine maxima Populorum frequentia, & veneratione.

11 His omnibus addi poteſt Conceſſio Apoſtolica ad inſtantiam, & petitionem Generalis Ordinis Prædicatorum F. Salui Caſſettæ de Panormo facta à Sixto iiij. Die 8. Febr. 1482. in honorem Venerab. viri Dei F. Matthæi de Mantua Ord. Præd. qui ob eximiam morum ſanctitatem, & ob eminentes eroicaſq; ipſius virtutes clarum lumen Ord. Præd. (dũ viueret) ab omnibus appellabatur, cuius fœlix obitus accidit anno 1244. in Conuentu S. Petri Martyris de Vigleuano non ſine magno ſplendore ſanctitatis, & miraculorum; Cuius præclara geſta referunt innumeri Scriptores, præſertim Ambroſius Taegius, Leander Albertus, Hierony. Burſellus, Seraphinus Razzius, & Io. Michael Piò.

Qua conceſſione duo principaliter elargitus eſt Summus ille Pontifex. Primum videlicet, vt Corpus dicti Beati à primo,

Digitized by Google

primo, in quo ſepultum erat tumulo ad alium digniorẽ, & honorificentiorem in eadem Eccleſiá transferretur. Secundum, vt in feſto Dedicat. Eccleſię S. Petri Martyris de Vigleuano, de illo ſolemniter fieri, atq; decantari poſſit illius memoria cum Oratione, prout ab eo tempore, & vſq; modo factum eſt, non ſine magno Populorum concurſu, & deuotione, non tamen de eodem Beato fit Officium neq; cantatur Miſſa, vt aliqui non rectè ſcripſerunt, imò ex literis publicis eiuſdem Ciuitatis Vigleuanenſis ſubſignatis propria manu Cõſulum, ac Notariorum Franciſci videlicet Portelli, & Ioannis Angeli Faſcia Notarij, & Cancellarij Vniuerſitatis eiuſdem Ciuitatis ſigillo publico ipſius munitis apparet. Caput ipſius B. honorificè reconditũ eſſe in Theca argẽtea, in qua leguntur ſequentia verba. *Beato Matthæo Ordinis Prædicatorum patrono ſuo, deuotus Populus Vigleuani hoc dicauit* 1518. Et in Arca marmorea, in qua iacet ſacrum eius Corpus, ſequentia verba pariter conſpiciuntur. *Hic tibi præco fuit Pater eſt Vigleuani zelus, quem Caput argenteum marmoris arca tenet, die* 25. *Aprilis* 1519.

Ex eiſdem litteris Vniuerſitatis, & Communitatis dictæ Ciuit. Vigleuani clarè quoq; habetur, qualiter in publico conſilio Nobilium, atq; Ciuium eiuſdem Ciuitatis ann. 1625. die. 20. Octob. fuit ſtabilitum, atq; ordinatum, vt apud Sedem Apoſtolicam fiat inſtanter petitio, vt concedatur licentia ſacrum faciendi, & Officium recitandi de dicto Beato Matthæo in die ſuæ ſolemnitatis ex voto facto ab eadem Ciuitate in honorem ipſius famuli Dei.

In Eccleſia Ordinis Prædicatorum Ciuitatis Foroliuien. extat à parte ſiniſtra propè Dormitorium fratrum, Altare, & ſuper Altare Archa marmorea, in qua iacet Corpus venerabilis viri Dei fratris Marculini, eiuſdem ſacri Ordinis Prædicatorum profeſsi, qui cum maxima ſanctitatis opinione iam ab hinc annis 229. circiter glorioſe obijt, ſuper cuius Altare ſingulis annis in die ſui tranſitus ad Cęlũ, celebratur ſacrum de Sanctiſſ. Trinitate, & ab omnibus tamquam Beatus reputatur, & communiter vocatur, prout latiùs in ſequenti petitione facta Sanctiſsimo D. N. Vrbano nomine, & ad inſtantiam eiuſdem Ciuitatis, ac fratrum Ordinis Prędicatorum in eadem commorantium Ciuitate.

Harum literarum formula inſeruire poterit in alijs conſimilibus occaſionibus ideo requiſitus, illas hic apponere curaui.

FOROLIVIEN. LITterarum remiſſorialium.

Venerabilis Viri Dei Marculini Ordinis Prædicatorum.

BEATISSIME PATER.

11 VERTENTE iam ſæculo decimotertio ab Incarnatione Domini N. Ieſu Chriſti, claruit in nobili Ciuitate Foroliuij B. Fr. Marcolinus, qui vti teſtantur multi illius, & præſentis tempeſtatis inſignes Doctores nempè.

F. Ioan. Dominicus Florentinus Card. in relatione Romana.

Hieronymus de Burſellis.

Leander Albertus, de viris Illuſtribus S. Dominici.

Seraphinus Razzius, in lib. de Beatis Sancti Dominici.

Io. Michael Piò in Cronica S. Dominici in Italia.

Et colligitur ex ſermone antiquiſſimo in illius feſtiuitate publicè Foroliuij habito,

bito, & ex litteris cuiuſdam nobilis Foroliuienſis Reuerendiſſ. D. Bernardino Delphino, & ex altera Venerab. Fratris Dominici ad Reuerendiſſ. Magiſtrum Raymundum de Capua totius Ordinis Prædicatorum Magiſtrum generalem, quæ in libro antiquiſſimo in hædinis manuſcriptis regiſtratæ ſunt, & ex quibuſdam folijs ſimiliter hædinis vetuſtiſſimis, authenticè à varijs illius ætatis notarijs confectis, adhuc vſq; magna cum veneratione à RR. PP. Dominicanis inter Reliquias adſeruatis, quibus omnibus eſt credendum, cum multi eorum loquantur ex certa ſcientia, & omnes ſint viri grauiſſimi Cardinales, Monaci, Hiſtorici, & Ciues nobiliſſimi, ad tradita per DD. Audit. S. Pal. deputatos in relatione ſuper proceſſu B. Andreæ Curſini parte 4. §. 1. ver. 1. & per Bzou. regiſtrata tom. 14. ſub anno 1373. numer. 9. & certum ſit ſcripturis, & hiſtorijs antiquis multum deferri in hac materia, vt habetur in cap. 1. §. *fin. de ſacr. vnct.* gloſ. in cap. inter dilectos §. *ſed contra.* verb. magis, & ibi Abb. numero 13. in fine de fid. Inſtr. Bart. in l. 1. n. 25. Dec. n. 20. in fine Bolog. num. 49. ff. ſi certum per. Natt. conſ. 636. num. 91. lib. 3. Caſtell. tract. de Canon. quæſtione 7. verſ. quæro.

VITA.

Beatus itaque Marcolinus natus eſt Foroliuij ex honeſtis parentibus circa annum Domini 1317. fuit homo ſimplex, perpetuus humilitatis, & manſuetudinis cultor, anno ætatis ſuæ decimo, diuino afflatus ſpiritu, vt Deo, & B. Dominico famularetur, Ordinem Prædicatorum eſt ingreſſus, vbi ad euitandam inanem gloriam ſecretò quoad poterat, Dei operibus vacabat, & tanta fuit orationis eius aſſiduitas, vt callos maximos ad genua contraxerit, nunquam animum à cœleſti contemplatione auerterit, ita vt ſæpè ſomno æſtatico correptus, nec campanarum ſonum præter ſignum eleuationis Chriſti. audiuerit, quotidie tanta deuotione Miſſæ ſacrificium celebrauerit vt ſæpè, ac ſæpius in ſpiritu eleuatus dormire videretur, chorum omni ſtudio frequentauerit, ſilentium mirificè cuſtodiuerit inuiolabiliterq; ſeruauerit, ieiunium dilexerit, omniq; ſolertia obſeruauerit, aſſiduis intendens orationibus, raro Ciuitatem circumiuerit, niſi magnis neceſſitatibus coactus, ſicuti ſcriptores omnes præallegati teſtantur.

VITÆ MIRACVLA.

Qvibus virtutibus ſtipatus vir iſte glorioſiſſimus adhuc viuens, à Domino dono prophetiæ donatus eſt, vt ſæpè futura nuntiauerit, & abdita cordium patefecerit, nõnunquam cum Deipara Virgine allocutus fuerit, à cuius Imagine, quæ adhuc ſeruatur inter reliquias dictorum Religioſorum reſponſa tulerit, Cuidam lætaliter vulnerato in capite, noctis tempore viſibiliter apparuerit, faſcias explicuerit, vulnus circum circa digito explorans, ſanauerit. Matri mœſtiſſimæ infortunium filij reſerauerit, qui occultè ab inimicis occiſus in foueam, ſpinis, & vrticis plenam abditus fuerat, Domino cuncta ſibi reuelante, dum nocte pro eo oraret, demùm ſuum obitum, triduum ante prædixerit, quæ ex antedictis ſcriptorib. colliguntur, & clarius probari, ſi litteræ remiſſoriales concedentur, poterit.

Mors

Digitized by Google

MORS.

PEracto vitæ curſu, cum iam octuagenarius eſſet, laudabiliterq; per annos integros ſeptuaginta, in familia Dominicana Deo vixiſſet anno 1393. die 24. Ianuarij ſanctiſſ. obijt, prius receptis omnibus Eccleſiæ Sacramentis, cuius mors infinitis propemodum claruit miraculis. quidam puer ſeptennis ignotus (Angelus Dei exiſtimatus) ciuitatem percurrens Beatiſſimi Marcolini mortem nuntiabat, quod audiens mulier quędam, quę tunc maximis torquebatur doloribus, & iam per triginta integros annos ſemel, ſæpius bis, in hebdomada vexata fuerat, dixit. Si eſt verum ò Beatæ Marcolinæ quod ſis ſanctus in conſpectu Domini, prout ego credo, rogo te apud Deum pro me intercedas, vt ab iſtis doloribus liberare dignetur, quibus verbis vix prolatis ſtatim ſanata eſt. Ex voce itaq; pueri clamantis fere omnes Foroliuij incolæ ad Eccleſ. properarunt vt S. Viri Reliquias oſcularentur, venerarentur, adorarent. Cumq; fratres abſq; vllo honore eum ſepellire ſatagerent populo reluctante, non niſi magna noctis parte tranſacta potuerunt, quo tempore cum iam multitudo receſſiſſet ſacrum Corpus humatum eſt. At ſummo mane confluente iterum populo ad Eccleſiam, vbi ſacrum cadauer clam fuiſſe ſepultum cognouit, multas cum fratribus altercationes ac rixas habuit, adeo vt neceſſe fuerit ad ſedandum tumultum B. Patris oſſa exhumare, remoto igitur lapide ab ipſo monumēto, ſuauiſſimi odoris fragrantia per vniuerſam Eccleſiam diffuſa eſt, cadauere ſpatio trium dierum in choro expoſito, cumulata miracula Deus eius meritis oſtendit, veſtibus iterum, atque iterum à populo præ. deuotione expoliatus à Fratribus etiam bis eſt reindutus, Beati nomen eſt conſecutus, Altare ad eius Sepulchrum e.ructum, & cuſtos dicti Altaris decretus, cuius cura fuit vota recipere, eleemoſinas cuſtodire, & in Beati cultum diſpenſare, amplius in defectum prioris miracula adnotare, vt quæ Deus eius meritis elargiretur omni fide adnotata ad poſteros peruenirēt, & dies obitus ab illo tempore vſq; hodie cum decenti ornatu eſt celebrata, De anno autem 1458. Nicolaus de Aſtis Epiſ. Recan. Ciuis Forol. in Sepulchro marmoreo affabrè ſculpto & ſex columnis marm. ſuffulto, corporè adhùc integro reperto compoſuit, cum hac inſcriptione.

Beato Marcolino Nicolaus de Aſtis Recan. Epiſcopus faciendum curauit 1458.

MORTIS MIRACVLA.

POſt mortem etiam infinita propemodum fuerũt Miracula ex Deo, non ex arte, ſupra naturam, non ex verbis, ſed merito & ad corroborationem fidei facta, & qualia eſſe deſiderat, gloſ. in c. 1. de reliq. & vener. Sanct. lib. 6. in verſ. *Sedis Apoſtolicæ*, & tradit Alberic. in ſuo Diction. in verb. Canonizatio Sanct. Maſc. de probat. concluſ. 262. num. 34. cum ſeq. Molph. in tract. ad conſuet, Neapol. lib. 2. conſ. 46. numer. 44. & ſeq. Tuſc. in lit. C. concluſ. 41. num. 7. Caſſan. in Catal. gloriæ mundi conſid. 49. verſ. 1. quod ex Deo non ſequen. quorum miraculorum memoria adhùc in hædinis iam dictis autenticè conſcriptis conſeruatur, & ſparſim à citatis Doctoribus recenſetur. Mortui namque eius patrocinio ad vitam ſunt reuocati, Dæmones fugati, Claudi erecti, Infideles correcti, crepati conſolidati, cancri ſanati, febres abactæ, & vt vnico ver-

co ver-

eo verbo omnia complectat, omne morbi genus, eo intercedente ſanatum eſt.

Quæ omnia facili negotio poterunt probari, ſi ſupplicationibus Ciuitatis Foroliuij, & Fr. Prædicatorum Beatitudini Veſtræ porrectis annuatur.

Ex quibus omnibus ſupra deductis, & alijs ſuo tempore deducendis apparet cultum in honorem B. Marcolini noſtri, adeò antiquum, & continuatum, maximam vim habere, & talem, vt ille non modò manuteneri omninò debeat per ea, quę docet in ſimilibus, & refert ita pluries Romę reſolutum fuiſſe coram diuerſis ſummis Pontificibus, Andreas Molph. in d. tract. ad conſuet. Neapol. conſ. 45. num. 75. cum ſequentibus, & conſ. 46. num. 12. lib. 2. ſed etiam concedendę remiſſoriales in ſupplicationibus petite, ad effectũ ſuo tempore obtinendi Beatificationem, & officium, ſaltem in vniuerſa familia Dominicana, quia quotieſcunque id quod intenditur probari eſt releuans, remiſſoriales non poſſunt denegari Caſſad. deciſ. 1. de dilat. Verall. deciſ. 68. par. 3. Rota Rom. in Mutinen. Plebis 24. Nouembris 1623. coram R.P.D. Coccino, & coram Sanct. Pontif. Greg. XV. deciſ. 191. num. 1. Releuantia autem in caſu noſtro ex eo deducitur, quia intenditur probare ſanctitatem vitę, ac mortis & miracula mediantibus quibuſdam ſcripturis antiquiſſimis, quorum antiquitas non niſi per teſtium dicta poteſt probari, vnde remiſſoria in hoc caſu deneganda non eſt, vti conſiderat in ſcripturis antiquis Rota in d. deciſ. Mutinen. Plebis coram R.P.D. Coccino. Ægid. deciſ. 384. Put. deciſ. 366. numer. 3. lib. 2. eſt etiam probandus cultus continuatus ſpacio 228. annorum, & fama publica, quæ multum ſimiliter releuant ad probandam ſanctitatem, cum cultus 120. annorum tantùm, multum pręualuerit ad obtinendam Canonizationem Sancti Didaci, vti ex eius hiſtoria à Pegna conſcripta, lib. 2. cap. 7. legitur, & in vita B. Ambroſij Sanſedonij Romæ impreſſa anno 1611. lib. 3. cap. 13. & de fama dixit Bald in l. proprietatis nu. 3. C. de probat. Verall. deciſ. 344. num. 3. Rota deciſ. 117. num. 7. par. 2. diuerſ.

Maximè cum in caſu noſtro habeatur fumus ſufficiens veritatis eorum, quæ hucuſq; obiecta fuerunt ex libro, qui in neceſſarijs datur authentico cum legalitate, in quo ad verbum regiſtratus legitur tenor ſupradictarum ſcripturarum, quod debet ſufficere ad effectum obtinendi remiſſoriales etiam in non prophanis. Rota in deciſ. 503. num. 3. recent. par. 1. cum etiam ſufficere teſtes nulliter examinati dixerit Rota coram Sanctiſſ. Gregor. XV. deciſ. 163. nu. 1. & addit ibidem num. 10. & deciſ. 562. num. 4.

Et ſatis videtur probata ſanctitas B. Marcolini ad effectum de quo agitur ex pluribus argumentis.

Quorum primum eſt, quia hic concurrunt duo, quæ in Canonizatione neceſſariò requiruntur, primo Sanctitas, & integritas vitæ, Caſtitas, Humilitas, Sobrietas, &c. ſecundo quia Deus illius perſonam in vita, in morte, ac poſt mortem miraculis illuſtrauit, c. teneamus p. q. 1. Maluet. dub 3. de Canon. Sanct. num. 73. Maſcar. de probat. concl. 262. num. 20. Caſſan. cat. glor. mundi par. 3. conſider. 49.

Secundum argumentum eſt, quia antequam ſepulturę fuiſſet traditus, omnes ex populo deuotè oſculabantur eius manus, & pedes, ac veſtes maxima cum veneratione ſcindebant, & pro reliquijs ſeruabant, imo mediantibus illarum particulis miracula facta ſunt, quæ in dictis folijs regiſtrantur, quæ publica

deuotio

deuotio, non ſolum probare, ſed eſſe neceſſariam in ſignum ſanctitatis alicuius etiam ante Canonizationem iudicarunt Reuerendiſſ. Auditores Rotæ in Canonizationis relatione S. Hiacynti Poloni, facta coram ſummo Pontifice Sixto V. in anno 1588. & tradit Andreas Molph. vbi ſupra conſil. 45. num. 21.

Tertium argumentum ſanctitatis iſtius viri fuit odor, & fragantia, quæ ex illius cadauere emanabat, vt conſiderat Molph. d. loco num. 12. & Sac. Rotæ Auditores in relatione B. Andreæ Curſini ad Paulum Quintum part. quarta, §. primo.

Quartum eſt, quia ſumus in Sancto, cuius Imagines tam pictæ, quàm ſculptæ, ſeu typis æneis colatæ omnes fuerunt vbiq; cum radijs & Inſcriptione Beati, vti etiam hodie apparet ex ſculptura ad tumulum, ex pictura antiquiſſima in Ciuitate Placentiæ exiſtente in Eccleſia S. Ioannis de Canale, & in alijs locis, quod quidem non niſi Beatis permittitur. Bell. de Beat. Sanct. cap. 10. lib. 1. nam iſti hoc pacto pinguntur ad oſtendendum quod illorum opera & miracula nos quaſi manu ducunt ad id credendum, & vt eorum interceſſionibus noſmetipſos commendemus; Molph. citato loco, conſ. 45. num. 28. 30. 31. & conſ. 46. num. 9.

Quintum erit, quia ſtatim ac vita functus, in eius honorem erectum fuit Altare in quo honorificè quotannis celebratur dies ſui obitus, & miſſæ etiam ſolemnes ſanctiſſimę Trinitatis ac Beatiſſimæ Virginis habentur cum luminibus, & apparatu Eccleſiæ, ac pulſu Campanarum, & Organi, & cum expoſitione eius Imaginis, quod non poſſe fieri niſi Beatis, probant Innoc. Hoſtienſis, & alij in cap. 1. de reliq. & venerat. Sanct. Caſſian. Collat. 19. c. 1. Bellar. c. 10. de Sanct. Beat. §. quantum ad quintum. Molph. ibid. conſ. 45. num. 32. 72.

Sextum argumentum ſunt vota, ac tabellæ, & folia Miracula continentia quibus Capella ornabatur, quę in Sacrario dictæ Eccleſię Dominicanæ conſeruantur, quę ſunt in ſignum receptarum gratiarum corporalium, vel ſpiritualium, vti fuit obſeruatum per Reuerendiſſim. Auditores Rotæ in Relatione Canonizationis Sancti Bonauenturæ, & in relatione facta Greg. xiij. pro Canonizatione Sancti Hiacynti, de qua facit mentionem Molph. ibidem conſ. 45. num. 35.

Septimo ſanctitas tanti viri corroboratur ex illius incorruptibilitate, quæ licet hodie non appareat, cum Corpus in marmoreo eminenti ſepulchro lateat, nihilominus de ea conſtat ex ſcripturis antiquiſſimis tempore translationis cõfectis, quod fuit poſt eius obitum anno 61. & hoc quidem ſigno ſolet Deus quandoque honorare corpora multorum, qui in vita ei fideliter deſeruierunt, vt de diuerſis ſanctis legitur, & adnotant paſſim citati Doctores.

Octauum arg. quia fuit communiter vti ſanctus ab omnibus reputatus per 228. ad hinc annis, quæ publica opinio in his quę concernunt virtutes hominis multum attenditur. Bald. in l. prouidendum C. de poſtul. quia non eſt veriſimile quod in materia tàm graui Dominus noſter permittat populos fideles per magnum temporis ſpatium errare, vti fuit dictum à Reuerendiſſ. Auditoribus Rotæ in relatione ſuper proceſſu Sancti Hiacynthi ad finem verſ. cœterum & Sancti Raymundi parte 2. artic. 2. verſiculo pro quibus, & tradit Simonet. in relatione ſuper proceſſu S. Franciſci de Paula §. vltra hæc; & ſicut ad probanda delicta multum defer-

tur diffamationi l. de Minori §. tormenta & ibi gloſ. verb. exiſtimaris. Bart. numer. 4. ff. de quęſt. cum alijs per Gomeſ. var. reſol. lib. 3. cap. 13. num. 10. ita è conuerſo ad probandas virtutes multum confert fama ſanctitatis, cum Contrariorum eadem ſit diſciplina iuxta not. in l. 1. ff. de ijs qui ſunt ſui, vel alieni Iuris, & in l. & ſi contra ff. de vulg. & pupill. vt conſiderarunt Audit. Rotæ in relatione B. Andreę Curſini ad Paulum Quintum Pont. Maximum ſub tit. de modo probandi ſanctitatem §. 2. maximè cum ſimus in antiquiſſimis, in quibus ſufficit publica vox & fama. Bald. in l. proprietatis, num. 3. C. de probat. Alexand. in l. rem quæ nobis num. 18. ff. de acquir. poſſeſſ. Verall. deciſ. 344. num. 3. & deciſ. 347. num. 4. part. 3. Rota Romana deciſ. 171. num. 7 p. 1. diuerſ.

Vltimò tandem, quia verſamur in Beato acclamatiuè, & nuncupatiuè, & qui ſcilicet Beatus vbiq; eſt nuncupatus, & eius geſta fuerunt à varijs auctoribus antiquiſſimis de Superiorum permiſſu typis conſignata, & qui pro ſe habet præſumptionem ſanctitatis ad trad. poſt alios per Molph. ſæpè alleg. conſ. 45. num. 26. 27. lib. 2. vnde fit quod omninò ſint concedendæ literæ remiſſoriales, quæ petuntur, &c.

Quare, &c.

13 In hoc ſecundo cap. frequentius ſermo accidit de candelabris, ſiue cereis accendendis ad ſepulchra, & ad imagines Beatorum, & ſanctorum circa quorum laudabilem vſum breuiter dicam ex eorum accenſione nullam eſſe deſumendam offendiculi, ſiue ſcandali occaſionem, vt Donatiſtæ, & alij Hæretici præſertim Vigilantius falsò ſcripſerunt, imò hoc ad cultum & reuerentiam Dei, & Sanctorum pertinere, cum ſecundum illud Sancti Hieronymi aduerſus Vigilantium, *quicumque accendit Cereos ſecundum fidem ſuam habet mercedem.* Authore enim Sancto Hieronymo epiſt. 20. ad Marcellam, ideò luminaria accenduntur ad Chriſti, & Sanctorum Imagines, *vt accenſo luminesſponſi ſpectetur aduentus.*

Hinc eſt, quòd multi Sancti Patres præſertim Sanct. Auguſtin. ſerm. 215. de tempore nedum cereorum vſum probat, ſed cereos offerre hortatur, eandem hortationem facit S. Ioannes Chriſoſtomus *de oratione occurſus Domini, & Simeonis*, id omne approbat, & demonſtrat vſus, & conſuetudo antiqua Eccleſiæ Catholicæ, quæ omnibus præualet. Id omne etiam factis miraculoſis à Deo probatum eſt. Narrat equidem Euſebius lib. 6. cap. 7. hiſt. Eccleſiaſt. & Nicephorus lib. 5. cap. 9. cum in die ſolemni vigiliarum Paſchæ in Eccleſia Hieroſolymitana oleum defeciſſet pro luminaribus accendendis, Narciſus Hieroſolymitanus Epiſcopus aquam deferri imperauit, quam per ipſum benedictam lampadibus infudit, ſtatimq; lampades accendi iuſſit, ſanè omnibus mirantibus aqua illico in olei pinguedinem verſa, ſplendorem luminum clariorem emittebat.

Conſimilia miracula narrat S. Gregorius *lib. 1. Dialogorum, cap. 5. & lib. 3. cap. 30.* & Gregor. Turonen. *cap. 57. de gloria Martyrum*, vbi non tacebo illud celebre miraculum, quod frequenter Deus operatus eſt ad ſepulchrũ S. Petri Martyris de quo glorioſo Martyre Innocentius Quartus in Bulla ſuæ Canonizationis §. *O quam inſigne* (inquit) *pro defenſione namque, ac exaltatione Catholicæ fidei, & aſſertione obedientiæ Romanæ Eccleſiæ acerrimam mortem*

tulit,

tulit, & paucis interiectis. *Hic iam in Cælo quaſi luminare conſpicuum, & ſplendore gloriæ, & multorum corruſcatione ſignorum effulget*, Tandem §. *poſt mortem*. ſubdit. *poſt mortem ipſius, lampades ad ſepulchrum eius venerabile pendentes, pluries per ſe ipſas abſque omni humano ſtudio, & miniſterio diuinitus ſunt accenſæ*. & rationem congruentiæ huius miraculi aſſignans, ſtatim ait. *Quia conueniens nimis erat, ut quoniam igne ac lumine fidei excellenter claruerat, ſingulare de ipſo ignis, & luminis miraculum appareret*; ex quibus liquidò conſtat quantum ſit laudabilis, Deo gratus, & hominibus vtilis, accenſionis lampadum, ſiue cereorum ad ſepulchra, & imagines ſanctorum cultus.

Ad id vero quod aliqui obiiciunt ex Concil. Elibertino (licet prouinciali) *cap*. 37. & Lactantio *lib*. 6. *cap*. 2. Cereos accendere pertinere ad ſimplicitatem ſæcularium hominum, & deuotarum fœminarum, quę quidem zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam. facillimè reſpondetur dicendo, quod repræhenſio, de qua in argumento contra accendentes cereos, ſiue offerentes pro munere Deo, vel ſanctis, non intelligitur ſimpliciter, & abſolutè, ſed per illam arguuntur tantum homines imperiti, qui, hoc fine, & intentione offerunt cereos, quaſi quod Sancti egeant lumine quemadmodum homines prophani, quo fine, & intentione nequaquam offerunt Chriſtiani luminaria, ſiue cereos Deo, & Sanctis. Scientes enim Deum datorem luminis non egere his luminaribus, ſed in honorem, & reuerentiam Dei, & Sanctorum pro gratiarum actione, qui cultus hac intentione factus in ſe, & de ſe, pius laudabilis, & non modica mercede dignus eſt, vt fuſiùs probat inter alios S. Hieronymus *aduerſus Vigilantium*, & *in epiſt. ad* Riparium. Et vt habetur *in Synodo 7. act. 4.* luminaria, & ſuaueolentia, & Thymiamata accendũtur in honorem illorum, cum Chriſto requies, quorum honor ad ipſum recurrit. Idem Epiphanius ad finem Epiſtolæ, quam ſcripſit *ad Ioannem Epiſcopum Hieroſolymitanum*, refert didiciſſe, ac intellexiſſe ex intuitu lucernæ ardentis in quodam loco, illum locum eſſe Eccleſiam, in quam intrauit, vt oraret.

14 Præter illa quæ continentur in formula litterarum remiſſorialium pro viro Dei Beato Marculino Ordinis Prędicatorum, de qua num. 12. præſertim §. *Quibus omnibus eſt credendum*; auide deſiderantur nonnulla circa fidem adhibendam vetuſtioribus ſcriptoribus, ſeu ſcripturis antiquis, de ſanctitatis, & miraculorum fama ſeruorum Dei, Spiritus ſancti chriſmatibus ditatorum, heroicisq; virtutibus præditorum, quorum fama etiam vſq; ad noſtra tempora perdurauit, aliquandò etiam non ſine miraculorum operatione.

In ſpecie cupiunt intelligere, quæ & qualis fides adhibenda ſit ſcripturis, de quibus ſupra in Archiuijs, ſeu in ſacrarijs Religioſorum, vel Regularium. Quibus quantum in me eſt ſatisfacere cupiens, proponam, declarabo, & comprobabo ſequentes aſſertiones.

Prima Aſſertio. Scripturæ repertæ in Archiuio publico alicuius Vniuerſitatis probant, & fidem faciunt circa ea, quæ in illis palam, & expreſsè continentur.

Declaratur deinde probatur prima aſſertio. Communiter Canoniſtæ dicunt & optimè, hanc aſſertionem eſſe limitandam primo. Quoties Archiuio pręeſt officialis publicus, ſecundo quod ſcriptura ſiue ſcripturæ fuerint poſitæ, ac repertæ inter ſcripturas authenticas, Adducunt etiam tertiam limi-

Digitized by Google

tationem dummodo vigeat conſuetudo, vt conſimilibus ſcripturis adhibeatur fides, quæ tertia limitatio ſecundum aliquos non eſt intelligenda neceſſariò, ſed ad bene eſſe.

Prædictam aſſertionem probat communis ferè conſenſus Canoniſtarum expreſſus per ipſos in cap. *ad Audientiam de præſcript.* ex textu cuius cap. colligunt concorditer eandem aſſertionē, de qua ſupra, cum prędictis limitationibus, inter quos vnus eſt Felynus eodem, cap. *col. 4. cum ſequentibus.* Aretinus in cap. *cum cauſam de probationibus*, numer. 4. in fine & ſequentibus, Ioannes Andreas *in addit. ad ſpeculat. lib. 2. p. 2. de inſtrum. edict.* §. *num dicendum 7. verb. ſi œconomus, verſ. quintum ſupplementum*. Innocentius pariter, capit. primo *de procurat. numero primo, ad finem*. Imola ibidem, numero octauo, *verſ. quandoq; vero*. Hoſtienſis, capit. *cum cauſam de probationibus, numero quarto*. Afflictus *in conſtit. Regn. cordi nobis eſt. numero duodecimo*, cum alijs multis in particulari relatis ab Andrea Molfeſio *Tom. 1. addiction. ad quæſtiones vſuales conſuetudinum Neapolitanarum, quæſtione vigeſima*. vbi interquam plures limitationes ab eo adductas, ibidem *numero duodecimo*, inquit. *Quando verſamur in antiquis tunc ſcripturæ modo declarato in prima aſſertione probant*. pro veritate, & firmitate huius limitationis, adducit authoritatem Iaſonis in authenticam, *ſi quis in aliquo. column. 3. &* 4. & Aretini, *conſil. 36. col. 3.* Decij. *conſil. 36. col. 2.* Socin. *conſil. 187. column. 4.* inſuper pro veritate eiuſdemmet primæ aſſertionis extat deciſio Rotæ Romanæ, *in recentior. deciſ. 13. num. 3. p. prima*, & in pluribus alijs.

Secunda Aſſertio. Libris, & pariter ſcripturis antiquis continentibus geſta famulorum Dei, adhibenda eſt fides.

Ad declarationem ſecundæ aſſertionis animaduerto, quod quamuis iuſtorum beatificatio ſeu canonizatio, vt latè demonſtratum eſt ſuperius in cap. primo, & ſecundo huius Elucidarij, *non expleatur ſine præuia teſtium plurium iuridica informatione*, cum tamen de vetuſtioribus nequeant haberi recentia teſtimonia in tali caſu Theologi, & Canoniſtæ loco harum informationum affirmant credendum eſſe teſtimonijs virorum grauiſſimorum de ſanctitate, & miraculis famulorum Dei atteſtantium, cum alia quærere, aut inuenire impoſſibile videatur.

Hanc ſecundam aſſertionem probant tradita in *cap. primo de ſac. vnct.* §. *fin.* necnon, & illa gloſſæ *cap. inter dilectos de fide inſtrumentorum*, §. *ſed contra verbo magis*, & ibidem tradita ab Abbate *numero decimotertio, in fine*, & à Bartolo *in lege prima, numero vigeſimo ſecundo*, à Iaſone, *numero vigeſimo quinto*, à Decio *numero vigeſimo in fine*, à Bolog. *numero quadrageſimonono, ff. ſi certum pet.* Natt. *conſil. 636. numer. 91. lib. 3.* & à Caſtellano *tractat. de Canonizatione, quæſt. 7. verſ. quæro.*

Neque obſtat, quod Scripturæ de quibus in ſecunda aſſertione, reperiantur conſeruatæ in Archiuio Monachorum & Regularium, quorum Archiuia ab aliquibus, loca priuata dicuntur, nam in ſpecie de conſimilibus ſcripturis antiquioribus ſeruatis apud Regulares, quibus eſt adhibenda fides extat doctrina Putei *deciſ. 186. numero primo, lib. 3.* Scaciæ *in 2. p. ſuæ praxis cap. 11. num. 159.*

Tertia Aſſertio, ſeu potius declaratio ſecundæ aſſertionis. Hiſtoriis vetuſtioribus continentibus vitam, & geſta famulorum Dei, adhibenda eſt fides ad arbitrium, ſiue ſecundum placitum

Digitized by Google

citum Pontificis Romani, quibus regulariter accedente continuatione famæ ſanctitatis, & patratione miraculorum multum deferendum eſt.

Hæc tertia aſſertio intelligenda venit in ordine ad Beatificationem, & Canonizationem famulorum Dei. Quæ aſſertio quoad ſui primam partem habet veritatem ex communi intellectu ferè omnium Canoniſtarum. Sed eam quaſi in proprijs terminis adducũt Pauinus *in Relatione Sancti Bonauenturæ part.* 2. *art.* 8. Caſtellanus *de Canonizatione ſanctorum, quæſt.* 7. *art. vltimo, num.* 1. Idem tenuerunt præſtantiſſimi Patres ſacræ Rotæ Rom. *in Relatione Sancti Hyacinthi cap.* 3. *verſ. neque dubium.*

Secunda vero pars eiuſdem aſſertionis ſuaderi poteſt ex traditis à gloſſa in Clementina prima *de Reliq. & Veneratione Sanctorum verſ. orationis.* à Bartolo in *lege prima num.* 22. à Iaſone *ibidem num.* 25. *ff. ſi certum petat.* ab Abbate *in cap. cum cauſam de teſtibus, numero primo*, à Pauino & Caſtellano, *vbi ſupra.*

Additur quarta aſſertio continens, & ipſa declarationem prædictarum aſſertionum, ſeu potius limitationem. Adhibetur fides ſcripturis antiquis repertis etiam in Archiuijs priuatis domorum Religioſorum, ſiue Regularium, ſi habeant indictionem, diem, locum loci, teſtes, ſubſcriptionem, & cetera requiſita per gloſam *in l. generali in verbo ſeruituti in lege tabul. lib.* 2. Et pariter ex Aimon. *Conſil.* 216. *num.* 2. & ſequentibus Rota Romana *in Lunen. ſeu Sarzanen.* Cappellaniæ 26. *Martij* 1601. coram Cardinali Sacrato, *& in recentioribus deciſ.* 50. *num.* 4. *p.* 2. *& in Feltren. præbendæ* 16. *Decemb.* 1605. coram Reuerendo Padre Dom. Cucino; imo quando tractatur de ſcripturis verè antiquis, quarum antiquitas ex conſpectu, & facie apertè conſtat data, non eſt opus ſimpliciter recognitione. Puteus *deciſ.* 151. *lib.* 1. *Veral. deciſ.* 5. *lib.* 3. *Rota in dicta Feltren. præbendæ, & inter aſſumen. Iuriſdictionis de Iudela* 26. *Aprilis* 1602. coram Archiep. Rudien. *& in Tridentina decimarum* 14. *Febr.* 1620. coram Cardin. Sacrato *ver. non obſtat.*

Quinta aſſertio lib. 215. Hiſtoriarum & Cronicarum quando adhibita fuit fides à Maioribus ab antiquo tempore, conſimiles libri & ſcripturę, fidem faciunt circa beatificationem, quoq; famulorum Dei exhibendo ad minus fumum pro neceſſarijs obtinendis circa illam. Hæc Concluſio quoad primam ſui partem eſt communis apud Canoniſtas, eamq; inter alias adducit in proprijs terminis, Maſcardus de probat. concl. 105. num. 11. & concluſ. 398. num. 6. pro qua refert innumeros textus & Authores eandem Concluſionem aſſerentes, ac tanquam veram defendentes; idem quoq; relatiuè tradit Caſſad. deciſ. 6. num. 12. quam concluſionem colligit præſertim ex Bartolo leg. 1. ff. *ſi certum petatur.*

Quæ Concluſio à multis, præſertim ab illis relatis ad ſecundam Aſſertionem proportionaliter expanditur ad libros, & ſcripturas continentes vitam, & geſta famulorum Dei pro facilitando negotio beatificationis ipſorum. Nec me latet, vt ego ipſemet vidi circa prædictas aſſertiones extare innumeras limitationes, quæ cum ſint communes apud Iuris peritos, eaſdem pro maiori parte ad euitandam prolixitatem ommiſi.

Digitized by Google

Breuis Inſtructio,de modo,& forma compilandi proceſſum coram Ordinario, Pro obtinendis literis Remiſſorialibus,circa Beatificationem alicuius ſerui Dei.

15 COmpareat Procurator die Iuridica in Palatio Archiepiſcopi,ſiue Epiſcopi, eiq; exponat factum de quo agitur, vt quanto citius fabricetur proceſſus,ſuper vita,heroicis virtutibus,ſanctitate, & miraculis ſerui Dei N. ne temporis iniuria probationes pereant, & teſtes è viuis excedant,vt ſimilis proceſſus poſſit ritè formatus tranſmitti, ad Sanctam Sedem Apoſtolicam, ſeu ad ſacram Rituum Congregationem, ad effectum futuræ Beatificationis,& Canonizationis, & Procurator ante omnia coram Epiſcopo, exhibeat mandatum procurationis in hac cauſa, & ſi Epiſcopus non poterit vacare fabricationi proceſſus,Vicarius Generalis id efficiat,vel aliquis alius in dignitate deputandus ſpecialiter ab Epiſcopo.

Poſtquam Procurator egerit prędictam inſtantiam, ac produxerit,Procurationis Inſtrumentum, & Dominus Epiſcopus illud acceptauerit, & admiſerit talem petitionem, & mandatum, inſtet apud Epiſcopum, ſeu eius Vicarium, vt dignetur deputare Notarium ex approbatis ſibi benè viſum, qui rogare ſe debeat de actis faciendis; qui Notarius ſtatim atque fuerit deputatus, Iuramentum præſtet in manibus Epiſcopi de fideliter exercēdo officium Notariatus in ſimili cauſa, & de tali deputatione, ac iuramento rogetur alter Notarius, ipſeq; Epiſcopus ſeu Vicarius vnico contextu deputet locum aliquem ſacrum, vt puta Oratorium, ſiue Cappellam in qua examinari debeant teſtes, ac etiam diem & horam non impeditam aliquo feſto, in quo debeant teſtes pariter examinari. Et ſucceſſiuè idem Procurator inſtet deputari Nuntium, ſiue Curſorem pro exequendis citationibus, pro aduocandis teſtibus, qui pariter poſtquam fuerit admiſſus à Domino Epiſcopo præſtet, & ille Iuramentum in forma debita de fideliter exercendo ſuū officium Tabellionatus.

Poſt hęc alio die iuridico compareat idem Procurator coram eodem Reuerendiſſ. exhibeatq;, notulam teſtium examinandorum, & in fine dictæ nominationis addat clauſulam *reſeruata ſibi facultate alios teſtes nominandi, ſuis loco & tempore, ſi opus fuerit exprimendis.* Deinde idem Procurator inſtet mandari, vt teſtes citentur ad effectum, vt ſe examini ſubijciant coram Epiſcopo ſeu eius Vicario,qui teſtes iurent ſuper vita, virtutibus, & miraculis Canonizandi, & citatio ſic eſſe debet.

Formula Citationis.

CItetur N. ad ſubijciendum ſe examini coram Reuerendiſſ. D. N. in cauſa Canonizationis N. pro prima die quæ erit N. ab hora N. vſque ad horam N. de mane, & de ſero ab hora N. vſq; ad horam N. & ſucceſſiuè ſingulis diebus & horis vſq; ad perfectum examen,in Cappella poſita in Eccleſia Sancti N.ad hunc effectum deputata,inſtantibus N. N. Principalibus ſiue N. eorum Procuratore legitimo.

Et quando citationes fuerint executioni mandatę,pro examine teſtium ducat illas ſuis loco,& tempore in actis cauſę,& petat à Iudice,vt iubeat procedi ad vlteriora in cauſa, & alia fieri neceſſaria, & opportuna in forma debita & conſueta, & producat coram eodē Epiſcopo Articulos ſeu Materias, ſuper quibus teſtes examinari debent.

Ex tunc Iudex viſis, & admiſſis di-

ctis

ctis Articulis per Procuratorem exhibitis, mandet procedi ad vlteriora, induci teſtes coram eo, & alia fieri, ad hunc effectum pro huiuſmodi examine faciendo, & ad bonum ordinem ſeruandum D. Epiſcopus facto Decreto ex officio, Notario deputato in huiuſmodi cauſa exhibeat interrogatoria, ad effectum, vt interrogentur teſtes inducendi, & poterit ſeruari ſequens forma Articulorum.

1 Moneatur quilibet teſtis de grauitate magna periurij, præſertim in ſimilibus cauſis Beatificationum, & Canonizationũ, ſuper quibus eſt examinandus.

2 Interrogetur de Nomine, Cognomine, Patria, Parentibus, ac exercitio, ſeu profeſſione.

3 Interrogetur an hoc Anno tempore Paſchatis, ſit confeſſus peccata ſua, cui Sacerdoti in qua Eccleſia, & an, & vbi ſumpſerit Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & à quo?

4 Interrogetur an fuerit vnquam excommunicatus, qua de cauſa, & an poſtea fuerit abſolutus, quomodo, & à quo, & quando?

5 Interrogetur, an ſibi fuerit aliquid promiſſum, datum vel exhibitum, ad hoc, vt ſe examinaret, & dicat quid, & à quo, & an aliquid ſperet ſe conſequuturum ex hoc examine, per eum faciendo & quid, & à quo, ſiue quibus.

Deinde deueniatur ad Articulos in particulari, ſuper quibus examinentur teſtes.

Hic debet eſſe tenor Articulorum, ſeu materiarum, iam productarum à Procuratore coram Iudice, ſuper quibus examinari debent teſtes, ſcilicet ſuper illis tantum, qui erunt indicati Notario, de mente producentis omiſſis alijs.

De Exordio Examinationis.

Notarius deputatus principium examinis poterit incipere in hũc qui ſequitur modum. In Nomine Domini, Amen, Die N. Menſis N. Anni Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini N. Papæ N. Sedente N. N. Iudice, vel Iudicibus prò tribunali in Sacello N. quem locum elegit, vel elegerunt, & deputauerunt pro excipiendis iuramentis, & depoſitionibus teſtium, in cauſa Patris N. ad inſtantiam N. N. Procuratoris N. N. hora præſcripta, comparuit N. N. teſtis, inductus ab eodem Procuratore, qui fuit citatus per N. N. Curſorem, prout in Actis, mei Notarij N. N. qui monitus de grauitate iuramenti, & periurij à Iudice, iurauit in manibus eius, tactis manu ſacroſanctis Euangelijs, de veritate dicenda in hac cauſa, & ſuper interrogatorijs faciendis à Iudice, vel a iudicibus examinatoribus.

Ad primum reſpondit, vocor Franciſcus (verbi gratia) Altanus filius N. & N. ætatis annorum N. ſum Profeſſione Mercator, ſeu Medicus, vel Sutor, vel Doctor, ſiue Religioſus talis ordinis ex approbatis à S. Sede Apoſtolica.

Ad ſecundum, Ego confeſſus ſum peccata mea pluries, hoc anno, vel ſemel, aut ter, & communicaui in Paſchate, dicendo cui à quo, & in quo loco.

Ad tertium, Nunquam quod ſciam fui excommunicatus, vel ſum Sacerdos, & quotidie celebro Miſſam.

Ad quartum, Non moueor premio, nec promiſſione, ſed quia fui citatus, prout iuraui, ſic pro veritate deponam.

Et Notarius ſcribat teſtium dicta fideliter, tàm iuxtà interrogatoria, quam ſuper alia omnia in eo idiomate, & iiſdem verbis præciſis, quibus teſtis profert

Digitized by Google

fert dictum ſuum, latino videlicet Sermone vel Gallo,aut Hiſpano,vel Luſitano,vel Italo, prout teſtis vtetur.Optimũ eſſet diſtinctè,ac diligenter ſingulos teſtes interrogare,in cauſa ſcientię eorum, quæ depoſuerunt, cum maxima ſpecificatione ſingulorum,verſamur enim in arduo, & valde graui negotio. Et poſt abſolutum examen ſubſcribat teſtis hoc modo Ego N. N. Ita depoſui pro veritate,eodem idiomate id ſcribat; ſi teſtis neſcit ſcribere,ſcribat Notarius,vel alter pro ipſo,hoc modo, & quia teſtis neſcit ſcribere Ego N. Rogatus ab ipſo,pro eo ſubſcripſi; Poſt illum ſubſcribat Iudex lingua latina ſemper Ego N. N. Iudex, &c. tandem ſubſcribat Notarius hoc modo,& Ego. N. N. Notarius deputatus, de his Rogatus ſum &c.

Abſoluto vero Examine ſi ſtatim ſequatur alterius examen Notarius Scribat, Incontinenti eodem loco die, & tempore,vt ſupra coram eodem vel iiſdem Iudice vel Iudicibus, Comparuit N. N. teſtis Inductus qui fuit citatus vt ſupra, Monitus de grauitate Iurament. & periurij iurauit ad Sacra Dei Euangelia, tactis Manu Sacerdotis Scripturis in manibus eiuſdem N. N. Iudicis,vt ſupra, & interrogatus ſuper ijſdem interrogarorijs exhibitis approbatis,&c.

Ad Primum Reſpondit, &c. & ita vſque ad finem omnium Articulorum, eodem modo, quo ſupra procedatur;Si autem diuerſis diebus fient examina, ſemper ad initium ponat Notarius nomen diei, Exempli gratia, Die Menſis 2.Iunij,eiuſdem anni coram,&c. vt ſupra, & ſic debent continuari omnia examina, omniũ teſtium vniformiter.

In fine omnium examinum,& compilationis proceſſus compareat iterum Procurator coram Iudice,& petat claudi proceſſum, & copiam extrahi.& collationari,& authenticari,& ſibi dari copiam trãſmittendam Romam ad Summum Pontificem, ſeu ad Congregationem Sacrorum Rituum. Tunc Iudex mandet, ac decernat exemplari proceſſum, & collationari coram ſe, deputando alium, vel alios Notarios, qui vna cum Notario,qui expleuit examina,coram ſe conferant proceſſum cum copia, maiori qua poterit diligentia, quo peracto, & prædicta collatione expleta, in fine tandem vnuſquiſq; ex Notarijs, ſigillatim fidem faciat, ſe à iudice, vel à iudicibus ad collationandum, deputatum fuiſſe dictum proceſſum, eumque collationaſſe, & omnia benè,ritè, ac fidè, quilibet ex Notarijs ſe ſubſcribat manupropria, & apponat ſignum ſui Notariatus ſeu officij, & Iudex ſeu Iudices ſubſcribant pariter manupropria ſub hac forma ſequenti.

Formula ſubſcriptionis Iudicis.

EGo N. N. Iudex ſupra dicta omnia, & ſingula ita eſſe affirmo, &c. & apponat ſigillum ſuum etiam Iudex.

Poſtea apponatur legalitas Vniuerſitatis loci, ſeu Ciuitatis, vel alterius, qui fidem faciat Notarios prædictos eſſe legales, & eorum ſcripturis vbiq; locorum fidem haberi in Iudicio, & extra, & apponatur ſigillum eius qui hoc atteſtatur, & ſignum Notarij, qui ſcribit legalitatem.

His peractis claudatur proceſſus, & ſigillis Iudicum ſignetur, vt non poſſit aperiri, & per fidelem Notarium ad Romanam Curiam tranſmittatur,præſentandum Summo Pontifici, ſeu Sacr. Congreg. Rituum, vel quibus id fuerit commiſſum.

Hæc formula non eſt neceſſariò ſemper (vt iacet) obſeruanda,ſed iuxta diuerſitatem facti, loci temporis, ac Perſona-

ſonarum poteſt variari, ſed ideo importunè requiſitus illam hic appoſui, quia regulariter, & de facto fuit approbata apud Illuſtriſſimos, & Reuerendiſſimos DD. Cardinales S. Congr. ſuper ſacros Ritus ſpecialiter à Sancta Sede deputatos, imò de Mandato quorumdam illorum fuit ſæpè tranſmiſſa extra Vrbem ad prædictum effectum.

Summarium Tertij Cap.

1 *Sanctus Petrus Saluatoris noſtri Vicarius, Primus inter Apoſtolos cognouit Chriſti diuinitatem, & confeſſus eſt palam, Tu es Chriſtus Filius Dei viui, Qui Saluator Petrum fundamentum Eccleſiæ poſt ſe ipſum nominauit.*

2 *Regimen Monarchicum Eccleſiæ Romanæ perſeuerabit vſque ad finem mundi, in perſona Pontificis Romani Chriſti Vicarij, ac legitimi ſucceſſoris Principis Apoſtolorum Diui Petri.*

3 *Demonſtratur veritas Epiſtolæ Sancti Clementis ad Apoſtolum fratrem Domini.*

4 *Sanctus Petrus ex diuina diſpenſatione Sancto Clementi poteſtatem ſuam reliquit, ac de fide eſt, quod Pontifex Romanus Diui Petri ſucceſſor, eadem fulgeat authoritate, qua Petrus.*

5 *Adducitur Decretum aliàs conſuetum fieri in electione Pontificis Romani.*

6 *De fide eſt Romanum Pontificem ritè electum, eſſe virè Diui Petri ſucceſſorem in regimine Vniuerſalis Eccleſiæ.*

7 *Multa digna conſideratione referuntur de Cathedra Romana S. Petri.*

8 *Ex Eccleſia, & Cathedra Romana Religionis Chriſtianæ fons, et origo dimanat, quam S. Petrus iuſſu Saluatoris noſtri ſui primatus heredem conſtituit.*

9 *Explicatur dignitas Eccleſiæ Romanæ ſuper omnes alias Eccleſias totius Orbis.*

10 *Nomen Papæ eſt proprium Pontificis Romani, vbi referuntur aliqua de morte Sancti Petri in Vrbe ſequuta.*

11 *Primatum ſuper omnes Eccleſias Orbis accepit S. Petrus à Chriſto immediatè, nullo præcedente conſenſu, vel electione Apoſtolorum, vbi declaratur quomodo Chriſto competat eſſe Caput Eccleſiæ, ac etiam Petro, & ſucceſſoribus eius Romanis Pontificibus, demonſtrando Chriſtum non poſſe ritè appellari membrum Eccleſiæ, ſed Caput ipſius quicquid dicant aliqui.*

12 *Soluuntur obiectiones aſſerentium Chriſtum poſſe dici membrum Eccleſiæ.*

13 *Declaratur quomodo Chriſti humanitas effectiuè, ſed tamen inſtrumentaliter cauſet in nobis gratiam.*

14 *Adducuntur, atque explicantur loca Concil. Trident. ſeſſ. 6. & ſeſſione 21.*

15 *Ab ipſo Chriſto Deo, & homine fundata eſt Eccleſia, cuius caput viſibile eſt Pontifex Romanus, qui ſolus ex proprietate ſermonis eſt proximus, & immediatus Dei miniſter, ad differentiam aliorum Principum, appellaturq; primus, ac maximus omnium Epiſcoporum.*

16 *Proponuntur, & reſoluuntur nonnulla argumenta contra prædicta, demonſtrando præſertim Concilia nequaquam contuliſſe primatum Eccleſiæ Romanæ, cum illud habeat à Deo.*

17 *Vnitas Eccleſiæ Catholicæ Romanæ prouenniens ab vnitate Capitis, declaratur.*

18 *Non propter ſenilem ætatem, ſed propter excellentem fidei confeſſionem, à Chriſto totius Eccleſiæ primatum ſuſcepit Diuus Petrus.*

19 *Lacrymis, & fletu, Petrus adeò commiſſum purgauit peccatum, vt nihil de ſua excellentia coram Deo, & hominibus amiſerit.*

20 *Commendatur maieſtas, atq; ſublimitas principatus Pontificis Romani ſuper totam Monarchiam Eccleſiæ militantis.*

21 *Pontifex Romanus non ſolum eſt Vicarius*

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti in quantum fuit totius Eccleſiæ Prælatus, *verum etiam, & in quantum Mundi Dominus.*

22 *Adeo certum, & euidens eſt* Primatus Pontificis Romani, *vt illum non ſolum faſſi ſint* Conc. SS. Patres, *omneſq;* Catholici *Doctores, verum etiam Græci,* Pagani, *& Hæretici.*

23 *In his quæ fidei, ſiue morum ſunt definiendis, non poteſt errare Pontifex* Romanus *propter aſsiſtentiam Spiritus veritatis.*

24 *Ab* Eccleſia Romana *tanquam à Sole recipiunt cuncti lumen catholicæ veritatis.*

25 Eccleſia *catholica dicitur vna, vnitate etiam fidei.*

26 *Omnis quæſtio fidei, & morum iudicialiter terminari debet per Sanctam Sedem Apoſtolicam, ut optimè docent, inter alios, validiſsimis argumentis S.Thomas & fideles diſcipuli ipſius.*

27 Concilia *antiqua, & moderna ſemper celebrata fuere authoritate* Pontificis Romani, *& non aliàs, nec aliter, neque quidquam determinarunt* Patres *in illis congregati pertinens ad materiam fidei, vel morum abſque approbatione, & antecedenti conſultatione eiuſdem Sanctæ Sedis Apoſtolicæ.*

28 Reijcitur *multis argumentis falſa opinio eorum, qui crediderunt ad* Principes *ſæculares pertinere poſſe Synodorum Generalium conuocationem.*

29 *Inſinuantur laudes, quibus prædicarunt ſancti* Patres *acta* Concilij *Nicæni, & referuntur inſtantiæ præſertim Imperatorum, quibus petebant à Summo* Pontifice Romano, *vt indiceret concilia iuxta temporum, & factorum exigentiam.*

30 *Adducuntur rationes quare Sanctus Syluester, & alij* Pontifices *Romani vſi ſint opera* Principum *ſæcularium, vt* Patres *conciliares tutè accederent ad loca, vbi erant celebranda* Concilia.

31 *Solus enim* Pontifex *Romanus diuino iure caput eſt omnium* Paſtorum, *ideo ad ipſum, & non ad alios pertinet congregare* Concilia *Generalia.*

32 *Demonſtratur quomodo Imperatores ſubſcripſerint acta quorundam Conciliorum, non tamen tanquam diffinientes fidei.*

33 *Conſuetudo ea eſt, ut non ſolum acta Conciliorum approbanda ſemper remittantur ad* Pontificem Romanum, *verum etiam, vt* Patres *in Concilio legitimè congregati nihil de fide diffinierint, inconſulto eodem* Romano Pontifice, *quamuis eius authoritate iam congregatum eſſet Concilium.*

34 Poteſtas *Pontificis Romani, confirmandi fideles in vera fide, quibus, & quando, & quomodo communicari poſsit.*

35 *Quam plura referuntur de infallibilitate Iudicij Capitis vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ Pontificis Romani.*

36 *Nonnullis Argumentis optimè fundatis, demonſtratur, Quomodo* Pontifex *Romanus in diffinitione eorum, quæ ſunt fidei, vel bonorum morum, inter quæ connumeranda venit Iuſtorum Canonizatio, nequeat errare.*

37 *Dato, quod* Papa *eſſet hæreticus occultus, determinaturus tamen aliquid de fide, vel bonorum morum ex vi aſsiſtentiæ ſpiritus ſancti, de qua ſupra, verum, ac rectum ſimpliciter determinaret, contra propriam, et perſonalem opinionem, dummodo tamen ſufficientem, & conſuetam adhibeat diligentiam.*

38 *Vindicantur quamplures* Pontifices *Romani à calumnijs eorum, qui voluntariè ſcripſerunt illos fuiſſe hæreticos.*

39 *Reſpondetur multipliciter ad obiectiones eorum, qui abſque rationis fundamento aſſerunt* Concilium *eſſe ſupra* Papam, *demonſtrando multis argumentis* Papam *eſſe ſupra Concilium.*

40 *Adducuntur notæ, & ſigna, quibus dignoſci poteſt quando* Papa *loquatur ex Cathedra, & vt* Pontifex.

Demon-

Digitized by Google

41 *Demonſtratur quomodo Pontifex Romanus in ſolemni actu Canonizationis Iuſtorum habeat aſsiſtētiam Spiritus Sancti, ideo errare non poteſt.*
42 *Aſsignantur ex D. Thoma, & alijs, diuerſa genera eorum, quæ pertinent ad fidem, inter quæ connumeratur ſanctorum Canonizatio.*
43 *Adducitur atq; ſimul declaratur iterum diffinitio Canonizationis Sanctorum.*
44 *Referuntur formula Decretorum in ordine ad Canonizationem, quibus vtitur Sacra Congregatio Rituum, poſt præmiſſas innumeras diligentias, circa vitam, mores, & miracula canonizandorum.*
45 *Papa notoriè deprehenſus hæreticus, iudicatur à Deo non Pontifex.*
46 *Reſpondetur ad argumenta ab hoſtibus fidei propoſita contra primatum Eccleſiæ Romanæ patefaciendo in multis Hæreticorum fallacias.*
47 *Demonſtratur quomodo, quando, vbi, & in quibus S. Petrus exercuerit munus primatus totius Eccleſiæ Catholicæ.*
48 *Quoties Euangeliſtæ mentionem faciūt de Petro, & alijs Apoſtolis ad oſtendendum primatum ipſius, etiam inter illos, præponunt ſemper illum cæteris Apoſtolis.*
49 Pontifices *Romani Imperium Monarchicum Eccleſiæ non fraude, neque armis, ſed Chriſti Domini inſtitutione, & virtute ſuſceperunt, atquè conſeruarunt, & conſeruabunt.*
50 *Aſsignatur multiplex ratio, quare Hæretici falſo, & proteruè negent Primatum Pontificis Romani.*
51 *Multa referuntur de Schiſmate Græcorum, deq; primo Authore occaſione illius, vbi referuntur etiam inter quamplura aliqua reuelationes ad idem Sanctæ Brigittæ.*
52 *Reijciuntur multis vijs figmenta Græcorum Schiſmaticorum.*
53 *Declaratur tempus determinatum quando Chriſtus præcepit Diuo Petro, vt in Vrbe conſtabiliret Primatum* Eccleſiæ *Catholicæ, vbi enarrantur aliqua de attentata fuga Petri ab Vrbe.*
54 *Multis argumentis demonſtratur continuatio, & auctio* Primatus Pontificis *Romani.*
55 *Explicatur varijs modis, & argumentis excellentia dignitatis Sanctorum Apoſtolorum, ſuper omnes alios Sanctos, præteritos, & futuros* Eccleſiæ *Triumphantis; & Militantis, demonſtrando ex teſtimon. S. Thom. temerarium eſſe, ad minus, Sanctos, vel Sanctum aliquem Apoſtolis comparare.*

CAPVT TERTIVM.

De fundamentis neceſſariò ſtabiliendis, continentibus explicationem ſupremæ dignitatis Monarchicæ Pontificis Rom. *in toto terrarum Orbe, ex quibus concluſiones quinti cap. earumq; probationes colliguntur.*

Punctum Primum.

De Sublimitate poteſtatis Pont. Rom.

1 §. 1. PRIMVM fundamentum, valde, vtilè, nè verius dicam ſimpliciter, ac omninò neceſſarium ad illa Elucidanda, & firmiùs ſtabilienda, quæ ad noſtrum principale pertinent inſtitutum, illud eſt, per quod cunctis panditur ſumma excellentia, maximè poteſtatis, ac celſitudo dignitatis S. Petri, & Succeſſorum illius in Vicaria poteſtate circa Monarchiam Eccleſiæ vniuerſalis, qui Petrus dignus iudicatus eſt, *vt quod in Chriſto Dei eſſet, Cæleſtis Patris reuelatione, primus inter Apoſtolos cognoſceret, palamq; confiteretur dicendo, tu es Chriſtus Filius Dei viui. S. Hilarius ad cap.* 16. *Matth.* de quo S. Ioannes Chryſoſtomus ſermone de

de Apoſtolis Petro, & Paulo alloquens S. Petrum, inquit, *Feruenti ſpiritu Dominum dilexiſti omnium Apoſtolorum fideliſsimus*.

§. 2. Pontifex Romanus Diuo Petro Apoſtolorum Principi, quem Dominus fundamentum Eccleſiæ poſt ſe ipſum nominauit, atque conſtituit.ex S. Auguſtino ſerm. 15. de Sanctitatis, prout latiùs dictum eſt, cap.1.ad initium, non tantum in Epiſcopatu Romano, verum etiam in regimine, Præfectura, atq; Principatu Monarchico totius Eccleſiæ indubitanter ſuccedit, contra præſertim Nilum Teſſalonicen. Epiſcopum in ſuo libro *aduerſus Primatum Papæ*, Caluinum lib. 4. inſtit. cap.6. §.8. & 11. ac alios hæreticos, etiam moderniores præſertim Marcum Antonium de dominis, de quo latiùs cap. 1.

2 §. 1. Veritatem ſucceſſionis continuatæ, & vſque ad conſumationem ſæculi conſeruandæ in Pontifices Roman. euidenter demonſtrant, quæ dicta ſunt in primo cap. vbi abundè, ac dilucidè probatum eſt regimen Monarchicum Eccleſiæ Romanæ eſſe duraturum, vſquè ad finem mundi, & S. Leo Magnus, ſerm. 2. *de anniuerſario aſſumptionis ſuæ*, poſtquam dixit Petrum in fortitudine Petræ perſeuerare, *perſeuerat* (inquit) *Petrus, & viuit in ſucceſſoribus*, qui proculdubio ſunt Romani Pontifices; & Beatus Petrus Cryſol. Archiepiſcopus Rauennatenſis ad Eutichen. ait, *Beatus Petrus, qui in propria ſede viuit, & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem*, hic eſt autem Pontifex Romanus igitur, &c. & S. Ioannes Chryſoſtomus clarioribus verbis, id expreſsit lib. 2. *de Sacerdotio* ad initium interrogatiuè dicendo de Chriſto ſupremo Capite Eccleſiæ, *quanam de cauſa ille ſanguinem effundit ſuum?* ſtatimq; reſpondet. *certè, vt pecudes eas acquireret, quarum curam tùm Petro, tùm Petri ſucceſſoribus committebat*. Pontificem autem Romanum

§. 2. eſſe legitimum S. Petri ſucceſſorem pro conſtanti, & abſque aliqua controuerſia affirmant Concilia, omnes SS. Patres, Græci, & Latini; quos in particulari referunt Caietanus, Turrecremata, Cano, Card. Baron. & Bellarminus locis inferiùs citandis.

Idem docet S. Auguſtin. epiſt. 172. *ille eſt* (inquit) *in vera Eccleſia, qui ſe ſcit Romanæ Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus per communionis literas eſſe coniunctum*. Id expreſſit Sanctus Clemens Martyr Petri Diſcipulus; atque in Pontificatu ſucceſſor in epiſtola prima ad Iacobum fratrem Domini, quam Ruffinus ab hinc annis ſupra mille, & penè trecentis latinam fecit, dum inquit, *Simon Petrus, Apoſtolorum Princeps, extincto, iam hæreticorum Principe Simone Mago, & pro ſua pietate pati volens, apprahenſa manu mea in Conuentu fratrum dixit, Clementem hunc Epiſcopum ordino, cui trado, à Domino mihi traditam poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, necnon meæ prædicationis, atq; doctrinæ Cathedram*. Honorificam mentionem faciunt de veritate

3 §. 1. huius Epiſtolæ Clementis, Anacletus, & Alexander Papa. Idem demonſtrat de Sancto Clemente Tertullianus de præſcriptionibus aduerſus hæreticos, idem aſſerit S. Damaſus in Pontificali, in vita Clementis. Ruffinus quoq; in præfatione recognitionum, Euſebius lib. 3. cap. 10. & Dorotheus Tiri, Epiſcopus in ſynopſi; idem cum alijs Græcis affirmat, & Cardinalis Bellarminus de Scriptoribus Eccleſiaſticise, andem approbat epiſtolam, licet credat alteri fuiſſe directã, non autem Iacobo, eandemq; epiſtolam ſatis prolixam inuenies per extenſum in primo tomo Concil. Coloniæ Agrippinæ excuſſo, ſtudio Seuerini Bi-

Digitized by Google

nij 1618. poſt acta Synodi Antiochenæ Apoſtolorum fol. mihi 27. Qui Binius fol. 33. in notis ad eandem Epiſtolam S. Clementis, animaduertit Epiſtolam eſſe ipſius Clementis abſq; dubio, ſed directam Simoni, vt credit ipſe, qui etiã frater Domini dicebatur, eò, quia iam antea occiſus erat Iacobus ab Herode, ità tradit quoq; Poſſeuinus in apparatu ſuo ſacro, verbo *Clemens Romanus*. de Ordinatione Clementis facta à S.Petro, de qua agitur mentio in præcitata Epiſtola, ſcribit Pereſius de Diuinis traditio: p. 3. & Robertus Præſul Arboricenſis tom. 1. de vtroq; gladio, quos adducit Sanderus de viſibili Monarchia, lib. 7. num. 1392. & ſeqq.

De eadem Epiſt. S. Clementis mentionem facit, ac eam approbat tanquam veram, & iudubitatam eiuſdem S. Clementis, Ioannes Driedo, lib. 1. de Cathalog. librorum ſacræ ſcripturæ, cap. 1.

Punctum Secundum.

De ordinatione S.Clementis, & Poteſtate Summorum Pontificum.

4 §. 1. PETRVS in Ordinatione Clem. poteſtatem ſuam ex Diuina diſpenſatione Clementi reſignans, his verbis nobis tradidit hanc neceſſariam authoritatis communionem *Vos fratres cariſſimi* (loquebatur fidelibus) *huic, qui præſidet Vobis ad veritatem docendam* (inſinuando Clementem) *in omnibus obedite; ſcientes, quod ſi quis eum contriſtauerit vnquam, ipſum, qui ei docendi credidit Cathedram non recipit, ideo nec ipſe ſuſcipietur in regno Cælorum*, addens Pereſius. *quæ verba à Sanctis Patribus, & martyribus, necnon à Conc. quamplu- ribus ad hoc propoſitum allegantur*; dataq; opera abſtinui ab illa difficultate, à multis quidem exactè reſoluta, an fuerit immediatè Succeſſor Petri necnè S. Clemens, ad effugiendam tædioſam prolixitatem, cũ ſatis ſit inſtituto meo, quod vt Succeſſor Petri eandem in omnibus aſſecutus ſit poteſtatem.

§. 2. Card. Baron. & Bellarm. credũt S. Clemen. ex humili modeſtia ſponte ceſſiſſe Pont. Rom. licet nominatus fuerit ſucceſſor à S. Petro. Noluit enim in tanta dignitate illis præponi, quos olim S. Petrus in partem ſolicitudinis paſtoralis ſibi coadiutores elegerat, videlicet Linum, & Cletum.

Idem S Hieron. lib. 1. in Iouinian. & ad Eſaiam, cap. 52. Et Ioannes Papa tertius ad Epiſc. Germaniæ docuerunt.

§. 3. Quod etiam clariùs tanquam de fide, diffinitur in Conc. Florent. in Bulla vnionis. § *item diffinimus*. poſt diuerſas, atq; prolixas diſput. inter Græcos, & Latinos ſecutas, cuius Bullæ tit. eſt, *diffinitio S. Oecumenicæ Synod. Florent.* exordiũ vero; *Lætentur Cæli*, ædita ſacro approbante Conc. in ſeſſ. publica Synodali ſolẽnitèr in Eccl. maiori celebr. an. 1439. pridiè 9. Iulij, ſubſcripta, ac recepta, præſertim à Io. Paleol. tunc Imper. à Patriarchis, ſiue eorum Procur. ac Epiſc. & Metropol. Orientis, & Ruſſiæ præſentibus, & alijs omnibus Patribus Orientis. Vbi inter quamplura expreſsè habetur, *Diffinimus, S. Apoſt. Sedem, & Rom. Pont. in vniuerſum Orbem tenere Primatum, & ipſum Pont. Rom. ſucceſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Chriſti Vicarium, totiuſq; Eccleſiæ Caput, ac omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem exiſtere, & ipſi in Beato Petro, paſcendi, regendi, ac gubernandi vniuerſalem Eccl. à D. Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe, quemadmodũ etiam in geſtis Oecumenicorum Conciliorum, & in ſacris Canonibus continetur*.

Cuncta hæc præclaris verbis confitetur Archiepiſcopus tunc Hieroſolymitanus

mitanus in ſuis literis ad Eugenium 4. quarũ initium eſt, *Beatiſsime in Chriſto Pater, &c.* finis vero *ex Conſtantinopoli die* 1. *Nouembris* 1434. quæ literæ inueniuntur poſt Bullam vnionis Armenorum ad acta Concilij Florentini.

Vſus quoq; Eccleſię Romanę tantæ virtutis, atq; efficaciæ, quantę oſtenſum eſt ſupra cap. 1. num. 3. idem cunctis demonſtrat, quemadmodum patet ex forma Decreti electionis Pontificis Romani, cuius decreti exemplar habemus, præſertim de electionę Gregorii vij. relatum à Platina in vita ipſius ſequentis tenoris. *Nos Sancta Romana Eccleſia Cardinales, &c. Eligimus hodie* 10. *Kal. Maij in Baſilica S. Petri ad Vincula anno ſalutis* 1073. *in verum Chriſti Vicarium Hildebrandum Archidiaconum, etc. quem quidem cum ea poteſtate Eccleſia Dei praeſſe volumus, qua Petrus Dei mandato quondam præfuit*. cumq; ſit par ratio aliorum Pontificum, quoad omnia pertinentia ad munus Papæ, & Primatus totius Eccleſiæ; igitur ſupradicta remanent, euidenter probata.

Punctum Tertium.

De ſucceſsione neceſſaria Rom. Pontificum.

6 §. 1. Tandem ex Diuina Theologia de fide eſt, Romanum Pontificem ſuccedere in trono Eccleſiaſticæ Monarchiæ Petro, Apoſtolorum Principi, ergo etiam in omnibus Petro à Deo tributis, præſertim verò in Primatu, ac in infallibilitate iudicij, & diffinitionis Apoſtolicæ ex Cathedra in his, quæ fidei ſunt, & morum, prout latiùs demonſtrabitur hac ratione ſcilicet, quia Pontifex Romanus eſt; igitur cuncta dilucida, atque etiam certa certitudine fidei remanent.

§. 2. In vetuſtiſſimo quoq; Breuiario Romano, quod recenſet ſe vidiſſe, & legiſſe Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum ſub die 18. Ianuarij. §. *Cathedra Sancti Petri*, verſ. *in aliquibus antiquioribus Breuiarijs*, inuenitur oratio, ſiuè collecta de die Romanæ Cathedrę ſequentis tenoris, *Omnipotens ſempiterne Deus; qui ineffabili Sacramento Apoſtolo tuo Petro Principatum Romanæ Vrbis tribuiſti, Vndè ſe Euangelica Veritas per tota mundi Regna diffunderet, præſta quæſumus, vt quod in Orbe terrarum eius prædicatione manauit, vniuerſitas Chriſtianæ deuotionis ſequatur, etc.*

§. 3. Vbi etiam adducit teſtimonium Optati Mileuitani lib. 2. (quem grauiſſimum authorem appellat) quiq; Parmenianum Donatiſtam his verbis compellit, *negare non potes ſcire in Vrbe Romana Petro primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collocatam, &c.*

Punctum Quartum.

De Cathedra Romana, & eius exordio.

7 §. 1. De Cathedra enim Petri Romæ poſita adeo notiſſima toti Orbi res eſt, vt neque Hæretici id valeant denegare, vt aſſerit Optatus Mileuitanus in præcitatis verbis.

Et ſi quis quærat de tempore præciſo translationis Cathed. Petri ex Antiochia ad Vrbem, reſpondendum eſt tunc id factum fuiſſe quando S. Petrus Apoſtolorũ Princeps 10. poſt Chriſti mortem, anno, qui fuit non quartus, ſed ſecundus Imperij Claudij Cæſaris, vt omnes planè ſentiunt; Ex Agrippæ enim vinculis diuinitus iam liberatus Hieruſalem venit, vbi cum Simone Mago primo diſputationem habuit, quem inde confuſum fugauit, eundemq; Romam proficiſcentem inſecutus eſt, quapropter translata illuc ſede, quam 7. annis Antiochiæ

Digitized by Google

tiochię tenuerat. 15. Kalen. febr. Romam ingreſſus, Cathedram ibi ſuſcepit, ſuper quam in Vrbe Roma primum, vt Summus Pontifex ſedit. De cuius S. Petri aduentu ad Vrbem aſſerit Oroſius Lib. 7. cap. 4. cauſa fuit, *vt omnia ſalutaria Romæ acciderint*.

§. 2. Hinc eſt quod Cathedræ Romanæ dies feſtiuus non Latinis ſolum, ſed Gręcis, Arabicis, Ægyptiacis, necnon, & Armenis literis palam confirmatur, cui Veritati tribuit perpetuò firmamẽtum omnium gentium conſenſus. ita tradunt Petrus de Natalibus, Epiſcopus Aquilinus in Cathal. Sanctorum, lib. 2. cap. 95. ita quoq; habetur in Martyrol. Rom. Card. Baronij, & Petri Galeſini toties per Eccleſiam approbato, die 18. Ianuar. & clarius, ac diffuſius in notis, ſiue notationibus ad idem præcitatum Martyrolog. Extant inſuper de eadem Cathedræ ſolemnitate ſermones duo. S. Aug. qui ſunt 15. & 16. in ordine de Sanctis, quamuis malè, & abſq; vlla ratione prior eorum reijciatur à Schola Louanienſi. In veritate enim nil inuenitur in eo, ex quo ritè inferri poſſit, quod non ſit eiuſdem S. P. Auguſtini, Imò antiqua exemplaria operum eiuſpem; prædictum ſermonem eſſe S. Auguſt. optimè demonſtrant.

§. 3. His accedunt tradita à Card. Baron. in notis ad Martyrol. vbi ſupra, ſed copioſius tom. 1. ſuorum Annalium Eccleſiaſticorum, dicente inter quamplura, diem illum celebrem, ac ſolemnem, videlicet 18. Ianuar. quo primum Sanctus Petrus Romæ diuino conſilio ſedere cœpit, laudabili vſu ab omnibus Eccleſijs receptum eſſe; & quaſi rationem reddens prædictorum ſubdit. *Quoniam* Petrus *non Vrbis tantum, ſed totius Catholicæ Eccleſiæ à Chriſto eſt inſtitutus* Epiſcopus, Cathedramq; Petri eiuſdem Chriſti Vicarii Romæ Deus ipſe ſtabiliuit in æternum in Petri ſucceſſoribus, Romanis ſcilicet Pontificibus permanſuram, ideo die qua ſupra, Eccleſia in vniuerſo Chriſtiano orbe meritò agit ſolemnitatem; quæ deſumpta fuere ex antiquiſſimis, ac fideliſſimis ſcriptoribus, præſertim ex Euſebio in Cronicon, D. Hieronymo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Ambroſio ſermone in natiuitate Apoſt. ex Chryſoſt. hom. de Petro & Paulo, ex Cyrillo Alexandrino epiſtola ad Cæleſtin. ex Sozomeno, lib. 4. cap. 14. & Theodoreto Epiſtola ad Leonem, & ex alijs probatiſſimis Authoribus, tum Græcis, tum etiam Latinis.

Punctum Quintum.

De Dignitate, & Sanctitate Sedis Apoſtolicæ.

8

§. 1. QVAM nempè Eccleſiam, & Cathedram Romanam (vndè religionis Chriſtianæ fons, & origo pura manauit, ex Epiſtola, quam ſcripſerunt Epiſcopi Galliarum ad Leonem Papam, de laude dogmatum fidei, circà Myſterium Incarnationis ab eodem Leone ad orientem directæ §. *quod nos*; circa finem) ſuiq; Primatus hæredem, iuſſu Chriſti Petrus proculdubio inſtituit, quemadmodum communiter tradunt Concilia, Sancti Patres Græci, & Latini, atque Theologi, præſertim Sanctus Irenæus libro tertio, capit. 3. *maximè* (inquit,) *& antiquiſſima omnibus cognita, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis* Petro, *&* Paulo *Romæ fundata eſt, & conſtituta Eccleſia*, & Euſebius in Cronic. anni 44. *Petrus cùm primum Antiochenam fundaſſet* Eccleſiam, *Romam proficiſcitur, vbi* Euangelium *prædicans 25. annis eiuſdem Vrbis* Epiſc. *perſeuerat*; & S. Hieronym. cap. 2. epiſt.

ad *Galatas, primum Epiſcopum Antiochenæ Eccleſiæ, Petrum fuiſſe, accepimus, & Romam deinde translatum.* aliæ quamplures auctoritates ad idem, & argumenta, atq; reſponſiones ad obiection. contrariorum repèriuntur apud Caietanum *de Romano Pontifice, & Concilio,* & latiùs apud Cardinalem Bellarmin. lib. 2. *de Romano Pontifice,* cap. 4. & ſeqq. ſuper quibus videnda ſunt, quæ S. Thomas tradit opuſculo primo contrà errores Græcorum, Cardinalis Turrecr. lib. 2. *de Eccleſia, cap.* 40. per totum, Caietanus opuſc. *de primatu Eccleſiæ Romanæ,* Bannes 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 2. Cano lib. 2. *de locis Theologicis, cap.* 4. *& ſeqq.* præclarè docuerunt præſertim; S. *Anacletus.* in eodem c. 4. verſ. *& in,* vbi adducens verba Anacleti. epiſt. 3. de Patriarchis, & Primatibus inquit, *Sacroſancta Romana Eccleſia, & Apoſtolica, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro Primatum obtinuit, ac Eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, totumq; Chriſtiani Populi gregem aſſequuta eſt, ſicut ipſe B. Petro dixit, tu es Petrus, &c.* quæ auctoritas habetur in cap. *Sacroſancta* 22. diſt. idem aſſerit clarioribus verbis Marcellus Papa ad Epiſcopos Campaniæ, & Tuſciæ. alia ad hoc idem vide inferius in hoc capit. §. meritò igitur.

§. 2. Idem tradit Aluarus Pelag. *de Planctu Eccleſiæ* cap. 31. & 32. Deniq; S. Auguſt. *contra epiſtolam fundament.* cap. 4. enumerans multa, quæ illum iuſtiſſimè detinent in gremio Eccl. Rom. Cathol. inter hæc illud vnum eſſe affirmat, *tenet me,* (inquit ille.) *Ab ipſa Sede Petri Apoſtoli vſq; ad præſentem Epiſcopatum, ſucceſſio Sacerdotum, Petro enim Dominus paſcendas ſuas oues commendauit.* Hunc Primatum Eccleſiæ Romanæ cognouerunt, & palàm faſſi ſunt Græci antiquitùs, vti eſt videre, in actis. 8. primorum Conciliorum generalium, & nouiſſimè in illis Concilij Florentini ſuprà relati, & fortè clariùs in Concilio. Lateran. ſub Innocen. 3. cap. 5. vbi dicitur. *Romana Eccleſia diſponente Domino ſuper alias ordinariæ poteſtatis obtinet Primatum, vtpotè Mater vniuerſorum Chriſti fidelium, & Magiſtra.*

Alia quamplura, idem de fundatione Sedis Rom. Capitis aliarum Eccleſiarũ euidenter demonſtrantia adducit Michael Mauclerus in ſua Monarch. 2. p. lib. 2. cap. 10. 11. & ſeqq. & quod amplius eſt idem fatetur Theodoſ. ſenior in publico edicto ad Popul. Conſtantin. inter alia verò relata à Mauclero, illud eſt, de vaticinio ſybillæ Erythreæ, quæ antè multa ſæcula cecinit aduentum S. Petri ad Vrbem modo explicato, verba huius vaticinij referuntur, inquit Mauclerus doctor Sorbonicus à Franciſco Petrarcha lib. 1. *de otio religioſorum,* & ſunt. *Elegit ſibi* (Chriſtus videlicet) *ex piſcatoribus, & dilectis numerum duodenarium, vnumq; Diabolum* (Iudam ſcilicet) *non in gladio, bellouè, Aeneadem Vrbem, hoc eſt Romam, Regeſq; ſubijciet, ſed in hamo piſcatoris.*

Punctum ſextum.

De Aduentu S. Petri ad Vrbem.

§. 3. IDEM quoquè de Aduentu S. Petri ad Vrbem, vt ibi fundaret Eccleſiam, quæ eſſet, vti de facto nunc eſt, & erit Caput aliarum Eccleſ. diſſerit S. Antonin. Archiep. Flor. 1. *par. hiſtoriarum, tit.* 3. *cap.* 9. §. 14. & S. Bernardin. 6. *par. ſerm.* 1. *de feſtiuit. Mariæ.*

Pun-

Digitized by Google

Punctum Septimum.

De eminentia Eccleſiæ *Rom. ſuper quaſcumq; alias* Eccleſias.

9 §. 1. ET copioſiùs demonſtrat dignitatem Eccleſiæ Romanæ ſuper omnes alias Eccleſias Orientales, & Occidentales totius Orbis, Sanderus *de viſibili monarchia* Eccleſiæ *lib 6. cap.* 10. *& ſeqq.* de Græcorum ſchiſmate aliqua adducuntur fortè deſiderabilia ad calcem huius Capitis; dignitatem, atque eminentiam primatus Eccleſiæ Romanæ fatetur Sergius Cyprius monaſticæ profeſſionis inſigne lumen, ſcribens ad Theodorum Papam, circà annum Domini 650. poſtquam nominauit illum *Sanctiſſimum, Dominum, &* Patrem *Patrum, Firmamētum* (inquit) *à Deo fixum, firmum, & immobile, atq; tituli formam lucidiſſimam fidei, Veſtram Apoſtolicam Sedem conſtituit.* ſubdens, *ò ſacer vertex, Chriſtus Deus noſter, tù es enim, ſicut diuinum veraciter pronunciat verbum, Petrus, & ſuper fundamentum tuum Eccleſiæ columnæ confirmatæ ſunt. Tibi, & claues Regni Cælorum, atq; ligare, & ſoluere poteſtatiuè, quæ in terra, & quæ in Cælis ſunt promulgauit.*

§. 2. Quàm veritatem de Primatu Monarchico Pontificis Romani inter alios; Patriarcha, Clerus, & Populus Maronitarum liquidò confitentur, quemadmodum videre eſt in *actis Concilij Lateranen. vltimo celebrati ſub Leone X. ſeſſ.* 11. ad tertium, vbi recenſetur mandatum Patriarchæ Maronitarum, cuius initium eſt. *Gratias Deo reuerenter agimus ſub mundiſſimis pedibus Patris noſtri Sanctiſſ. Chriſti Vicarij D. N. Leonis Papæ X. &c.* & multò anteà Patres Concilij Prouincialis veteris Epiri, Hormiſdæ Papæ ſcribentes *Dominum ſuum percunctatiſſimum, & Beatiſſimum,* Pa*trem* Pa*trum, ac* Pr*incipem Epiſcoporum appellant.*

§. 3. Ideò Greg. vij. circa annum Domini 1073. ſui verò Pont. anno 3. Kal. Martij Romæ habuit Synodum, aduerſus Schiſmaticos, vbi ſtatuit inter alia plura, vt *Papæ* nomen vnicum eſſet in vniuerſo Orbe Chriſtiano Rom. Pont. proprium, nec liceret alicui ſeipſum, vel alium eo nomine appellare. ex actis eiuſdem Concilij manuſcriptis conſeruatis in Bibliotheca Vaticana.

Punctum Octauum.

De nomine Pa*pæ proprio* Po*ntif. Romani.*

10 §. 1. HOC ipſum Græci quoque aliquando obſeruarunt, vt nomine *Papæ* (quod nomen ſignificat Patrem Patrum, & Principem Epiſcoporum) Romanum Pontificem ſolum intelligerent, vt ex Nicetæ Choniatæ ſcriptis apparet.

Circa quod ponderandum eſt, quod mors Petri in Vrbe Romana, non extitit cauſa, vt Eccleſ. Rom. Primatum haberet, ſed id factum eſt, ſic Deo ordinante, poteſt tamen dici mors Petri occaſio, ſed non cauſa Primatus Eccl. Ro. cùm hoc totum dependeat ex mandato, & ordine Chriſti Saluatoris Petro, manifeſtato modo ad finem huius cap. explicando, vna cum circumſtantia tēporis, quando firmatus eſt Principatus Eccleſ. in Vrbe, addendo, quomodo, & quando Petrus exercuerit munia Primatus Eccleſię militantis. Ideo 22. diſt. cap. *Sacroſancta.* inter alia habetur *ſacroſancta Roman. Eccleſ. & Apoſt. non ab Apoſt. ſed ab ipſo Dom. Saluatore noſtro Primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani* Po*puli gregem.*

Punctum Nonum.

Primatus vniuerſalis Eccleſiæ eſt immediatè à Chriſto Domino.

11 §. 1. HVNC quippè Primatum nequaquam ſuſcepit Petrus voluntate, ſiuè ordinatione, vel electione, aut diſpoſitione Apoſtolorum prçcedente, ſed illum immediatè ab ipſo Chriſto accepit. Saluatori etenim Noſtro proprium eſt, vt ſit Caput Eccleſiæ per influxum gratiæ internum, omniq; tempore, & independenter ab alio iuxtà illud Apoſtoli ad Epheſ. 1. *ipſum dedit Caput ſuper omnem Eccleſiam*, eſtq; Caput omnium hominum, qui ſunt actu, vel in potentia in Eccleſia. S. Thom. 3. p. q. 8. art. 3. per totum, præſertim ad primum argumentum, contra errores cuiuſdam Auguſtini de Roma, cuius hæreſes damnauit Concilium Baſileenſæ ſeſſ. 22. & Ioannis Hus, cuius hæreſeos errores condemnauit Concilium Conſtantienſe ſeſſ. 15. falsò aſſeren. Solos prædeſtinatos eſſe membra Chriſti, & Eccleſiç, vti dictum eſt cap. 1. ad initium.

§. 2. Tandem has hæreſes damnauit Concilium Tridentinum ſeſſ. 6. canon. 28. *Si quis dixerit ammiſſa per peccatum gratia, ſimul & fidem ammitti; aut fidem, quæ remanet non eſſe veram fidem licèt non ſit viua; aut eum, qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum, anathema ſit*. Pro harum hæreſum maiori cõfutatione legendus eſt Albertus Magnus in ſuo Compendio Theol. lib. 7. cap. 9.

Punctum Decimum.

Quomodo Chriſtus, & Pont. Rom. dicantur Caput Eccleſiæ.

§. 3. PETRO autem, & ſucceſſoribus eius competit per exteriorem gubernationem eſſe Caput Eccleſiæ, dependenter tamen ſemper à Chriſto, ac pro aliquo tantùm determinato tempore. S. Thom. 3. p. q. 8. artic. 1. 5. & 6. expoſitores ipſius ibidem. Idem docuerat S. Doctor 3. ſenten. q. 2. per totam, præſertim art. 1. vbi in reſponſione ad ſextum argumẽtum palàm tradit, quod in proprietate ſermonis, Chriſtus etiam vt homo, nequit appellari ſimpliciter membrum Eccleſiæ, & multò minùs commembrum, caput enim præſertim Metaphoricum, ſiue figuratiuum manifeſtam excellentiam, ſiuè eminentiam habet reſpectu membrorum, nec propriè dici poteſt membrum, quia caput, quod eſt etiam membrum vti in naturalibus, non poteſt, (vt inquit Paulus 1. Corinth. cap. 12.) dicere pedibus non eſtis mihi neceſſarij, ſed Chriſtus id optimè dicere poteſt membris Eccleſiæ omnibus, igitur, & ſi ſit caput, eſt caput myſticum, cui non competit ratio membri, niſi in ordine ad Deum, modo iam explicato, quia Chriſtus nihil omninò recipit ab alijs membris Eccleſiæ, ſed à ſolo Deo, ideò in ordine ad Deum, Chriſtus vt homo appellari poteſt membrum 1. Corinth. cap. 11. *Caput Chriſti Deus*; non autèm commembrum Eccleſiæ propter rationem aſſignatam. Quæ doctrina ritè ponderata omnem procul depellit difficultatem apparentis contrarietatis in ſchola S. Thomæ, & ſi ipſe in 4. ſent. diſt. 49. q. 4. art. 3. ad 4. dicat Chriſtum vocari poſſe membrum, hoc eſt tanquàm homo, quod eſt interpretandum de Chriſto homine, non in ordine ad Eccleſiam, cuius eſt Caput, ſed in ordine ad Deum, Diuinitatis enim membrum dicitur, non autem Eccleſiæ, hoc eſt commembrum, cum de ratione cõmembri ſit pendere ab alijs membris, à quibus aliquid recipiat, quod nequit dici de

ci de

ei de Chriſto, neq; etiam, vt homo, cum ei competat ratione humanitatis ex communicatione perſonali ad Deū, non authoritatiuè, ſed inſtrumentaliter influere gratiam in membris omnibus Eccleſiæ præteritis, præſentibus, & futuris, ab illis nil recipiendo juxtà illud Ioannis primo, *de plenitudine eius nos omnes accepimus*, S. Thomas, 3. p. q. 8. art. 1. in corpore, & in reſponſione ad primum argumentum, Caiet. ibidem, ſed clariùs art. 2. & alij expoſitores D. Thomæ, vbi ſupra.

Punctum Vndecimum.

Chriſtus dicitur Caput non autem membrum Eccleſia.

§. 4. IDEO in proprietate ſermonis, nequit dici ſimplicitèr membrum Eccleſiæ, quicquid circa hoc dicant Turrecremata 1. lib. *de Eccleſia cap.* 47. & Altiſiodorenſis, lib. 4. *ſua ſumma*, tract. 1. cap. 4. q. 6. Sed cùm Diuo Paulo 1. Corinth. cap. 11. *Caput Chriſti Deus* & ad Epheſ. cap. 1. *Eccleſia eſt Corpus eius*, idem ad Coloſſen. cap. 1. *pro Corpore eius, quod eſt Eccleſia*, hinc eſt quod Sanct. Auguſtinus tractatu 52. in Ioan. cap. 11. ad illa verba Chriſti, *omnia traham ad me ipſum, vt ſim* (inquit) *Caput eorum, & illi membra, mea*; & ibidem ſubdit, *per Chriſti fidem, quæ morte ipſius, ac reſurrectione firmata eſt, millia credentium à Dominatu liberantur Diaboli, & Chriſti Corpori copulantur, & ſub tanto capite, vno eiuſq; ſpiritu fidelia membra vegetantur*, vbi ſemper S. Pater Auguſtinus, Chriſtum appellat ſimpliciter abſolutè, & abſq; addito caput, non autem membrum Eccleſiæ.

12 §. 1. Ad illud vero Pauli 1. Corinth. Cap. 12. vbi appellat, Chriſtum membrum de membro. Reſpondetur 1. ex iam dictis poſſe haberi reſponſionem ſufficientem. ſed ad vberiorem Doctrinam, dico 2. cum D. Thoma in epiſtola 1. ad Corinth. cap. 12. Lectione 3. illla verba in argumento adducta eſſe interpretanda, *eſtis membra dependentia de Chriſto membro*, quod quidem dicitur membrum ſecundum humanitatem, intellige ſemper in ordine ad Deum (ideò ſtatim ſubdit) *Secundum quam præcipuè dicitur Eccleſia Caput*, nam ſecundum Diuinitatem nequit habere rationem membri, vbi liquidò confirmat, & declarat ſuperiùs adducta, quod, & ſi Chriſtus, vt homo, in ordine ad Diuinitatem dicatur membrum, in ordine tamen ad Eccleſiam ſimplicitèr dici debet caput.

§. 2. Vel dicamus 3. cum eodem S. Thoma, vbi ſuprà, ad illa verba, *eſtis membra de membro, &c.* ideſt ità diſtinguimini, & ordinamini ad inuicem vos, qui eſtis membra Eccleſię, ſicùt vnū membrum ad aliud membrum, vbi non includitur formaliter Chriſtus Caput, ſed de ordinatione membrorum inter ſe tantum loquitur Apoſtolus, videlicet fidelium.

Punctum Duodecimum.

Quomodo Chriſtus vt homo cauſet gratiam.

13 §. 1. CVM iam ſtabilitum ſit, Chriſtum eſſe verè Caput Eccleſiæ etiam vt homo, pro ſolutione obiectionis, quomodo Chriſti humanitas effectiuè, licet inſtrumentalitèr cauſet in nobis gratiam, cum non poſſit creatura, neq; inſtrumentaliter aliquod creare. Reſpondetur ommiſſa illa communi Reſponſione, quod id valeat quotiès creatura non attingat effectum creatum, ſed efficiendo tantùm aliquid per modum diſpoſitionis inſtrumentaliter, & dicam

cum

Digitized by Google

cum D. Thoma 3. p. q. 13. art. 2. per totum, gratię infuſionem, in rigore non eſſe ſimpliciter creationem, ſed mutationem quandam animæ in ordine ad gratuita, hinc eſt, quod §. ſi ergo verbòtim dicit, *anima Christi, ſecundùm quod eſt inſtrumentum Verbi ſibi vniti, sic habuit inſtrumentalem virtutem ad omnes immutationes miraculoſas faciendas, ordinabiles ad incarnationis finem, qui eſt inſtaurare omnia quæ in Cœlis, ſiue quæ in terris ſunt*; & in Reſponſione ad 3. Ar-
§. 2. gumentum docet, quod hanc gratiam ad miracula facienda habuit anima Chriſti modo declarato, cum tanta excellentia, vt non ſolum ipſe miracula faceret, ſed vt alijs eandem conferre poſſet, prout de facto contulit Apoſtolis Matth. 10. quando *conuocatis duodecim diſcipulis dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem, et omnem infirmitatem.* his prærogatiuis anima Chriſti ditata, nequit tamen dici Omnipotens, hoc enim ſolius Dei munus, ac priuilegium eſt, habere omnipotentiam ſuper quaſcumq; immutationes creaturarum, ideo ſolus ipſe poteſt creare, & creata in nihilum redigere, cum ipſe ſolus ſit, qui creaturas in eſſe conſeruet D. Thomas, vbi ſupra in argumento, *ſed contrà*, & in corp. articuli. Caietanus ibidem, §. *nota diligentiſsimè* ſapientèr animaduertit, quod S. Thomas per ſupradicta relata verba explicat, infuſionem gratiæ, (gratum facientis,) membra Eccleſiæ recipere à Chriſto Capite effectiuè inſtrumentalitèr, non abuſiuè, ſed propriè loquendo de inſtrumento. §. *ad euidentiam*, nam §. eodem *nota diligentiſsimè*, verſic. *& conſequenter* docet de mente S. Thomæ, quod *gratiam pœnitenti concedere non eſt creare propriè loquendo.* ſtatim ſubdens, *Et ſimiliter Deum conſeruare gratiam in Anima, non eſt conſeruare continuans creationem*. Et paucis interiectis deniq; concludit duo, quorum primum eſt. *Hæc enim tria, ſcilicet creatio, conſeruatio, & annihilatio ſibi inuicem ita reſpondent vt creationi, & conſeruationi non opponatur, niſi annihilatio*, & è contra. Secundum eſt. *Clauditur ergo infuſio gratiæ ſub genere miraculoſarum mutationum, quamuis non ſit propriè miraculoſa, quia eſt ſecundum ordinarium curſum ordinis ſupernaturalis ad* Patriam *cæleſtem*, vt verò cùm D. Tho exprimat magis dignitatem Chriſti capitis, ad calcem commentarij eiuſdem ſecundi articuli, ibi in reſponſione ad tertium expreſsè inquit, *memento gratiam Chriſti eſſe non ſolùm ſingularem, ſed capitalem* (hoc eſt capitis,) *ità, quod homini illi tanquam vniuerſali capiti conueniat.*

§. 3. Addens immediatè. *Ac per hoc gratia miraculorum, vt vniuerſali inſtrumento confertur duplici vniuerſalitate, hoc eſt, vniuerſalitate miraculorum, quia poterat omnia miracula inſtrumentaliter efficere; & vniuerſalitate generationis ſibi ſimilium, participatiuè tamen: quia poterat inſtrumentaliter efficere alios homines cooperatores miraculorum ex poteſtate inſtrumentali quoque participata, vt* Euangelico *teſtimonio in litera allato probatur.* Pro quorum declaratione ſubdit. *Sicut verbum poteſt vti humanitate ſibi iuncta ad facienda miracula, ita, & eadem ratione poteſt illa vti ad communicandam alijs poteſtatem faciendi miracula.* Addens. *Si quidem huiuſmodi communicatio eſt miraculum quoddam comprehenſum ſub vniuerſalitate miraculorum.*

14 Hinc eſt, quod Concilium Triden-
§. 1. tinum ſeſſ. 6. cap. 16. §. *& noliie*; docet *cum enim ille ipſe Chriſtus Ieſus tanquam Caput in membra, & tanquam vitis in palmites in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat, quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, & committatur, & ſub-*

ſubſequitur, ſinè qua Deo grata, & meritoria eſſe non poſſent &c. & ſeſſ. 21. can. 3. inter alia ſtatuit de fide, Chriſtum eſſe omnium gratiarum fontem, & authorem, nunquam tamen ſimpliciter appellat Chriſtum membrum, & ſemper abſolutè illum pronunciat Eccleſiæ Caput.

Punctum Decimumtertium.

Chriſtus ſolus fundauit Eccleſiam.

15 §. 1. A Solo igitur Chriſto Deo, & homine inſtituta, atq; fundata eſt Ecclèſia, quod perficere purus homo non valebat, teſte S. Auguſtino ſuper illud Ioan. primo, *hic eſt, qui baptizat*, cuius Eccleſiæ Primatum donauit Chriſtus Petro, & Succeſſoribus illius *Statuente Chriſto* (vt verbis vtar Caietani) *2. de authoritate* Pap*a*, *& Concil. cap.* 10.) Ioannis 20. formam ſupremi Eccleſiaſtici Regis, Pontificis videlicet Romani, in vnica perſona, cum dixit, *alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus* P*aſtor*; ac determinante eodem Chriſto talem formam ad perſonam Petri in ſua perpetua ſucceſſione Ioann. vlt. cum dixit illi *paſce oues meas*, ex quibus colligit neceſſaria illatione. Vndè Papa ſolus Chriſti Vicarius eſt, & non Eccleſia cuius Caput eſt; ſuprà enim declarauerat diuerſitatem poteſtatis Regis temporalis, & Papæ dicendo, *quia poteſtas* R*egis*, *naturali iure eſt in* P*opulo primo, & ex* P*opulo deriuatur ad* R*egem*; *poteſtas vero* P*apæ ſupra naturam eſt, & Diuino iure in perſona vnica, non autem in communitate primo eſt*; ideò rectè concludit *ſolus* P*apa in proprietate, & rigore ſermonis formalis, dici poteſt, proximus, & immediatus Dei miniſter, non autem* R*ex*. *ſed Vices multitudinis gerendo Dei miniſter cum iſto addito vocari poteſt* R*ex temporalis*.

Punctum Decimumquartum.

De poteſtate ampliſsima à Chriſto collata D.Petro, & ſucceſſoribus eius R*om.* P*ontificibus*.

§. 2. IDEO Pontificibus Romanis in Petri perſona Chriſtus omnium ouium mundi curam commendat, & non alijs. Theophil. ad illa Verba Ioann. *paſce oues meas*, paſce agnos meos. *Filius enim æterni* P*atris poteſtatem ſuam* (inquit) P*etro vbiq; terrarum conceſsit, & homini mortali omnium, quæ in Cælo ſunt dedit authoritatem, dando eidem claues, vt* E*ccleſiam Vbiq; terrarum amplificet*; idem docet S. Chryſoſtomus ad verba illa Matth. 16. *tu es Petrus &c.* & ſuper illa alia verba Ioa. Cap. 21. *paſce oues meas &c.* inquit, *præteriens, autem Dominus alios*, (videlicet Apoſtolos) P*etro loquitur, eximius enim Apoſtolorum erat Petrus, & os diſcipulorum, ac Vertex Collegij*. Idem dixit Anacletus, cuius ſententia refertur in cap. *omnes*, diſtin. 10. Idem affirmarunt de Primatu Eccleſiæ Catholicæ tradito à Chriſto B. Petro illis verbis Ioannis *paſce oues meas*. Arnobius in commentar. pſalmi 138. S. Cyprian. de *vnitate Eccleſiæ*, & S. Bernardus lib. *2. de conſideratione*.

§. 3. *Solus* P*etrus* (inquit S. Auguſt. ſerm. 28. de Sanctis) *inter Apoſtolos meruit audire, amen dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc* P*etram ædificabo Eccleſiam meam*, ſubdens ſtatim, *dignus eſt certè, qui ædificandis in Domo Dei* P*opulis, lapis eſſet ad fundamentum, columna ad ſuſtentaculum, clauis ad regnum*.

§. 4. Et S. Ignatius Conſtantinopolitanus in epiſtola, quam ſcribit ad Adrianum Papam receptam in Synodo octaua generali

Digitized by Google

nerali ad eadem Verba Chriſti, *tu es Petrus , &c. ex ore Domini* (inquit) *ſunt intelligenda*, de *Diuiniſſimis, ſacriſq;* Pon-*tificibus ſenioris Romæ* ad differentiam Conſtantinopolis, quæ appellatur noua Roma.

§. 5. Tandem Patres Concilij Calcedonenſis relati à S. Thoma contrà errores Græcorum palam faſſi ſunt *Veneramur ſecundum Scripturã ſacram, & (an. diffinitionem), ſanctiſsimum antiquæ* Romæ *Epiſcopum primum eſſe , & Maximum* Epi*ſcoporum*, & actione 2. eiuſdem Concilij poſt lectam Epiſtolam Leonis Papæ in ordine decimam dicentis, *ſe regere thronum Apoſtolicum, Romanamq; ſedem eſſe Caput omnium Eccleſiarum*; Patres vnanimi conſenſu dixerunt *anathema*, *qui ità non credit, Petrus per Leonem loquutus eſt; Apoſtoli ita docuerunt*.

16 §. 1. Alia multa argumenta rationibus, & authoritatibus optimè firmata adducuntur ad idem euidenter probandum à Turrecremata lib. 2. *de Eccleſia*, cap. 40. & 41. & alia non minoris virtutis referuntur à Cardinali Bellarmino lib. 2. *de Romano* Pon*tifice*, cap. 12. & ſeqq.

Punctum Decimumquintum.

Continens ſolutionem argumentorum contra prædicta.

VBI ſuprà immediatè. Turrecremata ſufficienter, nè dicam ſuperabundanter, reſpondet quoq; obiectionibus eorum, qui vim faciebant, & efficaciam ponebant in verbis eiuſdem Anacleti, cap. *Sacroſancta*, vbi de Apoſtolis loquens, inquit, *conceſſum eſt à Domino, et ipſi voluerunt, vt* Petrus *reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis*, quæ verba iuxta diſpoſitionem Conciliorum, & Placita Sanctorum Patrum exponenda veniunt de voluntate Apoſtolorum, non quidem antecedenti, ſed conſequenti, quia ſcilicet libenter, ac lętanter, vti par erat, acceptarunt, gratamq; habuerunt diſpoſitionem iam factam a ſolo Chriſto, circa Primatum in perſona Petri, ipſis non anteà ſuper hoc requiſitis, quemadmodùm euidentèr inſinuant verba, & ordo verborum ipſius Anacleti, dum præmittit illa verba *conceſſum fuiſſe a Domino, &c.* Deinde ſubdit, *& ipſi* (ſcilicet Apoſtoli) *voluerunt, vt Petrus*, declarans Chriſtum hàc inſtitutionem Primatus à ſe ipſo feciſſe, deinde eandem manifeſtaſſe Apoſtolis. Ideò Hugo de Sancto Victore expreſsè dicit vna cum alijs Theologis, p. 2. *de Sacramentis, Poteſtas ſummi Pontificis à Deo inſtituta eſt, quapropièr cum à fide deuiat, à ſolo Deo iudicari poteſt*. Quam veritatem tradunt innumeri Doctores, vt dicebam præſertim Albert. Magnus 4. ſent. diſt. 19. & Concilia, de quibus inferius, & diffuſiùs Caietan. de *auctoritate Papæ*, & *Concil.* tom. 1. tract. 1. cap. 17. & ſequentibus.

§. 2. Idem proportionaliter dicendum eſt ad obiectiones, ſiue Argumenta fundata ſecundum quandam gloſſam in cap. *Concilia*, quibus in vanum contendunt oſtendere, Petrum de aliorum Apoſtolorum præuia voluntate fuiſſe Caput Eccleſiæ inſtitutum à Chriſto, Romanoſq; Pontif. à Concilijs, Primatum eccleſiæ accepiſſe, ad quam obiectionem quamplurimis reſpõſionibus, ratione, atq; authoritate firmatis perſpicuè inter alios reſpondet Turrecremata, vbi ſupra lib. 2. *de Eccleſ.* cap. 42. §. *ad rationem ſecundam*, adducens præſertim Nicolai Papæ verba ad Imperatorem Michaelem, expreſsè dicentis, *huiuſmodi priuilegia Sedis Apoſtol. à Chriſto ſunt donata, non autem à Synodis, ſed ab illis ſolummodò celebrata, & venerata.* Idem ſtatuit Pelagius Papa 2. in Epi-

ſtola

Digitized by Google

ſtola *ad Conſtantinopolitan. Epiſcopum*, & ad alios Epiſcopos, qui ſecum Conſtantinopoli conuenerant.

Punctum Decimumſextum.

Priuilegia Pont. Rom. nequaquam dependent à Concilijs, ſed à ſolo Chriſto Domino.

§. 3. VNiuerſaliter ergo loquendo vbicumq; apud aliquem Doctorem Catholicum inueneris, Concilia aliquod priuilegiũ tribuere, ſiue tribuiſſe, Pont. Rom. illud ſemper exponas exequutiuè, aut commendatiuè, idem enim magis explicatur inferiùs in hoc, eodemq; cap. exequutiuè dico, obediẽdo ſcilicet Concilia Diuinæ ordinationi, & exequutioni mandando obſeruari ordinata per S. Sedem Apoſt. Roman. eandem vbiq; & in omnibus honorãdo atq; prędicando, vt Caput, & Matrem omnium aliarum Eccleſiarum, iuxta illud Chryſoſt. in *Ioan. cap. vlt.* qui in perſona Chriſti de Petro dicit, *paſce oues meas, ideſt loco mei Præpoſitus, & caput eſto fratrum, vt ipſi, te in loco meo aſſumentes, te in throno tuo ſedentem prædicent, & commendent;*

§. 4. Vel ſecũdo dicamus Concil. nullatenùs tribuere authoritatem, neq; Primatum Eccleſię Romanę, ſed authoritatem pręſtantiſſimam Sanctæ Sedis, atq; Petri Primatum, & ſucceſſorum, quem habuit immediatè à Chriſto agnoſcunt fatentur, fidelibuſq. præcipiunt, vt, ità credant, illaq; obſeruent, quemadmodùm egit magnus Conſtantinus, qui publico edicto mandauit cuncta reuerenter ſuſcipi, atq; integrè obſeruari, quæ ſtatuta fuerant in Concilio Niceno, & Romano primo, poſtquam illa confirmauit S. Silueſter, cuius facultate celebrata fuerant Nicenum, & Roman. 1. Conc. quem poſteà Imperatorem imitati ſunt Catholici Imperatores alij, pro vt latius in actis. *Concilij Calcedonenſ.* præſertim *actione* 16. vbi dicitur *Eccleſia Romana ſemper habuit Primatum &c.* ideò in Concilio 6. Cartaginenſi, 70. Epiſcoporum ad initium habentur ſequentia Verba. *Romana Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis cæteris Eccleſijs Prælata extitit, ſed Euangelica voce Domini Primatum obtinuit Matth.* 16. *eſt ergo* (ſubdit immediatè Concilium) *Prima Petri Apoſtoli Sedes Romana Eccleſia, non habens maculam neq; rugam, nec aliquid huiuſmodi.*

§. 5. De Pontifice Romano ſcripſit quoq; S. Bernardus lib. 2. *de conſiderat. ad Eugenium. Tu es Sacerdos magnus Summus Pontifex, Princeps Apoſtolorum, tu es, cui claues traditæ ſunt, cui oues creditæ ſunt, et ſi alij Cæli Ianitores, gregumq; Paſtores, ſed tu tanto glorioſiùs, quanto differentius vtrumq; nomen hæreditaſti, &c.*

Punctum Decimumſeptimum.

S. Petrus extitit Petra ſupra quam Chriſtus poſt ſe ſuam fundauit Eccleſiam.

§. 6. EX dictis itaq; & probatis in 1. cap. & in hoc tertio multis validiſſimis argumentis, conſtat Petrum fuiſſe tum petram, ſuper quam Chriſtus militantem ædificauit Eccleſiam, tum aliorum Apoſtolorum Caput ita, vt ſalua fidei veritate, atq; vnitate Catholica, nullo pacto liceat de hac euidentiſſima, certiſſimaq; duplici veritate dubitare, ex S. Hilario lib. 6. *de Trinitate*, ideò Sanctus Auguſt. *de Baptiſmo contra Donatiſtas lib.* 2. cap. 1. expreſſis verbis, inquit, *quis enim neſcit illum Apoſtolatus principatum* (ſcilicet Petri) *cuilibet Epiſcopatui præferendùm?*

§. 7. Sed clarius id omne expreſſit Optatus Mileuitanus contra Parmenianum Epiſcopum Donatiſtarum, quem lib. 2.

allo-

alloquitur dicens, *negare non potes ſcire te in Vrbe Roma, Petro, primò Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, vnde, & Cephas appellatus eſt, in qua vna Cathedra, vnitas ab omnibus ſeruaretur.*

17 Pontifex igitur Roman. loco Chri-
§. 1. ſti vniuerſalis Eccleſiæ curam gerit per clauium poteſtatem ab ipſo Chriſto traditā Petro, & ad Petri Legitimos ſucceſſores certò deriuatam, *propter conſeruandam,* inquit S. Thomas lib. 4. contra gentes cap. 76. *Vnitatem Eccleſiæ, non ſpecificam tantum, ſed numericam,* quam vnitatem expreſſit Spiritus Sanctus in Canticis Canticorum, vt inquit S. Cyprianus de vnitate Eccleſiæ, quando dixit, *vna eſt colūba mea perfecta mea, etc.*

Punctum Decimumoctauum.

De Vnitate Eccleſiæ Catholicæ.

§. 2. EANDEM expoſitionem de Eccleſiæ vnitate adducit S Pater Auguſtinus *de Baptiſmo contra Donatiſtas* lib. 3. cap. 17. & Pacianus Barcinonenſis p. 3. *ſimpliciter ad Petrum,* (inquit) *loquutus eſt Dominus, ideo, vt vnitatem fundaret, ex vno mox ad ipſum in commune præcipiens, vt vnitas Eccleſiæ appareret;* inſuper Sanctus Auguſtinus in pſal 88. *Reſpondens Petrus pro omnibus; pro vnitate vnus, tu es Chriſtus filius Dei viui,* & ſerm. 13. *de Verbis Domini, Petrus in Apoſtolorum ordine primus in Chriſti amore promptiſsimus, ſæpè vnus reſpondet pro omnibus, quia vnitas in multis.*

§. 3. Petrus à Monte, Venetus in tractatu *de Concilijs generalibus,* cap. 1. num. 4. & 6. quem citat Nicol. Sanderus *de Viſibili Monarchia Eccleſiæ* lib. 7. nu. 1092. *ad denotandum* (inquit) *Eccleſiæ vnitatem vnus creatus eſt Pontifex, qui alijs præeſſet, apud quem reſidet omnis poteſtatis plenitudo;* deinde ſubdens rationem dicit, *quoniam monſtruoſum eſt in vno corpore multa inueniri Capita, ſicut enim Vnicus eſt Dominus omnium, ità decens eſt, vt in terris vnum relinqueret Vicarium, qui fuit Petrus, cuius ſunt ſucceſſores Romani* Pontifices, *quam Eccleſiam Saluator dilexit, pro qua ſanguinem ſuum fudit, vt poſteritati certa regendi forma præſcriberetur;* S. Cyprianus, *Deus vnus eſt* (ait ille lib. 1. epiſt. 3. & 8.) & *Cathedra, ſiuè Eccleſia vna ſuper vnum Petrum voce Domini fundata, toto orbe terrarum diffuſa; Ipſa eſt,* (ait Auguſtinus epiſt. 170. ad *Seuerinum*) *Eccleſia Catholica, quæ per totum Orbem terrarum diffunditur, hanc ignorare nulli licet, ideò ſecundum Verbum Domini Noſtri Ieſu Chriſti abſcondi non poteſt, ſeruata ſemper vnitate fidei, atq; Capitis;* hoc paucis, ſed clarioribus verbis expreſſit idem S. Cyprianus in epiſt. *ad Smirnenſes,* dicens, *ſit ergo in Eccleſia vnus Summus Pontifex, qui vnitatem Dei figuret;* & S. Hieronymus lib. 1. *aduerſus Iouinianum. Inter duodecim vnus eligitur, vt capite inſtituto, Schiſmatis tollatur occaſio.*

Punctum Decimumnonum.

De cauſa congruentiæ inſtitutionis S. Petri, in Vicarium Chriſti, & Caput totius Eccleſiæ.

18 S Hieron. vbi ſupra reſpondens inter-
§. 1. rogationi percunctantiū, cur Chriſtus hanc prærogatiuā honoris non tradiderit Ioan. Euangel. inquit, *ætati delatum eſt; Quia Petrus ſenior erat,* ſubdens, *ne magiſter bonus in Ioannem adoleſcentem cauſam præbere videretur inuidiæ;* vbi non prętermittam ponderare, quod turpiter erraret, qui putaret hoc ſolo reſpectu, quia ſenior erat Petrus, ideo illi

Digitized by Google

illi collatum fuiſſe primatum, nam ſi Diuini conſilij ratione humanæ menti conceſſum eſt intelligere, prout aliquandò Deus conceſſit, & cōcedit, id factum eſſe putamus, quia in profeſſione, & confeſſione fidei alios præceſſerit Apoſtolos, ideo poſt illam eximiam Diuinitatis Chriſti confeſſionem, *Tu es Chriſtus filius Dei viui*, dicitur eidem Petro ab ipſo Chriſto, *& ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*. Quem B. Perrum ità alloquitur Sanctus Ambroſius ſuper Lucam cap. 22. *poſtquam fleuiſti erectus es, vt alios regeres*; & Sanctus Cyrillus Hieroſolymitanus Cathe. 2. ſcribit *Petrus Princeps Apoſtolorum excellentiſſimus, non ſolum negationis ſuæ accepit condonationem, verum etiam dignitatem Apoſtolicam non ablatam retinuit*.

19 Tandem Sanctus Bernardus in ſermone diei
§. 1. *Sanctorum Petri, & Pauli, peccauit inquit peccatum grande Petrus, & fortaſsis quo grandius nullum eſt, tamque velocisſimè, quam facillimè veniam conſecutus eſt, vt nihil de ſingularitate ſui Primatus amitteret.*; & Sanctus Auguſtinus tractatu 56. in Ioannem. *Quis neſciat primum omnium Apoſtolorum eſſe Beatiſsimum Petrum?*

§. 2. S. Thom. opuſculo primo contra errores Græcorum cap. 57. cui titulus eſt *quod idem* (ſcilicet Pontifex Romanus) *habet in Eccleſia poteſtatis plenitudinem*; inter quamplura ſignificantia præſertim quod Sanctus Petrus ob negationis peccatum non amiſerit poteſtatem clauium adducit authoritatem Sancti Ioannis Chryſoſtomi ad conſulta Bulgarorum, vbi alloquens Diuum Petrum ex perſona Chriſti, inquit, *ter te interrogo, an ames, an ames, an diligas quia ter me trepidus, & timidus negaſti, nunc autem reductus, ne credant te fratres gratiam, & clauium authoritatem amiſiſſe, quia amas me, coram ipſis id tibi iam confirmo, quod meum eſt plenum*, hoc etiam trahitur authoritate ſcripturæ, nā Dominus *Matth. 16. vniuerſaliter Petro dixit quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum, & in cælis*. & in eodem opuſculo, c. 59. §. *patet etiam*. ex authoritate Sancti Cyrilli, & Sancti Chryſoſtomi in act. Apoſtol. concludit Sanctus Thomas, quod Petrus eſt vertex Sanctiſſimus Beati Apoſtolici troni paſtor bonus, cuius eſt, *reprehendere, corrigere, ſtatuere, ſoluere, diſponere, & loco illius ligare qui ipſum ædificauit.* concludens *etiam hoc patet ex authoritate Domini dicentis Luce 22. tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*.

Punctum Vigeſimum.

De dignitate & poteſtate maxima ſummi Pont. Rom. Capitis vniuerſalis Eccleſiæ.

20 MAieſtatem, atq; ſublimitatem
§. 1. præſtantiſſimi Principatus ſummi Pontificis Roman. ſuper totam Monarchiam Eccleſiæ militantis; præclaris elogijs commendat, & extollunt Sacræ literæ, Pontifices maximi, Concilia, Sancti Patres, Theologi, ac vniuerſitas probatorum Doctorum, vti eſt videre apud Matth. cap. 16. Ioan. vlt. & in actibus Apoſtolorum, & in gloſſa ibidem, necnon in epiſtola Gelaſij Papæ ad Anaſtaſium Imperatorem, Nicolai ad Melchiadem, Innocentij iij. ad Imperatorem, Gregorij Magni lib. 9. epiſt. 39. Bonifacij Noni in extrauagan. *Vnam Sanctam, Ioannis 22.* in extrauagan. *licet*, & Leonis Magni ſermone tertio, de ſua aſſumptione; & pariter in Concilio Romano primo ſub Sancto Syluestro canone vltimo, in alio Romano ſub Adriano ſecundo, ac etiam in alio

Romano ſub Sixto tertio can. 5. in Lateranenſi ſub Innocentio iij, cap. 5. & in Synodo 5. actione tertia, in Concilio Mileuitano canon. 19., in Calcedon. actione 3. & 7. in Lugdunen. ſub Gregorio X. cap. *vbi periculum*, in Florentino ſub Eugenio iiij. in Bullis vnionis Græcorum, & Armenorum; & in Tridentino ſeſſ. 6. de reform. cap. 1. in Bulla reaſſumptionis Concil. ſub Iulio 3. poſt ſeſsionem decimam, & pariter in Decreto tranſlat. & promulgationis Concilij, & in Bulla celebrationis eiuſdem Concilij ſub Pio iiij. ac iterùm ſeſſ. 8. & 9. ſeſſ. 14. cap. 7. & ſeſſ. 24. in Decreto Reformationis, cap. 1. Inſuper ex antiquis Patribus, idem probatur.

§. 2. Ex Tertulliano lib. *de præſcription. hæreticorum*, ex Origene hom. in Matth. cap. 16. ex Sanctis Patribus. Ioanne Chryſoſtomo *hom. 55. ad cap. 16.* Matthæi, *& hom. 8. in Ioannem*, Hylar. *lib. 6. de Trinit. & in pſalmo* 131. Hieronymo lib. 1. *contra Iouinianum*, præſertim ad illa verba, *tu es Petrus, &c.* Cypriano epiſt. *ad Iubaianum.* Ambroſio lib. 10. *in Lucam cap. 22. &* 24. Auguſt. *tract. 50. in Ioannem & ſermone 124. de tempore*, Bernardo lib. 2. *de conſideratione*, Cyrillo Alexandr. *lib. 2. in Ioannem, cap. 12.* ex Sancto Athanaſio, cum alijs Patribus Orientis Concilij Alexandrini epiſtola *ad Fœlicem Papam*.

§. 3. Hos ſequitur Optatus Mileuitanus *de Schiſmate Donatiſtarum lib. 7* Sanctus Antoninus *3. p. tit. 22. cap. 6.* §. 5 Sanctus Thomas in opuſculo *contra errores Græcorum*; præſertim *cap. 69. & 4. contra gentes cap. 76.* Sanctus Epiphanius *hæreſi* 1. Anſelmus in præfatione *de Incarnatione*, Stanislaus Hoſius Epiſcopus Vvarmienſ. *in Cath. fidei confeſsio. c. 26.* Pereſius de *Diuinis traditionibus p. 3.* Rupertus Præſul Arboricenſis *tomo 1. de vtroque gladio.* Gaſpar Contarenus Cardin. *de poteſtate Pontificis*, hos quinque citat Sanderus lib. 7. *de Viſibili Monarchia à num. 1373. vſq; ad numerum 1385.*

§. 4. Quibus adduntur Viguerius *de inſtitut. De ſacramento ordinis* verſiculo *Chriſtus dedit poteſtatem*, Euſebius *in Cron. ann. 44.* Archidiaconus in capitulo, *licet de conſtit.* Abbas in *Clemen. Romani. de iure iurando* Zabarella in *Clementina final.* Turrecremata *lib. 1. de Eccleſia cap. 17.* Auguſtinus de Ancona in ſumma *de Eccleſia quæſt. 1. art. 3. & ſequentibus*, Caietanus *de authoritate Papæ, & Concilij*, & Cardinalis Bellarminus, *lib. 2. de Romano Pontifice.*

Punctum Vigeſimumprimum.

De nominibus proprijs Rom. Pont. Chriſti Vicarij & D. Petri ſucceſſoris.

§. 5. DVm in locis allegatis Pontificem Roman. appellant Patrem Patrum, omnium Chriſtianorum Doctorem, & magiſtrum, pupillorum Tutorē, cum in terris vicem illius gerat, qui dixit, non relinquam vos orphanos, fidei Defenſorem, Patrem refugij, mutorum linguam, oculum cęcorum, baculū ſeniorum, Regum Pater, lumen mundi, ſacerdotem magnum Altiſſimi, Apoſtolorum verticem; Summum Sacerdotem, Sacerdotumq; Principem, Vicarium Apoſtolici Throni, totius orbis Principatum habentem, Epiſcopum Epiſcoporum, eorum Primatem, Summitatis Apoſtolicæ Antiſtitem, Paſtorem Vniuerſalis Eccleſiæ, ac Orbis, Cæli ianitorem, Chriſti Domini Vicarium, Petri Apoſtoli in prælatione ſucceſſorem, Principem Regum terræ, Dominum Dominantium, Eccleſiæ Sanctæ Dei Caput ſupremum abſolutè, cui repetito ſermone Chriſtus in perſona Petri dixit Ioanni 21. *paſce oues*

meas,

Digitized by Google

meas, *paſce agnos meos*, qui in terris in excelſiſſimo humani generis faſtigio poſitus, ita omnibus Prælatus eſt, vt nemini ſit ſubiectus, nullumque habeat æqualem, celſius in terris conſecutus faſtigium, cui datæ ſunt claues Regni Cœlorum, *cuiq; Deus tradidit omnia regna mundi*, quemadmodum canit Eccleſia in feſto Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. Papa deniq; admirabilis, & ſtupor mundi eſt, nec Deus, nec homo, ſed quaſi neuter inter vtrumq; Gloſſa *in proemio Clementin.* verbo *Papa*; huius authoritas maior eſt ſuper omnem poteſtatem. dicente Cyrillo Patriarcha Alexandrino lib. *Theſaurorum*. relatus à Ioanne de Neapoli in ſuis *Quæſtionibus varijs quæſt.* 39. *puncto primo*, §. *item Cyrillus*, *ſicut Chriſtus Dux, & ſceptrum Eccleſiæ gentium ex Iſrael egrediens, accepit à Patre pleniſſimam poteſtatem ſuper omnem* Principatum, *& Poteſtatem*, *& ſuper omne quodcunq; eſt, vt ei genua omnia curuentur, ſic, & Petro, illiuſq; ſucceſſoribus pleniſſimè commiſit, & ideo nulli alij, quam Petro Chriſtus, quod ſuum eſt plenum dedit, ſed ipſi ſoli*; & parum infra ſubdit, idem Cyrillus *Chriſto homini tota Trinitas pleniſſimam dedit poteſtatem ſuper omnem principatum, vt adorent eum omnes Angeli Dei, quod totum dimiſit per ſacramentum, & poteſtatem Petro, & Eccleſiæ eius*, & iterum replicat. *Petro omnes iure Diuino, Caput inclinant, & Primates mundi, ei tanquam ipſi Domino Ieſu obediunt*.

Punctum Vigeſimumſecundum.

De ſuprema poteſtate Romani Pontif.

21 §. 1. EANDEM ſupremam poteſtatem Pontificis Romani ſupèr omnes Principatus Terrarum demonſtrat inter alios *Caſſaneus Cathalogo gloriæ mundi p. 3. conſid.* 30. Vbi quamplurimis argumentis deſumptis ex authoritate ſacræ Scripturæ, Canonum, & Sanctorum Patrum; idem demonſtrat *conſid.* 47. per alia argumenta fundata in auctoritatibus, vt ſupra, addens ad idem confirmandum authoritatem S. Tho. 4. ſenten. diſtin. 19. aſſerentis Papam habere plenitudinem poteſtatis in vniuerſo mundo, ſicut Rex in Regno, quod repetit *de errore Græcorum*, *cap.* 72. Vbi frequenter vtitur teſtimonio Cyrilli Alexandr. lib. *Theſaurorum*, addit etiam Caſſaneus ibidem ad idem conſtabiliendum, authoritatem Scoti in tract. *de perfectione ſtatuum qu.* 9. dicentis, P*apa eſt Vicarius Chriſti*, *non ſolum in quantum Chriſtus fuit Eccleſiæ Prælatus*, *ſed in quantum fuit totius mundi Dominus*, *quodq; iuſtè de ſtatu*, *ac bonis hominum poteſt ordinare*. quibus omnibus ſuperaddit quamplures authoritates, Canonum, Sancti Chryſoſtomi, Sancti Antonini, Imperatorum, Hoſtienſis, Baldi, Archidiaconi, ac Turrecrematæ, & ad ampliorem doctrinam intueri poſſunt, quæ inter alios quamplures Authores, breui, dilucido tamen ſtilo, ſcripſit Ioannes Neapolitanus Doctor antiquus, communitèr appellatus Doctor ſolemnis vniuerſit. Pariſien. in ſuis *Varijs quæſtionibus, qu.* 3. *puncto* 2. *&* 3. Vbi cumulat ad idem authoritates Sacræ Scripturæ, Canonum, & Sanctorum Patrum, ac etiam rationes nonnullas bene fundatas, vbi quoque reſoluit optimè, multa argumenta ab eodem ad initium quæſtionis propoſita contrà veritatem, de qua ſuprà, vt cuncta lucidiora remaneant.

Digitized by Google

Punctum Vigeſimumtertium.

De ſuprema Rom. Pont. dignitate maiori omni alia creata poſt Chriſtum.

§. 2. MAximam Pontif. Rom. dignitatem atque poteſtatem, poſtquam innumeris ferè teſtimonijs S.Script. Sacror.Canon.SS.PP.& celeberrimorum Doctorum Theolog. & Canoniſt. non ſemel tantum aut bis, ſed pluries demonſtrauit inter alios S.Anton.Archie. Flor.ordin.Præd.in 3.p.ſuæ Summæ S. Theolog. in omnibus capitib. & §§.tit. 22. tandem capite quinto eiuſdem tituli expreſſis verbis, inquit, *de poteſtate Papæ quæ eſt maior omni alia creata, poſt Chriſti poteſtatem aliquo modo extendens ſe ad Cæleſtia, terreſtria, & infernalia, vt de eo poſsit illud verificari, dictum de Chriſto pſal. 8. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, &c.* ſtatim, & immediatè ſubdit, *& aptè, quia ipſe eſt Vicarius Chriſti, quoad terreſtria, dicit Oues, &c. quoad cæleſtia dicit volucres, quoad infernalia dicit piſces maris.* Et illico addit, *per volucres cæli deſignari Angelos bonos & malos, vt habetur in Euang. dicuntur autem ei ſubiecti, quia maior eis* (ideſt Papa) *eſt in quatuor videlicet, primò in Iuriſdict. ſecundò in Sacramentor. adminiſtratione. tertio in cognitione, quarto in præmio.*

Quod totum optimè demóſtrat authoritatibus Sac. Scrip. præſertim noui teſt. méti, quas ibidem per totum illud caput vſque ad §. 6. incluſiuè, adiunctis placitis SS.PP. Theologor. & Canoniſt. & præſertim S. Ioan. Chryſoſt. qui de Pontif. Roman. verba faciens expreſsè inquit, *homini mortali omnium quæ in Cælo, quæ in terra ſunt commiſit Deus, & validiorem cælo Eccleſiam eſſe monſtrauit.*

§. 3. Inſuper Io.Mariana in Præfat.in Luc. Tudenſ.Epiſc. Aduerſus Albigenſ. errores (quç Præf. refertur in edition. 4. Bibl. Patrũ to.4.p.2.fol.mihi 588. §. *Verum finem dicendi.*) Poſtquam dixit multa ex authorit. Theod. lib. 5. Eccl.hiſt. de maxima dignitate, & ſuprema poteſtate Pont.Rom.corroborata pariter; teſtimonijs Euſebij Eccleſ. hiſt.lib. 5. c.24. Niceph.lib. 13.c.34.& Innoc. 1. epiſt. qua Arcad. Imper. Atticum Conſtantinop. & Theophil. Alexandrin. à commun. fidelium excluſit: necnon placitis Cypr. epiſt. 3.& 4.Conc.Carthag. 6. Theodor. lib. 2.c.4 Sozomeni lib. 3.c.7. Aug. epiſt. 157. Poſſidonij de vita S. Aug. c. 14. & ex multis D. Leonis epiſtol. *duo tantum* (inquit) *noſtrũ ſcriptorum teſtimonia pro Rom. Pont. authoritate afferenda ſunt, Iſidori epiſ. ad Eugen. Tolet. cuius fragmentũ à Luca* (ſcilicet Tudenſi) *hoc opere affertur*, quæ ſunt, *quod verò de parilitate agitur Apoſtol. Petrus præminet cæteris qui à Domino meruit audire, Tu vocaberis Cephas, tu es Petrus, &c. & non ab alio aliquo, ſed ab ipſo Dei, & Virg. filio, honorem Pontific. in Chriſti Eccleſia primus ſuſcepit, cui etiam poſt Reſurr. Filij Dei, ab eodem dictum eſt, Paſce Agnos meos; Agnorum nomine, Eccleſ. Prælatos notans. Cuius dignitas poteſtatis, etſi ad omnes Catholic. Epiſc. eſt transfuſa, ſpecialius tamen Rom. Antiſtes, ſingulari quodam priuilegio velut caput cæteris membris celſior permanet in æternum.* ſubdens immediatè per modum neceſſariç conſequentię, *qui igitur debitam ei* (hoc eſt Pont. Roman.) *non exhibet reuerenter obedientiam, à capite ſe iunctus, Acephaliſmo ſe reddit obnoxium, quod ſicut illud S. Athanaſij de fide S. Trinitatis S. Eccleſ. approbat, & cuſtodit quaſi fidei Catholic. artic. quod niſi quiſq; firmiter fideliterq; crediderit, ſaluus eſſe nõ poterit.*

Secundum teſtimonium eſt Raſis Arabi, qui verba faciens de Conſtantino Magno inquit, *quò maior eſſet authoritas, Religioniſq; ſuum caput conſtaret, imperandiq; poteſtas, ipſe quidem Conſtantinopolim conceſſit, ſeque, vt Prioris Roma*

ma

Digitized by Google

ma eius Vrbis Regem dixit, *ſanciens præterea, vt Romæ Domino cæteri Chriſti cultores obtemperarent, quem ipſi Dominum Chriſtianorum, eorum qui è ſacrato ordine erant, & Sanctum vocare conſueuerant, ob acceptam à Petro Apoſtolo poteſtatem, quam illi Chriſtus crediderat.* Circa quæ verba animaduerto, cum eodem Ioan. Mariana, primò quod hic Maurus, quãuis Religionis noſtræ, & dogmatis expers eſſet, quæ vulgo, & palam erant apud Chriſtianos, ipſe in ſuam hiſtoriam contulit, ſecundò per Dominum cui Chriſtiani obtemperabant manifeſtè intellexit Pont. Rom. Chriſti Vicarium, ac Petri ſucceſſorem. Tertiò ex eiſdem verbis colligitur Antiquitas appellationis *Sancti*, vel *Sanctitatis*. erga perſonam Pont. Rom. de quo, inquit, quod vſq; ad illa tempora, vigebat vſus & conſuetudo, vt Chriſtiani vocarent ſucceſſorem D Petri, *Sanctum*.

§. 4. Tandem hic referam quæ expreſsè continentur in fidei profeſſione, quam Moſes Mardenus Aſſyrius Iacobita, Patriarchæ Antiocheni legatus, ſuo, & Patriarchæ ſui nomine facta Rom. coram Summ. Pontif. anno 1552. ex ipſo profitentis autographo Syriaco, traducta ad verbum per Andream Maſium xelenſem regiſtr. in Biblioth. Patrum ſuperius cit. tom. 4. p. 1. fol. mihi 858. & 859. In qua profeſſione inter quam plura, Papam alloquens ait, *obteſtor itaq; Patrem Patrum, & Paſtorem Paſtorum, ornamentum omnium dignitatum, & coronam capitum noſtrorum, ac lumen oculorum noſtrorum, benedictionem vniuerſæ Reip. Chriſtianæ, portantem claues Regni, fontem ex quo profluit ſuauitas, Pontif. Iulium iij. qui accepit ſignaculum nominis Trinitatis, vt dignetur acceptare hanc meam profeſsionem, meo nomine, atq; etiam nomine Patriarchæ noſtri, &c.*

§. 5. Hinc eſt, quod in Cathechiſmo ex decreto Concil. Trid. editò de Sacramento Ord. inter quamplura, poſt receſſitos Patriarchas, de Pont. Rom. Chriſti Vicario dicitur. *Cathol. Eccleſ. Rom. Pont. Max. quem in Epheſ. Synodo Cyrillus Alexandrin. totius orbis terrarum Patrem, & Patriarcham appellat ſemper venerata eſt. Cum enim in Petri, Apoſtolor. Principis, cathedra ſedet, in qua vſq; ad vitæ finem ſediſſe conſtat, ſummum in eò dignitatis gradũ, & iuriſdictionis amplitudinem, non quidem vllis Synodicis, aut alijs humanis conſtitutionibus, ſed diuinitus datam agnoſcit. quamobrem omnium fidelium, & Episc. cæterorumq; Antiſtitum, quocumq; illi munere, & poteſtate præditi ſint, Pater, ac moderator, vniuerſali Eccleſ. vt Petri ſucceſſor, Chriſtiq; Domini uerus, & legitimus Vicarius præſidet.*

§. 6. Quamobrem ſeſſ. 11. Conc. Later. ſub Leone 10. Bulla 4. cuius exordium eſt, *Pater æternus*, dicitur *migraturus Chriſtus ex hoc mundo ad Patrem, in ſoliditatè petræ Petrum, eiuſq; ſucceſſores Vicarios ſuos inſtituit, quibus ex libris Regũ teſtimonio ita obedire neceſſe eſt, vt qui non obedierit morte moriatur*, Ideò maxima iniuria afficiunt Eccl. Cathol. Rom. qui ſuum illi caput vnicum, & Chriſti Vic. in terris auferre contendunt, quemadmodum inter alios multos euidentiùs validiſſimis argum. demonſtrat Card. Britann. Reginal. Polus *lib. 1. de Eccleſiaſ. vnitatis defenſione* per totum, præſertim §. *nunc vero ad primum exeuntium*. nam lib. 2. ad argumenta in particulari contra vnitatem capitis Eccleſ. ab Henr. 8. Britann. Rege propoſita ſolidè reſpondet ille, optimè confutando, præſertim conuertendo euidentèr teſtimonia ſacræ ſcripturæ, ac Patrum ab illo malè interpretata contra eundem, demonſtrando, quod Rex incongruo ſenſu, & truncatè nimis, oracula ſacræ ſcripturæ in medium protulerat.

Punctum Vigeſimumquartum.

De euidentia primatus Pontif. Rom.

22 §. 1. PRimatum namq; Pontificis Romani cognouerunt, atq; faſſi ſunt, nedum Concilia, Sancti Patres, Theologi, & Canoniſtæ, verum etiam Pagani, Hæretici, & præſertim Græci omnes, vti demonſtrat eorumdem auctoritatibus in particulari relatis, Nicolaus Sanderus de *claue* Dauid ſiue *Regno Chriſti, lib.* 3. ferè per totum præcipuè cap. 7. qua occaſione non omittam breuiter referre, quæ narrantur à Florimundo Remondo *lib.* 8. *hiſt. cap.* 5. *anno* 1600. quod Ioan. Druet miniſter hæreticus in Germania cum declinaſſet ad Geneuã, ibiq; audiſſet Theodorum Bezam concionantem, & in concione dicentem inter alia, cedamus, quod Catholici, & Papiſtæ verè habeant ſucceſſionem Apoſtolicam perſonalem, ad hunc vſq; diem, velut per manus traditam, & propagatam. idq; inficiari non poſſe per illos, hoc eſt per hæreticos. Quod apparens nouum ipſi Ioanni Druet poſt concionem per modum admirantis idem recenſebat coram Beza, nimirum, quod Papiſtæ veram habeant ſucceſſionem Apoſtolicam, quæ à Chriſto, inde à Petro in hunc vſq; diem legitimè perſeuerat, ſubdens ipſe Ioannes, ſumus ergo nos Schiſmatici? ad quod reſpondit Beza (reſponſione quidem riſu digna quæ fuit) *habent ipſi veram ſucceſſionem perſonalem, nos vero ſucceſſionem doctrinæ,* ob quam friuolam reſponſionem indignatus receſſit Ioannes, & Lutetiam Pariſiorum petens cum 616. alijs, coram Cardin. Alexandro Medice, tunc ad Gallos legato omnem abiurauit hæreſim, qui Alexander fuit poſtea Leo xj.

Sedes itaq; Petri, Deo Authore, meritò, inquit Sanctus Gregorius lib. 2. epiſtola 30. cunctis prælata conſtat Eccleſijs, q. 3. *Cap. patet,* Sanctorum etenim voce, Romani Pontificis dignitas facta eſt toto orbi venerabilis. dùm illi quicquid fidelium eſt vbique ſubmittitur, dum totius corporis caput eſſe meritò deſignatur, vbi ſuprà cap. *aliorum hominum.* §. *&* *rurſus per Sanctorum vocem, &c.* gloſſa ibidem exponit per *Concilia.*

§. 2. Pariter quoq; in Epiſtola ipſius Sancti Leonis 54. *ad Martianum Imperatorem.* §. *habeat ſicut, alia tamen* (inquit) *eſt rerum ſæcularium, alia Diuinarum ratio,* ſubdens immediatè, *nec præter illam petram quam Dominus in fundamento poſuit ſtabilis erit vlla conſtructio.*

§. 3. *Meritò itaq;* Paulus *V. fœlicis record. in Bulla* Canonizationis S. Franciſcæ Romanę, cuius initium eſt, *Cæleſtis aquæ flumen.* §. *quæ ſanè.* de Eccleſia Romana verba faciens, expreſsè inquit, *quæ inenarrabili Dei beneficio cunctis prælata Eccleſijs principatum accepit Eccleſiarum, Beatorumq; Principum Apoſtolorum doctrina fuit vna, cum ſanguine irrigata,* & §. *in hac igitur;* aſſerit, Eccleſiam Romanam eſſe *matrem aliarum Eccleſiarum, atq; magiſtram ſanctitatis.*

Punctum Vigeſimumquintum.

De Aſsiſtentia Spiritus Sancti, quam habet Pont. Rom. in ſuis deciſionibus.

23 §. 1. QVIPPE qui Pontifex Romanus ipſe eſt, & non alius, qui vndiq; Diuinæ aſſiſtentię munitus præſidio in ijs, quæ pertinent ad fidem, ſiuè ad bonos mores ſtatum vniuerſalis Eccleſiæ, ſiuè fidelium ſalutem concernentia in nullo caſu errare poteſt, cum illi Deus incerta, & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſta faciat iuxtà opportunitatem. Ideò

Leo

Digitized by Google

Leo epiſt. *ad Theodo. quæ noſtro miniſterio Dominus definierat vniuerſæ* Paternitatis *irretractabili firmauit aßenſu, vt verè à ſe prodijſſe oſtenderit, quod à prima Sede firmatum eſt*, vbi loquitur abſq; dubio de Sede Romana, & Apoſtolica, cui tunc præerat.

§. 2. Tandem eiuſdem Leonis Papæ verba adducam illius Epiſtolæ, quam ad Leonem Imperatorem dedit, cuius initium eſt, *literas Clementiæ &c.* datæ *Kal. Decembris Conſtantino, & Ruffo conſſ.* quæ ſunt, *cum ergo Vniuerſalis Eccleſia per illius principalis petræ ædificationem facta ſit petra, & primus Apoſtolorum Beatiſsimus Petrus, vocem Domini dicentis audierit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo* Eccleſiam *meam, quis eſt niſi aut Antichriſtus, aut Diabolus, qui pulſare audeat inexpugnabilem firmitatem?* intellige ſemper de Decretis factis à Romano Pontifice in materia fidei, ac morum.

§. 3. Quemadmodum enim recta fides neceſſaria eſt ad ſalutem omni credenti, ità quoq; & mores recti, legitur enim, *ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, fidemq; ſine operibus mortuam eſſe*, quorum vnum pertinet ad fidem, alterum verò ad opera, ſiuè ad bonos mores fidelium ad illorum ſalutem neceſſarios.

Punctum Vigeſimumſextum.

De infallibilitate Iudicij Eccleſiæ *Romanæ*.

§. 4. DE infallibilitate iudicij Eccleſiæ Romanæ habemus expreſſum teſtimonium Concilij Senonen. decreto 1. tàm circa ea, quæ pertinent ad fidem, quam etiam ad bonos mores, vbi poſt multas Sacræ Scripturæ authoritates §. *vna*, expreſſe dicitur.

Vna igitur appellatur Sancta, & infallibilis, cuius authoritatem, qui in fide, & moribus ſecutus non fuerit, quaſi Deum abnegauerit (cui gloria in Eccleſia, *& Chriſto Ieſu in omnes generationes) infideli deterior habeatur*.

§. 5. Id enim liquet ex teſtimonio Cyrilli Alexandrini ſuper Ioann. 14. dicentis, *Eccleſia Apoſtolica, nedùm ab omni hæretica circumuentione, verum etiàm à quacunq; Seductione in ſuis diffinitionibus immaculata omninò exiſtis, iuxtà illud Matth. 19. tu es* Petrus, *& ſuper hanc petram ædificabo* Eccleſiam *meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, ac illud Lucæ 22. Ecce Satanas expetiuit vos &c. & Ioann. 21. non pro eis rogo tantum, &c.* clariùs ex Decreto Concilij Calcedonenſis relato à S. Thoma *opuſculo primo contrà errores Græcorum*, quod opuſculum ædidit iuſſu Vrbani quarti *cap. 32. §. oſtenditur etiam, quòd Petrus*. Vbi dicitur, *Soli* Pontifici *Romano, libera poteſtate loco Dei ius diſcernendi competit, ideò cuncta ab eo diffinita obſeruanda ſunt, eo quia proueniunt à Vicario Apoſtolici Throni*. Hoc namque magis elucidatur ex teſtimonio Cyrilli Patriarchę Hieroſolymitani lib. *Theſaurorum*, in perſona Chriſti, ad Petrum dicentis, *tu cum fine, ego ſine fine, cùm omnibus quos loco tui ponam planè, & perfectè ſacramento, & authoritate cum eis ero, ſicut ſum, & tecùm*.

Ex quibus tandem colligitur à Romano Pontifice, igitur noſtrum eſt quærere, quid credere, quiduè tenere, addo ego, & agere debeamus.

24 Et S. Maximus in epiſtola Orientalibus directa, dicit, *omnes fines Orbis, qui Dominum ſincerè receperunt, & vbique terrarum* Catholici, *veram fidem confitentes in* Eccleſiam *Romanorum, tàquàm in ſolem reſpiciunt, ex ipſa enim lumen* Catholicæ *fidei recipiunt*; vbi poſt multa, tandem concludit, *coadunatam, igitur, ac fundatam, ſuper Petram confeſsionis*

Petri

Petri dicimus vniuerſalem Eccleſiam, ſecundùm diffinitionem Saluatoris, in qua neceſſario pro ſalute animarum noſtrarum remanentes, ei obediendum eſt (hoc eſt Pontifici Romano) *ſuam ſeruantes fidem* (quam ſcilicet tanquam Pontifex de Cathedra docet,) & confeſſionem *ne forte* (vt inquit Cyrillus Hieroſolymitanus vbi ſupra,) *tortuoſus ſerpens propter noſtram contentionem nos eijciat, vt Euam olim de Paradiſo*, ideò 24. qu. 1. cap. *non turbatur*, in quo continetur doctrina S. Ambroſij ſuper Marcum. §. *deniq;* habetur, *etſi alijs Apoſtolis imperatur, vt laxent retia, ſoli tamen Petro dicitur, duc in altum, hoc eſt in profundum diſputationum, In Petro igitur petra, ſiuè firmamento Eccleſiæ, ſumma ſecuritas inuenitur*. Et Innocentius primus, vbi ſupra cap. *quoties* meritò inquit. *Quotiès ratio fidei* (addo egò & morùm) *ventilatur, arbitror omnes fratres, & Coepiſcopos noſtròs, non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis, & honoris auctorem referre debere*, & S. Hieronymus ad Damaſum Papam cuius auctoritas refertur, vbi ſuprà cap. *Hæc eſt fides*. §. *ſi autem*, ait *ſi autem hæc noſtra confeſſio, Apoſtolatus tui iudicio comprobatur, quicumq; me inculpare uoluerit, ſe imperitum, uel maleuolū, uel etiam non Catholicum, ſed Hæreticum comprobabit*. Tandem concludit verbis Marcelli Papę epiſt. 1. *ad Epiſcopos per Antiochiam conſtitutos*, relatis, vbi ſupra cap. *Rogamus*, ad initium, dicentis, *Rogamus uos fratres dilectiſsimi, ut non aliud doceatis, neq; ſentiatis, quam quod à B. Petro, & reliquis Apoſtolis, & Patribus accepiſtis*; ibiq; de Petro in particulari verba faciens, ſubdit immediatè; *Ipſe eſt enim Caput totius Eccleſiæ, cui ait Dominus, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*.

25 §. 1. Eiuſdem veritatis præclarum teſtimoniū intèr alios celeberrimos Theologos perhibet Sanctus Thomas, lib. 4. *contra Gentes cap.* 76. & opuſculo præcitato, necnon 2. 2. q. 1. art. 10. in corpore, vbi etiam adducit Decret. *cap. multis diſt.* 17. addens quoq; authoritatem Chriſti Lucæ 22. *ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus cōfirma fratres tuos*, ac etiam rationem, *quia* (ſcilicet) *vna fides debet eſſe totius Eccleſiæ, ſecundum illud prima Corinth. cap. 1. id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata*.

Punctum Decimumſeptimum.

De vnitate fidei Catholicæ.

§. 2. DE qua vnitate fidei prætèr recenſita ſuperius in 1. cap. ad exordiū, loquens S. Leo epiſtola 36. *ad Martianum Presbyterum, quamuis* nos (id eſt fideles) *magna locorum interualla diuidant, vnitate tamen fidei vobiſcum ſumus, toto corde Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum uerum Deum, verumq; hominem confitētes, &c. quam, ſi quis exiſtimauerit, non ſequendam, ipſe ſe à Compage vnitatis Catholicæ abſcindet*. Idem epiſtola 43. ad *Martianum Auguſtum, quia Catholica fides non poteſt eſſe, niſi vna*; hoc idem ſæpius repetit in *ſuis Decretal. epiſt.* præſertim in illa 35. *ad Pulcheriam Auguſtam, in epiſt. 22. ad Theodoſ. fides una eſt, quæ in nullo ſui poteſt eſſe diſsimilis, et epiſt. 30. ad Iulian. ipſam unā, atq; ſereniſsimā* appellat, *veritatis ſuæ radios per vniuerſa diffundentem, & caliginem infidelitatis comprimentem*. Et S. Cyprianus, cuius authoritas refertur 24. q. 1. *cap. alienus*, inquit, *alienus eſt, profanus eſt, & habere non poteſt Deum Patrem, qui vniuerſalis Eccleſiæ non tenet vnionem, dicente Apoſtolo ad Epheſ. 4. Vnum corpus vnus ſpiritus, vnaq; ſpes vocationis noſtræ, vnus Dominus, vnum Baptiſma*.

Quæ

Digitized by Google

26 Quæ vnio, inquit Sanctus Thomas
§. 1. 2. 2. quæſt. 1. art. 10. in corp. *ſeruari nequit,niſi quæſtio fidei de fide exorta, terminetur per eum, qui toti Eccleſiæ præeſt*. Caietanus ibidem, ac alij D. Thomæ expoſitores, hanc D. Thomę doctrinam extendunt,nedùm ad determinationem eorum,quæ ſpectant ad fidem, verùm etiàm ad illa, quæ pertinent ad mores Vniuerſalis Eccleſiæ,inter quos vnus eſt Ioannes Viguerius in *ſuis inſtit.ad Chriſtianam Theolog. tit. de veritate fidei*, quaſi per totum præſertim *cap.* 10. §. 3. *Veritat.* 10. *& Veritat.* 13. inſuper, & Bannes,vbi ſupra dub. 6. fundatam habentes ſuam intentionem in authoritate Chriſti,Math. 16. 18. & 23. Ioannis 20.necnon,& 1. Pauli ad Thimot.c.3.

Eidem ſententiæ ampliatæ etiam ad morum determinationem intèr quamplures grauiores Doctores ſe ſubſcribit S. Antoninus 3. p. ſuæ ſummæ tit. 22. quæſt.9. §. 19. Caietanus in Opuſculo *de Authoritate Papæ, & Concilij*, & Michael Mauclerus Doctor Sorbonicus *de Monarchia Diuina lib. 4. 2. partis*, fere per totum.

§. 2. Qua D. Thomæ doctrina præſtantiſſima ſuperiùs relata quaſi ad verbum vtuntur Scriptores Catholici, qui poſt illius tempora tractatus,libros,ſiuè opuſcula de hac materia ediderunt, quemadmodum videre eſt apud Io. Azorium *2. part. inſtit. moralium lib. 5. de 4. Decalogi præcepto cap. 4.* ad initium,& apud Couar. *Variarum reſolut. tom. 2. lib. 1. cap. 10. nu. 12. & 13.* & præcipuè apud Syluestrum, Tabienam, & Armillam verbo *Canonizatio*, apud Michaelem Mauclerum,Cardinalē Tuſcum,& alios inferius in ſpecie citandos,apud Nauarrum tom. 4. ſuorum operum, *relectio.cap. nouit. de iudic.notab. 3. num. 46.* per totum, & *commentario 4. ad Regul. num.* 20. Vbi concludit, *S. Sedes Apoſtolica in his quæ ſunt fidei, & morum errare non poteſt*, hoc idem expreſſius docet,atq; probat multis rationibus, & authoritatibus Franciſcus Pitigianus Ord. S. Franciſci de Obſeruantia 3. ſent. diſtinct. 25. quæſt. 2. art. 4. con. 3. de mente Scoti.

§. 3. Idem fundamentum adducit,illuduè rationibus, authoritatibuſq; Sacræ Scripturæ probat Melchior Cano *de locis Theolog. lib. 5. quæſt. 5. ſiue vltima poſt. 2. concluſ.* §. *deindè Eccleſia*, vbi expreſsè inter alia, inquit, *quæ autem ratio id de Eccleſia conuincit,eadem conuincit de Concilio*(ſubdens) *Quare quemadmodùm concilium falſa Plebi proponere credenda nequit,ſic nec mala poteſt proponere facienda*, primùm reſpicit fidem, ſiue credenda, ſecundum bonos mores,ſiuè facienda,& ante ſecundam concluſionem, in qua idem aſſerit, & probat §. *Præterea*, poſt relatū Decretum Concilij Conſtantien. ſeſſ. 13. quo condemnantur,vt hęretici, qui dixerint Eccleſiam errare in cōſuetudine adminiſtrandi Populo Euchariſtiam ſub altera tantum ſpecie, quod decretum (moderando tamen illud) approbauit Martinus, diffiniendo ſupradictos tanquàm hæreticos, vel ſapientes hęreſim,coercendos eſſe ſub eadem namq; cenſura,Eccleſia igitur (inquit ille,) in morum huiuſmodi iudicijs non errat,& ex conſequenti,nec Concilia Summi Pontificis authoritate roborata.

27 Hoc idem,ſed clariùs dixerat, atque
§. 1. probauerat in priori concluſione eiuſdem præcitatæ quæſtionis 5. ipſemet Melchior Cano.

Sanè infallibilitatem Summi Pontificis Romani in diffinitiuis iudicijs eorum,quæ ſpectant ad fidem, ſiue ad bonos mores ad communem Eccl. vtilitatem ordinata, euidenter oſtendit Argumentum illud efficaciſſimum, quod

Conci-

Concilia antiqua, & moderna ſemper celebrata fuere Sedis Apoſtolicæ authoritate, illaq; contradicente ſoluta ſunt.

§. 2. Ideò Iſidorus in præfatione ſua in opuſc. *Conciliorum, & Decretalium Epiſtolarum*, inter alia inquit, *nec vllam Synodum ratam eſſe legimus, quæ non fuerit Apoſtolicæ ſedis authoritate congregata, vel fulta.*

Punctum Vigeſimumoctauum.

De Remiſſione Actorum Conciliorum ad Papam, ad effectum Confir.

§. 3. INſuper conſueuerunt Patres in Synodo congregati, Pontifici Romano, tanquàm Summo, & infallibili iudici acta Conciliorum, materiam fidei, ſiuè morum continentia, remittere approbanda, transferenda, declaranda, ſiuè moderanda *ex Conc. Calcedonen. act.* 3. de quo etiam optimum habemus teſtimonium in Concil. Lateranen. ſub Leone X. *ſeſſ.* 11. Vbi legitur, *conſueuerunt antiquorum Conciliorum Patres, prò eorum, quæ in ſuis Concilijs geſta fuerunt corroboratione, à Romanis Pontificibus subſcriptionem, approbationemq; humilitèr petere, & obtinere.*

§. 4. Quod obſeruarunt Patres Concilij Nicæn. ſub S. Syluestro celebrati 318. Epiſcopis præfati Concilij confirmationem petentibus ab eodem Syluestro tunc Pontifice Romano, quam legimus obtentam in actis Concilij Romani ſub eodem Sancto Syluestro pariter celebrati, præſente Magno Conſtantino, & Matre eius Helena, vbi inter alia multa habetur, quod, *qui auſi fuerint diſſoluere diffinitionem Sancti, & Magni* Concilij *Nicæni illicò anathematizantur*. Idem ſeruarunt Patres Epheſini, Calcedonen. 6. Conſtantinopol. 7. Niceni, Romani ſub Symacho, Cartaginen. Sardicen. & nouiſſimè Tridentini; in primo enim tomo Conciliorum extat Epiſtola *ad Cæleſtinum*, in qua Patres Concilij Epheſini ſcribunt per ſequentia verba. *Quoniam neceſsitas poſtulauit, vt quæ conſequuta ſunt in hac ſancta* Synodo, *omnia ad cognitionem ſanctitatis tuæ referrentur, neceſſario ſcribimus &c.* & Gelaſius *ad Epiſcopos Dardaniæ*, *Prima Sedes Petri unamquamq; Synodum ſua authoritate confirmat, & continuata moderatione cuſtodit pro ſuo ſcilicet Principatu quem B. Petrus Apoſtolus Domini voce perceptum, Eccleſia nihilominus ſubſequente, & tenuit ſemper, ac retinet.*

§. 5. Et meritò quidèm cum Petro, cuius à Domino Ieſu Chriſto eſt glorificata confeſſio, cuiuſuè fides omnes deſtruit hæreſes, ac pariter ſucceſſoribus ipſius dictum ſit, *ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos* Petri nomine non ſolum perſonam Petri intellexit Saluator, ſed omnes Romanos Pontifices ipſius Petri ſucceſſores in eadem cathedra ſedentes; ita communiter ſentiunt SS. PP. ideò dicebat S. Athanaſius Epiſtola aliàs relata, quam ipſe vna cum alijs Patribus Concilij ſcripſit ad *Fælicem Papam; Vos, Prædeceſſoresq; veſtros, Apoſtolicos videlicet Præſules, in Summitatis arce conſtituit Deus, omniumq;* Eccleſiarum *curam habere præcepit, vt nobis ſuccurratis*, hoc eſt membris Eccleſiæ, Quibus verbis liquidò conſtat nomine Petri, quo ad ea, quę reſpiciunt authoritatem clauiũ, intelligi Romanos etiàm Pontifices, quotquot ſunt, fuerunt, & erunt; vnde S. Cyrillus Alexandrinus lib. *Theſaurorum*, quem citat S. Thomas opuſc. *cõtra errores Græcorum* poſtquàm dixit, *Petro omnes iure Diuino inclinant caput, & Primates mundi tanquam ipſi Domino Ieſu obediunt*, ſubdit, *debemus nos, vt qui membra ſumus, Capiti noſtro Romano*

Digitized by Google

mano Pontifici Apoſtolicæ Sedis adhærere, vbi indifferentèr, & pro eodem intelligit Petrum, & Romanum Pontificem, atq; Apoſtolicam ſedem. Hoc namque clariùs expreſſit Leo vj. Imperator Chriſtianiſſimus in quodam ſermone anno 880. circiter, qui inter multa dicit *Vndè manent vſque in hodiernum diem Petrus ſequens Chriſtum in ſucceſſore ſuo*, de quo Petro, & ſuis ſucceſſoribus loquens Chryſoſt. hom. 3. *in acta Apoſtolorum*, inquit, *is omnes habet in manu, eſt enim fratrum confirmator, quorum curam*, (vt aſſerit idem Chryſoſt. *lib.* 2. *de Sacerd.*) *tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus cōmiſsit Christus, in Petri etenim Sede, ſua viuit poteſtas, excellitque authoritas* (quemadmodū teſtatur S. Leo *Serm.* 2. *ſuæ aſſumptionis*) *quam sacram* Petri *Sedem, in qua idem Petrus, nunc vſq; in ſuis ſedet Succeſſoribus, Roma caput Orbis effecta eſt*; S. Hieronymus in Epiſtola *ad Damaſum*; ità vt cum Poeta chriſtiano Mantuano dicere poſſimus, *Roma caput rerum eſt; Romam Deus eſſe ſuorum Pont. Sedem ſtatuit, quibus omnia cedant Regna.*

§. 6. Hinc eſt quod idem S. Hieronymus, ſcribens ad *Damaſum Papam*, cuius authoritas adducitur 24. quæſt. 1. cap. *Quoniam*, circà initium, poſt exageratum furorem Græcorum, tunicam Domini contendentium per ſchiſma diſcerpere, & tanquam vulpes, Chriſti vineam exterminare, inquit, *ideo mihi, cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore laudatam cenſui conſulendam, inde nunc meæ animæ poſtulans cibum, vndè olim Chriſti veſtimenta ſuſcepi*, & paucis interiectis, ſubdit, *cum ſucceſſore Piſcatoris, & Chriſti diſcipulo loquor, ego nullum præmium niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, ideſt cathedræ S. Petri communioni conſocior*, addens, *ſuper illam Petram fundatam Eccleſiam ſcio*.

Punctum Vigeſimumnonum.

Conuocatio Conciliorum ad ſolum Pont. Rom. ſpectat.

28 §. 1. OMNINO igitur deuitanda eſt quorundam ſcriptorū etiam modernorū doctrina, qui nouiſſimè aliqua vetera refricantes, magno, prolixoque Verborum apparatu in quadam defenſione circa aliam materiam ab illis ędită, in Epiſtola, quam vocant *dedicatoria* directa magno cuidam Principi Sæculari, contendunt quoad omne ſui poſſe (Deus ſcit quo animo) extollere etiam ſupra ſidera ſæcularem Principum poteſtatem, & fortè ſupra id, quod conuenit, nec verētur affirmare ad ſæcnlarem poteſtatem pertinere poſſe Generalium Cōciliorum in materia fidei, & morum congregandorum conuocationem, exemplo, inquiunt illius Magni Conſtātini, & Theodoſii Senioris, aliorumq; Imperatorum; (quo argumento vſi ſunt) etiàm hæretici ſuadere contendentium inſcio S. Syluestro Concilium Nicęnum primùm fuiſſe indictum; quod credunt probari ex Ruffino lib. 10. cap. 1. aſſerente, *ex Sacerdotū ſententia apud Vrbem Nicæam Sacerdotale concilium conuocat Conſtantinus*, ſed more Hæreticorum tacent, quod aſſerunt Patres in 6. *Synodo, actio.* 18. qui expreſſis verbis fatentur, quod Conſtantinus Imperator ſemper Auguſtus, & Syluester laudabilis, magnam, atq; inſignem in Nicęa Synodum congregant, antè cuius Concilij conuocationem miſſus fuit Oſius à S. Syluestro ad Conſtantinum, tunc in Oriente commorantem ad effectum conuocationis Concilij, de quo ſuprà, cui præfuit Oſius; vt primus Legatus Sanctiſſimi, quemadmodum latius tradunt Euſebius in vita Conſtant. lib. 2. c. 26; & Ba-

Digitized by Google

& Baronius ad annum 325. & alij omnes ferè Catholici, præſertim S. Athanaſius in Epiſtola *ad ſolit. Vitam agentes*, inter alia multa ſcribit, *quandò unquam iudicium Eccleſiæ ab Imperatore authoritatem habuit?*

§. 3. Idem Athanaſius *in apolog.* refert de eodem Oſio Epiſcopo Corduben. 1. ex legatis Syluestri in Concil. citat. quid ſcripſerit ad Conſtantinum. *nobis in hoc genere non præcipies, ſed ea potiùs nobis diſce* (concludens) *tibi Deus Imperium commiſit, nobis verò ea, quæ ſunt Eccleſiæ concredidit.*

Voluas reuoluaſq; hiſtoricorum fidelium monumenta, & inuenies incipiendo à Synodo Nicęna, vſq; ad Tridentinam, legitima omnia concilia congregata fuiſſe authoritate, vel aſſenſu Pont. Romani. Fateor quidem id aliquandò eueniſſe petentibus, & auxiliantibus Imperatoribus, qui neceſſitatibus Eccleſiæ, conſulentes aliquandò petebant, aliquandò gratum habebant celebrationem *Conciliorum.*

§. 4. Id omne dilucidatur, ſimulq; confirmatur, ſi attentè, vt decet conſiderentur verba, quibus vſus eſt Sanctus Syluester in confirmat. actorum Concilij Nicæni 1. quæ communiter, vt talia approbantur, & ſunt, *quicquid in Nicæa Bithiniæ conſtitutum eſt, &c. noſtro ore confirmamus, omnes, qui auſi fuerint diſſoluere diffinitionem Sancti, & Magni Concilij, quod apud Nicæam congregatum eſt ſub præſentia piiſſimi, & venerabilis Principis Conſtantini Auguſti, anathematizamus*, vti latiùs in actis Concilij primi Romani. non dicit *ſub authoritate*, ſed tantùm *ſub præſentia Imperatoris*, quibus verbis, non caſu, ſed data opera vſus eſt.

29 Laudes verò quibus SS. PP. celebra-
§. 1. runt acta eiuſdem Concilij Nicæni copioſè, fideliter, ac eleganter refert Franciſcus Coriolanus Capuccinus, in ſuo *breui compendio Conciliorum* Rom. impreſſ. 1624. *tit. de Concilio Nicæno §. huius autem.* circa finem actorum eiuſdem Concilij.

§. 2. Ideo Marcianus Imperator circa annum 450. rogat inſtanter Leonem Pontificem Romanum, vt dignetur venire, & Concilium Calcedonenſe congregare, vel ſaltem Legatos ſuos mittere, prout prolixè habetur in literis eiuſdem Imperatoris ad hoc directis Pontifici Romano harum literarum exemplar extat in præambularibus epiſtolis ad idem Concilium Calcedonenſe, ad quod Concilium miſit legatos, non Paſcaſium, ſed Paſcaſinum, & Lucentium Epiſcopos, ac etiam Bonifacium, & Baſilium presbyteros; non valentes igitur, vel non volentes tàm iſti, quam illi conſiderare in hoc temporum varietatem, ac ſtatum omninò diuerſum, quandò hæc fiebant per Imperatores; ità tamen mandante, & requirente Summo Pontifice Romano, ope tunc indigente, eorumdem principum proptèr immaniſſimas Chriſtianorum, tunc imminentes perſequutiones, quæ tempeſtas ex Dei miſericordia iam ſedata eſt. Diſtinguant igitur tempora, & ſpectata eorum varietate, Deo illos illuminante, cognoſcant hiſce temporibus Sanctam Sedem Apoſtolicam nequaquam reperiri in articulo, vel caſu illius neceſſitatis, in qua tunc inueniebatur; & vbi dicunt curſim, conuocationem Conciliorum fieri poſſe indulgentia Romani Pontificis, corrigant ſuum dictum, & clariùs, iuſtiuſq; ſcribant, id nunquam, neq; etiam modo fieri poſſe, niſi de licentia, & mandata expreſſo Summi Pontificis Romani; addentes certiſſimum eſſe, nullam penitùs authoritatem habere Principes circa Concilia congreganda, vel approbanda, ſed eorum præſentia tantùm confer-

Digitized by Google

conferre ad ornatum, decorem, & ad faciliorem obſeruantiam Conciliorum, quemadmodum ſcripſit Marcianus Imperator ad Leonem, dum inſtaret apud eundem Pontificem pro celebratione Concilij Calcedonenſis primi, exemplar quarum literarum inuenitur antè acta eiuſdem Concilij, vt paulò ſuperius dictum eſt, *de ſtudio, &c.* Vbi inter alia multa dicit, *volumus veram Chriſtianorum religionem, & Apoſtolicam fidem, firmam permanere, & ab omni populo pia mente ſeruari, &c.* qui pijſſimus Imperator in horum exequutionẽ edictum fecit Conſtantinopoli circa obſeruationem eorum, quæ definita fuere in Sancta, & vniuerſali Calcedonenſi Synodo, vti videre eſt ad finem actorum eiuſdem Synodi, p. 3. per ſequentia verba præceptiua, *oportet enim Calcedonenſem ſequi, in qua omnibus diligentèr quæſitis, ea definita ſunt, quæ pridem tres prædicti Cætus Apoſtolicam fidem ſequuti omnibus obſeruanda tradiderunt, &c.* & ad initium ipſius edicti declarauit, quod per tres Cætus intelligit Concilium Nicænum, Conſtantinopolitanum primum, & Epheſinum; in quo Neſtorius fuit damnatus, vt hæreticus.

§. 3. Et Theodoſius Imperator ſcribens ad Concilium Epheſinum primum conuocatum authoritate Cæleſtini Papæ, petente, & fauente Theodoſio iuniore Imperatore, quia, vt inquit Cæleſtinus ad eundem Imperatorem ſcribens, *pro veſtra enim Imperij ſalute geritur, quicquid pro quiete Eccleſiæ, vel ſanctæ Religionis reuerentia laboratur*, inſinuare volens Pontifex cauſam, & rationem, quare Imperatores ſuum præſtare debeant fauorem circà Concil. celebrationem, vt latiùs refertur. *96. diſtinct. cap. incipiente.* apertis verbis aſſerit, illicitum eſſe illum, qui non eſt ex ordine Sanctiſſimorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis intereſſe tractatibus (intellige diffiniendo) vbi palàm loquitur de Conuentibus, ſiuè Concilijs generalibus.

Punctum Trigeſimum.

Repræhenduntur Principes ſæculares, quod auſi ſint Concilia Generalia indicere.

NICOLAVS quoquè Papa in epiſtola, quam ſcribit ad *Michaelem Imperatorem*, ipſum repræhendit, quod propria authoritate conuocauerat Concilium contra Ignatium Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum, cuius opera Ignatius fuit depoſitus, & loco eius ſubſtitutus Photius, *quod totum* (inquit Nicolaus) *factum eſt contra legem, & bonos mores*: Contrà pariter voluntariam aſſertionem prædictorum modernorum, & aliorum idem temerè aſſerentium extant de directo verba ipſa Sixti tertij epiſtola *ad Orientales* dicentis, *Valentianus Auguſtus noſtra authoritate Synodum conuocauit*; & Hadriani ij. ad Imperatorem Baſilium, *voluimus per tuæ pietatis induſtriam Conſtantinopoli numeroſum conuocare Concilium.* Quod totum clareſcit ex verbis Bullæ Leonis X. regiſtratæ in actis Concilij Lateranenſis vltimi ſeſſ. 11. cuius initium eſt, *Paſtor Aeternus*, vbi ſacro approbante Concilio expreſsè decernitur, *ſolius Pontificis Romani munus eſſe Concilia indicere, transferre, ac diſſoluere.* Quam authoritatem confirmant teſtimonia ſacræ ſcripturę, Sanctorum Patrum, ac etiam Summorum Pontificum, atque Conciliorum, quorum verba in ſpecie in eadem Bulla referuntur.

§. 4. Idem quoq; clariſſimis verbis dixit Iulius ij. in Bulla indiction. vltimi Concilij Lateranenſ. §. *quod ſi tam, &c.* per ſequentia verba. *Prius diſcant* (ſcilicet contrarium tenentes) *reuoluant Sancto-*

Luc, Caſtell. de Cert. Glor. SS. R *rum*

rum Patrum, & Romanorum Pontificum vitas, & antiquum morem indicendi, & congregandi Concilium, necnon traditiones, ac leges ſuper his aditas a Patribus inſpiciant, videbunt huiuſmodi concilia à ſolis Romanis Pontificibus eſſe indicta (ſubdens immediatè) *& aliter indicta, rata non fuiſſe*. Quid quæſo clarius deſiderari poteſt in hac materia?

Punctum Trigeſimumprimum.

Cognouerunt & faſſi ſunt etiam Imper. ad ſolam Papam pertinere Conciliorum indictionem.

§. 5. QVAM veritatem agnoſcens Marcianus Imperator ſuis literis rogat Leonem Papam circa annum Domini 450 vt dignetur Concilium celebrare, eligendo locum, qui Pontifici magis placuerit. ex literis præambularibus ad Concilium Calcedonenſe. Addo ego id eſſe adeò certum, & euidens; vt ſit de fide tenere, quod ſolus Pontifex Rom. habeat facultatem conuocandi Concilia; & vltrà iam relata, quæ fortè ſufficiunt ad hanc ſtabiliendam conclusionem, ſe offerunt teſtimonia Socratis Scriptoris Eccleſiaſtici lib. 2. cap. 9. Sozomeni lib. 3. cap. 9 & Nicephori lib. 4. cap. 9. & 19. qui omnes de fide eſſe ſcribunt, & probant, *ſoli Romano Pontifici conceſſum eſſe à Deo congregare, & celebrare Concilia in cauſa fidei, & morum*. Hinc eſt, quod Iulius Papa contra Orientales pro Athanaſio malè ab ipſis condemnato ſcribens, inquit, *Regula veſtra nullas habet vires, quoniam veſtro Concilio nullus Eccleſiæ Romanæ legatus interfuit*. Et Pelagius 2. ad eoſdem Orientales ſcribens, ait, *Generalium Synodorum conuocandi authoritas Apoſtolicæ Sedi B. Petri ſingulari priuilegio tradita eſt*. Addo eſſe tam certum, quod ſolius Pontificis Romani ſit congregare concilia, vt hoc doceant ſacræ literæ, quemadmodum teſtatur inter alios Clemens Monilianus Cardinalis de Ara Cæli in *Cathol. inſtitut. cap. 107.* dum ait, *ſacræ literæ docent quod Concilium non debet ſine authoritate Papæ congregari*, vbi probat, quod dicit, adducendo loca in particulari ſacræ ſcripturæ idem demonſtrantia.

30 §. 1. Rationes verò, quare Sanctus Syluester vſus ſit (voluntariè tamen) opera, & authoritate Magni Conſtantini in conuocando generale Concilium Nicęnum primum, & Romanum primum inuenies apud Franciſcum Coriolanum Capuccinum in ſuo breui, ſed eruditiſſimo *compendio Conciliorum*. impreſſionis Romæ 1624. pag. 23. relicta tamen quarta ipſius ratione, quæ multis non placet.

Punctum Trigeſimumſecundum.

Non eſt vera Synodus, niſi authoritate Papæ conuocata.

§. 2. RADIX autèm horum omnium non alia eſt, quam quod Synodus Oecumenica, non eſt quoties Epiſcopi ad Imperatoris dictionem tantùm conueniunt in Chriſti nomine, ſed neceſſariò requiritur, vt ſint congregati *Matth.* 18. nomine illius poteſtatis, quàm Chriſtus ad ligandum, & ſoluendum, atq; ad Conuentus Eccleſiaſticos celebrandos ex propoſito inſtituit, ac Rom. Pont. tradidit; intellige tamen de Synodo, ſiue Concilio authoritatiuo perfecto, nedum ſecundum aliquem ſtatum Eccleſiæ, ſed ſimpliciter perfecto, quod conſtat ex capite, ac membris ipſiuſmet Eccleſię Catholicæ, prout latius apud Caietanum *tract. 1. de authoritate Papæ, & Concilij*, præſertim, *capit. 16.*

per

Digitized by Google

per totum, ad calcem cuius capitis ſoluit Caietanus etiam argumenta contrariorum, vbi etiam aſſignat rationes ob quas iuſtè Papa poteſt denegare celebrationem Concilij, hoc vno tamen ſtabilito, quod ſecundum communem ſenſum Theologorum poteſt congregari Concilium ſine Papæ authoritate ad tollendum ſchiſma in Eccleſia, quando eſſent plures, qui contenderent de ſummo Pontificatu, ita, vt ius eorum eſſet incertum, vt ſchiſma tunc auferatur, hac tamen cautela, vt priùs prætendentes eſſe Papam antea moneantur; an aliquis illorũ velit Concilium indicere, quibus renuentibus, Cardinales, Epiſcopi, ac alij, quibus competit de iure intereſſe Concilio, illud celebrare valeant, prout de facto aliàs congregatum eſt ad effectum, vt ſupra, & non aliter.

31 §. 1. Romanus enim Pontifex diuino iure caput omnium Paſtorum eſt, vtpotè Principis Apoſtolorum verus ſucceſſor, non autem Imperator; veri capitis quidem eſt membra ſua conuocare, atque colligere, ita Epiſcopi Moeſiæ ſecundæ in literis ad Leonem Imperatorem, quarum initium eſt, *Tranquilliſſime Principum, &c.* regiſtratis poſt Concilium Calcedonen. *parte tertia epiſtola* 32. folio mihi 381. vbi apertis verbis dicunt de Leone tunc Pontifice Romano quod ſit verè caput Epiſcoporum; id enim clariùs habetur in relatione Synodi Calcedonenſis ad Sanctiſſimum Papam Romanæ Eccleſiæ Leonem; cuius initium eſt, *repletum eſt gaudio os noſtrum, &c.* vbi inter cętera de Epiſcopis quingentis viginti ibidem congregatis dicitur. *Quibus tu* (ſcilicet Pontifex Romane,) *quidem ſicut membris caput præeras, in his qui tuum tenebant ordinem*, addentes, quod in illa Synodo confirmauerat, ſeruatis ſeruandis ea, quæ 160. *Sancti Patres congregati præſente magno Theodoſio, vt poſt veſtram Sanctiſſimam, & Apoſtolicam ſedem, honorem haberet Conſtantinopolitana*, rogantes, vt Summus Pontifex dignaretur acta ipſius Concilij confirmare, quod egit lætanter Leo, vti eſt videre in ipſius epiſtola ad Epiſcopos, qui in Sancta Synodo Calcedonenſi congregati fuerunt.

Sola Pontificis Romani authoritate poſſunt congregari Concilia generalia, ex Diuo Thoma, quæſt. de potentia quæſt. 10. artic. 4. in Reſponſione ad 13. argum. vbi inter quamplura ab eo rationibus, & authoritatibus optimè ſtabilita, de Pontifice Romano inquit, *cuius authoritate ſola, Synodus congregari poteſt, & à quo ſententia Synodi confirmatur, & ad ipſum à Synodo appellatur.*

§. 2. Cuncta hæc magis dilucida fient ex traditis à Ioanne Neapolitano in ſuis varijs qq. quæſtione 39. puncto 3. in ſolutione primi argumenti, dum inquit, *quandoq; Papa in Eccleſia primitiuà propter pullulationem hæreticorum conceſſit aliquod ius Imperatoribus, ac Regibus tàm in ſummi Pontificis electione, quam in Eccleſiâ gubernatione, quia pro illo tunc, ad inimicorum Eccleſiæ depreſſionem indigebat Regum, ac Imperatorum auxilio, ſed poſtmodum reaſſumpſit ſibi gladium correctionis eorum, & reaccepit ius Eccleſiaſticum, quod eis ex conditione ipſorum non conueniebat, vt patet in decretis diſtinct. 63. per totam.*

Punctum Trigeſimumtertium.

De effectu, & ſiu præſentia Imperatorum in Synodis Generalibus Eccleſiæ.

§. 3. ET in reſponſione ad 2. argumen. inquit idem Ioan. *Conſtant. Imper. non conſtituti effectiuè* Papam *eſſe caput omnium Epiſcoporum, & Sacerdotum,*

Digitized by Google

quia ſic conſtitutus eſt caput ab ipſo Chriſto, quando dixit Petro, Ioann. 1. tu vocaberis Cephas, ſed ſolùm inſtrumentalitèr; exhibuit enim ſua Imperiali potentia miniſterium, quo mediante cuncti, B. Syluestrum Summum Pontificem de facto recognoſcerent, tanquam de iure Diuino inſtitutum à Chriſto Domino caput omnium Paſtorum, atq; Sacerdotum. Et quod amplius eſt Pontifex Romanus dicitur, & verè eſt caput, nedùm Epiſcoporum, illiq; ſunt membra ipſius, ſed certum eſt, quod eſt caput Cardinalium, & ipſi quamuis Principes terræ, Romani Pontificis membra ſunt. Ioann. Andreas in cap. *Antiqua* de priuileg. citatus à Iacobo Caſtellano in ſuo tract. nouo de Canonizatione Sanctorum quaſt. 3. §. *nono quod*; vbi cumulat alias authoritates præſertim Canoniſtarum ad idē.

Ruffinus lib. 1. hiſtor. Eccleſiaſtic. cap. 2. de Conſtantino Magno refert, quod ſedere in Synodo Nicæna noluit, niſi prius annuentibus Epiſcopis ſimul congregatis, quibus inter quamplura dixit. *Deus vos conſtituit Sacerdotes, quibus poteſtatem dedit de nobis quoq; iudicandi, ideo nos rectè à vobis iudicamur,* & Liberatus *in Breuiar. c.* 3. narrat de Marciano Imperatore, qui interfuit Calcedonenſi Concilio, exemplo Magni Conſtantini ad confirmandam fidem ibidem per Patres determinatam, nullo autem pacto ad ſuam virtutem, ſiuè potentiam oſtendendam, ſed cum humilitate, & reuerentia in hoc imitans Magnum Conſtantinum; itaq; ſacri Imperatores Synodis interfuere, non vt quidquam definirent, ſed vt effrenem hæreticorum temeritatem ſua præſentia reprimerent, vtq; eorum opera, cuncta tranquilla quiete agerentur.

32 §. 1. Petrus etiam de Aragonia ad 2. 2. D. Thomæ q. 1. art. 10 *tractatu de Eccleſia* in reſponſione ad argum. §. *ad confirmationem. Reſpondetur* (inquit) *ſi aliquando ſubſcripſiſſe dicuntur Reges, & Imperatores in aliquibus Concilijs, quòd quidem rariſsimè contingit, id non fecerūt tanquam diffinitores rerum fidei, ſed vt ſubſcriptione ſua teſtarentur ſe recipere illam fidem, & operam daturos vt ea inuiolata ab omnibus ſeruaretur.*

§. 2. Quod magis declarat in reſponſione ad primum argumentum, dum ait, *ad Reges pertinet deteſtari impiam doctrinam, & illam armis, & gladio perſequi, ad quod tamen neceſſarium eſt, vt præcedat iudicium determinans (videlicet Eccleſia) quæ ſit vera, quæuè falſa doctrina, Cæterum huiuſmodi iudicium facere, non ad Reges, ſed ad Epiſcopos pertinet*, intellige in Concilio generali ritè congregato, authoritate ſcilicet, Summi Pontificis Romani.

§. 3. Ex qua doctrina communiter à Theologis recepta, atq; approbata, rectè colligitur, poteſtates ſæculares nequaquam poſſe ſecundum illorum proprias affectiones, vel, vt alijs ſatisfaciant, vi, & armis repellere hanc, vel illam doctrinā, ſiue opinionem, vel ſententiam, ſed illam tantum, quæ iam anteà falſa expreſſè declarata eſt per Eccleſiam, & non aliter, nec alio modò.

Punctum Trigeſimumquartum.

De obedientia, & reuerentia PP. in Concil. congregatorum erga ſummum Pont.

33 §. 1. INSVPER pro certo, atque indubitato ſupponendum eſt, in conſuetudinem iam eſſe redactum propter ſuperiùs relata, & alia inferius dicenda, quemadmodum etiam prolixè conſtat ex hiſtorijs, & actis Conciliorum, nedùm, acta eorumdem Conciliorum eſſe remittenda ad Summum Pontificem Romanum confirmanda, verum

rum etiam ſapientiſſimos Patres vna cum legatis ad Concilia deſtinatis abſque eodem Pontifice Romano quicquam non diffiniſſe, præſertim in materia fidei, inconſulto eodem Romano Pontifice; hocq; obſeruatum fuiſſe in omnibus Concilijs, teſtatur inter alios Cardinalis Turrecremata Ordinis Prædicatorum, *lib. 3. de Eccleſia cap. 33. & 34.* vbi nonnullis argumentis in re, & in facto fundatis probat euidentèr hanc laudabilem conſuetudinem, quam etiam meritò appellat *debitam reuerentiam erga Sedem Apoſtolicam.*

§. 2. Quam conſuetudinem obſeruarunt quoq; Patres Conc. Tridentini, quemadmodum aſſerunt quidam ex illis Patribus inter quos vnus eſt Andreas Vega ordinis Minorum S. Franciſci de Obſeruantia, teſtis oculatus in expoſitione ſeſſionis ſextæ eiuſdem Concil. Tridentini, lib. primo cap. quinto. §. *& cum Deus*; vbi ait, *cum certum ſit non poſſe errare Conciliũ, accedente doctrina ſummi Pontificis Romani in diffiniendis rebus fidei, & morum* ſubdens, *materia etenim morum pertinet, & ipſa ad materiam fidei, non eſt enim ſolum contra fidem dicere Chriſtum non eſſe Deum, ſed etiam affirmare, quod vſura, vel ſimonia ſit licita, vt iam dictum eſt, & probatum,* deniq; concludit, *ideo non legitur Concilium aliquod ritè celebratum hactenus erraſſe*, id namq; manifeſtè aſſerit Marcianus Imperator in ſuis literis Leoni Papæ directis, quibus petebat inſtanter celebration. Concil, Calcedonen. illis verbis, *quæ Chriſtianæ Religioni, & Catholicæ fidei proſint, ſicut Sanctitas tua ſecundum Eccleſiaſticas Regulas definierit ſua diſpoſitione declaret*, vbi anteponit diffinitionem rerum tractandarum in Concilijs faciendam per Pontificem Romanum, declarationi, quam ſuper eiſdem poſtea condere debent Patres Concilij, meritò itaq; dicebat Sanctus Doctor Aquinas in tractatu *contra impugnantes religio:* quod Sancti Patres in Concilijs congregati nihil poſſunt ſtatuere, niſi Romani Pontificis authoritate interueniente, ſine qua, nec Concilium congregari poteſt; quam authoritatem valdè extollit Caietanus ſuo tractatu de *Authoritate Papæ, & Concilij cap. 8. num. 50.* vbi ponderatis diligenter ſingulis verbis eiuſdem authorit. S. Tho. tandem concludit. *Relinquitur ergo, quod Papa, qui ſolus eſt Pater, Paſtor, Doctor, Rector, & Gubernator omnium, & ſingulorum Chriſtianorum cum plenitudine poteſtatis, vota totius Eccleſiæ transferat in Concilium, congregando, & roborando, vt ei videtur expedire.*

35 Dominicus Bannes Ord. Prædicato-

§. 1. rum 2. 2. quæſt. 2. articul. 10. dubit. 4. in reſponſione ad ſextum argumentum, *quamuis* (inquit) *Poteſtas Pontificia confirmandi fratres in fide, ſit iuriſdictionis poteſtas, tamen hæc ſubdelegari non poteſt, cum ſit altioris ordinis, & quaſi participatio Propheticæ, quæ Summus Pontifex ſemetipſum exſuperat, & obligat ad credendum his, quæ à ſemetipſo tanquàm à Pontifice diffinita fuere,* ideo concludit per ſequentia verba, *quamobrem ſubdelegari non poteſt, niſi modo ſtatim explicando.* Ex doctrinà quidem Petri de Aragonia ad 2. 2. Sancti Thomæ, q. 1. articulo decimo, tractatu de Concil. contr. 3. poteſt Summus Pontifex per ſuos legatos poteſtatem diffiniendi, quę pertinent ad fidem Concilio legitimè congregato delegare, non autem alteri; idem latiùs repetit in reſponſione ad primum argumentum, & hoc potiſſimè propter infallibilitatem ſententiæ iudicij Summi Pontificis Romani circa prædicta.

Punctum Trigeſimumquintum.

De Teſtimonijs Patrum Græcorum circa infallibilitatem Pontif. Rom.

35 §. 1. DE infallibilitate quoq; iudicij, ac determinationis vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ, egregiū teſtimonium præſtat S. Athanaſius, vnà cum Epiſcopis Aegypti, Thebaidis, ac Libiæ ſimul congregatis in Concilio Alexandrino ſub Liberio primo, celebrato circa annum 362. cui præerat Athanaſius ex authoritate, & mandato ipſius Liberij, ad quem Liberium tunc Romanum Pontificem remiſit acta eiuſdem Concilij confirmanda, quemadmodum patet ex verbis eiuſdem S. Athanaſij in epiſtola ad *Ruffinianum* regiſtrata in Synodo Nicæna ſecunda, vbi de actis prædicti Concilij Alexandrini loquens ait, *Romam miſſa ſunt, Romanamq; Eccleſiam omnia comprobaſſe conſtat*. In literis vero ſummo Pontifici directis, quibus petebatur confirmatio, de qua ſupra, nomine Athanaſij, & Patrum Cōcilij inter alia dicitur, *tu prophanarum hæreſum, atq; imperitorum omnium infeſtantium depoſitor Princeps, & Doctor, caputq; omnium orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei exiſtis*; & meritò quidem, cum Pontifex Romanus à Domino Ieſu Chriſto, vt caput eſſet Eccleſiæ in B. Petro accepit, atq; de paſcendis Dominicis ouibus, & fratribus confirmandis expreſſum; & ſpeciale noſcitur habuiſſe mandatum, quemadmodum inter quam plures alios affirmat Alexander iij. ad Archiepiſcopum Piſanum, Epiſcopos, atq; Abbates per Tuſciam conſtitutos, cuius Bullæ exemplar inuenitur ad initium Concilij Lateranenſis ſub illo celebrati, cuius initium eſt, *Quoniam in agro Domini*.

§. 2. Idem fundamentum de infallibilitate vberius adducit, atq; probat multiplici ratione, & authoritate Sacræ Scripturæ, ac Sanctorum Patrum conſtabilitum Cardinalis Turrecremata in ſua ſumma *de Eccleſia lib. 2. cap.* 109. 110.

36 §. 1. Aſſerta pariter in prædicto fundamento certiora fiunt ex aſſiſtentia ſpiritus veritatis, quam habet ſummus Pōtifex Romanus in Iudicandis, ſiuè decernendis illis, quæ pertinent ad fidem, vel ad bonos mores totius Eccleſiæ, iuxtà illud Ioannis 14. *Spiritus Sanctus, qui à Patre procedit, docebit omnem veritatem*.

Punctum Trigeſimumſextum.

Teſtimonijs multorum probatur aſiſtentia Spiritus Sancti, quam habet Papa in ſuis diffinitionibus.

§. 2. QVAM aſſiſtentiā tradunt Theologi inferius adducendi, pręcipuè Melchior Cano Epiſcopus Canarienſis *de locis Theologicis lib. 5. cap. 5. quæſt. 5.* poſt primam concluſionem §. *Præterea*, verſ. & *ſpiritus veritatis*, inhærendo authoritatibus Sacræ Scripturæ, ab eo in particulari ibidem fideliter adductis, præſertim Matth. 16. prout latiùs ibidem. hanc aſſiſtentiam Spiritus ſancti indicant verba D. Thomæ, *quodlib.* 9. ſæpè inferius citando, quemadmodum inter alios ex doctr. D. Tho. expreſſe affirmat Bannes 2. 2. q. 1. art. 10. dubio 2. in reſponſione ad 1. argumentum.

Punctum Trigeſimumſeptimum.

Sanctitas canonizandi non humana, ſed diuina ratione cognoſcitur.

§. 3. HOC idem colligit Didacus Nugnus ex doctrina B. Thomæ in ſuis

ſuis commentarijs ad 3. *partem qu.* 20. *art.* 3. *difficult.* 4. *poſt reſponſionem ſecundi argumenti ad ſecundam, & tertiam probationem*, aſſerens, qualiter in Canonizatione Sanctorum non dignoſcitur Sanctitas illius, qui debet Canonizari humana ratione, ſed potius Diuina, addens, *licet enim diligentiæ quæ fiunt, humanæ ſint, in alijs tamen aſsiſtit Spiritus ſanctus, itaut in his quæ pertinent ad informationem opportunam, quod Sanctus de facto Canonizetur, non poſsit eſſe error circa eſſentialia Canonizationis*; Quam doctrinam, vt mihi videtur, deſumpſit ex traditis à Turrecremata *lib. 2. de Eccleſia. cap.* 15. præcipuè ad finem, §. *ipſe enim*, quæ eſt D. Thomæ opuſculo pręcitato *contra errores Græcorum cap.* 32. Vbi dicitur, *Chriſtus Dei filius ſuam Eccleſiam conſecrat, & ſibi conſignat* (videlicet Petro, ſucceſſoribuſq; illius) *Spiritu ſancto, quaſi ſuo caractere, et ſigillo*, & poſt pauca ſubdit, *ſimiliter Chriſti Vicarius, ſuo primatu, & prouidentia, vniuerſalem Eccleſiam tanquam fidelis miniſter, Chriſto ſubiectam conſeruat*, addo ego, per vnitatem fidei, & ineffabilem veritatis Regulam, eorum præcipuè quæ pertinent ad fidem, ſiuè ad bonos mores vniuerſalis Eccleſiæ, vel ſalutem fidelium.

§. 4. Eandem concluſionem de aſſiſtentia Spiritus ſancti, quam habet Papa in actu particulari ſolemnis Canonizationis firmarunt, & tanquam certam ſtabilierunt doctiſsimi Patres Sacræ Rotæ Romanæ Auditores in quamplurimis relationibus Beatificationis, & Canonizationis diuerſorum Sanctorum, ſed clariùs in illa Canoniz. B. Andreæ Corſini *par.* 3. *tit. de prima conſideratione*, §. 1. *verſ. ideo, non errabit* Papa *in Canonizatione propter ſcilicet aſsiſtentiam Spiritus Sancti, quæ efficit* (inquiunt illi) *ne poſsit errare in faciendis Canonizationibus*; pro qua ſententia adducunt inter alios Troilum Maluetium *de Canonizatione Sanctorum* §. *aggredior, num.* 46. Ambroſium Caterinum, *de certa Sanctorum gloria* lib. 1. per totum, Dominicum Bannes 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *dub.* 7. Cardinalem Bellarminum *de Sanctor. Beat. lib.* 1. *cap.* 9.

§. 5. Doctrinam hanc de aſſiſtentia Spiritus ſancti modo ſupra explicato colligit etiam ex D. Thoma, Petrus de Aragonia 2. 2. *tom.* 1. *q.* 1. *art.* 10. *dub.* 2. *concluſ.* 2. hanc veritatem determinatam eſſe in Concilio Tridentino ſeſſ. 13. in Decreto de ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento exiſtimo, cuius verba poſt medium ſunt. *Eccleſia Catholica ab ipſo Ieſu Chriſto Domino noſtro, & eius Apoſtolis erudita, atq; à Spiritu ſancto illi omnem veritatem in dies, ſuggerente edocta* vbi liquidò fit ſermo de veritate eorum quæ pertinent ad fidem, & ad bonos mores pręſertim in quorum diffinitione Spiritus ſanctus ſuggerit Eccleſiæ omnem veritatem.

§. 6. Franciſcus quoque Pitigianus ex ordine Minorum S. Franciſci de obſeruantia in ſua *ſumma Theologiæ ſpeculatiuæ moralis in* 3. *ſent. Scoti p.* 2. *diſtinct.* 25. *qu.* 2. *art.* 4. *ad tertium argumentum principale*, ac etiam *art.* 5. de mente Scoti Doctoris ſubtilis tradit, & probat, quod in prædictis Papa habet, ne poſſit errare ex aſſiſtentia Spiritus ſancti, vt dictum eſt.

Punctum Trigeſimumoctauum.

Semper diffinitiones Papæ in materia fidei, & Morum ſunt vera, ac indubitatæ.

37 §. 1. IMMO in reſponſione ad ſecundum argumentum principale aſſerit, dato quod Papa eſſet hæreticus, intellige in ſe ipſo, licet nondùm manifeſtus,

Digitized by Google

ſtus,neq; declaratus extrinſecè,ſi tamen aliquid determinaret;quod ſpectaret ad fidem,vel ad bonos mores, abſq; dubio diffiniret verum,& rectum, quia Pontifex eſt;ſubdens rationem,*promiſſio enim Chariſmatum, & gratiarum non datur perſonis propter ſe ipſas, ſed propter bonum commune Eccleſiæ, Chriſtus enim caput illius (errantibus Pontificibus) conſeruat nihilominus per illosmet Eccleſiam, ideo non patitur propter Eccleſiæ conſeruationem illos errare in Decretis fidei, ſiue morum, quamdiu Pontificis Officio funguntur.* Hoc idem conſueuerunt probare Scholaſtici, ſummiſtæ, & Canoniſtæ exemplo Caiphæ,qui,& ſi malus, verumtamen prophetauit, cum eſſet Pontifex anni illius, quando dixit,*expedit,vt vnus homo moriatur &c.*

§. 2. Quam doctrinam de Papa hæretico, verum tamẽ determinante, expreſſe docuerant ante illum alij Theologi, inter quos vnus eſt Caietanus in tractatu *de authoritate Papæ & 22. quæſt. 11. art. 2. §. in eodem 2. art.* Viguerius in *ſuis inſtitut. tit. de virtut. fidei cap.*10. & §. 3. & Bannes *ad 2.2. S. Thomæ q. 1. art. 10. dub. 2. principali, in reſponſione ad ſecundum argumentum,* ad prædicta ſuperaddens; *dato quod Pontifex eſſet Hæreticus, diffiniret veritatem modo iam dicto; ac explicato, etiam contra propriam, & perſonalem ſententiam,& hoc ex inſtinctu Spiritus Sãcti,etiam quod clare tunc intelligat illud verum ab ipſo diffinitum eſſe contrarium omninò ſuæ ſententiæ perſonali,ita diſponente Spiritu veritatis, qui omnia poteſt, quiq; aſſiſtit officio Summi Pontificis ne poſſit errare, vt Caput Eccleſiæ.* Regitur tunc Papa ſicut à quodam Doctore à Spiritu Sãcto,qui interius pręſidens ipſum illuminat, docet, & inſtruit quid in rei veritate agere debeat, ideò tunc loquens,ab inſtinctu Spiritus Sancti regitur, inclinaturq; ad illud verum, rectumq; diffiniendum, miniſtrante ipſi efficaciam recta diffiniendi ipſemet Spiritus veritatis,dicente S. Leone Papa ad Flauium Cõſtantinopolitanum Epiſcopum,*prouidentia Dei, ſemper ſuis neceſſarium præſtat auxilium,*& Chriſtus Matt. 20. promittit ſe ſemper manſurum cum Eccleſia, & capite ipſius,ne poſſit errare, intellige in his quę fidei,aut morum ſunt, dum inquit, *ego ero vobiſcum vſq; ad conſummationem ſæculi*, ita vt poſſit cum Dauid dicere, pſalmo 142. *Spiritus tuus bonus deducit me*; hæc ex doctrina D. Thomæ ad Romanos 8. lect. 1. nam iuxta illud Chriſti,*non enim vos eſtis,qui loquimini,ſed ſpiritus Patris veſtri,qui tunc loquitur in vobis*,fides quippe interior Romani Pontificis Eccleſiæ non eſt neceſſaria,nec illius occultus,& priuatus mentis error Eccleſiæ Chriſti nocere valet;qua propter non eſt pariter neceſſarium, vt interioris fidei conſeruationi Romanorum Pontificum ſemper aſſiſtat Deus, ſed ſatis erit,dum ea decernunt,quæ fidelibus credenda ſunt, dumq; Eccleſiam Chriſti in fide, vel bonis moribus dirigunt vel inſtruunt

§. 3. ne deficiant, ne videlicet per publicæ poteſtatis errorem,faciant Eccleſiam in communi veritatis errore verſari,cum ſit magiſtra veritatis. Cano *lib. 6. de locis Theologicis, cap. 8. in reſponſione ad vndecimum argumentum*.

§. 4. Eamdem doctrinam tradit Didaçus Nugnus *tom. 2. ad 3. partem D. Thomæ q. 20. art. 3. difficultat. 3. concluſ. 3. & 4.* ac etiam Caietanus,& Bannes,vbi ſuprà, & eſt communis omnium Theologorum ſententia,præſertim Viguerij. Vbi ſuprà *tit. de virtute fidei cap. 10. §. 3. verſ. 13.* quo in loco. Verſ. *ego rogaui*, exponens illa verba Chriſti ad Petrum iuxta placitum Sanctorum Patrum *ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua*,inquit,*ex quibus verbis apparet Chriſtum*

Digitized by Google

ſtum non oraſſe pro fide Petri, vt priuata perſona, cum vt talis defecerit, ſed pro fide Eccleſiæ Vniuerſalis, cuius Caput erat Petrus, & futuri erant ipſius Petri ſucceſſores, quod non egit pro ſedibus aliorum Apoſtolorum, ſiue ſucceſſorum illorum, quos conſtat aliquãdo erraſſe ſubdens. *Romanam vero Eccleſiam nunquam inuenimus erraſſe*, & vt Reſpondeat quorumdam obiectioni, quæ apud nos nullius eſt momenti propter inferiùs dicenda §. *idem*, apertis verbis inquit, *ſi aliquando non fuerint ſeruata ſeruanda, & error inueniatur, non debet adſcribi Eccleſiæ, aut ſedi Petri, vel Rom. ſed perſonæ priuatæ Pont, qui ſuo ſenſu non ſeruatis debitis regulis iudicare præſumpſit*; merito itaq; addunt ſemper Theologi; dummodo tamen ſufficiẽtem adhibeat diligentiam Pontifex Romanus.

Punctum Trigeſimumnonum.

De diligentijs neceſſario præmittendis ante definitionem fidei.

DIligẽtiam debitam nullo caſu, inquit Bannes, ommittere debet; & in reſponſione ad quartum argumenreplicatis eiſdem addit 22. *quæſt.* 1. *art.* 10. *dub.* 2. §. ad ſecundum argumentũ illius ſententiæ, & in reſponſione ad ſextum argumentum ex doctr. D. Thomæ: *neceſſitatem diligentiæ præmittendæ eſſe tam certam, quam certum eſt non poſſe Papam, ſiue Concilium errare in diffiniendis, quæ pertinent ad fidem* propter rationes efficaces ab eodem Bannes ibidem adductas inter quas illa vna eſt, *quia in publico fidei negotio non eſt diſtinguenda Apoſtolica Sedes ab Apoſtolico Præſide ob id non admittitur pro ſtatu Eccleſiæ militantis, ullo vnquã caſu, quod ſummus Pont. non adhibeat ſufficientem diligentiã ante diffinitionem veritatis fidei*; merito itaq; præſuppoſita ſemper diligentia, de qua ſuprà, ſimpliciter enunciant Theologi, quod ſummus Pontifex per ſe ſolum, errare non poteſt in prędictis diffiniendis, ita vt in actu diffinitionis, pręmiſſis iam debitis conſultationibus non ſit neceſſaria Cardinal. diffinitio, cum in illo reſideat firma, ac ſtabilis authoritas ad diffiniendum quodcunq; de fide, ſiuè de moribus.

§. 5. Non eſt dubitandum de aſſiſtentia Spiritus Sancti, addunt Doctores grauiſſimi, dato etiam, quod Pontifici Romano fieret reuelatio de Sanctitate, & gloria alicuius viri Dei, adhuc optimũ eſt, ac forte neceſſarium præmittere conſuetas diligẽtias, ne Populus ſimplex, vel male affectus inde occaſionẽ captet ſcãdali, ſiue obloquendi, cum in conſimilibus actibus ordinatis ad bonum commune Eccleſiæ teneatur Pontifex ex Paterna charitate, & vigilantia Paſtorali, non ſoli ſibi ſatiſfacere, ſed Eccleſiæ, & fidelibus, ac etiàm malignis omnem auferre ſpeciẽ mali, vel ſcandali vmbram juxtà regulas Prædeceſſorum ſuorum, & Sanctorum PP. *quæ enim à Deo ſunt Ordinata dicuntur*, ad Rom. 13.

Punctum Quadrageſimum.

Vindicantur nonnulli Pont. Rom. à Culumnijs quorumdam Scriptorum.

38 §. 1. NEQVE hic præteribo animaduerſionem illam valde vtilem contra falſas Hæreticorum calumnias, ac etiam trepidationes quorumdam Scriptorum Catholicorum, temerè, vel ignoranter aſſerentium, Honorium, quoſdamque alios Pontifices Romanos hęretica labe fuiſſe de facto palam infectos circa quaſdam materias fidei, & morum

morum, etenim intèr alios Theodoretus in Epiſtola *ad Renatum Presbyterum* loquens de ſancta Sede, & Pontificibus Roman. inquit, *ſedes gubernacula cuncti Orbis Eccleſiarum tenet, cum propter alia, tum quia ſemper hæretici fœtoris exors permanſit, neque vllus vnquàm, qui contraria ſentiret in ea ſedit, quin potiùs Apoſtolicam gratiam inuiolatam cuſtodiuit*. euidens quoq; eſt ex doctrina Concilij, & Patrum numquam Eccleſiam, ſiue Cathedram Romanam hæreticis prauitatibus fuiſſe pollutam, ſicut Conſtantinopolitana, Antiochena, Alexandrina, & aliæ, ideo rectè concludit Sanctus Cyprianus, *lib.* 1. *Epiſtola* 3. loquens de Pontificibus Romanis, *ad quos* (inquit) *perfidia non poteſt habere acceſſum*. Scio equidem, verba S. Cypriani, ac Theodoreti eſſe interpretanda primo, & principaliter de Pontifice Romano, vt Pontifex eſt, formaliter, ſed fateor etiam iuxta dicenda, eadem verba poſſe pro veritate trahi etiam ad perſonas Pontificum, quibus Deus ob dignitatem Pontificiam, neue hæretici confunderent, quod eſt proprium dignitatis cum eo quod eſt ſingulare perſonæ, & paſſim calumniarent ſanctam Sed Apoſt. illos præſeruauit veritatẽ apertis verbis tradit Albert. Pighius, *Eccl. Hierarch. lib.* 4. *cap.* 8. fundatam habens ſuam intentionem, quod Romanus Pontifex iuxta Chriſti pollicitationem fideles ſit confirmaturus in fide, &c. & ad argumenta contrariorum reſpondet, nullum legitimum Petri ſucceſſorem vnquam in hæreſim incidiſſe, dicens in particulari de Honorio, quod illius epiſtola de duplici voluntate in Chriſto, &c. fuit à Græcis vitiata, quemadmodum, & acta 6. Synodis, &c.

§. 2. Non eſt ſolus in hac pia ſententia, cum illum ſequantur alij, vt refert Bannes, etſi impugnator, & ille huius poſitionis vna cum Cano, vti eſt videre *ad* 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *dub.* 2. §. *Reſpondetur ergo ad quæſtionem*.

§. 3. Eamdem ſententiam, quod non errauerint Pontifices Romani in his, quæ fidei ſunt, defendit cum Pighio Franciſcus Pitigianus in ſumma *Theolog. p.* 2. *d.* 25. *q.* 2. *art.* 4. §. *ad argumenta*, vbi ſoluit in particulari omnia, & ſingula contrariorum argumenta, præſertim euertendo ſigillatim rationes, ſiue oppoſitiones Cani, & Bannes.

Eamdem negatiuam ſententiam docet, et probat Michael Mauclerus in *ſua monarchia, part.* 4. *lib.* 5. *cap.* 14. præſertim circa finem. Idem latius demonſtrat Cardinalis Bellarmin. *de Romano Pontifice, cap.* 14. Aeneas quoque Siluius in *Dialogo contra Bohemos, epiſtola* 130. *hoc auſi dicere* (ait ille,) *Romanus Præſul indubitatus nemo vnquam inuentus eſt falſæ doctrinæ publicus aſſertor*; non tamen negatur, quin poſſit errare etiam in fide, vt perſona priuata.

§. 4. Eandem ſententiam Pighij, quam à Theodoreto, & Cypriano fortè ſuſcepit, vt exiſtimo vbi ſupra, tanquam piam, & Summi Pontificis Romani extollentem dignitatem inſinuat Nugnus *ad* 3. *part. Diui Thomæ, quæſt.* 20. *art.* 3. *difficult.* 3. ſed inter alios eamdem tuetur, ac defendit Cardinalis Bellarmin. *lib.* 4. *de Romano Pontifice, cap.* 7. *&* 14. quam ſententiam extẽdit tanquam probabilem, ne dum ad id, quod eſt de facto, verum etiam ad poſſibile, aſſerens pium eſſe credere, tanquam probabile, Papam etiam, vt eſt perſona particularis hæreticum eſſe non poſſe.

§. 5. Suam hanc probabilem ſententiam præſertim probat hoc argumento, quia hactenus nullus eorum fuit hæreticus, vel certè de nullo probari poteſt.

Sed ante hos omnes hanc ſentẽtiam docuit, præſertim quoad ea, quæ tangũt perſo-

perſonam Honorij, *quod videlicet non errauerit in fide*, Turrecremata, *lib. 2. de Eccleſia cap.* 103. §. *ſi quidem*, *verſ. licet enim Honorio, &c.* vbi inter in alia introducit Emanuelem Caletum Græcum virum magnæ ſapientiæ ſacri Ordinis Prædicatorum in tractatu ſuo contra Græcos, euidenter oſtendentem calumniam eſſe Græcorum, præcipuè Patriarchæ Conſtantinopolitani Schiſmatici, & Hæretici in ſexta Synodo condemnati contra Honorium Papam, igitur, &c.

Ad horum autem maiorem claritatem, atq; firmitatem conſideranda ſunt, quæ Caietanus docet *tractatu 2. de authoritate Papæ, & Concilij part. 2. apologiæ cap.* 13. per totum, vbi in particulari ſoluit omnia argumenta, quibus contrarij contendebant Nicolaum iij. & Innocentium iij. Cæleſtinum, Ioannem 22. Honorium, & alios Pontifices Romanos determinaſſe aliqua cõtra fidem; vbi demonſtrat Papam non poſſe errare errore iudiciali in his, quæ fidei ſunt, addo ego, & morum.

§. 6. Eamdem ſententiam tuetur Franciſcus Agricola in ſuo tractatu *de Primatu Petri*, *cap. 21. tit. exigis*, *& germana interpretatio eorum, quæ perperam, & corruptè ab hæreticis afferuntur*.

§. 7. Qua occaſione præterire non valeo, ea quæ ad firmitatem maiorem prædictorum adducit Didacus Couarruuias *tom. 2. variar. reſolut. lib. 4. cap.* 13. ad initium; vbi recenſito errore Gratiani contra Anaſtaſium Papam, falſo aſſerentis prædictum Pontificem, voluiſſe occulte reuocare Acatium, & ſi non potuerit, ideo nutu Diuino percuſſum eſſe. §. *Cæterùm*; expreſſis verbis inquit. *Cæterum Albertus Pighius lib. 4. de Eccleſ. hierarc. cap. 8. multam aduerſus Gratianum ſcandeſcit in iram, pio quidem animo, & feruentiſsimo, in Apoſtolica Sedis Maieſtatem Zelo, quippe qui omni conatu contendat, Summos Pont. qui poſt Petrum, Sedem illam obtinuere, à labe hæreſis prorſus immunes fuiſſe. Nos miſſa modo facimus, quæ doctiſsimus ille vir, de alijs Pontificibus tractat, ea etenim nunc pertractare, noſtri non eſt inſtituti, Hunc tantùm Gratiani errorem, ipſum ſequuti, conabimur planè, ac funditus euertere, Lectorem admonentes quod non ſemel fecimus in ijs, quæ ad fidem hiſtoriæ pertinent, non eße omninò Gratiano credendum, Imò alios Authores legendos fore, quorũ ſit fides apud viros doctos in hac re diu probata, & recepta, Etenim falſa eſſe, quæ de Anaſtaſio Pontifice Gratianus commemorat; primum ex eo conſtat, quod cum Fælix huius nominis tertius Rom. Eccleſiæ Pont. Acatio Conſtantinopolitano Præſuli condemnationis ſententiam, qua dignitas ei abrogaretur miſiſſet, Ipſeq; Acatius mente, ſenſuq; omni captus, Papæ nomen à ſacro Albo exemiſſet, animo, & corpore vinctus, breui poſt, comunem omnibus ingreſſus eſt viam, mortemq; obijt adhuc viuente Fælice. Quemadmodùm obſeruari poteſt ex Euagrio lib. 3. cap. 18. & cap. 23. Nicephoro lib. 15. cap. 17. atq; ideo minimè potuit Anaſtaſius Acatium reuocare, iamdudum rebus humanis exemptum. Si quidem Acatius vita functus eſt ſub Fælice cui ſucceſſit Gelaſius, & huic poſt annos ſex Anaſtaſius. Idem probatur ex eiuſdem Anaſtaſij ad Anaſtaſium Cæſarem epiſt. quæ prima eſt ex Anaſtaſij ſecundi epiſt. Quò in loco ipſe Pontifex aſſeuerat Acatium iamdudùm Mortem obijſſe.*

Et multis interiectis tandem concludit male aſſertum à Gratiano pugnare de directo contra Fælicis, & Gelaſij decreta. Addens id omne eſſe Fabulam, quam inaduertenter ſequuti ſunt Platina, Volaterr. & Turrecrem. in Summ. de Eccl. lib. 2. c. 106.

§. 8. His addi poſſunt quæ ſcripſit Franciſcus

Digitized by Google

ſcus Corriolan. Capuccinus in ſuo Breui Compendio *de Conſ. gen.* Romę impreſſo apud Io. Paulum Gelium 1624. pagina mihi 207. & 208. §. *tertia eſt.* Verba eius expreſſa ſunt quæ immediatè ſequuntur. *Tertia Synodus eſt ea quam tempore Baſilij celebrauit per legatt ſuos Ioannes VIII. Adriani ſucceſſor, in qua Synodo, defuncto Ignatio, iterum reſtitutus eſt Photius, & ſi vera ſunt quæ Græci dicunt in Conc. Flor. ſeſſ. 9. & quæ refert ex hac Synodo Franciſcus Turrianus in lib. de Actis, 6. 7. & 8. Synodi reciſa ſunt plane acta præcedenti Synodo* ſub Adriano, quin etiam ſtatutum vt *tolleretur de Symbolo illa particula filioq;* & ſtatim ſubdit, *ſed nullam habet veriſimilitudinem, idcircò facile mihi perſuadeo, aut eſſe omnia conficta quæ dicuntur de Ioanne VIII. vt S. Antoninus docet in ſum. hiſt. part. 3. tit. 22. §. 10.* & non ſine fundamento quia ſchiſmatici, & Eccleſ. inimici multa confixere contra Pont. Romanos propter rationes inferius in hoc capite adducendas, varię etenim, frequentes; ac fere ſine numero ſunt inuentiones fabuloſæ præſertim Gręcorum ſchiſmaticorum ac hæreticorum contra Eccleſiam Catholicam Rom. & Apoſtolic. Magiſtram omnium Eccleſiarum, & aduerſus caput ipſius Summ. Pontif. Rom. calumnioſe conficta, vt optime demonſtrat, & ſimul confutat, inter alios Humbertus Sylua S. R. E. Cardinalis vir doctiſſimus, & Leonis IX. ad Imperatorem Conſtantinopolitanum legatus, in ſuis libris aduerſus calumnias Michaelis Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Leonis Archiepiſcopi Achridiani in Bulgaria qui libri inſeruntur in editione 4. Bibliothecæ Patrum tom. 2. p. 2. fol. mihi 199. & ſequentibus.

Punctum Quadrageſimumprimum.

Papa eſt ſupra Concilium, nullo autem pactu Concilium ſupra Papam.

39 §. 1. MVLTOQVE minùs audiendi ſunt, qui ex Concilio, Baſilęenſi, ac alijs non in totum approbatis Synodis, conantur (licet in vanum laborent) colligere argumentum, in rei veritate nullius roboris, & momenti, quo falſo credunt probare, Concilium dici ſuprà Papam, eo quia (vt optimè animaduertunt Turrecremata, Bannes, & alij quamplures) quando prædicta Concilia id decreuerunt, erant Acephala, ſine capite, & in aperto ſchiſmate, neque Eccleſiam repreſentabant, ac per conſequens ſine vlla legitima authoritate, ideo errare potuerunt, quemadmodum de facto in hoc, & in alijs multis errarunt; ob id à multis erratica appellantur, Turrecremata 2. *lib. de Eccleſia cap.* 100. præſertim §. *quinto Drecretà*, dum inquit *primo Decreta Conciliabuli Baſilæenſis non eſſe valida, quoniam ſicut de Decretis factis per Patres aliquos, obedientiæ Ioann. dictum eſt, ſunt Sanctorum Patrum ſententijs, ac præſtantiſſimorum doctorum in tota Schola Theologica doctrinæ aduerſa, & contraria.* Secundo valde miratur, quod in hoc, & alijs multis Aduerſarij Veritatis in illo Conciliabulo congregati tanta caligine mentis, & malitia cordis excęcati eſſent, vt in materijs fidei diffiniendis maluerint homines ſequi iam ab Eccleſia Dei in eorum doctrina in aperto damnatos, vti *Marſilium, & Occam* cum illorum complicibus, ex quorum falſa doctrina pro maiori parte fuere prædicta Decreta Baſilæen. compacta. tertiò, quod in illo Conciliabulo Baſilęen. fuerunt renouatæ opiniones nonnullæ erroneæ fraticellorum, & illorum ſequacium.

Pun-

Punctum Quadrageſimumſecundum.
De nullitate quorumdam Decretorum Synodalium.

§. 2. IDEO de nullitate Decretorum Conciliabuli Piſani, & Baſilæenſis legenda ſunt, quę optimè tradit Caietanus 2.2.*q.* 1.*art.* 10. §.*ad horum breuem. ver. in cuius ſignum*; ac illa pariter, quæ exactè ſcribit idem in illo ſpeciali tractatu primo ab illo ædito de *Poteſtate Papæ*, & *Concilij*, præſertim *cap.* 7. *&* 8. in quo (8. ſcilicet) egregiè reſoluit fallacias, ſiue leuitates hæreticorum contendentium probare Concil. eſſe ſupra Papam. Hinc eſt, quod Gelaſius Papa ad omnes Epiſcopos Dardanię ſcribens vti habetur 9.*q.*3. *cap. cuncta*, inquit, *per mundum nouit Eccleſia, quod Sacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi, neq; cuiquam de eius liceat iudicio iudicare*, deinde §. *ſed nec* expreſsè dicit, *Apoſt. Sedes abſq; ulla Synodo præcedente, & ſoluendi quos Synodus iniquè damnauerat, & damnandi nulla exiſtente Synodo, quos opportuit, habuit facultatem*; & pro ratione huius ſubdit, *& hoc nimirum pro ſuo principatu, quem Beatus Petrus Apoſtolus, Domini voce, & tenuit ſemper; & tenebit*, intellige per ſucceſſores ſuos Pontifices Romanos. Antherus Papa ad Epiſcopos Prouinciarum Beticæ, & Toletanæ, cuius verba referuntur, vbi ſupra 9. *quæſt.* 3. *cap. facta*, expreſſis verbis dicit, *facta ſubditorum iudicantur à nobis, noſtra verò iudicat Deus*; idem aſſerit Gelaſius Papa ad Fauſtum Legatum, vti videre eſt, vbi ſupra *cap. ipſi ſunt.*

§. 3. Pro firmiori veritate Concluſionis prædictorum, referam verba Sancti Leonis Papæ epiſtola 23. ad Clerum, & plebem Conſtantinopolitanæ Vrbis circa initium, vbi de nullitate Conciliij ſecundi Epheſini meritò reprobati in actis Concilij Rom. eodem anno 449. ad Kal. Octobris celebrati, verba faciens inquit, *nec iuſtitiæ illic moderatio, nec fidei eſt ſeruata Religio*, quæ verba abſq; dubio in veritate adaptantur in eodem prorſus ſenſu literali, & proprio, omnibus conuenticulis, & non legitimis Synodis, & clarius in epiſtola eiuſdem Sancti Leonis 24. ad Theodoſium Imperatorem, qui fraude, & dolo Chryſaphi ſui Cubicularij, vſurpata ſibi temerè auctoritate Pontificia contra ius, & conſuetudinem Eccleſiæ Concilium generale indixerat, in quo inter alia mala, & iniqua, confirmata fuit hęreſis Euthychiana. Vbi exagerans Sanctus Pontifex facinus illiuſmet Conciliabuli ſecundi Epheſini, inter alia multa inquit. *Hæc autem ideo culpa proceſſit, eo quod non pura conſcientia, & recto iudicio ſecundum conſuetudinem, hi qui collecti erant de fide protulerunt.*

§. 4. Neque ſuffragari poteſt in totum, vel in partem ad fauorem Conſtantienſis Concilij confirmatio Martini Papę Quinti, cum illa extendatur ſolum, ac tantum (vt optime demonſtrant Turrecrem. *lib.* 2. *Summæ de Eccleſia cap.* 99. *&* 100. Caietanus in opuſculo de *authoritate Papæ & Concilij, cap.* 8. *&* 9. & Cano *lib.* 3. *de locis Theologicis, cap. vltimo ad octauum, et nonum argumentum*) ad illa, quę ibidem fuerunt determinata cōtra Hęreticos, ſpecialiter in eiſdem Concilijs nominatos; doctrina hęc Turrecrematę, & aliorum, rata, atq; confirmata inuenitur in Conc. Later. ſub Leone 10. ſeſſ. 11. in Bulla *Paſtor Aeternus*, vbi ſacro approbante Concil. ſtatuitur, §. *nec illud*, contenta in Conc. Baſil. *poſt illius tranſlationem nullum robur habere potuerunt, cum ab illo tempore non Concilium, ſed Conciliabulum, immò potius conuenticula merito dici debeat.*

Digitized by Google

§. 5. Hanc veritatem de nullitate iſtius determinationis Concilij, ſiuè potius Conciliabuli Baſilæenſis, determinauit etiam Nicolaus V. dum inquit, *ea omnia poſt translationem Concilij Baſilaenſ. per fælic. mem. Eugenium iiij. Prædeceſſorem noſtrum facta à Baſilaenſi Conciliabulo, ſeu potius conuenticulo nullum robur habuere potuerunt*.

§. 6. Et Cardinalis Caietanus in oratione habita per ipſum in Synodo Lateranenſi vltima regiſtrata ad calcem ſeſſionis ſecundæ illius Concilij §. *tantum*, exagerando temeritatem Conciliabuli Baſilæenſ. illamq; execrando, vt decet, inquit; *Papam Concilio, & ſuo Conciliabulo Chriſti Vicarium ſubijcere conantur, quod tamen nihil aliud eſt, quam naturæ ipſius, rationiſq; ordinem peruertere, & filios Patri, & membra capiti, Paſtoriq; ipſi, ſuarum greges ouium præficere*, Vbi etiam Conciliabulum Piſanum appellat *turrim Babel, quæ in terra Sanaar confuſionem fecit*. Tandem circa hoc concludit, *illa Piſanorum nuncupata Synodus cauillantium, & aberrantium fuit congregatio*, idem de Conuentu Baſilæenſi dicit Simon Begnius Epiſcopus Modiuſien. in oratione habita in eodem Concilio Lateranenſi vltimo, regiſtrata, ſeſſ. 6. addens *Patres illius Conciliabuli egiſſe contra Sanctiſſimæ Nicænæ Synodi decreta, ſtatuta enim ſiue Decreta Concilij Nicani Sancti PP. appellant cæleſtia mandata, & Diuina oracula*, quibus addit S. Gregorius *lib.* 1. *epiſt.* 24. qui huic Nicæno Concilio 1. contradicit non eſſe Catholicum, ideo excõmunicandum.

§. 7. Itaq; cum D. Thoma 2.2. *qu.* 1. *art.* 10. & *q.* 11. *art.* 2. *ad tertium argumentum, & in quarto, quodlib. art.* 13. *opuſculo primo contra errores Græcorum, cap.* 66. *vſq; ad* 69. & *Opuſculo* 19. *contra impugnantes Religionem*, cum Turrecremata, *lib. de Eccleſia, cap.* 5. 27. 93. 70. & 94. & *lib.* 3. *cap.* 28. & 30. cum Pighio de Hierarchia Eccleſiaſtica, cum Sylueſtro verbo *Papa*, & alijs innumeris tenendum eſt abſolutè, ac ſimpliciter credendum, Papam eſſe ſuprà Concilium, & totam Eccleſiam, prout in hoc cap. ſuperius, & ſequenti latius dictum eſt, & dicetur.

Punctum Quadrageſimumtertium.

Papa non habet iudicem in terris.

§. 8. HVIVS veritatis argumentum efficax eſt, quod Concilium non poteſt Papam iudicare, cum in terris nullum habeat iudicem propter amplitudinem, ac ſuperioritatem Primatus, ſiue Principatus, dicente Symacho Papa iiij. in cap. *aliorum cauſa* 9. *quæſt.* 3. *aliorum hominum cauſas Deus voluit per homines terminari, ſed ſedis iſtius* (videlicet Apoſtolicę) *Præſulem ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio*; ſubdens, *voluit B. Petri Apoſtoli ſucceſſores Cælo tantum deberi innocentiam*, ideſt rationem de ſua innocentia, iuxta Archidiaconi expoſitionem; idem omninò habetur in antecedenti immediato cap. cuius initium eſt *nemo*, ex ſententia Innocen. Papæ ij. vbi gloſſa ad illa verba, *neq; ab omni Clero, argumentum* (inquit) *quod Concilium non poteſt Papam iudicare*; idem expreſſius habetur in Synodo prima Romana ſub Sancto Sylueſtro, ſeſſione vltima, in qua ſubſcripſerunt 283. Epiſcopi, & 42. Presbyteri, Diaconi quinque, ac etiam Conſtãtinus Magnus Imperator, & Mater illius Helena.

§. 9. Meritò igitur Caietanus 2.2. *qu.* 1. *art.* 10. & latius in tractatu *de authoritate Papæ*, & *Concilij* expreſsè inquit; atq; probat Papatum non eſſe ab Eccleſia, ſed à Deo immediatè; ita vt ab

Eccle-

Eccleſia, nec ortum, neque poteſtatem, tàm principaliter, quàm miniſterialitèr habet: Chriſtus namq; verus Deus non Eccleſiæ, aut Apoſtolorum miniſterio medio, ſed à ſe ipſo immediatè Papatũ inſtituit, cum dixit Petro *paſce oues meas Ioann. vltimo*; quamobrem rectè concludit, *igitur Papa præſidet Eccleſiæ, ità, vt non ſolum ſingula membra, ſed ipſamet communitas totius Eccleſiæ ſubſunt Papæ*; cumulatis deniq; alijs argumentis validiſſimis infert per modum neceſſariæ conſequentiæ, *ſolus igitur Papa præeſt toti Eccleſiæ, & non è conuerſo.*

Nam quemadmodum inter alios animaduertit Caietanus, Papam eſſe ſupra Concilium inuenitur definitum in Concilio Florentino, & Lateranenſi ſub Leone decimo, vbi decreta ſequentia leguntur expreſsè recenſita à Caiet. *ad artic.* 10. *q. p.* 2. 2. D. Thomæ *Cum etiam ſolum Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, tanquam authoritatem ſuper omnia Concilia habentem, Conciliorum inducendorum, transferendorum, ac diſſoluendorum, plenum ius, & poteſtatem habere, nedum ex ſacra ſcripturæ teſtimonio, dictis Sanctorum Patrum, ac aliorum Romanorum Pontificum, ſacrorumque Canonum Decretis: ſed propria etiam eorundem Conciliorum Confeſſione, manifeſtè conſtet.* Cui iure diuino competit, vt ſit ſummus totius Eccleſiæ Caput, & Pontifex Vrbis, & Orbis; idem Caietanus Opuſc. *de Primatu Eccleſiæ Roman.* Cano de *loc. Theolog. lib.* 6. *c.* 4. *& ſeqq.* Sotus 4. *ſent. d.* 20. *q.* 1. *art.* 4. *& diſt.* 24. *q.* 2. *art.* 5.

§. 10. Cuncta hæc firmitatem conſequuntur ex verbis S. Aug. *tract.* 46. *in Ioann.* relatis à S. Tho. 3. *p. q.* 8. *art.* 6. *ad* 3. *argum.* dicentis, *ſi præpoſiti Eccl. Paſtores ſunt, quomodo vnus Paſtor eſt, niſi quia ſunt illi, hoc eſt alij Epiſc. vnius membra Paſtoris,* ſubdens, *ſuntq; vnius capitis, & fundamenti membra,* videlicet Rom. Pontific. Idem docuit Cyrill. Alexandrinus, *lib. Theſaurorum*, ſemel, atq; iterum appellandò alios Paſtores membra Pontificis Romani.

§. 11. Hinc eſt, quod communis, & congruus modus dicendi Theologor. atq; Canoniſt. ille eſt, dato, quod aliquando Pont. Rom. errauerit in ſua ſententia, hic error neceſſario retorquendus venit in perſonam priuatam illius, nullo autem pacto tanquam in caput Eccleſiæ munera Pontificis exercens, propter ſuperius recenſita.

Punctum Quadrageſimumquartum.

De notis cognoſcendi, quando Papa determinat ex Cathedra, & vt Papa.

40 §. 1. QVærenti vero de notis, ſiue ſignis, quibus dignoſci poſſit, quando Summus Pont. Rom. loquatur ex Cathedra, ſiue vt Papa diffiniat ex relatis à Bannes, & Pitigiano vbi ſuprà, ac alijs reſpondendum eſt, quod ex quatuor ſignis ordinariè, ac ſingulariter id colligi poteſt. Primum eſt, quandò Pontifex decernit aliquid addendo ſequentem clauſulam, *qui oppoſitum ſenſerit, aut dixerit, anathema ſit,* quo modo loquendi vſus eſt Conc. Trid. ac alia Concilia antiqua in eorum decretis de fide, & frequentius Pont. Rom. Secundum, quando vtitur ſequenti modo loquendi; videlicet, *qui contrarium ſenſerit, tenuerit, aut docuerit tanquam hereticus habeatur,* Tetium quando præcipit diffinitionem ab eo factam ab omnibus fidelibus eſſe ſuſcipiendam, atq; tenendam, *tanquam fidei dogma.* Quartũ quando dicit, hoc, vel illud diffinitum fuiſſe ab illo de *conſilio tamen fratrum ſuorum.* Inueniuntur tamen alia ſigna ad idem, de quibus non poteſt tradi certa, atq; determinata regula.

Digitized by Google

Punctum Quadrageſimumquintum.

De aſſiſtentia Spiritus Sancti, quam habet Papa in actu canonizationis Sanctorum.

41 §. 1. Aſſiſtentiam pariter Spiritus ſancti, quam habet Papa, dũ ſolemni ritu præmiſſis præmittendis canonizat Iuſtos, probant quoq; Theol. atq; Canoniſtæ ex illo manifeſto inditio, ſiue argumento, quod nunquam infirmata fuerit fides Canonizationis alicuius Sancti ritè factę per Eccleſiam Romanam, quod in alijs cauſis ciuilibus non rarò euenire ſolet, quemadmodum cunctis notiſſimum eſt; quia *in re morali id, quod nunquam fuit, probabile eſt nunquam futurum, nec eſſe poſſe*; ita communiter omnes Theologi, & Canoniſtæ.

§. 2. Hinc eſt, quod Sanctus Antoninus *3. p. ſua ſumma tit. 12. cap. 8. §. 2.* quem in hac materia frequentèr citant, etiam Canoniſtæ, vti eſt videre in ſpecie apud Couarr. *Var. reſolut. tom. 2. lib. 1. cap. 10. n. 12. et 23.* qui inquit, *licèt abſolutè penſatis ſolis perſonis Papæ, & Cardinalium, Papa cum ipſis poſſit errare, ſuppoſita tamen Diuina prouidentia, & Spiritum ſanctum loqui per Eccleſiam, credendum* (ſcilicet Papam) *non poſſe errare, quantum ad bonos mores, & ad ea, quæ ſpectant ad fidem*, quod probat ex illo Lucæ 22. ſuperiùs citato; *ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*; quæ verba exponens Sanctus Auguſtinus, lib. *de corect. & grat. cap. 8.* ait, *quando rogauit, vt non deficeret fides eius, rogauit, vt haberet in fide liberrimam, firmiſſimam; inuictiſſimam, perſeuerantiſſimam voluntatem*; idem ſub alijs verbis tradiderunt Chryſoſt. *homel. 83. in Matthæum*, & Theophilactus, *cap. 22. Luc.* & Sanctus Lucius Martyr Papa primus, *in epiſtola prima ad Epiſcopos Hiſpaniæ, & Galliæ, Eccleſia* (inquit) *Romana Apoſtolica eſt, materq; omnium Eccleſiarum, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit, ſecundum ipſius Domini pollicitationem dicentis, ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, ideo portæ inferi non præualebunt aduerſus muniti ſſimam turrim Eccleſiæ.*

Punctum Quadrageſimumſextum.

De diſtinctione eorum, quæ pertinent ad fidem.

42 §. 1. SECVNDVM fundamentum continet diſtinctionem illam ſatis exploratam inter Theologos Scholaſticos primo ſenten. diſtin. 21. eo articulo, ſiuè quæſtione, in qua quæritur de numero notionum; & *an liceat contrariè opinari de notionibus diuinis*. Quam diſtinctionem expreſsè tradit S. Thomas, *1. par. quæſt. 32. artic. 4. in corpore, dupliciter* (inquit) *aliquid pertinet ad fidem, primo modo directè, & per ſe, alio modo ſecundariò, ſiue indirectè, & per accidens.* Eam ampliant, & declarant Caietanus, alijque expoſitores Diui Thomæ ad eundem articulum, præcipuè verò Bannes *ſecunda ſecundæ quæſtion. 11. artic. 2. dub. primo*. Vbi inter alia ſtatuunt, quòd opinari falſum de illis, quæ pertinent ad fidem primo modo, ſcilicet directè, eſt hæreſis, maximè adiuncta pertinacia. De hæreſi enim hic breuiter dicam cum Sancto Leone *epiſtola 31. ad Pulcheriam Auguſtam, Hæreſis quippe eſt nimis impia, Euãgelio veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, ſed ipſa Chriſtianæ Religionis fundamenta conatur conuellere, quam denique omnipotentis dextera, tanquam Diaboli arma confringet, & Diabolicam* 12

conta-

Digitized by Google

contagionem diſsipabit epiſtola 44. Idem Sanctus Leo *epiſtola 36. ad Martianum Presbyterum*.

Punctum Quadrageſimumſeptimum.

De grauitate peccati hæreſis.

§. 2. EST enim maximum peccatum hæreſis, cum plus noceat quam quod vis aliud graue peccatum, quia (vt inquit S. Thomas 4. ſent. diſtinct. 13. quæſt. 2. art. 2. in corpore) *ſubuertit fundamentum omnium bonorum, ſine quo nihil boni remanet*. Quamobrem merito concludit. *Ideo hæreſis eſt ex genere ſuo maximum peccatorum, quamuis ex accidenti, aliquod peccatum poſsit eſſe grauius.*

Si quis vero cupiat ſcire quare hæreſis, cum ſit maximum peccatum non computetur tamen inter vitia capitalia, conſideret quæ dicuntur à Diuo Thoma, vbi ſupra in reſponſione ad primum argumentum dicente, quod hæreſis à *Sanctis ponitur extra numerum peccatorum, quæ in fidelibus inueniuntur quaſi grauius eis*, (ideo ſubdit ille) *non computatur inter vitia capitalia, nec inter eorum filias*. poſt pauca ſubdens. *Si tamen ad aliquod de ſeptem capitalibus reduci debeat poterit ad ſuperbiam reduci*, quod etiam probat authoritate Sancti Auguſtini adducta à Magiſtro ſent. in textu, vbi ſupra, & in reſponſ. ad quartum argumentum. Idem Sanctus Thomas ait. *Quamuis ſchiſma fuerit grauius punitum quantum ad nouitatem pœnæ, quod expediebat, vt Prælati Eccleſiæ non contemnerentur, tamen infidelitas eſt magis punita quantum ad multitudinem punitorum, vt patet Exodi 20.*

Denique, vt maximam grauitatem abominabilis peccati hęreſis declaret in reſponſione ad quintum argumentum expreſsè, inquit. hęreſis ſecundum quod pertinaciam importat ſpecies eſt peccati in Spiritum ſanctum, quia eſt impugnatio veritatis agnitę. Ideo Sanctus Polycarpus Martyr Marcionem hæreticum, primogenitum Satanę appellabat, vt refert Euſebius, libro quarto, Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 14. & Leo Papa; vt habetur 24. quęſt. 3. *Quid autem* Magiſtros erroris, ſiue errorum nuncupat hæreticos.

§. 3. De illis vero, quę pertinent ad fidem ſecundario, ſiuè per accidens, vt alij dicunt, opinari falſum ex ignorantia, antequam eorum veritas determinetur per Eccleſiam, includit aliquid certò contrarium fidei, licèt non reputetur ſemper hęreſis, pręſertim ſi abſit pertinacia, quia non attinet ad aliquod myſterium neceſſariò de fide explicitè credendum, de eiſdem verò poſt determinationem Eccleſię opinari contrarium eſt hęreſis. Animaduertit paritèr Caietanus, quoad *rationem hæreſis in ſe conſideratæ ſufficit, quod ſit error in his, quæ ſunt fidei, ſed ad rationem hæretici formaliter requiritur, vltra hoc etiam pertinacia*. Supradictam diſtinctionem iterum adducit Sanctus Thomas *ſecunda ſecundæ, quæſtione prima, artic. 6. in reſponſione ad primum argumentum*, dum inquit, *aliqua ſunt credibilia, de quibus non eſt fides ſecundum ſe, ſed ſolum in ordine ad alia*; & paulò inferius in eadem reſponſione exemplificans de illis primi generis ait. *Vt ſunt tres perſonæ omnipotentis Dei, myſterium incarnationis, & alia huiuſmodi, de illis verò ſecundi ordinis, ſicut, quod Abraham habuit duos filios, quod ad tactum oſsium Eliſæi reſuſcitatus eſt mortuus, & alia huiuſmodi; & quæſtione 2. articulo quinto, in corpore, §. dicendum eſt*, docet expreſſis verbis,

Digitized by Google

quod *fidei obiectum per ſe eſt id, per quod homo Beatus efficitur, per accidens autem, vel ſecundario ſe habent ad obiectum fidei omnia, quæ in ſacra Scriptura diuinitus tradita continentur, ſicut quod Abraham habuit duos filios, Dauid fuit filius Iſai, & alia ſimilia*, deinde ſubdit, *quantum ergo ad illa credibilia, quæ ſunt, articuli fidei, tenetur homo explicitè credere illa, alia verò implicitè, & in præparatione animi, in quantum eſt paratus credere quicquid in Diuina ſcriptura, quomodolibet continetur*; quod etiam fuit inſinuatum in Concilio Foroliuienſi, vt refert Seraphinus à Porrecta, vbi ſuprà, ad ſecundum diſtinctionis membrum aliqualitèr pertinet, ac reduci poteſt Sanctorum Canonizatio ritè facta per Eccleſiam Romanam, propter rationes ſuperiùs propoſitas, & in quinto cap. huius tractatus latiùs adducendas, præſertim ſecundum ſententiam eorum, qui docent certitudinem Canonizationis eſſe de fide, quos inferius in particulari adducam ad ſextam cōcluſionem, cum in reuelatis illis ipſa Canonizatio contineatur, in quibus exprimitur infallibilitas iudicij Summi Pontificis Romani in diffiniendis eorum, quæ ſunt fidei, vel morum modo ſæpiùs explicato; ac iterum prolixius repetendo.

Punctum Quadrageſimumoctauum.

Canonizatio Sanctorum connumeratur inter illa, quæ fidei ſunt.

§. 4. IDEO Cardinalis Tuſcus tom. 1. *practicarum concluſ. Iuris tit. de Canonizatione Sanctorum, concluſ. 41. num. 5.* expreſsè inquit, *in articulo Canonizationis Sanctorum, licet non agatur de articulis fidei explicitè, tamen agitur de articulis fidei implicitè.*

§. 5. Idem patet ex adductis in ſequenti, cap. 4. præſertim, §. *circa hæc ponderandum, &c.* idem ſentit Ambroſius Catharinus, lib. 1. *de certa gloria Sanctorum tit. Rationes, quod Eccleſia Dei in Canonizatione Sanctorum non poteſt errare*, §. *quod vt*, dum inquit, *Canonizatio autem rem fidei ſecum habet annexam*; addens, *ita vt ſi hæc in re Eccleſia deciperet, aut deciperetur præiudicium fidei generaretur*; ideo concludit Eccleſiam in Canonizatione Sanctorum errare non poſſe. Quam propoſitionem, quoad omnem ſui partem probat ratione, atq; authoritate, præſertim S. Hieronymi ſuper epiſtolam ad Philippēſes dicentis, quod ſanctorum fides, & cultus terminatur in Deum. Quoduè Canonizatio Sanctorum pertineat ad fidem modo declarato, expreſsè tradit Caſtellanus, *tract. de Canonizatione Sanctorum q. vlt.* §. *in contrarium facit*, quod probat argumento deſumpto ex ſacris Canonibus ex doctrina D. Thom. *quodlib. 9. art. 16.* & Turrecrem. *lib. 2. de Eccleſ. cap. 109. & 110. & in cap. hæc eſt fides.*

§. 5. Hanc veritatem declarant, probant, atq; confirmant, quæ traduntur in diffinitione, ſeu deſcriptione Canonizationis à Doctoribus grauiſſimis aſſerentibus communitèr, *Canonizationem Sanctorum, eſſe quamdam fidei proteſtationem*, ex quo principio inferunt, *ergo ad Summum Pontificem Romanum pertinet.* Addunt etiam nonnulli, inter quos vnus eſt Viguerius *in ſuis inſtit. tit. de veritate fidei cap. 10. §. 3. veritat. 15.* ideò Pontifex Romanus ſeruando ritum, & ſolemnitates obſeruari debitas, errare non poteſt in actu ſcilicet ſolemnis Canonizationis.

Adeo certum, & euidens eſt Sanctorum Canonizationem pertinere ad fidem propter ſuperius iam adducta, & probata, vt etiam Ioannes 22. in Bulla directa Archiepiſcopo Piſano, & Epiſcopo

ſcopo Mutinenſi, ac dilecto filio Benedicto de Senis Præpoſito Eccleſiæ Colonienſis, Notarioq; Apoſtolico, continente commiſſionem inquiſitionis de vita, conuerſione, ac miraculis B. Gregorij Papæ X. ad effectum Canoniz. cuius initium eſt, *Fons ſapientiæ*, *Data Auinione ſexto Idus Maij*, *anno* 9. ſui Pontificatus; §. *verum licet*, expreſſis verbis pronunciat *Canonizationem pertinere* ad fidem, & eſſe negotium fidei; verba eius ſunt. *Attendentes tamen, quod Romana Eccleſia, præſertim in tanto fidei negotio* (vbi palam loquitur de Canonizatione Sanctorum) *cum magna maturitate procedere, vbi videlicet de re tam ardua quæritur, & de cæleſtibus indagatur, &c.*

Tertium fundamentum. abſq; vlla controuerſia inter illa, quæ pertinent ad bonos mores totius Eccleſiæ connumeratur Canonizatio Sanctorum ritè facta à Summo Pontifice Romano, ita tradit Sanctus Antoninus 3. *p. ſuæ ſummæ tit.* 12. *cap.* 8. §. 1. & 2. vbi citat authoritatem Ioannis de Neapoli, & Sancti Thomæ, *quod lib.* 9. *articulo vltimo*, Idem docet Melchior Cano de *locis Theologicis, lib.* 5. *cap.* 5. *q.* 5. §. *præterea*, dum inquit, *compertum eſt autem Canonizationem Sanctorum ad mores ſpectare*, idem expreſſis verbis Corduben. in ſuo *quæſtionario Theologico lib.* 5. *p.* 2. *propoſitione ſecunda.*

Punctum Quadrageſimumnonum.

De Canonizationis deſcriptione.

43 §. 1. COmmunis vero Canoniz. diffinitio ea eſt præter alia circa hoc idē receſita, c. 1. & 2. qua dicitur, quod *Canonizatio eſt Sanctitatis alicuius famuli Dei approbatio, certificatio, manifeſtatio, atq; propoſitio venerationis illius, toti Eccleſiæ Catholicæ ad ſancti imitationem, & beneficiorum Dei per eius inuocationem, impetrationem, ac receptionem.* Ex quibus rectè colligunt Doctores Catholici. Tria igitur ſunt de neceſſitate Canonizationis, Primum ſanctitatis Canonizandi approbatio. Secundum ſanctitatis illius receptæ, & acceptę à Populo Chriſtiano veneratio. Tertium fidei totius Eccleſiæ beneficia illius poſcentis confirmatio; itaq; nedum ad bonos mores verum, & ad fidem pertinet Canonizatio Sanctorum; idem colligitur ex Bullis Canonizationis Sanctorum præcipuè vero ex illa Canonizationis *Sancti Franciſci de Paula* relata à Surio de *Vitis Sanctorum tom.* 2. *ſub die* 15. April. Vbi inter cætera dicitur, *authoritate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, Beatorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra, de fratrum noſtrorum ſpeciali conſilio, & aſſenſu decernimus, atq; diffinimus bon. memor. Franciſcum de Paula in Cæleſti Hieruſ. inter Beatorum Choros iam receptum, æternaq; gloria condonatum fuiſſe, ac Sanctorum Confeſſorum Cathalogo adſcribendum fore, ipſumq; huiuſmodi Cathalogo in præſentiarum adſcribimus, & eum tanquam Sanctum publicè, priuatimq; colendum declaramus, atq; mandamus.*

Punctum Quinquageſimum.

De forma decretorum S. Congr. Rituum ad effectum Canonizationis.

44 §. 1. SACRA quoq; congregatio Rituum diligenter examinatis omnibus, ac ſingulis requiſitis ad negotium Canonizationis alicuius Sancti, tam per ſe ipſam, quam per ſacram Rotam, ſemel atq; iterum in conſimili caſu; Tandem conſueuit formare decretum tenoris, de quo paulo inferius, facta tantum mutatione nominis ſancti canonizandi,

zandi, & Illuſtriſſimi Domini Cardi-lis cauſam prædictam in eadem Congregatione referentis; ratio autem quarè, tot, tantæq; diligentiæ veniant præmittẽdæ, quamuis multiplex ſit, vt alias dictum eſt, hic referam breuiter eam, quam adducit Tabiena, vbi ſupra verbo *Canonizatio num. 1. §. nam 1. verſ. Papa vero non debet de facili moueri ad actum Canonizationis, maximè ad primam requiſitionem, ſed debet differre cõmiſsionem Inquiſitionis, vt interim videatur, an Canonizandi famam miracula comitentur.* Tenor prædicti Decreti ſacræ Congregationis Rituum eſt, qui immediatè ſequitur.

Decretum Sacræ Congregationis Rituum.

B. Thomæ de Villanoua.

Die Lunę 6. Decembris. 1622.

§. 2. D*Iſcuſſa diligenter, ac maturè perpenſa de mandato Sanctiſsimi Domini noſtri in ordine ad Canonizationem cauſa B. Thomæ de Villanoua Ordinis Sancti Auguſtini Archiepiſcopi Valentini, Sacrorum Rituum pluribus deſuper habitis ſeſsionibus Illuſtriſsimo Cardin. Millino referente cenſuit tuto poſſe Sanctiſsimum Dominum noſtrum, quandocunq; ſibi libuerit ad ſolemnẽ eiuſdem Beati Thomæ Canonizationem iuxtà Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum, & Sacrorum Canonum diſpoſitionem deuenirè, eumq; diſfinire Sanctum cum Deo regnantem, atq; vniuerſali Eccleſiæ proponere colendum, & venerandum.*

Franciſcus Maria Card. à Monte.

Loco ✠ ſigilli.

Petrus Ciammarcionus.

Beati Ludouici Bertrandi.

Die 22. Decembris 1622.

§. 3. D*Iſcuſſa diligenter, ac maturè perpenſa de mandato Sanctiſsimi Domini noſtri, in ordine ad Canonizationem cauſa, B. Ludouici Bertrandi Valentini, Ord. Prædicatorum, Congregatio Sacrorùm Rituum pluribus deſuper habitis ſeſſionibus Illuſtriſſ. Card. Pignatello referente. cenſuit tuto poſſe Sanctiſsimum Dominum noſtrum, quandocunq; ſibi libuerit ad ſolemnem eiuſdem B. Ludouici Canonizationem iuxta S. R. Eccl. ritum, & ſacrorum Canonum diſpoſitionem deuenire, eumq; diffinire Sanctum cum Deo regnantem, atq; vniuerſali Eccleſiæ proponere colendum, ac venerandum.*

Franciſcus Maria Card. à Monte.

Loco ✠ ſigilli.

Ioannes Bapt. Rinuccinus Secret.

Punctum Quinquageſimumprimum.

Quando per hæreſim Papa cadat à Papatu.

45 §. 1. CIRCA ſuperius tradita, in hoc cap. 3. inſinuabo etiam, quæ traduntur à Turrecremata in *Summa de Eccleſia, lib. 2. cap.* 102. ad exordium, collecta præſertim ex authoritate D. Thom. & gloſſæ, quas authoritates ibidem ad longum recenſet, dum inquit, *Papa per hæreſim notoriam, & contumaciter defenſatam cadit à Papatu, & vt talis poteſt iudicari per Eccleſiam, ſiue potius iudicatus à Deo declarari iuxtà illud Ioan. iij. qui non credit iam iudicatus eſt.* Quam ſententiam ferendam modo iam dicto, ſeruatis ſeruãdis demonſtrat eui-

euidenter quinque rationibus ibidem adductis, firmatis, atq; ſtabilitis authoritate Sacræ Scripturæ, ſacrorum Canonum, Sanctorum Patrum, & Theologorum Scholaſticorum.ſi lector maiora circa hoc cupit adeat authorem citatum loco adducto,atque Caietanum 1. *tom. tract.* 1. *de Authoritate* Papæ, *&* *Conci. cap.* 18. *& ſeqq.*

Punctum Quinquageſimumprimum.

De præeminentia dignitatis,ac poteſtatis Petri ſuper alios Apoſtolos,

46 §. 1. BREVITER notandum eſt pro reſponſione ad argumenta, quæ hæretici proponere conſueuerunt contra veritatem iam euidenter demõſtratam ad initium iſtius cap. 3. Præſertim circa Primatum Petri, ac ſucceſſorum illius Romanorum Pontificum, quod illud Actorum 8. vbi dicitur quod *Apoſtoli miſerunt Samariam* Petrum, *et Ioannem* exponendum venit id eueniſſe non per modum iuſſionis, & imperij, ſed hortando,& humiliter inſtando,ſperantes Apoſtoli ex aduentu Petri ibidem non modicam dilatationem fidei, & conſolationem fidelium, quia caput illorum erat.

§. 2. Pariter vbicunque legitur in S. Cypriano,vel alio Sancto Patre,Apoſtolos, cum Petro preditos eſſe pari conſortio honoris; illud neceſſario iuxta doctrinam eorumdem,præſertim Cypriani,& Leonis ſæpius ad exordium iſtius Capitis relatam exponendum eſt, nedum quoad dignitatem Apoſtolatus,verum etiam quoad poteſtatem remittendi peccata; cum Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam omnibus Apoſtolis dixerit; Ioann. 20. *quorum ſolueritis peccata remittuntur eis, quorum vero retinueritis, retenta ſunt*; tamen ſubdit Cyprian. de *vnit. Eccleſiæ, vt vnitatem manifeſtaret,vnam Cathedram conſtituit,& vnitatis eiuſdem originis ab vno S. Petro incipientem poſt Chriſtum ſua authoritate diſpoſuit,ideo Petro dicit paſce oues meas.*

Cardinalis Caietanus egregiè, atq; prolixè fundans omnia ſua dicta in authoritatibus Sacræ Scripturæ, Canonum, Conciliorum,Sanctorum Patrum,præſertim D. Thomæ; *tom.* 1. *tractatu* 1. *de authoritate Papæ, & Concilij cap.* 3. declarat quomodo Apoſtoli comparari poſſunt inter ſe primo inquantum Apoſtoli, & ſic omnes fuerunt æquales, ſecundo modo, vt oues Chriſti erant, cum ſint vnius ouilis omnes Chriſti oues, quarum vnus eſt Paſtor S. Petrus, cui dictum eſt *paſce oues meas*, itaq; Petrus caput conſtituitur à Chriſto totius ouilis ſui, & per conſequens omnium ouium, inter quas connumerantur Apoſt. Caput igitur erat, ac vertex Apoſtolorum, vt Chriſti oues ſunt; In hujus rei ſignum ſubdit Caietanus,vbi ſupra §. *ſi autem Petrus ſtatim cõſtitutus Paſtor Apoſtolorum curam Ioan. ſuſcepit,interrogans Chriſtum de illo,ac dicens,hic autem quid? vt patet Ioan. vltimo*, in quo cap. 3. reſpondet cuidam obiectioni, & tandem aſſignat quinq; differentias inter poteſtatem Petri, & aliorum Apoſt.quas late ibid.declarat,& probat;illas breuiter referam,ne ſuſpenſus interim remaneat Lector. prima eſt poteſtas Iuriſd. quæ fuit data Petro ordinarie, alijs vero Apoſtolis ex ſpeciali gratia, ſecunda, oriens ex prima,Petrus cõſtitutus fuit Vicarius generalis Chriſti,alij vero,velut delegati,tertia aliorum Apoſtolorum poteſtas iuriſdict. non erat ſupra ſe inuicem, ſed ſuper alios ab ipſis, illa vero Petri ſuper reliquos Apoſtolos, dicente illi ſoli Chriſto *paſce oues meas.* modo expoſito. quarta illa Petri fuit perpetua,hoc eſt ſucceſſoribus,quia data

data eſt Eccleſiæ dicente Sancto Auguſtino *tract.* 10. *in Ioan. cap.* 12. *ſi hoc Petro tantum, tibi ſcilicet dabo claues, dictum eſt, non fuit hoc* Eccleſia *ſi autem hoc in Eccleſia fuit*, Petrus *quando claues accepit*, Eccleſiam *Sanctam ſignificauit*.

§. 3. Perfidus Caluinus intelligens vim verborum S. Auguſtini more hæreticorum mutilauit illa, auferens verbum illud, ſiuè aduerbium *tantum*. Ideo Sanctus Auguſtinus ad pſal: 10. inter illa, quæ dicuntur de Petro in Ordine ad Eccleſiam, cuius Eccleſiæ perſonam verè gerebat propter Primatum, quem in diſcipulis, & fidelibus habuit, illud connumerat *tibi dabo claues regni Cælorum*, Illa vero aliorum Apoſtolorum cum ſolis perſonis eorum collata eſſet, cum illis finiebat.

Quinta, & vltima tangit eſſentiam poteſtatis. quoniam authoritas communiter Apoſtolis data ex vi Apoſtolatus, fuit velut poteſtas quædam executiua, ſiuè vt formaliùs dicam, fuit potius executio poteſtatis, quæ poteſtas, ideo à D. Thoma appellatur authoritas gubernandi, ſed certum eſt apud omnes, gubernationem de ſe formaliter dicere, ac ſignificare exequutionē. Authoritas verò, quam Chriſtus cōtulit ſoli Petro, quā factus eſt Papa, eſt vera potentia præceptiua, quam Sanctus Thomas merito vocat authoritatem regiminis, addit Caietanus (licet) copioſiùs propter quod dixit Sanctus Thomas ad Galatas 2. & ad Corint. 12. Paulus fuit par Petro executione non autem in authoritate regiminis.

Punctum Quinquageſimumſecundum.

Continens reſponſiones ad aliquas obiectiones contra prædicta.

§. 4. TANDEM Reſpondet ad illud, quod canit Eccleſia in præfatione miſſę dum vocat omnes Apoſtolos Vicarios operis Chriſti: dicendo hoc eſt quaſi Vicarios ad exequendum, quod totum vltra innumeras authoritates dilucidat quoq; exemplis.

Quod vero Petrus dexteram cōceſſerit Paulo, id exponunt Sancti Patres in ſignū amicitiæ, atq; conuenientiæ, & approbationis doctr. Pauli eueniſſe ſaltem quoad homines, nam cum eſſet à Deo inſtitutus Apoſtolus non indigebat ſimpliciter approbatione, eodem Paulo teſtante, contuli Euangelium cum Petro, quod eram in gentibus prædicaturus, ideò inquiunt Sācti Patres, & præſertim Sanctus Thomas, propterea Paulus ad miniſterium Petri acceſſit formam videlicet futuris fidelibus demonſtrans, vt ad Petri ſucceſſores ſimili cauſa recurrerent, Cano lib. 6. de locis Theologicis cap. 5. §. *maximum*.

§. 5. Alia argumenta ad idem cum exactiſſimis ſolutionibus inueniuntur ſtylo claro ſoluta apud Cardinalem Turrecrematam lib. 2. de Eccleſia à cap. 64. vſq; ad 105. incluſiuè, apud Caietanum tom. 1. tract. 1. de authoritate Papæ, & Concilij cap. 4. & 18. ac ſeqq. à Sandero, Bellarmino, & alijs, qui diffuſe agunt de Primatu Pontificis Romani.

47 Pro maiori confutatione errorum

§. 1. hęreticorum proteruè negantium Petri Primatum: ſciendum eſt, quod munus Principatus Eccleſiæ à Chriſto ſoli Petro inter Apoſtolos traditum, & ad ſucceſſores Petri debita ſollicitudine exercuerit Sanctus Petrus ſtatim poſt Salua-

toris

toris aſcenſionem ad Cælos, præſertim quando in vnum congregauit cæteros Apoſtolos, ac diſcipulos Domini, vt loco proditoris alius ſubſtitueretur, vt patet actorum cap. 1. & cap. 2. vbi pro omnibus alijs tanquam illorum caput loquitur, idem habetur cap. 3. & præſertim c. 4. vbi Petrus Spiritu ſancto plenus Principibus, & ſacerdotibus, & magiſtratui Templi, nomine omnium Apoſtolorum egregie reſpondet conſtanter prædicando illis veritatem reſurrectionem Chriſti, & alia, quæ pertinebant ad veritatem Incarnationis, & Paſſionis eiuſdem, & cap. 5. oportet inquit magis obedire Deo quam hominibus.

Punctum Quinquageſimumtertium.

De veritate homelia S. Ioan. Chryſoſt.

§. 2. IDEO Sanctus Chryſoſtomus *homel. 3. in actis Apoſtolorum* de veritate cuius homeliæ, quemadmodum de alijs 54. in eadem acta conſcriptis ab eodem non eſt dubitandum, latret circa hoc venenato ore quantum voluerit rabidus Canis, & iniquus Eraſmus propter argumenta adducta numero, & qualitate validiſſima à Sixto Senenſi Ordinis Prędicatorum in ſua bibliohteca Sancta lib. 4. tit. *operum*, quæ ſine vlla controuerſia creduntur eſſe Sancti Ioannis Chryſoſtomus §. in actus Apoſtolorum, vbi de Petro verba faciens inquit, quam feruidus, & zelo pietatis æſtuans munus ſibi à Chriſto demandatum agnouit in gregem regimini concreditum, primus omnium merito authoritatem vſurpat in negotio, vt qui omnes habebant in manu ad hunc enim dixit Ieſus, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.

Punctum Quinquageſimumquartum.

De notis primatus Sancti Petri ſuper alios Apoſtolos.

§. 3. IDEO Beatus Petrus in exercitio omnium Apoſtolicarum Prærogatiuarum primus eſt, cui Chriſtus ante alios Apoſtolos Matth. 16. ſeorſum dixerat quodcunq; ligaueris ſuper terram &c. deinde cæteris Apoſtolis Matt. 18. poteſtatem ſoluendi, atq; ligandi tradit, vt hoc ordine inſinuaret Petri Primatum, à quo tanquam à Capite Eccleſiæ ordinariè poteſtas ſoluendi ad alios deriuaret. S. Thomas 4. con. gen. & 4. ſen. citatus à Caietan. tract. 1. de authoritate Papæ, & Conci. cap. 4. ad exordium.

§. 4. In prædicatione Euangelij primus eſt, vt liquido apparet in actis Apoſtolorum locis ſuprà citatis, Primus etiam Baptiſmũ miniſtrauit. Poſtquam enim Petrus ſolus inter Apoſtolos fuit à Chriſto baptizatus, ipſe deinde Andream, & filios Zebedei tantũ baptizauit ex Apoſtolis, hi autem reliquos Apoſtolorum, alios vero 70. Ioannes, & Petrus ille qui Theologus eſt dictus baptizarunt. Cardinales Baronius *tom.* 1. *annal. ad annum Domini* 31. ex verbis *Ioannis tertio* Ieſu in Iudæa cum diſcipulis ſuis morabatur, & baptizabat.

§. 5. Ideo colligitur ex traditis ab Euodio Epiſcopo Antiocheno apud Niceph. hiſto. *lib.* 2. *cap.* 3. *ex Sancto Clemente, & Tertulliano lib. de Baptiſmo, & Sancto Auguſtino Epiſtola* 108. contra illos qui negabant Apoſtolos fuiſſe baptizatos.

§. 6. Eſtq; communis ſententia Catholicorum opus baptizandi à Chriſto inceptum fuiſſe, deinde per Apoſtolos continuatum ideo *Ioannis tertio* poſt illa relata Paulo ſuperius verba habetur quod *Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius.*

Pri-

Digitized by Google

§. 7. Primus inter Apoſtolos miracula edidit Petrus ſanando in Lidda paraliticum, & in Ioppe ſuſcitando iam mortuam Tabitam, vt in Actis Apoſtolorum, idq; clariſſimis verbis aſſerunt Tertull. lib. de pudicitia, Chryſoſtomus Homilia 12. 21. 22. *&* 24. *in Actis Apoſtolorũ*, Sanctus Ambroſius *ſerm.* 66. & Sanctus Gregorius Magnus *lib.* 1. *Epiſtolarum*, *Epiſtola* 24. §. *hinc eſt namq;* vbi inter quamplura de exercita ſuprema poteſtate contra Ananiam, & Saphiram à Sancto Petro, inquit illic zelus vltionis vim aperuit poteſtatis cum ſolus Petrus ſuprema iudiciaria poteſtate vſus ſit contra illos.

Punctum Quinquageſimumquintum.

Paulus quoq; primatum Petri cognouit.

§. 8. INSVPER agnoſcens S. Paulus Primatum Petri, qui, & ſi à Deo abundantius inſtructus, & ab ipſo Chriſto ad Apoſtolatum vocatus eſſet, adeò tamen tanto honore proſecutus eſt Petrum, vt aſcenderet Hieroſolymam videre illum, apud quem manſit diebus 15. vt dexteram ſocietatis ab illo reciperet, neuè in vanum curreret, id omne tradit Tertull. inter alios lib. de præſcriptione, innixus illis, quæ dicuntur ab eodem Sancto Paulo ad Galatas 1. & 2. ideò Eccleſia orat pro Petro cum ſeruaretur in carcere ab Herode, quod non facit pro Iacobo, neque pro alijs Apoſt.

§. 9. Eccleſias ædificauit præſertim Antiochenam, ſuaq; authoritate ordinaria & Romanam Euſeb. Ceſarien. in Cronico S. Gregorius *lib.* 2. *Epiſto. Epiſtola* 37. Damaſus in vita Sancti Petri *Leo I. ſer.* 1. *Natal. Apoſtolorum* Tertullianus *de præſcrip.* Optatus *lib.* 2. *contra Donatiſtas*; Epiſcopos per varia loca conſtituit, diſcipulos ad prædicandum mittit, vti videre eſt in hiſt. Eccleſiaſticis præſertim apud Baron. ab anno Chriſti 68. vſq; ad annum 93. & ſeqq.

Seriemq; horum actorum, quamplures fideliter texuerũt, nouiſſimè vero mira breuitate, & claritate Balthaſar Nardus in ſuis expunctionibus locorum, qui *in libro de Papatu Roman. ignoti authoris falſo aſſeruntur*, quibus temerè vſus eſt Marcus Antonius de Dominis in 1. parte ſuę Reipub. cap. 41. expunctio §. *ex hac tandem ambage*.

§. 10. Hinc eſt, quod Sanctus Cyrillus lib. Theſaurorum, cuius verba adducit Sanctus Thomas Opuſ. 1. contra errores Græcorum *cap.* 32. §. cuius initium eſt, *oſtenditur etiam quod Petrus fuit Chriſti Vicarius*, & Romanus Pontifex Petri ſucceſſor, etiam (inquit) Apoſt. ſuis Euangelijs, ac Epiſtolis affirmauerunt in omni doctrina Petrum eſſe loco Dei, & eius Eccleſiam, eidem dantes locum in omni cap. & Synagoga, in omni electio. & affirmatione, & infra, cui S. Petro omnes iure Diuino caput inclinant, & Primates mundi tanquam ipſi Domino Ieſu obediunt.

Deinde addit vbi ſuprà S. Thomas authoritatem S. Chryſoſtomi, qui ex perſona filij Dei loquens de Petro paſce oues meas ideſt loco mei præpoſitus eſto fratrum, hoc eſt Apoſtolorum, & fidelium.

48 §. 1. Ad eandem ſupremam in omnem Eccleſiam poteſtatem Petri, ac ſucceſſorum commendandam Euangeliſtæ toties, quoties verba faciunt de Petro, ac alijs Apoſtolis, ſemper Petrum præpoſuerunt cæteris Apoſtolorum, vti videre eſt *Matth.* 10. vbi ſigillatim enumerantur proprio nomine Apoſtoli, & in primo loco ponitur Petrus, & *Matt.* 22. aſſumpſit (inquit) Ieſus Petrum, Iacobum, & Ioannem, eundem ordinem obſeruauit *Marcus III. & Lucas VIII.* vbi

vbi dicitur non admiſit ſcilicet Chriſtus quempiam ſe ſequi, niſi Petrum, Iacobum, & Ioannẽ, & Marci 16. Angelus ille qui apparuit mulieribus, Chriſti Sepulchrum cum aromatibus aduentantibus tempore Reſurr. illis præcipit nuntiare Apoſt. Saluatoris Reſurrectionem, hoc tamen ordine, dicite diſcipulis eius, & Petro, vbi non contentus nominaſſe Petrum in communitate aliorum diſcipulorum ipſum ſolum ex nomine appellat, quia caput illorum erat.

Ioannis vltimo erant ſimul Simon Petrus, Thomas, Netanael, filijq; Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo.

Sanctus vero Lucas in Actibus Apoſtolorum frequenter præſertim *cap. 9. & 15. Stans Petrus cum vndecim etc.* & actorum 10. Cornelium Centurionem de Mandato Dei in fidei præceptis inſtruxit.

Punctum Quinquageſimumſextum.

Reſponſiones ad argumenta contra Primatum Petri.

§. 2. NEQVE iſtis obſtat quod Paulus ad *Gal.* 2. primo ponat Iacobum deinde Petrum, cum cõment. ad idem cap. dicant Sancti Patres præſertim Chryſoſtom. Ambroſius, Hieronymus, & Auguſtinus in Codicibns Græcis eſſe nominatum Petrum in primo loco, & poſtea Iacobum, ideo error impreſſion. eſſe aſſirmant.

Sancti vero Anſelmus, & Thomas credunt id eueniſſe, quia tunc erant Hieroſolymis, vbi erat Iacobus minor Epiſcopus. Vel tertio dicendum eſt, nullam prorſus ordinis, & præeminentiæ rationem habuiſſe, nam optimè ſciebat Paulus, vt ſuperius dictum eſt Petrum eſſe caput Apoſt. ac totius Eccl. Cathol.

§. 3. Qua propter iure merito exagerat *Luc. Caſtell. de Cert. Glor. S S.* S. Bernard. *ſerm. 1. Diei SS. Petri, et Pauli, quid Petro potentius, cui terra obedit cum mortuos reddit, & mare ſub pedibus eius calcabile ſe præbuit?*

Quiq; Simonem magum Spiritus oris ſui in aere attingit, qui claues Regni Cœlorum tam ſingulariter accepit, vt præcedat ſententia Petri ſententiam Cæli. Ideo S. Thomas *opuſc. 1. cap. 32. §. ſimilis autem error*, Authoritati, inquit, ſacræ ſcripturæ conſonat, quæ inter Apoſtolos Petro attribuit primum locum tam in Euangelio, quam in actibus Apoſtolorum, quapropter dicit Chryſoſtomus ſuper Matth. ad illa verba acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes, *quis maior eſt*, &c. quoddam humanum ſcandalum conceperunt, quod iam occultare non poterant, & cordis tumorem non ſubſtinebant in eo, quod videbant ſibi præferri Petrum, ac præhonorari.

§. 4. Ad illud vero argumentum ab hoſtibus Primatus Eccleſiæ Romanæ propoſitum, quod ad initium S. Eccl. tyrannide Principum terrenorum fuit Petrus, & alij ſucceſſores ipſius præpediti ne ſua vterentur poteſtate, breuiter reſpondetur primo, non à totali exercitio, nam clam, & in Criptis ſuam exercebant poteſtatem Pontificiam, vti de Calixto, & alijs, qui ſuo ſanguine confirmarunt veritatem Primatus totius Eccleſ. in Perſona Pont. Rom. quiq; ordinarunt Presbyteros, & Diaconos per diuerſa loca illos mittẽtes ad fidem Chriſti prædicandã, condebant ſtatuta, vti illud de ieiunio quatuor temporũ, etiam id genus alia, celebrabant etiam Concilia ad ſubueniendum imminentibus Eccleſiæ neceſſitatibus, & hæreticos ſuis Epiſtolis condemnabant, vti legitur de Sancto Fabiano, qui circa annum 242. Hæreticum iam damnatum à Conc. Epiſcoporum Africæ Apoſtolica

T commu-

Digitized by Google

communione, ſua epiſtola priuauit. Origenem quoq; ad cauſam dicendam Romæ accerſitum audiuit. Cardinalis Baronius tom. 2. annal. anno 238. & 242. & 248. de prædictis Platina, ac alij in vitis Pontificum Rom.

Secundo reſpondetur ad idem propoſitum argumentum eorum. Tyrannide ſua non valuerunt Principes ius Pont.Roman. auferre, quia non valenti agere,quæ de iure ſui muneris ſunt,nulla currit præſcriptio,ſed quieſcit, vt ſuo conualeſcat tempore, nullatenus poterat amitti poteſtas ſuprema Pontificis Romani, quacunq; vi,aut violentia hominum adhibita, neq; tota, neque pars illius, cum non valeat poteſtas creata etiam longiſsimi temporis interuallo præſcribere illam, iure Diuino, ab ipſoque Deo collatam, cui nulla eſt præſcriptio.

49 §. 1. Romani etenim Pontif.imperiũ non fraude,non armis, non ſanguine, non violentia, vel vſurpatione, ſed Chriſti inſtitutione,cœpit,ſtat,ſemperq; cũ hac mortaliũ rerum vniuerſitate immutabile, ac inflexũ omninò manebit, iuxta promiſſionem veritatis Matth. 16. quæ eſt fidelis in verbis ſuis, *nam Cælum, & terra tranſibunt, verba autem eius non præteribunt*, ideo portæ inferorum non præualebunt aduerſus Eccleſiæ imperium, cum ſit turris fortiſſima iuxta illud Prouerb. 18. & S.Thomas opuſc. 6. §. Sanctam Eccleſiam, circa finem ad verba *Matth.* 16. portæ inferi non præualebunt,ſubdens, quaſi per modum concluſionis illatæ ex multis authoritatibus ſacræ ſcripturæ Concil. & pp. ibidem adductis,Eccleſia tamen Petri, & fide viget, & ab erroribus munda eſt,addens *nec mirum, quia Dominus dixit Petro ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua*.

Punctum Quinquageſimumſeptimum.

Quare hæretici Primatum Sancti *Petri. impugnent.*

50 §. 1. RATIO vero formalis,& radicalis,quam optimè aſſignant,collectam ex oraculis diuinis Pont.Romani, præſertim S. Anacletus epiſt.de Patriarchis, & Primatibus, S.Felix epiſtola ad Paternum Epiſcopum, S. Gelaſius in epiſtola ad Fauſtum, & ad Anaſtaſium Auguſtum, S. Leo Magnus ad Epiſcopos Viennenſis Prouinciæ,& alibi,necnon, & Concilium Calcedonenſe contra Eutichen, ac Dioſcorum *actio. 3. & Conſtantinopolitanum 4. Cano. 2.* Tridentinum frequenter, & alia Concilia vnà cum Sanctis Patribus, præſertim S.Cypriano ad Cornelium Papã,ac in *epiſtola 9. lib. 3. ac 2. lib. 4.* Hieronymo *in Dialogo contra Luciferianos*, Chryſoſtomo homilia *in pſal.* 13. *&* Auguſtino *lib. 2. cap. 51. contra literas Petiliani* (vt alios quamplures cauſa breuitatis omittam) propter quam hæretici Schiſmatici, alijq; perditi homines negant Primatum Petri, & ſucceſſorum illius Romanorum Pontific. odioq;implacabili hoſtilitèr Eccleſiam Romanam, Caputq; illius inſectantur, ea eſt,quia cum ipſa ſit magiſtra veritatis, & Summus Pontifex ſit iudex infallibilis controuerſiarum, per quem errores hæreticorum, ſeruatis ſeruandis meritò reprobantur, Authoribuſq; illorum iuſtè damnatis, riteq; punitis, ideò nè videantur cum Eccleſia damnare ſuas falſitates, & errores approbando inſuper pœnas contra illos ritè illatas ſuggerente Patre falſitatis,mendacijs, atque fallacijs, tanquam filij tenebrarum irruentes in lucem,proteruè negant veritatem Primatus capitis Eccleſiæ Rom. palam declarantes

rantes ſe membra non Chriſti, ſed Diaboli, caput enim Eccleſiæ, ac Chriſti Vicarium, quantum in ſe eſt paruipendentes, hæreticos ſe profitentur, atq; Antichriſti præcurſores; tandem ſeipſos apud omnes in aperto declarant tentantes auferre Eccl. Rom. illius priuilegium 22. diſtin. cap. omnes, *fures, ac latrones ſunt, quia non intrant per oſtium, quod eſt Chriſtus Dominus*, vel aliam adducamus cum S. Auguſtino epiſtol. 58. dicente. Cum hæretici ſentiant ſe abiectiſsime iacere, ſi eorũ authoritas cum authoritate Catholicæ Eccleſiæ conferatur, cõnantur (ſubdit Sanctus Doctor) authoritatem ſtabiliſſimam, ac fundatiſſimam Eccleſiæ, quaſi rationis nomine, & pollicitatione ſuperare, omniũ enim hęreticorum, quaſi regularis eſt iſta temeritas, nec mirum eſſe debet, ſi falsò arroganter, ac temerariè nimis dicant ipſos ſolos veritatem penetraſſe cum ſint diſcipuli, ac filij illius, qui eſt Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, Hæreſis enim maximus animorum morbus eſt, quem vitiorum omnium febres, doloreſq; comitantur, qui morbus mendacijs, fallacijs, calumnijs, maledictis fraudibus, ac mutilationibus nutritur, & augetur, (cum finis communis hæreticorum, quos meritò Petrus ſecunda ſua Canon. cap. 3. indoctos, atq; inſtabiles appellat, illorumq; ſit veritatem Catholicam, ſiniſtra, malignáq; interpretatione peruellere. Superba eſt hæreſis, altumq; petit, ſed facillimè præcipitatur.

Punctum Quinquageſimumoctauum.

De Schiſmate Græcorum.

51 §. 1. CIRCA ſuperiùs adducta in hoc 3. cap. præſertim de Primatu Eccleſ. Rom. necnõ ſummi Pont. capitis illius, (quem Primatum acerrimè oppugnant inter alios Græci non omnes, ſed ſchiſmate infecti,) occurrit animaduertendum; qualiter ex actis octo Conciliorum generalium, quæ antiquitùs celebrata fuere in Oriente, magno Epiſcoporum, ac Patrũ eiuſdem Orientis concurſu euidentèr conſtat, toto illo tempore, vſq; ad annum circiter 870. tempore Adriani Papæ ij. nedum Concilia, Sanctoſq; Patres orientis lumina, ſed omnes Græcos agnouiſſe, palamq; faſſos fuiſſe Rom. Pontif. eximiam authoritatem, atq; Primatum ſuper omnes alias Eccleſias, ſuper Patriarchas quoſcunq; Archiep. atq; Epiſc. cuiuſuis ſtatus, nationis, & cõditionis. Tempore verò, quò ſuprà ex damnabili, ambitioſa, malignáque Photij ſuggeſtione, qui temere per vim, & fraudem violentèr eiecto Ignatio, Sedem Eccl. Conſtantin. inuaſit, quo munere iuſtè à Nicolao I. priuatus, tantam ignominiam (quamuis ſibi debitam) non ferens, ambitionis ſtimulo agitatus in Pont. Rom. impietatis ſuæ virus euomit, præſertim cum videret in Synod. 8. de iure reſtitutum in ſuam Sedem Conſtantin. Ignatium, ideo Rom. Pont. Primatum inter alia oppugnare cœpit, excitãdo Græcos, illorumq; mentes varijs erroribus imbuendo, ita vt ad hanc inſaniam deuenirent, vt nè dùm Latinos, Romanoſq; ac ſanctæ ſedi bene affectos odio implacabili proſequerentur, ab illiſq; ſe omninò ſeiungerent tanquam ab excõmunicatis, verum etiam palam auſi ſunt, etiam extincto Photio tenere, ac docere contra Primatum Petri, contra ſenſum Prædeceſſorum ſuorum. Arriana enim hæreſi in Ægypto, ac alijs Prouincijs graſſante, Epiſc. Ægyptij, ac Thebaidarum, Libicarum Eccl. ad Felicem Papam ſcripſerunt dicentes, quemadmodum in epiſtola ſecunda Athanaſij ad Felicem Papam liquido apparet. P. Beatiſſime, quia ſemper

Digitized by Google

Anteceſſores noſtri, & nos à veſtra Apoſtolica Sancta Sede auxilium auximus, & noſtri vos curam habere agnouimus; præfatam Apoſtolicam, & ſummam expetiuimus (iuxta Cano. decreta) ſedem, vt inde auxilium capiamus, vndè prædeceſſores noſtri ordines, & dogmata, atq; ſubleuationes cœperunt, ad eam quoq; quaſi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur.

§. 2. Meritò itaq; Gregorius X. eximiæ Sanctitatis (vt demonſtratum eſt cap. 2. num. 57. §. 9. & ſeqq. ad Patriarcham Hieroſolymitanum, ad Epiſcopos Decanos, ſiue Prępoſitos Eccleſiarum Hieroſolymitanę Prouinciæ ſcribens, ad Chriſti imitationem, qui *Lucæ 19. fleuit ſuper ruituram Hyeruſalem.* lacrymis ſanguineis plangit ſubtractionem Populi Græcorum, qui ab antiqua Sedis Apoſtolicæ deuotione, atq; à veteri obedientia ipſius, iam receſſerant.

§. 3. De Græcorum ſchiſmate, primo authore Photio Conſtantinopolitano Patriarcha, ſed intruſo, de quo ſupra, ſcribit inter alios Nicolaus Sanderus, de viſibili Monarchia Eccleſiæ, *lib. 7. poſt numerum* 906. per ſequentia verba. *Cùm igitur Græci recentiores ſpontè ſua nollent Petri Cathedræ, quam ipſorum maiores ſemper ſumma obedientia coluerant, debitum deferre honorem; diuinitùs factum eſt, vt ipſi, ex ſuis ſedibus eiectos viderent, non modo eos Epiſcopos in ipſorum Eccleſijs conſtitutos, qui communicarent, ſed etiam viderent ipſos Latinos, quorum nomina ferre non poterant, non minùs Regia, quam Epiſcopali dignitate per vniuerſum penè Orientem, reliquamq; Græciam perfulgere, ita placuit Patri miſericordiarum, perfidam, ac rebellem Conſtantinopolim leniter primum corripere, atque admonere, ſi forte hac ratione ad officiũ hoc eſt ad Eccl. Rom. communionẽ reuocari poſſent, qua paterna caſtigatione, cum nihil redderentur meliores, Deus ſeuertus in eos animaduerſurus pro latinis Epiſcopis, & Regibus dedit illis magiſtros duriores, nimirum Saracenos, & Turcas.*

Sanctus Thomas opuſculo primo contra errores Græcorum cap. 65. cuius capitis titulus eſt; *Quod Pontifex Romanus eſt primus inter omnes Epiſcop.* duo ex authoritatibus Sacræ ſcripturæ Conciliorum, & Sanctorum Patrum maximè Græcorum, euidenter demonſtrat: Primum eſt de plenitudine poteſtatis quam habet Pont. Rom. ſucceſſor Petri, & Chriſti Vicar. in tota Eccl. Ideo dicitur primus, & maximus omniũ Epiſc: Secundum eſt, quod error dicentium Pont. Rom. non habere vniuerſalis Eccleſiæ primatum, ſimilis eſt errori aſſerentium Spiritum ſanctum non procedere à filio, & capite immediatè ſequenti ex placitis Concil. præſertim Calced. & ex authoritate S. Ioan. Chryſoſtomi ſuper Matthæum, & Ioan. locis ibidem in ſpecie citatis demonſtrat S. Doctor, quod Roman. Pont. habent in tota Eccleſia Chriſti vniuerſalem prælationem & plenitudinem poteſtatis, quod cõfirmat in alio capitulo immediatè ſequenti alijs authoritatibus S. Ioan. Chryſoſt. S. Cyrilli Patriarchæ Alexandrini additis teſtimonijs ſacræ ſcripturæ.

Et Ioannes Driedo libro quarto, de dogmat. varijs capite tertio, parte ſecunda, §. *vnde & Petrum*, inquit, *Petrum accepiſſe à Chriſto primatum ſuper omnes oues, & eſſe Epiſcopum Catholicæ, ideſt vniuerſalis Eccleſiæ, ex ſcripturis ſacris intellexerunt omnes Eccleſiæ Patres ab exordio Primitiuæ Eccleſiæ, ad hæc vſque tempora honorantes Cathedram Petri, vt Matricem, & caput vniuerſalis Eccleſiæ.* Deinde ſtatim ſubdit, *in exordio naſcentis Eccleſiæ Vniuerſi Africæ Epiſcopi, ſuper rebus quibuſdam dubijs, ſedem conſuluerunt Apoſtolicam,*

Petri

Petri Cathedram. Quibus & Euariſtus à Petro Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus reſpondet ſimul, & commendat illos, quod prudenter fecerint ad Apoſtolicam Sedem tanquam ad caput confugientes.

Et in ſequenti §. qui eſt. *Scriptura autem ſacra*. probat ſupradicta validiſſimis argumentis ex ſacra ſcriptura, doctoribus præſertim Sanctorum Patrum Græcorum, & Latinorum.

Punctum Quinquageſimumnonum.

De Reuelation. S. Brigittæ circa Schiſma Græcorum.

§. 4. HIS operepretium duxi addere, quæ habentur in reuelationibus Sanctę Brigittæ *lib. 7. cap. 19.* promulgata centum ferè annis antequam Græcorum Regna, & Imperium à Mahomete ſecundo Turcarum Imperatore euerſa fuiſſent. & ſunt, quæ ſequuntur. *Sciant Græci, quod eorum Imperium, & Regnum, ſiue Dominia nunquam ſtabunt ſecura, donec ipſi cum vera humilitate, Eccleſiæ, & fidei Romanæ ſe deuotè ſubiecerint*, fugatis igitur ignorantiæ tenebris, liberè fateantur cũ Imperatoribus ſuis, & dicant cum illis Patribus antiquioribus, *ſancimus ſecundum quatuor Synodorum diffinitiones* (quibus S Gregorius Magnus, tanquam quatuor Euangelijs honorem haberi voluit, ex Ioann. Diacono, & alijs ſincerioribus Scriptoribus vitæ S. Gregorij.) *Sanctiſsimum ſenioris Romæ Papam, primum eſſe omnium ſacerdotum, Romanamq; Eccleſiam caput eſſe omnium Sanctarum Eccleſiarum*: ſequendo in omnibus, & per omnia Sanctam Sedem Apoſtolicam, in qua ſemper extra maculam, Catholica fides, & Religio ſeruata eſt, & conſeruabitur, ex concilijs prædictis, & alijs præſertim ex Synodo Conſtantinopolitana. Hanc Catholicam veritatem, (vt aſſerunt Sancti Patres maximè S. Gregorius) Deus miraculis, quoque in partibus Græciæ confirmauit, quemadmodum videre eſt apud eundem S. Pontificem *lib. 3. Dialogorum cap. 20. et 30.* (*Cũ Ioan.* inquit ille) *vir beatiſsimus Rom. Eccleſ. Pont. tempore Gothorum ad Iuſtinian. Imperatorem pergeret, vt in Corinthi partes ſe tranſferret, neceſſe fuit equum ad ſedendum pro eodem Pontifice requiri; quo audito, vir quidam nobilis, equum cui præ magnâ manſuetudine eius coniux inſedere conſueuerat, ſtatim obtulit, quo vſus eſt* Pontifex *vſq; ad certum locum, in quo alium ſimilem reperit, & priorem Domino proprio reſtituit, ſupra quem coniux prædicti nobilis, cum ex more ſedere voluiſſet, vltra non valuit, cœpit namq; immenſo flatu, et fremitu, atq; inceſſanti totius corporis motu, quaſi deſpiciendo prodere, quia poſt ſeſsionem tanti* Pontificis, *mulierem ferre non poſſet, quod intelligens vir eius, equum remiſit ad Papam, magnis precibus petens, vt illum ipſe poſsideret, quem iuri ſuo ſedendo dedicaſſet.*

§. 5. De eodem Pont. narrat idem S. Gregorius vbi ſupra, quòd in Conſtantinop. Vrbe, (quæ noua Roma fuit à Conſtantino appellata, & à Patribus Conc. Niceni 2. præſertim *actio 2.* & à S. Auguſt. *tractatu 7. in Ioan.*) ad portam, quæ vocatur aurea veniens, populorum turbis ſibi occurrentibus in conſpectu omniũ, roganti cæco lumen reddidit, & manu ſuppoſita oculorum tenebras fugauit.

§. 6. Et cap. 3. idem S. Gregorius refert de Beatiſſ. Agapito S.R.E. Pont. quòd dum iter faceret in partibus Græciæ, quadam die curandus oblatus eſt ei mutus, & claudus, qui neque vllum verbum ædere, neq; vnquam ex terra ſurgere valebat, cumq; propinqui illius flentes peterent, vt ſanaretur, Sanctus Pontifex ab eiſdem requiſiuit, an curationis illius

Digitized by Google

haberent fidem, quæ ſcilicet ſecutura erat à Deo per miniſterium *Vicarij filij eius*, ex authoritate quoque Petri; *cuius erat ipſe ſucceſſor*, cumq; fixam illius habere ſe dicerent fidem, protinus venerãdus Pontifex, orationi ſe dedit præſertim miſſarum ſolemnijs, deinde peracto miſſæ ſacrificio, ab altari exiens Claudi manum apprehendit, atque aſſiſtente, & aſpiciente populo, eum mox à terra in proprijs greſſibus erexit, cumq; Dominicum Corpus in os muti infunderet iamdiu muta illius lingua ad loquendum ſoluta eſt, mirari omnes, & flerę præ gaudio cœperunt, eorumque mentes metus, & reuerentia inuaſit. Hoc etiam Græci hiſtorici narrant, & verum eſſe fatentur.

Punctum Sexageſimum.

De exortatione Græcorum, vt redeant ad gremium S. Rom. Eccleſiæ.

§. 7. DEVS itaq; qui dixit lucem de tenebris ſplendeſcere, Græcos tenebris ſchiſmatis obuolutos de poteſtate tenebrarum, luce veritatis illuſtret, illorumque aures aperiat, vt attentè audiant, quæ habentur in relatione Concilij Calcedonenſis contra Dioſcorum, in qua 600. *patres pro maiori parte Græci*, quaſi vno ore loquentes dicunt de Eccleſia Romana, *habemus illam, quæ eſt columna, & firmamentum veritatis à ſpiritu Sancto illuminatam per Sanctiſſimos Doctores inſtructam, ideo illam ſequamur, ex fontibus eius ſanam doctrinã, diuinæq; ſcripturæ interpretationem bibamus, qui limpidiſſimi fluentes, ipſam Eccleſiam limpidiſſimè irrigarunt*; equidem riuuli extra fontes, vt plurimum impuri fluunt.

§. 8. Interrogate quęſo Patres veſtros, præſertim in nomine Chriſti congregatos in illis celeberrimis primis Concilijs in regionibus Orientis habitis, & annunciabunt vobis, maioreſq; veſtri dicent, Pontificem Romanum Chriſti Vicarium, Petriq; Principis Apoſtolorum legitimum ſucceſſorem, Rectorem eſſe præcipuum vineæ Domini, hoc eſt caput vniuerſalis Eccleſiæ, cui in perſona Petri ait Dominus *Matth. 16. tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*: & vt verbis vtar Marcelli Papæ epiſtola prima ad Epiſcopos per Antiochenam Prouinciam conſtitutos, *Pontificis Romani* (ait) *ſedes primitùs apud vos fuit, quæ poſteà iubente Domino Romam tranſlata eſt*. Cui (adminiculante gratia Diuina,) Vrbanus Octauus glorioſe, ac fœliciter hodierna die præſidet ſubditq; idem Pontifex, *ſi vera veſtra Antiochena, quæ olim prima erat Romanæ ceſſit Sedi, nulla profectò natio eſt, quæ eius non ſit ſubiecta ditioni, nec ab eius diſpoſitione, vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora Eccleſiaſtica negotia, Diuina diſponente gratia, viſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur, à qua ſumpſere principia*. Hoc idem quoad ſubſtantiam aſſerit, & verum eſſe probat Iulius Papa primus, in epiſtol. 1. *ad Epiſcopos Orientales*. & S. Hieronym. ad Theophylum: ſcribens idem prorſus confirmat de Eccleſia Orientali, ſiue Græca, dicens, *peruetus illa fuit, & ab Apoſtolicis vſq; temporibus ducta conſuetudo, vt apud Pontif. Romanum, Eccleſiæ Orientalis Epiſcopi per Synodicas literas fidem Catholicam profiterentur, eiuſq; cauſas cum eodem conferrent*; extant huius generis Epiſtolæ quamplures, præſertim illa Sophronis Hieroſolymitani, ad Honorium primum, altera Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Leonem tertium; alia Petri Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Leonem nonum, ac illa Proterij Patriarchę Alexandri-

xandri-

Digitized by Google

xandrini ad Leonem primum, vt aliâs breuitatis cauſa omittam, quas recenſet Cardin. Baronius in notis ad Mart. Romanum die 2. Maij, vbi præſertim, exagerat zelum, quo Antiſtites Eccleſię Alexandrinę, maxime S. Athanaſius fortiſſimè, ac validiſſimè fidem catholicam defenſarunt in Oriente, idem copioſius tradit Galeſinius in notationibus ad Martyr. Roman. *6. nonas Maij*, vbi inter quamplura recenſet, nonnullos fideliſſimos, & ſanctiſſimos, antiquiſſimos Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopos, quam Eccleſiam titulo Patriarchatus condecorauit Nicęna Synodus.

§. 9. Quibus tandem addam verba Sancti Leonis primi epiſt. ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum, cui inter cętera ſcribit, *cum Beatiſsimus Petrus Apoſtolus à Domino acceperit Principatum, & Romana Eccleſia in eius permaneat inſtitutis, nephas eſt credere, quod Sanctus Epiſcopus, diſcipulus illius Marcus, qui Alexandrinam Eccleſiam primus gubernauit, alijs regulis, & traditionibus ſua decreta firmauerit, cum ſine dubio de eodem fonte gratiarum, vnus Spiritus fuerit Diſcipuli, & Magiſtri, nec aliud ordinatus tradere potuit, quam quod ab ordinante ſuſcepit*, ſignificans quod S. Marcus fuit conſtitutus paſtor Eccleſię Alexandrinę à S. Petro, vt expreſsè tradunt ſcriptores vitę ipſius S. Marci præſertim Gelaſius Papa, (cuius authoritas præcipua eſt in Eccleſia Dei) in Rom. Conc. in decreto de lib. authenticis, & apocryph.

§. 10. Vnitatem quoq; fidei, & capitis vna cum fide Catholica, cuſtodite, nemo fraternitatem fallat, nemo fidei veritatem perfida præuaricatione, vel ſchiſmate corrumpat, Eccleſia vna eſt dicēte Spiritu Sancto in canticis Canticorum, ex perſona Chriſti (vt inquit Cyprianus, & refertur cauſa 24. *queſt.* 1. *Cap. loquitur Dominus*) *vna eſt columba mea, & perfecta mea*. hanc Eccleſiæ vnitatem Apoſtolus docet, & Sacramentum vnitatis oſtendit dicens *ad Epheſ.* 4. *Vnum Corpus, vnus Spiritus, vna ſpes vocationis noſtra, vnus Dominus, Vna fides, Vnum Baptiſma, & vnus Deus*; memores eſtote verborum Sancti Hieronymi ad Damaſum Papam, quæ referuntur 24. *q.* 1. *Cap. Quoniam vetus*; poſtquam dixit, nunc in occidente Sol iuſtitiæ oritur, in oriente autem lucifer ille, qui ceciderat, ſupraque ſydera ponere volebat Thronum ſuum, Deniq; concludit *quicunque extra Domum Eccleſia Romana Agnum comederit prophanus eſt, ſi quis* (intellige per hæreſim, aut ſchiſma) *in arca non fuerit Noe, hoc eſt in Eccleſia Romana proſecto peribit*; ratio aſſignatur à S. Patre Auguſtino in Epiſtola contra Donatiſtas, cuius authoritas refertur, *vbi ſupra* 23. *queſt.* 3. *cap. ſi quis*, dum inquit, *ſi quis à Catholica Ecclesia fuerit ſeparatus, quantumlibet laudabiliter ſe viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere, quod à Chriſtianitate ſeiunctus eſt, non habebit vitam*; ſubdens (verba certè magni timoris) *ſed Dei ira manet ſuper illum*, recedant igitur, exeant Gręci à ſchiſmate, & ad ſuam piam matrem Romanam Eccleſiam celeriter reuertantur in animo, & actibus externis, pacem Catholicam cuſtodiendo, vt Deus miſericordiarum, atq; vltionum Dominus ab ira ſua ad Miſericordiam conuerſus, peccati pręſtet indulgētiam, cuius antea preparabat vindictam, ſchiſma enim faciētes, vel ſcienter proſequentes perditionem maximam ſibi de indignatione Dei incurrunt, nullum quidem peccatum *grauiùs ſchiſmate* 24. *queſt.* 1. *cap. non afferamus*.

Cuncta hæc claudam verbis S. Auguſtini lib Vnico de Vtilitate credendi ad Honoratum c. 17. §. *cum igitur*, Vbi de Eccleſia Catholica Romana verba

faciens,

faciens, inter quamplura inquit: *Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum, fructumq; videamus, dubitabimus nos eius Ecclesiæ condere gremio, quæ vſq; ad confeſsionem generis humani ab Apoſtolica Sede per ſucceſsiones Epiſcoporum, fruſtra hæreticis circumlatrantibus, et partim plebis ipſius iudicio, partim Conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maieſtate damnatis, culmen authoritatis obtinuit?* & ſtatim ſubdit, *Cui* (ſcilicet Eccleſiæ Romanæ) *nolle primitias dare, vel ſummæ profectò impietatis eſt, vel præcipitis arrogantiæ*. Hæc ille. Hinc eſt quod Nicolaus Papa cap. *omnes*, & Concilium Conſtantienſe, in Bulla Martini Quinti, ædita in Confirmationem multorum contentorum in dicto Concilio, & Sixtus Quartus in Bulla confirmationis Concilij Complutenſis ędita Contra articulos Petri Oxomenſis tradunt. *in hæreſim labitur qui negat Eccleſiam Romanam eſſe Caput, & cæteris Eccleſijs præpoſitam*.

De malignitate vero atq; grauitate peccati ſchiſmatis, aliqua dicam in appendice ad hoc 3. cap.

Punctum Sexageſimumprimum.

De figmentis Græcorum ſchiſmaticorum.

52 §. 1. FIGMENTA enim Cræcorum ſchiſmaticorum latius reijciunt nonnulli authores præcipuè S. Anſelmus Cantuarienſis, Cardin. Beſſarion & Sanctus Thomas contra errores Græcorum opuſculo *1. à cap. 65. uſq; ad 70. & 2. 2. q. 1. art. 10.* ibidem commentatores illius, & Turrecremata, vbi ſupra præſertim *lib. 2. ſumm. de Eccleſia, cap. 61. 62. & 63.* Caietanus in ſuo tractatu, ſiue opuſculo de authoritate Papæ, & Cócilij præſertim *c. 2. 3. et 4. Cano lib. 2. de locis Theologicis*, Aluarus Pelagius de planctu Eccleſiæ *lib. 1. cap. 65.* Cardinalis Bellarminus de Romano Pontifice *à primo lib. vſq; ad quintum* incluſiuè, & in omnibus capitulis illorum librorum adductis, & cumulatis rationibus, & authoritatibus idem euidenter demonſtrantibus, Nugnus *ad 3. part. Diui Thomæ 2. tom. quæſt. 20. art. 3. difficultate 2. 3. 4. 5.* Martinus Becanus in ſuo manuali controuerſiarum huius temporis præſertim *lib. 1. cap. 3. 4. & 5.*

§. 2. Et nouiſſimè Zacharias Bouerius Salutienſis religioſiſſimi inſtituti Capuccinorum, vir pietate, præditus in quamplurimis libris, & tractatibus ab ipſo æditis ad hæreſum confutationem, præſertim in ſua orthodoxa conſultatione *de ratione veræ fidei, & Religionis amplectenda*, Matriti impreſſa 1623.

Punctum Sexageſimumſecundum.

De tempore præciſo, quando Chriſtus mandauit Petro, vt vniret Pontific. vniuerſalis Eccleſiæ cum Cathedra Romana.

53 §. 1. SVNT, qui auide quærant ſcire tempus, & quando pręciſe Chriſtus Petro mandauerit, vt conſtabiliret Eccleſiam ſiuè Cathedram ſui Primatus in Vrbe, quam anteà ex ordinatione Diuina in eadem Vrbe totius Orbis cap. fundauerat, ex qua tanquam ex limpidiſſimo veritatis fonte cæterę rigarētur Eccleſiæ, quæ Romana Apoſtolica, atq; Catholica merito appellatur, vt latè dictum eſt, atq; probatum in 1. cap. ad initium, & latiùs in hoc tertio.

Quibus pro poſſe ſatisfacere cupiens dicam, quod hoc mandatum reuelauit Deus Petro pluries, vt piè credendum eſt, nec mirum quod de his non fiat ſpecialis mentio, quia non omnia ſcripta ſunt, quæ Deus mandauit circa hoc ſingulare

gulare

gulare, & circa alia innumera ipſi Petro.

§.2. Dico ſecũdo, quod hoc apertè reuelauit, ſiuè mandauit Chriſtus Petro, præſertim quando opera eiuſdem Principis Apoſtolorum, extincto iam Simone Mago, Hæreticorum omnium anteſignano, odio implacabili excitati ſunt Gentiles, & Nero contrà Petrum, ità vt omnem quærerent occaſionem ipſum perdendi, & quamuis ipſe cupidus eſſet paſſionis propter Chriſtum, ſuaſionibus tamen, ac multiplicatis præcibus fidelium tãdem inflexus, cum lachrymis rogantium, vt ad perfectius inſtruendũ, confirmandũmq; populum fidelem ſe à morte ſibi continuò intentata reſeruaret, nocte quadam eorum adiutorio muro Ciuit. egredi cœpit, & cum eſſet paululum extra portam Vrbis ſtatim vidit Chriſtum in forma Peregrini ſibi occurentem, Vrbemque ingredi volentem, quamuis totus perterrefactus nihilominus dixit Chriſto. *Domine quo vadis?* cui Chriſtus, *venio Romam iterum crucifigi*; intellexit, inquit S. Ambroſius, & alij Sancti Patres (de fuga Petri ab Vrbe) ad ſuam Crucem, & paſſionem diuinum pertinere ſermonem, quod ſcilicet Chriſtus iterum crucifigendus erat in ſeruulo, quodque per mortem ſuam in Vrbe erat conſtabiliendus, atq; confirmandus, vſq; ad ſæculi conſumationem, Eccleſiæ, atq; Cathedræ Apoſtolicæ primatus: illicò magna feſtinatione ſpontè remeauit, & mirantibus Chriſtianis de ſua celeri reuerſione cũcta breuitèr retulit, ſtatimq; correptus per crucem ſuam, honorificauit Dominum Ieſum. ex actis paſſio. S. Petri à Lino ſucceſſore ipſius deſcriptis, de quibus inquit Baronius tom. 1. annal. ad annum Chriſti 69. *et Petri* 25. quod acta Lini fuere aliquando ſincera, quæ autem modo extant, Manichæorum reperiuntur tincta fuligine, non tamen quantum ad hoc ſingulare, ſed quo ad alia quamplura.

§. 3. Quodq; ſupradictum eſt de fuga Petri, & mãdato conſtabiliendi ſedẽ ſuam in Vrbe prolixe quidem, atque clare nimis tradit inter alios Hegeſippus iunior antiquiſſimus Scriptor, ac temporibus Apoſtolorum vicinus *lib. 3. de excid. Hieroſol. lib.* 3. *cap.* 2. (quem Hegeſippum, Sanctum Confeſſorem appellat Galeſinius in ſuo Martyrolog. Romano 7. Idus Aprilis qui poſt ſui conuerſionem factus fuit Aniceti Papæ Diaconus) quam ſententiam circà hoc particulare mortis Sancti Petri in Vrbe, & cõfirmationis Sedis Apoſt. ibidem, tradiderunt SS. Linus Papa de paſſion. Petri, Damaſus in vita Petri. Cyrillus Hieroſolym. *Cathe.* 6. Arnobius *lib.* 2. aduerſus gen. Niceforus in cronolog. Origenes *lib.* 3. *in gene.* Tertull. de præſcriptio. Dorot. in Synopſi, S. Ambroſius in oratione contra Auxentium, & copioſiùs de his tractat Petrus Galeſinius in ſuo Martyrologio die 18. Ianuarij pręſertim in notationibus ſuis ad decimum quintum, Kal. Februarij quo die liberatus iam miraculoſe S. Petrus ex Agrippæ vinculis, Romam venit Cathedram ſuam ibidem erexit, quemadmodum probat multis argumentis fundatis pręſertim in placitis antiquorum, & grauiſſimorum auctorum, quos ibidem refert in magno numero, ſed maiori copia eadem tradit in notat. ad prędictum Martyrologium 4. *Kalen. Iulij* vbi ad eadem declaranda, atq; firmius ſtabilienda, refert innumera fere teſtimonia Patrum, vtputa Sancti Irenæi, Sancti Leonis, S. Hieronymi, Sancti Lini Papę, Damaſi, Clementis Martyris, Ambroſij. Gregorij Magni, Baſilij, Auguſtini, Maximi Taurinen. Innocen. III. Petri Damiani, Pauli Oroſij, Arnobij, Tertull.

Digitized by Google

tull. Euſebij, Nicephori, Epiphanij, Ioan. Chryſoſtomi, Gregorij Turonen. Dorotei, Optati, Philonis, Philiaſtri Brixien. Seueri, Sulpitij, Dioniſij Corinthij, Eutropij, Lipomani, Surij, & aliorum quorum nomina, & loca, in quibus de prædictis diſſerunt in ſingulari adducit, addens id totum comprobatum eſſe annalibus non Latinorum ſolum, ſed Græcorum etiam. Hos ſequitur Cardinalis Reginaldus Polus ſuo tractatu de Concil. in reſponſione ad quæſt. 61. quod confirmat varijs argumentis ex act. Apoſtolorum decerptis præſertim *cap.* 12. dum enim (ait ille) demandato Herodis Petrus ſeruaretur Hieroſolymis in carcere, iamq; morti adiudicatus eſſet, tunc Deus per Angelum ſuum educendo illum de carcere liberauit, dum vero fugam ab Vrbe pararet apparuit illi Chriſtus patefaciens Petro mortem, locumq; mortis, vt palmam martyrij in principe gentium Ciuitate accipiens, Sedem pariter Apoſtolicam in eadem ciuitate conſtitueret, ſiuè iam ab ipſo anteà conſtitutam confirmaret.

Punctum Sexageſimumtertium.

De confirmatione primatus Cathedræ Romanæ

54 §. 1. QVAM veritatem ex teſtimonijs Conciliorum, atq; Sanctorum Patrum demonſtrat primo continuata ſemperque aucta conſeruatio eiuſdem Romanę Sedis, quamuis Imperatores, & alij terreni principes exordijs ipſius, manibus, pedibuſq; validè nimis obſtiterint ſed fruſtrà, ſecundo maior in dies ſublimitas ipſius Sedis Apoſtolicæ ſuprà ſolium quorumcunq; Principum terrę, quæ magis, & magis in dies ſemper à Deo, qui illam fundauit ampliatur, ita vt catholici Imperatores, ac Reges Eccleſiam Romanam colant, & venerentur, ſchiſmatici verò, alijq; immaniſſimi hoſtes, & ſi armis, & fauoribus muniti eam timere cogantur, tertio, adimpletio eorum, quę Petro Chriſtus promiſit, atq; eidem contulit Matth. 16. Ioann. 21. Lucę 5. & 22. de clauib. Eccleſię, deq; paſcendis tam agnis, quam ouibus, ac alijs quæ locum habuerunt, & modo habent euidenter in Petri ſucceſſoribus. Romanis Pontificibus.

Idem ſignificant verba Sancti Hieronymi de viris Illuſtribus in Petro dicentis, *cum eſſet Petrus* (inquit) *ab Herodis impietatis liberatus, Chriſtus præcepit illi ſurge, vade ad Occidentem, opus enim habet, vt tuis illuſtretur facibus, ego quoque ero tecum*; idem tradit metaphraſtes *die 29. Iunij*, & Sanctus Gregorius *in pſalmum 4. pænitential.* inquit, *Petro Chriſtus ait, venio Romam iterum crucifigi, qui enim in ſe ipſo, iam pridem crucifixus fuerat, in Petro iterum crucifigendum dicebat.*

§. 2. Et Cardinalis Baronius tom. 1. annal. ad annum Chriſti 44. igitur ad totius mundi Principem Ciuitatem, Princeps Apoſtolorum mittitur, & ad primariam Vrbem, orbis Paſtor iure à Chriſto dirigitur. Quemadmodũ etiam Spiritus Sanctus, vt legitur acto. 23. prædixerat Paulo, oportet te, & Romæ teſtificari de me, quod totum adimpletum eſt, quando eadem die, & anno in Vrbe vterq; Apoſtolorum Petrus, atque Paulus alacri animo Martyrium pro fide Chriſti perceperunt, ſecundum quod diutiùs optauerant, ipſo quidem die ac etiam anno & in eadem Vrbe Romana Martyrium Glorioſè pro Chriſto pertulerunt Sancti Apoſtoli Petrus, & Paulus, vt fert traditio communis Eccleſiæ, & teſtimonium fere vniuerſale Sanctorum Patrum, præſertim Auguſtini, Gregorij Ambroſij, & Leonis Papę quic-

Digitized by Google

quicquid in hoc dicat Gregorius Turonenſis.

In Martyrologio etenim Romano Cardinalis Baronij, quo vtitur Eccleſia 3. Kalen. Iunij Die ſcilicet 29. Iunij expreſſe habetur *Romæ Natalis Sanctorum Petri, & Pauli, qui eodem anno eodemq; die paſsi ſunt ſub Nerone Imperatore*, & in Martyrologio Petri Galeſinij eodem die qua ſupra, eadem habentur videlicet. *Romæ Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ambo Romæ Nerone Imperante, eodemq; die martyrium ſubierunt, Vnus via triumphali inuerſo capite in Crucem actus, alter via Oſtienſi Securi percuſſus eſt.*

Eadem clarius repetit, & Authoritatibus SS. Patrum confirmat in notationibus ad idem Martyrologium. 3. Kalen. Iunij. Eodem die, eadem tradit Sanctus Linus in Acta Paſſionis Apoſtol. Petri, & Pauli de SS. Apoſtolorum glorioſa paſſione loquens S. Leo ſer. 1. in natali Apoſtolorum inter quam plura inquit. *Hodierna feſtiuitas præter illam reuerentiam, quam toto terrarum Orbe promeruit ſpeciali, & propria noſtræ Vrbis exultatione veneranda eſt, vt vbi præcipuorum glorificatus eſt exitus, ibi in die Martyrij eorum ſit lætitia Principatus*, addens, *iſti enim ſunt viri, per quos tibi Euangelium Christi Roma reſplenduit, & quæ eras magiſtra erroris, facta es diſcipula veritatis*, Iſti ſunt Patres tui, veriq; Paſtores, qui te regnis cæleſtibus inſerendam multo melius, multoq; fęlicius condiderunt, quam illi, quorum ſtudio mænium tuorum fundamenta locata ſunt. Qua veritate alibi etiam in hoc eodem cap. magis ſtabilita, quo ad Sedem Petri in Vrbe fundatam mirabili facilitate reijcitur Sacrilega temeritas illorum hæreticorum, qui nullo pœnitus vero innixi fundamento, ſed fallacijs vndequaq; inuoluti, auſi ſunt contra communem, ac vnanimem conſenſum Patrum Ortodoxorum Græcorum, atq; latinorum negare Petrum fuiſſe vnquam Romæ, ad cuius hæreſis maiorem confutationem, legendi ſunt omnes Patres Catholici in expoſitione primæ Epiſt. S. Petri, quam in Vrbe abſq; dubio ſcripſit (vti in illa ipſe aſſerit) præſertim Euſebius Cæſarien. lib. 2. Hiſto. cap. 15. Sanctus Hieronymus de viris illuſtribus in vita Sancti Marci. Beda in Epiſtola 1. Petri cap. 5. ac alij omnes Sácti Patres, Concilia, & quot de hoc ſcripſerunt Catholici, copioſius tamen hoc probat ex teſtimonijs ſincerioribns Sanctarum Scripturarum, & aliorum grauiſſimorum Authorum, pręſertim antiquorum Metaphraſtes, & Cardinalis Baronius, tom. 1. Annal. ad annum Chriſti 44. & 45. & Nouiſſimè Philippus Ferrarius ſeruita in ſuo Cathalog. Sanctorum Italiæ die 24 Iunij vbi inter alia refert carmina Prud. de morte Sanctorum Petri, & Pauli ſecuta in Vrbe anno ſalutis humanæ 693. Kalen. Iulij.

Punctum Sexageſimumquartum.

De excellenti dignitate Apoſtolorum, ſuper alios Dei famulos.

55 §. 1. IN hoc tertio cap. frequenter ſermonem fecimus de eximia dignitate Apoſtolatus, deq; Apoſtolorum munere, ideo nonnulli etiam, cupiunt habere reſolutionem illius difficultatis, quæ à multis quoque tangitur, An ſcilicet, dignitas Apoſtolatus infra dignitatem Maternitatis Chriſti filij Dei, & Saluatoris noſtri, ſit maior inter alias dignitates à Deo Summo rerum opifice, ac moderatore famulis ſuis liberaliter conceſſas. Quibus vt ſatisfaciam ſaltem ex parte, ſtatuo ſequentem concluſionem.

Digni-

Digitized by Google

§. 2. Dignitas Apoſtolorum Chriſti quos ipſemet elegit, eſt maior, atq; pręſtantior quæ inueniri poſſit in Eccleſia Sancta Dei; quod probant Patres, & Theologi ponderoſis rationibus, & validioribus argumentis, locis inferius in particulari adducendis, pręſertim Sanctus Thomas ad Rom. 8. Lect. 5. & 1. ad Chorinth. cap. 1. Lect. 1. & 2. 2. quæſt. 116. art. 4. ad fin. corp. Vbi interquã plura, inquit, *Non eſt expectandum quod ſit aliquis ſtatus futurus in quo perfectius gratia Spiritus Sãcti habeatur, quam hactenus habita fuerit; & maxime ab Apoſtolis qui primitias Spiritus acceperunt idest tempore prius, & cæteris abundantius, vt aſſerit etiam Gloſ. ad Rom.* 8. idem quoque Sãctus Thomas repetit Opuſc. 4. cap. 2. Idem quoque aſſerunt S. Auguſtinus tom. 1. Sermo. de Sanctis 43. de Apoſtolis vero 2. Sanctus Baſilius Cap. 3. in Iſaiam, Clemen. Alex. Stromat. lib. 4. S. Ioannes Chryſoſt. tom. 4. hom. 32. in Epiſt. ad Corinth. 1. & in hom. de Pentecoſt. Hieronymus ad Gal. 1. Sanctus Maximus Serm. in Natali Sanctorum Apoſt. Petri, & Pauli, Sanctus Vincentius Ferrerius Ordinis Prædicat. Serm. de S. Filippo, & Iacobo. Tertullianus de pręſcription. aduerſus Hęreticos cap. 50. S. Macharius Senior ad illa verba Matth. 11. *nullus inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta.* S. Ambroſius ad Rom. 8. Origenes ad Rom. 8. Sanctus autem Baſilius vbi ſupra, ad tertium cap. Iſaiæ expreſsè comparat Apoſtolos omnibus hominibus qui fuerunt vel erunt vſq; ad finem mundi, ſola excepta, Beatiſſima Semper Virgine Maria, quibus omnibus digniores, & præſtantiores denuntiat Apoſtolos, idem quamuis ſub alijs amplioribus verbis, cumulatis in multitudine, & qualitate validioribus argumentis tradit Alphonſus Toſtatus tom. 10. prima part. in cap. 11. Matthęi quæſt. 34. vbi tandem concludit, *Ergo gradus maximus inter humanos eſt Apoſtolatus.* Addens *poſt deſcenſum Spiritus Sancti cæteros homines excelluerunt Apoſtoli*, & ad Corint. 12. inquit Apolus *quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos primitias Spiritus habentes*, & Sanctus Lucas cap. 6. *elegit duodecim quos Apoſtolos nominauit*, qui manducauerunt, & biberunt cum Chriſto ab illo immediatè edocti, & inſtructi pro quo legatione functi ſunt.

Ideo Auguſtinus de Ancona Ordinis Eremitarum S. Auguſtini in ſua antiquiori ſumma de Eccleſiaſtica Poteſtate quæſt. 16. art. 4. quampluribus rationibus atq; authoritatibus demonſtrat nullum iuſtorum debere, nec poſſe Canonizari ad ordinem, & numerum Apoſtolorum, cum non poſſit ad eorum peruenire dignitatem, eo quia Sancti Apoſtoli gratiam Chriſti ſuperabundanter ſuſceperunt, vt inquit Apoſtolus ad Epheſ. 1.

§. 3. In quo art. 4. idem Auguſtinus de Ancona adducit authoritatem S. Auguſtini lib. de Vnico Baptiſmo, & pœnitẽtia, in quo comparat S. Cyprianum Martyrem, & Epiſcopum Diuo Petro Apoſtolo in multis, non tantum in dignitate Apoſtolatus ſed in dignitate, & gloria martyrij, quod tamen expleuit verbis magni timoris, & reuerentiæ, inter quæ illa ſunt, *cæterum magis Veteri debeo, ne in Petrum contumelioſus exiſtam.* Quibus verbis vt alia multa breuitatis cauſa omittam, inſtruuntur Catholici omnes cuiuſcunq; gradus, dignitatis, conditionis, & ſtatus exiſtant, ne, præcipitanter equiparare audeant aliquem Sanctorum veteris vel noui Teſtamenti dignitate, ordine, & excellentia Glorioſiſſimis Chriſti Apoſtolis in ſuprema ſanctitatis dignitate conſtitutis, neque quoſcumq; iuſtos nimia facilitate illis

affi-

Digitized by Google

aſſimilare, quos Chriſtus Dominus non ſeruos, ſed amicos appellauit, quibus ſingula nota fecit, quę ipſe à Deo Patre ſuo audierat.

Quibus ipſamet veritas increata ſed iam incarnata ſępius dixit. *Sicut miſit me Pater viuens, et ego mittam vos, & iterū ego vos elegi de mundo, vt eatis, & fructum afferatis, fructuſq; veſter maneat.* Et alibi cum Iudices eoſdem cōſtituerit viuorum, atq; mortuorum, in regeneratione cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebunt, & ipſi *iudicantes duodecim tribus Iſrael.* Et S. Thomas, vbi ſupra ad Rom. 8. lectione 5. parum poſt exordium. reſpondens obiectioni quæ fieri poterat, poſtquam docuit, & probauit multiplici authoritate Sacræ Scripturę, *quod Apoſtoli ſunt omnibus alijs Sanctis quacunq; prærogatiua præfulgeant ſiue virginitatis, ſiue doctrinæ, ſiue martyrij præferendi, tāquam abundantius Spiritum ſanctum habentes.* Statim atque immediatè ſubdit, *Sed poteſt aliquis dicere, quod quidam alij Sancti maiora tormenta ſuſtinuerunt, & maiores auſteritates propter Chriſtum, quod Apoſtoli.* illico reſpondens, inquit. *Sed ſciendum eſt, quod magnitudo meriti principaliter, et reſpectu eſſentialis præmij attenditur ſecundum charitatem.* Addens. *conſiſtit etiam præmium eſſentiale in gaudio, quod habetur de Deo; Manifeſtum eſt autem, quod de Deo plus gaudebunt, qui plus amant, Vnde & illam viſionem beatam, Dominus ſuis dilectis promittit, dicens. Ioan. 14. Si quis diligit me diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.* Poſthæc adducit minorem, *ſecundum quantitatem operum meretur homo præmium accidentale, quod eſt gaudium de talibus operibus.* Deniq; ex prædictis, & alijs optime conſtabilitis, multiplici argumento in ratione, & authoritate fundato, proponit concluſionem ſequentis tenoris. *Apoſtoli ergo illa opera quæ fecerunt ex maiori charitate fecerunt, ex qua habebant cor ad multa maiora facienda, ſi fuiſſet opportunum.*

Punctum Sexageſimumquintum.

Continens reſponſionem ad argumenta.

§. 4. TAndem ſuo ſpiritu prophetico videns à longe aliqualē vim, & efficaciam cuiuſdam obiectionis contra prędicta, format obiectionem, eiq; mirabili facilitate reſpondet. dicens. *Si autem dicat aliquis poteſt tantum quis conari, quod habebit æqualem charitatem cum Apoſtolis. dicendum, quod charitas hominis non eſt à ſeipſo, ſed ex gratia Dei quæ datur vnicuiq; ſecundum menſuram donationis Chriſti, vt dicitur Eph. 4. Vnicuiq; autem dat gratiā proportionatam ei, ad quod eligitur, ſicut homini Chriſto data eſt excellentiſſima gratia, quia ad hoc eſt electus, vt eius natura in vnitatem perſonæ diuinæ aſſumerētur, & poſt eum habuit maximam plenitudinem gratiæ Beata Maria, quæ ad hoc eſt electa, vt eſſet mater Chriſti.* Immediatè ſubdens, *inter cæteros autem ad maiorem dignitatem ſūt electi Apoſtoli, vt ſcilicet immediatè ab ipſo Chriſto accipientes, alijs traderent ea, quæ pertinent ad ſalutem, & ſic in eis Eccleſia quodammodo fundaretur, ſecundum illud Apoc. 21. murus habebat fundamenta duodecim, et nomina Apoſtolorum erant in eis ſcripta, et ideo dicitur 1. Corinth. 12. Deus poſuit in Eccleſia primum quidem Apoſtolos, & ideo, Deus eis abundantiorem gratiam præ cæteris tribuit.*

§. 5. Idem S. Thomas ad Eph. 1. lect. 3. parum poſt exordium, poſt propoſitas Apoſtolorum dignitates, & prærogatiuas, quantum ad excellētiam ſapientiæ, & pariter quantum ad reuelationem Sacramenti abſconditi, ac etiam quantum ad abundantiorem gratiam, inter quamplura maxima ponderatione di-

gna,inquit, *ex quo apparet temeritas illorum (vt nō dicam error) qui aliquos Sanctos præſumunt comparare Apoſtolis in gratia, & gloria.* Addens ſtatim, & immediatè, *Manifeſtè enim patet ex verbis iſtis* (ideſt ex verbis Apoſtoli ad Epheſ. cap. 10.) *quod Apoſtoli habent gratiam maiorem, quā aliqui alij Sancti poſt Chriſtum, & Virginem Matrem.* Superaddens, *Si vero dicatur alios Sanctos tantum mereri poſſe quantum, & Apoſtoli meruerunt, & per conſequens tantam gratiam habere: dicendum eſt, quod bene argueretur ſi gratia pro meritis daretur; quod ſi ita eſſet iam non eſſet gratia, vt dicitur Rom. 11. & ideo ſicut Deus præordinauit aliquos* Sanctos *ad maiorem dignitatem, ita, & abundantiorem gratiam eis infudit, ſicut Chriſto homini, quem ad vnitatem perſonæ aſſumpſit contulit gratiā ſingularem, et glorioſam Virginem Mariam quam in matrem elegit, & quantum ad animam, & quantum ad corpus gratiam impleuit, & ſic Apoſtolos ſicut ad ſingularem dignitatem vocauit, ita & ſingularis gratiæ priuilegio dotauit, propter quod dicit Apoſt. Rom. 9. Nos ipſi primitias ſpiritus habentes. Gloſſa tempore prius, & cæteris abundantius.* Iterum repetens. *Temerarium eſt ergo aliquem ſanctū Apoſtolis comparare.* Vbi ponderandum eſt, quod non obiter ſed ſemel, & iterum S. Doctor Aquinas, iure merito pronunciat temerarios ad minus, atq; errantes illos, qui in aliqua differentia temporis auſi fuerint quempiam Sanctorum non dicam equiparare, ſed ſolum ac tantum comparare Apoſtolis; ideo publicè, & priuatim præcauendum eſt à ſermonibus in quibus aliquis Sanctorum comparetur Apoſtolis, vel alicui eorum.

§. 6. Sanctus pariter Antonin. 3. p. ſuę ſummæ ſacrę Thel. tit. 31. cap. 8. per totum latè ſupradicta proponit, & confirmat placitis ſacræ Scripturæ, noui & veteris Teſtamenti, Summorū Pont. & SS. Patrum præſertim S. Greg. Bernardi, Chryſoſt. Auguſt. Thomę, & aliorum, & ad initium præcitati cap. probat, quod illa verba pſal. 46. *Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraam; quoniam Dij fortes terræ, vehementer eleuati ſunt,* ad litteram intelliguntur de Apoſtolis *primoribus* (vt ait ille) *Eccleſiæ tam militantis, quam triumphantis.*

§. 7. Alia quamplura ad idē referuntur à S. Iuſtino Mart. in Dialogo cū Triphone ab Epiphan. lib. 3. aduerſus hæreticos, à S. Io. Chryſoſt. non ſolum hom. 1. ſupracitata de Pentecoſt. verum etiam, & homil. 1. in actus Apoſt. à S. Ambr. lib. 3. de virginibus nō longè à fine, à S. Hieron. lib. 1. contra Iouin. & in prologo ſuper Geneſ. & à S. Auguſt. varijs in locis ſuorum operum præſertim ad pſalm. 65. & ab Aug. de Ancona artic. 4. ſupracitato quæſt. 16. ac fuſius à qu. 84. vſq; ad 102. eiuſdem ſummæ de Eccleſiā, & à Bartholomæo Caſſaneo in ſuo Cathal. gloriæ mundi 3. p. 29. conſid. per totam, vbi poſt relatas quāplures authoritates ſacrę Scripturæ, ſacrorum Canon. SS. Patrum Theologorum, & Canoniſtarum, concludit primo, *ex primoribus Eccleſiæ tam militantis, quam triumphantis, cenſentur Apoſtoli, qui etiam cenſentur præferri debere Patriarchis, & Prophetis.* Secundo, quod eiſdem *ſunt præferendi tāquam Principes populorum.* Tertio, *poſt Cherubin, & Serafin inceſſabili voce clamant Sanctus, etc. Dominumq; laudat in cælis, glorioſus Apoſt. chorus, quorum dignitas, eſt veneranda, quoniam vt canit Eccleſia, eccleſiarum ſunt Principes, belli triumphantis Duces, cæleſtis aulæ milites, & vera mundi lumina.* Quarto denique concludit. *Ex quo ergo Apoſtoli fuerunt Principes noſtri conſtituti, & Iudices, debent quoſcumq; præcedere, vt dictum eſt. Igitur, &c.* Hæc ille.

Multa

Digitized by Google

§. 8. Multa quoque ad idem, traduntur à Ludouico Granatenſi in Silua locorũ, à Iodoco Lorichio in Theſauro nouo theologico, à Ioanne Lopez in epiſt. Sanctorum Patrum lib. 1. cap. 23. ab Hugone de Sancto Victore tom. 2. ſerm. 7. 32. 50. & 71. & à Sancto Ioanne Chryſoſtomo tom. 3. ſermone de præmijs Sanctorum, vt alios omittam breuitatis cauſa.

Iodochus Lorichius in ſuo theſauro nouo vtriuſq; Theologiæ Tit. *Apoſtoli*. num. 9. per totum præſertim, §. *quarto ad dignitatem*. ex teſtimonijs quamplurimis pſalmorum, Euangeliorum, ac Epiſtolarum Sancti Pauli, atque etiam Prophetarum, & Sanctorum Patrum, præſertim D. Auguſtini de gratia noui Teſtamenti ad Honoratum cap. 14. & & oratione contra Iudæos cap. 8. & ſuper pſalmum 44. & libro de opere Monachorum cap. 5. 6. 7. 8. & 20. & Sancti Hieronymi in Zachariam cap. 12. & in epiſtola ad Paulinum de inſtituto Monach. Ac etiam Diui Ambroſij in Epiſtola ad Epheſ. cap. 4. ad illa verba, *quoſdam dedit Apoſtolos, quoſdam autem dedit Prophetas*, & Dominici Soto de Iuſtitia, & iure libro 10. quæſtione prima art. 3. Idem docet quod ſupra propoſitum eſt in Concluſione de dignitate Apoſtolorum ſuper alios Sanctos noui, & veteris teſtamenti aſſerens, & probãs, quod plura cognouerint, quam vlli prophetarum, cœterorumq; iuſtorum iuxta illud Chriſti Matth. 13. *Amen quippe dico vobis, quod multi prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt.*

Alia multa ad idem adducuntur ſatis prolixe ab Authore Polianthea, & à Bercorio collecta præſertim ex Sanctis Patribus, verbo, ſiue Titulo *Apoſtolus*.

SVMMA APPENDICIS
Ad 3. Caput.

Sectio Prima.

1 *Demonſtratur ſucceſsio Romanorum Pontificum, & neceſsitas illius.*

2 *Explicatur duratio continua atq; perpetua Romanorum Pontificum, vſque ad finem mundi.*

3 *Declaratur in quo conſiſtat ratio formalis ſucceſsionis de qua ſupra.*

4 *Demonſtratur eſſe propoſitionem de fide, quod hic* Papa *particularis, vtputa Vrbanus viij. ſit caput vniuerſalis* Eccle*ſiæ, Chriſti Domini Vicarius, &* S. Petri *legitimus ſucceſſor.*

5 *Hæc veritas demonſtratur quamplurimis, & validioribus argumentis deſumptis ex ſacris Canonibus, Concilijs, & Placitis SS. Patrum ac Theologorum, & Iuriſtarum.*

6 *Oſtenditur, veritatem, de qua ſupra, iam fuiſſe determinatam de fide.*

7 *Referuntur nonnulli Theologi, qui in proprijs terminis adducunt veritatem de qua ſupra, quod ſcilicet hic* Papa *ſit* Paſtor *vniuerſalis* Eccleſiæ, *pertineat ad fidem.*

8 Adducuntur *aliquæ animaduerſiones pro reſponſione ad obiectiones contrariorum.*

9 *Demonſtratur, fabuloſam eſſe & omnino falſam hiſtoriam ab aliquibus inimicis Eccleſiæ confictam de Ioanna, quod ſederit in Cathedra* Petri.

10 *Reſpondetur ad obiectiones quorundam circa fabuloſam hiſtoriam, de qua ſupra, et aſsignatur materia reſpondendi ad alias obiectiones contra prædicta.*

Sectio Secunda.

11 *Explicatur ſignificatio huius nominis ſchiſma, quiue dicantur ſchiſmatici.*

12 *Reijcitur blaſphemia laudãtium ſchiſma, adducenda mala quæ ex ipſo oriuntur.*

13 Proponitur *atq; reſoluitur difficultas, qua-*

re hoc immanè vitium ſchiſmatis habeat ſequaces & receptores.

14 *Refertur grauitas pœnæ qua punitur graue vitium ſchiſmatis.*

Sectio Tertia.

15 Proponuntur, *& reſoluuntur nonnulla dubia contra prædicta.*

16 *Demonſtratur obligatio quam habent homines circa iram atq; iracundiam euitandam.*

17 *Aſsignatur ratio, & cauſa quare multiplici pœna plectuntur ſchiſmatici.*

18 Explicantur *quæ, & quot requirantur ad iuſtum bellum.*

19 *Oſtenditur quæ & qualis ſit obligatio quam habent* Principes *antequã moueant bella.*

20 *Declaratur ſignificatio nominis Belli.*

21 *Meritò damnata fuit hæreſis Manichæorum, aliorumq; hæreticorum dogmatizantium vniuerſa bella eſſe ſimpliciter illicita, atq; prohibita.*

22 *Inſinuantur mala quæ regulariter oriuntur ex conuocatione hæreticorum ad bellum vna cum exercitu* Catholico.

23 Ex *SS. Auguſtino, & Thoma referuntur in particulari cauſæ iuſtæ bellandi.*

24 *De militibus narrantur aliqua vtilia.*

25 *Explicatur, quæ & qualia præmittere debeant* Principes *antequam bella aggrediantur.*

26 *Aſsignatur ratio, ſiue cauſa quare ante bellum diligentius ſit ſemper examinanda cauſa iuſtitiæ futuri belli.*

APPENDIX AD TERTIVM Caput Elucidarij in tres ſectiones diſtincta.

In Prima. Explicatur certitudo ſucceſſionis ſummorum Pontificum Romanorum duratura vſque ad finem mundi.

In Secunda. Agitur de abhominabili vitio ſchiſmatis, de illius maxima grauitate, & rigoroſa punitione.

In Tertia. Fit ſatis ad obiectiones contra prædicta.

Prima Sectio Appendicis ad 3. cap.

1 EX late iam adductis, validiſſimiſq; argumentis demonſtratis ſuperius cap. 1. præcipue vero cap. 3. fundamento primo; euidenter conſtat inter alia quamplura, quod ſequentes propoſitiones diſtinctè proponendæ, dici debent, & verè ſunt aſſertiones de fide licet non omnes ſecundũ eundem gradũ certitudinis fidei, vt inferius declarabo.

Prima Nanq; eſt. Romanus Pontifex D. Pětro Apoſtolorum Principi in tota Eccleſiaſtica Monarchia ſuccedit ſecundum dignitatem, & poteſtatem, ita vt verus, & indubitatus Chriſti Vicarius & legitimus Petri ſucceſſor appelletur, & ſit.

Secunda Propoſitio. Ex Chriſti Domini mandato vniuit Petrus atq; coniunxit indiſſolubiliter dignitatem capitis totius Eccl. Cathol. cum Epiſc. Rom. quemadmodũ inter alios aſſerit S. Clemens epiſt. 1. quam Anacl. Alexander, & Leo, magna veneratione recipiunt; Idem expreſſit S. Greg. in epiſ. 37. lib. 6. præſertim §. *ipſe enim ſublimauit*, & Gelaſ. in Conc. 70. Epiſc. expreſsè affirmat. Rom. Eccl. à Chriſto Domino primatũ habere omnium aliarũ Eccl. vt habetur in cap. *Quamuis* 21. diſt. & Anacl. ep. 3. ad omnes Epiſc. relata in cap. *Sacroſancta* 22. diſt. dum inquit S. R. E. Apoſt. Sedes nõ ab Apoſt. ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatũ obtinuit. Idem habetur in cap. 2. de ſumma Trinit. vt alios ferè innumeros tex. Canon. omittã, quos in ſpecie adducit Ant. Cordub. in ſuo qu. Theol. lib. 4. qu. 1. præſertim propoſ. 8. quos & alios adducit Aluarus Pelagius loco paulo inferius citando. Idem ſentiunt S. Ambr. lib. 5. epiſt. 32. Sanct. Athanaſius in Apologia pro fuga ſua. Abbas in cap. per venerabilem, Ioannes Andræas in cap. fundamenta

de ele-

Digitized by Google

de Electione in 6. & inter alios Albertus Pigius de Eccleſiaſt. hierarchia lib. 3. cap. 12. S. Antoninus 3. part. tit. 23: cap. 5. §. 7. Turrecremata de Eccleſia lib. 2. cap. 40. & ſequentibus, Aluarus Pelagius de Planctu Eccleſiæ lib. 1. cap. 32. per totum; Card. Bellar. tom. 1. de Romano Pontifice lib. 2. Card. Tuſcus pract. concluſ. iuris tom. 3. concluſ. 3. num. 19. Dominicus Bannes 22. q. 1. art. 10.

Defenſor accerrimus huius veritatis explicatę in 2. propoſitione poſt S. Thomam Aquinatem extitit inter alios Caietanus in trac. 1. 2. & 3. ab eo ædito de Romani Pontificis authoritate ſiue inſtitutione, præſertim tract. 3. de inſtit. cap. 13. vbi multis medijs cõſtabilita hac veritate tandem concludit, *Unde Romanus Pontifex* Petri *ſucceſſor ac totius Eccleſiæ Paſtor*, & ſtatim addit *ſcitur autẽ hoc diuina reuelatione facta tum vniuerſali Eccleſiæ, tum Sanctis doctoribus innumeris, tum ſacris concilijs*, & ad maioré claritatem ſubdit immediatè. *Nullus ſiquidem Chriſtianus dubitare permittitur, ex diuina prodire reuelatione, quicquid ad fidei Chriſtianæ rationem ſpectans. (de quorũ num. hoc conſtat per decretalem vnam Sanctam eſſe)* conteſtatum inuenitur à præfatis, *Communis Chriſtianorum olim nunc, & ſemper confeſsio fuit, eſt, & erit Romanum* Pontificem *Petri ſucceſſorem eſſe Rectorem Catholicæ Eccleſiæ. Nam in Apoſtolica* Sede *(niſi quis propriam ignoret vocem) clauditur Apoſtolica authoritas in Apoſtolica authoritate; facultatem regendi totam* Eccleſiam *includi intelligunt exercitati in Sacris litteris*.

2 Tertia Propoſitio. ſucceſſio actualis Pont. Romanorum (ita Deo ordinante) non ſolum eſt ſimpliciter neceſſaria verum duratio ſucceſſionis perſeuerabit vſq; ad conſumationem mundi. Ratio huius ea eſt communiter aſſignata à Theologis, quia oues quas paſcere debet de mandato Chriſti Põtifex Romanus, ſunt duraturę vſq; ad finem ſęculi. Quis ergo dubitare poteſt ſucceſſionem Paſtorum earum, pariter eſſe duraturam vſq; ad finem mundi? Quod etiam in proprijs terminis demonſtrant placita Pontificum, & SS. Patrum adducta in 1. & 3. cap. huius Elucidarij, & inter alios Caietanus de Romani Pontificis inſtitutione ſolidiſſimis argumentis probat ſecundam, & hanc tertiam propoſitionem, præſertim cap. 10. 11. & ſequentibus, vbi cumulat ad idem, maxime cap. 14. authoritates Sanctorum & antiquorum Conciliorum, & Cardin. Bellar. de Pontifice Romano, & Cano lib. 6. de locis Theologicis. Necnon, & Turrecremata in ſua ſumma de Eccleſia. Et Sanderus de Monarchia Eccleſiaſtica, & de claue Dauid.

3 Quarta Propoſitio. Succeſſio actualis Pont. Romanorum neceſſaria in Eccleſia Sancta Dei modo explicato propriè, & formaliter conſiſtit, vt Eccleſia de tempore in tempus habeat hunc vel illum Pontificem in particulari, qui ſecundũ formam ſpecialiter præſcriptam, legitimè fuerit electus, & ab vniuerſali Eccleſia receptus, & adoratus vt Chriſti Domini Vicarius, & D. Petri ſucceſſor.

Tria equidem Conſiderari poſſunt in ſummo Pontifice Romano. Pontificatus ſcilicet, qui ſe habet ad modum formæ. Secundo, perſona particularis in qua collocatur dignitas Pontificia. Tertio, coniunctio vnius cum altero. Pontificatus ſanè vt ſæpius demonſtratum eſt à ſolo Chriſto Domino pendet, perſona vero vt talis abſolute conſiderata à ſuis cauſis naturalibus originem trãhit. Electio vero huius vel alterius perſonæ ſingularis ad Pontificatum, ab Electoribus Romani Pontificis dependere dicitur, qui ſunt ampliſſimi Domini

Cardinales, quemadmodum fuſius demonſtraui in meo tractatu de electione Canonica Prælatorum, cap. 10. quorum Cardinalium exiſtentium in conclaui, munus eſt eligere, ſeu per electionem deſignare hanc, vel illam perſonam ad Summum Pontificatus faſtigium, hac tamen animaduerſione, quod coniunctio ipſa dignitatis Pontificiæ cũ perſona ritè, ac legitimè electa dicitur eſſe à Chriſto Domino, mediante tamẽ, (vt explicaui,) actu ſeu electione Dominorum Cardinalium. Quod totum deniq; proponitur Eccleſiæ iuxta vſum, & conſuetudinem Eccleſię Romanæ. Quibus addo modum eligendi Pontificem Romanum non fuiſſe à Chriſto Domino determinatum ſeu determinate pręſcriptum, alias non poſſet immutari, ſed à Chriſto fuit Eccleſię commiſſum, vt optime probat Franciſcus Suarez de fide, ſpe, & charitate, diſp. 10. ſect. 4. vbi oſtendit id eſſe ſecundum communem opinionem catholicorum doctorum. Idem quoque demonſtrat vſus, & authoritas eccleſiæ. Ex quibus ſimul declaratur, atq; demonſtratur veritas quartæ propoſitionis, quamobrem communiter Theologi, ac nonnulli Canoniſtæ tradunt, qualiter in electione Pontificis Romani à Cardinalibus celebrata, per Cardinales non confertur propriè, ac formaliter electo ſumma iuriſdictionis poteſtas in tota Eccleſia, cum nemo id alteri tribuat, quod non habet verùm ſecuta electione Canonica ſtatim, ac immediatè, prædicta poteſtas confertur ritè electo à Chriſto Domino, itaut electio legitimè facta ſit conditio, ſine qua non, Pontifex non reciperet in vniuerſali Eccleſia eximiam illam poteſtatem, ita Deo ordinante.

Qui vero deſiderant intelligere, cum dicitur Rom. Pont. & Paſtor vniuerſalis Eccl. quod non dicitur duo in actu, ſed ipſe Petrus de mandato Chriſti pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus Eccleſiam Romanam euexit in Pontificatum totius Eccleſiæ Catholicæ, quem ſecum vehebat, ita quod Pontificatus vniuerſalis Eccleſiæ quem à Chriſto habuit, retulit ipſe Petrus ad Eccleſiam Romanam ſibi illam appropriando, vt egregie docet inter alios Caietanus tractatu 3. de Romani Pontificis inſtitutione cap. 13. vbi poſt multa ritè fundata colligit quæ ſequuntur. *Confert autem nonnihil hæc Pontificatus authoritas ad hoc, ut idem ſit Romanus Pontifex, & paſtor Eccleſiæ Catholicæ: non ſolum vnitate perſonæ; ſed identitate Pontificatus*, immediatè ſubdens: *non dantur Romano Pontifici duo pallia, ſed vnum tantum, cum tamen plura dari conſtet habenti plures Pontificatus, quibus debentur pallia*. Inſuper addit, *Petro ſuccedens, authoritatem habet Apoſtolicam ab Euangelica Chriſti voce. Paſce oues meas, nam cuilibet Petri ſucceſſori in Petro dixit Chriſtus, paſce oues meas*.

4 Quinta propoſitio contra Alphon. de de Caſtr. lib. 1. de hæreſ. c. 9. & quoſdam alios illa eſt. De fide tenere debemus aliquo modo, ſaltem quod Vrbanus 8. qui modo fæliciter viuit, & glorioſè regnat, ſit verus, legitimus atq; indubitatus Pontifex Romanus, quemadmodum extiterunt ſui anteceſſores, & per conſequens Chriſti Domini Vicarius, S. Petri Apoſtolorum Principis ſucceſſor, ac vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor, & Rector.

Aſſertum huius quintæ propoſitionis per ſe habet communem ferè conſenſum omnium doctorum Catholicorum, imò nonnulli illud in proprijs terminis proponunt atq; defendunt. Inſuper pro ſe habet teſtimonia Summorũ Pontificum, Conciliorum, & SS. Patrum quemadmodum ordinate demonſtrabitur, & quod amplius eſt, extat ad firmitatem prædicti aſſerti, vſus Eccleſiæ Catho-

Catho-

Digitized by Google

Catholicæ, quemadmodum eſt videre in formula, & verbis decreti, quod formatur ab electoribus Pontificis Romani, ſtatim ſecuta electione huius, vel illius in particulari, Cuius decreti formulam refert inter alios Platina, in vita Gregorij 7. ſequentis tenoris. *Nos Sancta Romana Eccleſia Cardinales, &c. eligimus hodie decimo Kalendas Maij in Baſilica S. Petri ad Vincula anno ſalutis 1073. in verum Chriſti Vicarium Hildebrandum Archidiaconum, virum multa doctrina, magna pietatis, etc. quem quidem cum ea poteſtate Eccleſia Dei præeſſe volumus, qua Petrus Dei mandato quondam præfuit*.

Cum itaque ex prædictis notum ſit, non ſolum parem, ſed eandem omnino extare rationem de illo, & de alijs in particulari electis, vſq; ad præſentem diem in Pontifices Romanos, eadem etiam de illo, & de illis dicenda erũt, ad quod ſignificandum, inquit, S. Leo Papa in ſermone de anniuerſario aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum. *Manet diſpoſitio veritatis, & B. Petrus in accepta fortitudine petra perſeuerans, ſuſcepta Eccleſia gubernacula non reliquit*. Cuncta hæc magis explicans ſubdit *perſeuerat* (videlicet Petrus) *& viuit in ſucceſſoribus ſuis*. Quibus ſcilicet Petri ſucceſſoribus, vt aſſerit S. Chryſoſtomus, lib. 2. de ſacerdotio. *Chriſtus oues ſuas commiſit*, iuxta illud, *paſce oues meas*. & iterum, *ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*.

Quemadmodum Paſtor cognoſcit oues ſuas, ita oues, videlicet fideles, cognoſcere & videre tenentur paſtorem, non cognitione morali tantum, vt non rectè aliqui aſſerũt, ſed altioris ordinis, cognitione videlicet illa, quæ dicitur, & eſt de fide, certitudinaliter cognoſcere debent fideles hunc, vel illum in particulari, vtputa nunc Vrbanum viij. eſſe indubitatum verum, ac legitimum Pontificem Romanum cum alijs prærogatiuis ſuperius explicatis.

Id enim voce & ſcripto faſſi ſunt, & tradiderunt nonnulli Pontifices Romani, vt ex eorum epiſtolis conſtat in quibus aſſerunt aliqui vſq; ad annum 300. & alij temporibus ſequentibus non ſolum primatum Petri ſemper extitiſſe in Eccleſia, ſed Petrum habuiſſe ſucceſſorem in Pontificatu totius Eccleſ. Catholicæ, mentionem ſpecialem faciendo, ac Pontifices expreſſo nomine declarando in ſingulari, & particulari quemadmodum videre eſt, in epiſt. 1. Clementis, in 3. Anacleti in 1. Euariſti, in 1. Alexandri, in 1. Marcelli, in 3. Euſebij, in 1. Marci, in 1. & 2. Pij, in 1. Aniceti. in 1. Victoris, in 2. Calixti, & pariter in prima Melchiadis.

5 Idem quoq; demonſtratur ab anno 300. vſq; 600. de Summis Pontificibus, & de alijs ſubſequenter ex teſtimonio Iulij, Damaſi, Innocentij, Zoſimi, Leonis, Gelaſij, Anaſtaſij, Ioannis ſecundi, & Greg. Magni in epiſt. ab eo ſcripta ad Aug. Epiſc. ac Apoſt. Angliæ, vt breuitatis cauſa alia ad idem omittam, quæ de facili intueri poſſunt, diſtin. 12. 16. 19. 20. 21. 22. 24. 80. 96. quibus in locis præter ea quæ prolixè adducit Caietanus tract. 3. de Romani Pontificis inſtitutione cap. 12. per totum, & alij ſuperius in hac appendice relati colligitur ſucceſſio ſingularis, & particularis Romanorum Pontificum, quorum eſt munus inter alia, Eccleſiæ cauſas decernere, concilia congregare, quæ ſunt de fide determinare, hæreſes declarare, & ſymboli æditionem promere, vt docet inter alios S. Thomas 22. q. 1. art. 10.

Cuncta hæc roborantur ex traditis à D. Thoma p. p. q. 32. art. 4. in corpore, & 22. q. 11. art. 2. in corpore interquam

plura

Digitized by Google

plura docente, quod aliqua pertinent ad fidem, quando ex oppoſito eorum ſequitur aliquod contrarium fidei, ſi negentur; & hæc ſunt illa ex quibus conſequitur aliquod fidei contrarium, & corruptio fidei, in quo errare non eſt abſq; hæreſi, *et propter hoc* (inquit S. Thomas) *multa nunc reputantur hæretica, quæ prius non reputabantur propter hoc, quod nunc eſt magis manifeſtum, quod ex eis ſequatur*.

Quibus addi debet alia propoſitio, ſi certitudine fidei non eſſet certum de Romano Pontifice hoc, vel illo in particulari, ruerent ſiue ruere poſſent cuncta de fide ab eis determinata, & contrarium eſſet abſq; dubio corruptio fidei iam determinatæ, itaque ex doctrina ſuperius allata S. Thom. colligitur veritas quartæ propoſitionis, aliàs determinatio Papæ de fide non obligaret ad credendum, & vlterius hæretici inſurgerent dicendo, quod fidei determinationes fiunt ad arbitrium vniuſcuiuſq;, niſi eſſet indubitatum de fide, hunc vel illum numero Papam fuiſſe, ac eſſe legitimè electum, & gaudere infallibilitate in ſuis deciſionibus quam habet ex priuilegio diuino Papa.

Ex his itaq; ſingillatim põderatis demonſtrari poteſt euidenter veritas aſſerti in quinta propoſitione, adiuncto eo, quod cuiuſcunq; Pontificis Romani legitimi determinationes de fide, & moribus, ſunt infallibiles, vt copiosè demonſtratũ eſt in hoc 3. c. Ex quo argumentum deſumunt inſigniores Theologi, certitudine infallibili eſſe tenendum hunc vel illum Papam legitimè electũ, & ab Eccleſia receptum, vtputa nunc Vrbanum viij. eſſe tenendum, & venerandum tanquam Caput, & Paſtorem totius Eccleſiæ.

His accedit, quod Concilia quotquot extiterunt, recognouerunt, prædicauerunt, & acclamauerunt nomine proprio expreſſo, Pontifices illorum temporum eſſe veros, ac legitimos Paſtores vniuerſalis Eccleſiæ, vti videre eſt, incipiendo à Synodo Nicæna ſub S. Syluestro, vſque ad Tridentinum incluſiuè in quibus Romanos Pontifices tunc in Cathedra Petri ſedentes, appellant Chriſti Vicarios, S. Petri ſucceſſores, eorumq; dignitatem, & poteſtatem miris encomijs extollunt, de quo habemus egregium teſtimonium in Concilio Calcedonenſi actione prima, dum de Leone tunc Papa dicitur, quod Apoſtolicum gubernat Trhonum, & actione 2. poſt lecta Leonis epiſt. vno ore clamauerunt Patres eiuſdem concilij, n. 600. *Anathema, qui ita non credit, Petrus per Leonem loquutus eſt*, & act. 3. eiuſdem Concil. Calcedonenſis eiuſdem Concilij Chalcedonenſis eundem Leonem Dominum ſuum vniuerſalem & Apoſtolicum vocant, fatentur illius doctrinam, vt Perri amplectendam, vocant illum rectæ fidei fundamentum, inſuper doctrinam ipſius tanquam de fide eſſe recipiendam. Pariter quoq; in 6. Synodo profeſſionem fidei ab Agathone ad Concilium tranſmiſſam, vt à vero Pontifice, & Petri legitimo ſucceſſore eam recipiunt. in 7. quoq; Synodo idem de Adriano eueniſſe narratur, & in Concilio Lugdunenſi ſub Innocentio 4. & in alio ſub Gregorio x. appellant Romanum Pontificem, Chriſti Vicarium, S. Petri ſucceſſorem, & vniuerſalis Eccleſiæ Paſtorem. Idem tanquam de fide habetur diffinitiuũ in Concilio Florentino, vbi additur Pontificem Romanum pro tempore omnium Chriſtianorum Patrem, ac Doctorem eſſe. Ipſique in B. Petro, paſcendi & gubernandi vniuerſalem eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam fuiſſe. Sed certum eſt cuncta hæc

pro-

Digitized by Google

proponi tanquam vera, & certa, non tantum certitudine morali, ſed aliquo modo diuina; & de fide. Igitur quod hic vel ille in particulari, vel ſingulari, vtputa Pius V. vel Clemens VIII. vel Vrbanus VIII. ſit Pontifex, & vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor, certitudine fidei tenendum, atq; credendum eſt. Eo magis, quia in Bulla Martini V. in Concilio Conſtantienſi, in qua hæretici qui volunt reconciliari Eccleſiæ Catholicæ primò omnium interrogantur. Vtrum credant, quod Papa Canonicè electus (expreſſo eius nomine, qui pro tempore fuerit ſucceſſor B.Petri,) ſupremam poteſtatem habeat in Eccleſia ſancta Dei. Vbi duo regulariter ponderantur. Primo quod ſuſpecti de fide Catholica interrogantur de fide vtrum credant, &c. vbi agitur non de fide humana, ſed de fide diuina & Chriſtiana, de actu formaliter credendi, vt actus fidei eſt. Secundo, quod in eadem interrogatione fit ſermo in particulari de Papa tunc exiſtente, per quod oſtenditur non eſſe diſtinguendum, quemadmodum, nec diſtinguunt Concilia ſuperius relata, Pontificem Romanum in communi, & hunc vel illum in particulari, qui tunc ſedit, vel nunc ſedet in Cathedra D. Petri, ſed eadem fidei certitudine complectuntur hunc & illum, itaut quemadmodum non ſufficit in communi tantum credere eſſe aliquam Eccleſiam Catholicam, ſed propter determinationem per Pontifices, & Concilia ſæpè factam & confirmatam, neceſſe eſt credere hanc in particulari ſcilicet Romanam Eccleſiam eſſe veram Eccleſiam Catholicam. Ita quoq; non ſufficit credere in communi, quod quicumq; fuerit legitimè & canonicè electus, necnon ab eccleſia receptus, ſiue iſte, ſiue ille ſit verus Papa, ſed vlterius exigitur, vt fideles credant per actum fidei, quod ille qui proponitur ab Eccleſia tanquam ritè electus, hic & nunc indubitanter ſit Papa, & ſupremum Caput totius Eccleſiæ, qualis eſt nunc Vrbanus viij. Igitur aſſertum in quinta propoſitione de certitudine fidei credendum eſſe hunc Papam eſſe Paſtorem vniuerſalis Eccleſiæ veritate gaudet.

6 Augetur inſuper vis, & efficacia huius rationis, & argumenti, dum in eodem Concilio Conſtantienſi apertè declaratur hæretica, ſententia Vvicleph. Ioannis Hus aliorumque hæreticorum falsò dogmatizantium, quod poſt Vrbanum VI. non ſit aliquis recipiendus vt Papa, ſed viuendum ſit more grecorum ſub proprijs legibus, vti eſt videre in actis eiuſdem Concilij ſeſſ. 8. inter errores merito condemnatos Vvicleph. num. 9. Quod idem factum eſt circa errorem Ioan. Hus num. 10. vt in actis eiuſdem Concilij ſeſſ. 15. proteruè aſſerentis, quod nullus ſine reuelatione ſpeciali diuina poſſit affirmare de ſe vel de alio, quod ſit Romanus Pontifex, & caput vniuerſalis Eccleſię, ex qua formula condemnationis ritè colligi poteſt, atq; debet ſequens Corolarium. Igitur oppoſitum eorundem errorum fide Catholica diuina, & Chriſtiana erit tenendum, amplectendum, atq; credendum, ſed oppoſitum horum errorum eſt illud explicatum in quinta aſſertione ſeu propoſitione, itaq; remanet vera, & indubitata veritas eiuſdem quintæ propoſitionis.

Hæc vltima conſequentia facillimè probatur, nam euidens argumentum eſt illud, ſi poſt Vrbanum VI. non eſt aliquis recipiendus in legitimum Papam, ergo nec hic nec ille numerando in ſingulari, & particulari ſucceſſores ipſius Vrbani VI. ſed hoc conſequens ex adductis manifeſte eſt hæreticum ergo illud ex quo ſequitur, illud conſequens erit

Digitized by Google

erit manifeſtiùs hæreticum, & contrarium, ac illi directe oppoſitum erit de fide, prout in noſtra quinta concluſ.

Iterum magis augetur diſcurſus immediate præmiſſus ex condemnatione facta in eodem Concilio Conſtantienſi ſeſſ. 15. de errore verè hæretico Ioannis Hus num. 26. quo temerariè nimis dicebat, non eo ipſo quod Electores vel pars electorum neceſſaria ad legitimam electionem Pontificis Romani, ſecundum ritus hominum, in perſonam aliquam conſenſerint, eo ipſo perſonam illam eſſe legitimè electam, (imò tamq; membrum diaboli addens iniquitatem iniquitati, & falſitatem falſitati) aiebat, vnde ſiue electores bene vel male elegerint, operibus electi debemus credere.

Eandem veritatem contentam in quinta propoſitione ex conſequenti falſem docent nõnulli SS. Patres inter quos vnus eſt S. Hieronymus ſuper Matthæum, & ad Damaſum, cuius authoritas habetur cap. *Quoniam vetus* 24. 91. Sanctus Bernardus de conſideratione ad Eugenium, & alij relati in 3. cap. & in hac appendice.

7 Inter illos qui in proprijs terminis proponunt atque defendunt veritatem aſſertam in omnibus partibus quintæ propoſitionis connumerari debet Cardinalis Turrecremata Ordinis Prædicatorum, in ſua ſumma de Eccleſia Domini lib. 4. part. 2. cap. 9. §. *Octauum genus*. Vbi inquit *quia nunc* (ideſt ſuo tẽpore) *in apoſtolica dignitate ſedet Magiſter Thomas de Sarzana* ſtatim ſubdens *Iſta* (videlicet propoſitio ſequens) *Thomas de Sarzana eſt Papa, eſt propoſitio ſapiens veritatem Catholicam*, quod equidem probat validis argumentis in numero, & qualitate, preſertim quia Magiſter Thomas de Sarzana ritè, & Canonicè eſt electus in Papam, & ab vniuerſali Eccleſia tamquam verus Pont. ſuſceptus. Quæ ratio certe efficax, non eſt ſolius Turrecrematæ, ſed communis omniũ Theologorum, quemadmodum fatetur ipſemet Turrecrem. vbi ſupra; addens pro maiori efficacia huius rationis, quod ipſa ſcilicet ratio continet propoſitionem de fide catholica, & pro tali iam determinatá, vt habetur cap. *in nomine Domini*, & in præcitata decretali Martini quinti.

Inter hos (quicquid dicat Pater Suarez) connumerandus eſt Thomas Caietanus Cardinalis S. Xiſti locis præcitatis de Romano Pontifice, & ſecunda ſecundæ D. Thomæ quæſt. 1. art. 3. in reſponſ. ad 4. argumentum §. *nam manifeſte*, & ſequentibus, vbi nõ poſſum prætermittere qualiter à Patre Suarez de fide ſpe, & charitate, diſputatione 10. de Summo Pontifice ſect. 5. n. 2. malè reponatur Caietanus inter illos, qui ſola certitudine morali dicunt ſufficere vt fideles credant hunc vel illum in particulari eſſe verũ Pontificem Romanum, & forte non animaduertit Suarez diſtinctionem eorum quæ ibidem adducuntur à Caiet. Nam aliqua ſcripſit ſecundum propriam ſententiam, alia vero in perſona quorũdam trepidantium vbi non eſt timor, Quæ ſcripſit ſecundum propriam ſententiam illa ſunt. *Manifeſte adoramus Summum Pontificem abſolute*. Deinde refert quæ dicuntur à quibuſdam ineptè trepidantibus, quæ ſunt. *Et tamen ſecundum iſtorum timorem, ſub conditione eſſet venerandus, quia quis ſcit ſi iſte fuerit baptizatus?* Circa quæ duo conſideranda ſunt, primo. quod manifeſte fideles adorare debent Summum Pontificem rite electum, & per Eccleſiam ſuſceptum, per quæ verba ſignificat eſſe credendum, & tenendum hunc vel illum Pontificem Romanum rite electum eſſe verum, & indu-

indubitatum Papam, hocq; certitudine fidei quod magis declaratur ex ſecũdo. Nam de timore, & trepidatione quorumdam dicit, quod nocet deuotioni eorum iſte timor, addens, quod ſtandum eſt authoritati Eccleſiæ dicentis, hanc hoſtiam, & hunc Calicem continere corpus, & ſanguinem Chriſti, cum itaq; Eccleſiæ authoritas dicat de hoc vel illo Põtifice Romano, vt patet nunc de Vrbano VIII. quod ſit verus legitimus Pontifex totius Eccleſię, non ſolum certitudine morali, ſed certitudine fidei, quemadmodum de hoſtia modo explicato id quoq; tenendum eſt.

Tertio loco connumerari debet Dominicus Bannes, & ipſe Ordinis Prædicatorum ad 2.2. D. Thomæ quæſt. 1. art. 2. dub. 2. poſt ſecundam Concluſ. in reſponſione ad argumenta. §. *Reſpondent aliqui*, & §. *Nihilominus.* Vbi docet *poſtquã Papa diffiniuit aliquod tenendum ſecundum fidem, tunc etiam ſecundum fidem aſſerendum, eſt ipſum eſſe Summum Pontificem, & caput totius Eccleſiæ. Quod magis declarans*, inquit, *vt ſi verbigratia Gregorius XIII. definiat nunc aliquam propoſitionem tenendam ſecundum fidem definit etiam ſimul, & conſequenter ſe eſſe Summum Pontificem.* Quæ ratio non eſt propria ipſius Bannes ſed eſt communis apud omnes Theologos, & adducitur à Turrecremata vbi ſupra, à Cano lib. 5. de locis Theologicis cap. 5. & ab Andrea Vega de iuſtificatione lib. 9. cap. 39. & ab Antonio Corduben. loco inferius citando, vt alios breuitatis cauſa omittam.

Vbi cogor animaduertere errorem repertum apud Suarez, vbi ſupra de fide &c. Diſput. 10. ſect. 5. num. 2. dicentẽ, quod Bannes doceat morali tantum certitudine eſſe tenendum, quod hic ſingularis Papa, vtputa Greg. XIII. ſit Paſtor totius Eccleſiæ, nam præter illa iam adducta, fideliter relata circa ſententiam Dominici Bannes, ponderanda ſunt alia, quæ docuit, & ſcripſit vbi ſupra, circa finem eiuſdem prolixæ reſpõſionis ad ſecũdum argumentum, §. *Nihilominus*, dum expreſsè, inquit, ſi poſtquam Eccleſia acceptauit aliquem, vt Summum Pontificem, negaret aliquis illum eſſe Summum Põtificem verum, niſi oſtenderet illum non eſſe baptizatum, aut non eſſe virum, non ſolum eſſet vehementer ſuſpectus de hæreſi; ſed vt hæreticus meritò puniretur. Antonius Cordub. in ſuo quæſtionario Theologico lib. 4. q. 1. interquam plurima optimè authoritatibus, & rationibus ſtabilita, duo maximè proponit. Primò, quod Papa legitimè electus, & per Eccleſiam receptus, eſt caput totius militãtis Eccleſiæ, membrũq; ipſius ſimul, & caput viſibile, ſubordinatũ Chriſto capiti primo, & principali, qui non eſt membrum, ſed Dominus, & Redemptor, atq; caput primum Eccleſiæ; ſubdens, à quo ipſe Papa, & Eccleſia habet influxum inuiſibilem gratiarum, donorum, & inſpirationum, à Papa verò, Eccleſia, habet viſibilem gubernationẽ, miniſtrationem ſacramentorum, & inſtitutionem miniſtrorum, & alia ad cõſeruationem, ædificationemq; fidelium in vera fide, & religione Chriſtiana pertinentia; Addens, *qui quidem Papa eſt Vicarius Chriſti ſicut B. Petrus; Succeſſor autem, & non Vicarius Petri, propriè loquendo*; Cuncta hæc, & alia multa ad idem fatetur ipſemet Cordubenſ. quod illa collegit ex teſtimonijs ſacræ Scripturæ, ex Thoma Vualdenſi de Sacramentalibus, ex Turrecremata, Cano, Caietano, Driedono, Roffenſi, Soto, Iacobatio, & aliis, quos ibidem, & eorum loca in particulari citat.

Eandem quintam propoſitionem in proprijs terminis docuit Petrus de Aragonia

Digitized by Google

gonia ad 2. 2. D. Thomæ q. 1. art. 10. tract. de concilijs pag. 84. ſecundum impreſſionem Salamãtinam 1584. vbi poſtquam probauit de fide eſſe, quod hoc concilium ſingulare, puta Tridentinum, ſit verum, & legitimum Concilium, ſtatim infert. Idem eſſe dicendum de Gregorio XIII. quod ſit verus, & legitimus Papa.

Eandem denique quintam propoſitionem, conſequenter ſaltem; adducit Andreas Vega lib. 9. de incertitudine gratiæ cap. 39. §. *Quare & Scotus*.

Ex quibus omnibus infertur ſexta Propoſitio. Erronea ad minus in fide, & ſcandaloſa dici debet eorum aſſertio, qui proteruè dicunt, ſola certitudine morali conſtare de veritate huius, vel illius Pontif. Rom. in particulari, cum de ſe ſternat viam ſchiſmati, & alijs innumeris malis, ſuperiùs inſinuatis.

8 Pro ſolutione quarundam obiectionum animaduerto, quod Pater Suarez vbi ſupra de fide, ſpe, & charitate, diſputatione 10. ad quartum argumentum, (quamuis in modo loquendi aliqualiter diſcordet ab alijs Theologis) nihilominus *non video* (inquit) *quomodo poſſet ab hæreſi excuſari, qui negat hunc hominem in ſingulari, vt puta, Gregorium XIII. non eſſe verum Pontificem, quàm ſi negaret Romanum Epiſcopum Petri ſucceſſorem eſſe*. Ex quibus manifeſtè apparet, quod & ipſe defendat veritatem quintæ propoſitionis ſuperiùs relatæ.

Pariter quoq; conſidero pro reſponſione ad obiectionem eorum, qui aſſerunt nõ fuiſſe vſq; modo reuelatã à Deo veritatẽ, de qua in quinta propoſitione; quod Deus hanc veritatẽ reuelauit Eccleſiæ, quando eidem Eccleſiæ reuelauit Petrum eſſe caput ipſius, in qua reuelatione, generaliter reuelauit veros Petri ſucceſſores eſſe legitimos paſtores totius Eccleſiæ.

9 De fabuloſa, malignaq; hæreticorum falſitate, (quorum arma ſemper fuere calumnioſa mendacia, tanquàm primogenitorũ illius, qui eſt mendax ab initio) qua proteruè nimis auſi ſunt ſcribere, quod in Cathedra Petri aliquando ſederit mulier quædam in Pontificatu, nuncupata Ioannes Octauus. Quod aſſertum facillimè de aperto, ac euidẽti mendacio conuincitur. Id namq; non fuit, neq; Deus tale quid vnquam permiſiſſet.

In hoc enim fabuloſo mẽdacio duo contradictoria, & omninò impoſſibilia narrantur. Dicunt enim hãc Mulierem Põtificatum geſſiſſe inter Leonem Quartum, & Benedictum Tertium. Quodq; in Pontificatu vixerit duobus annis, ſed certum, ac euidens eſt apud omnes, quod Leoni Quarto immediatè ſucceſsit Benedictus III. Quod etiam per obitum Leonis 4. vacauerit ſedes ſolum, ac tantum quindecim diebus, vt demonſtrant omnes ſinceriſſimi Scriptores, præſertim illi, qui illis temporibus viuebant, & aliqui eorum Romæ commorabantur, qui teſtes fuere oculati eorum, quæ ſcripſere. Inter quos vnus extat magni nominis, & auctoritatis, Anaſtaſius bibliothecarius, qui Romæ interfuit electioni Leonis Quarti, & Benedicti Tertij, quemadmodum ipſemet teſtatur in vitis Pontificum.

Idem quoq; ſcripſit Addo Vienenſis, qui illis temporibus claruit, ſuamq; Chronicam conſcripſit, in qua ſequentia verba leguntur, *Sergio defuncto, Leo ſuccedit, quo obeunte, Benedictus in ſede Apoſtolica conſtituitur*.

His additur aliud inueriſimile ne dicam ſimpliciter impoſſibile, quod aſſerunt calumniatores in prædicta fabula, dum dicunt factum de Põtificatu illius fœminæ eueniſſe anno 855. nihilominus certum eſt, atq; indubitatum apud omnes

Digitized by Google

omnes, quod innumerabiles ferè Scriptores, qui per annos 500. Chronicas maximè Pontificum ediderunt, in quibus nec minimum quid, etiam remotè de prædicto fabuloſo mendacio mentionem faciunt.

Omitto breuitatis cauſa numeroſam multitudinem aliorum inueriſimilium, atque contradictionum contentorum in narratione dictæ fabulę, cuius author, vt fertur, extitit Martinus Polonus, qui vixit, & ſcripſit poſt quingētos annos à tēpore, quo ſupra. Quem Martinū multi Scriptores Eccleſiaſtici, præſertim Cardinalis Bellarminus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ad annum 1250. pagina mihi 208. dicit fuiſſe virum valde ſimplicem, qui *fabellas nonnullas pro hiſtorijs obtrudit*.

Quicunque verò plura validiora, & optima argumenta pro euidenti confutatione prædictæ fabulæ deſiderant, legant tradita ab eodem Cardinali Bellarmino lib. 3. de ſummo Pontifice cap. 24. & Nicolaum Serrarium Ieſuitam in erudito libello ab ipſo edito, ac inſcripto. *Error popularis de fabula Ioanna, quæ Pontificis Romani ſedem occupaſſe falsò credita eſt*.

10 Ad eandem falſitatem longiùs propellendam animaduerto, quod Magdeburgēſes ineptè, ac temere nimis, tamq; Eccleſiæ hoſtes prædictam fabuloſam hiſtoriam contendunt attribuere Marciano Scoto, & Sigiberto, qui Martinū Polonum præceſſerunt, cum tamen in exemplaribus antiquioribus, & fidelioribus eorundē tale quid nō inueniatur, ſed hic error malitia hæreticorum irrepſit in modernioribus exemplaribus.

Hinc eſt, quod Platina, & ſi aliquando malè affectus Pontificibus Romanis, mentionem faciens de prædicta fabula, de illa ſcribit dubitanter, & tanquam de re incerta, quæ nullum habet fundamentum, niſi aſſertio ſtulti vulgi, cuius ſtultitiam latiſſimè declaraui cap. 2. huius Elucidarij, præſertim num. 53.

Inſuper ponderandum eſt, quod Papa nō dicitur verum caput Eccleſiæ ratione formali ſanctitatis, aut charitatis, ſeu gratiæ, vel fidei perſonalis, vt latiùs demonſtratum eſt in cap. 3. huius Elucidarij; quia ſub hac ratione formali nō influit in membra, ſed ratione dignitatis, & auctoritatis Pontificiæ dicitur, & verè eſt caput, & Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ, quam à Chriſto accepit, ad illam gubernandam, & regendam legitima electione Cardinalium interueniente, modo explicato in hac eadem appendice, præſertim nu. 3. Quandoquidem ſecundum doctrinam Alberti Pighi lib. 4. Eccl. Hierarch. capit. 8. (de qua latè ſuperiùs dictum eſt, adiuncta authoritate aliorum Doctorum ibidem relatorum) Papa non poteſt eſſe hæreticus, dicente Chriſto, non ſolum de Petro, verum etiam dē Romanis Pōtificibus ſucceſſoribus D. Petri Lucæ 22. *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.* Quam verborum interpretationem tradunt Magiſter Sententiarum in 3. diſt. 24. & D. Auguſtinus tract. 92. ſuper Ioannem. Beda, S. Ambroſius, & Theofilactus ad eadem verba Lucæ præcitata cap. 22. & ita credendum eſt, habito præſertim reſpectu, & ordine ad ſuauē Dei diſpoſitionem, per quam Pōtifex Rom. eſt Iudex, & Magiſter totius Eccleſiæ in cauſa fidei. Qua valde rationabili conſtituta poſitione, ſeu ſententia, facillimè euitantur innumeræ ferè difficultates, & mala, vt fuſiùs dictum eſt cap. 3. huius Elucidarij num. 38.

Quæ obiectiones reijci poſſūt etiam præſuppoſito, quod Papa poſſit hæreſi laborare; quia vt ſuperius dictum eſt, cap. 3. num. 31. quandiu fungitur offi-

Digitized by Google

officio Pontificis ſeruatis ſeruandis, vt Pontifex nequit errare in fide, & in deciſionibus eorum, quæ pertinent ad fidem, ſiue ad bonos mores totius Eccleſiæ.

Ad id pariter quod aliqui objiciunt. Quod eligi poteſt quis in Pontificem Romanum incapax, Pontificatus, præter ea, quæ diximus in hac eadem Appendice numer. 9. Reſpondendum eſt negatiuè aſſignando pro ratione, quia apud Deum extat ſpecialis prouidentia in hac re maximi momenti, vt numquam legitima electione, quis eligatur in Pontificem Romanum, qui in rei veritate non extiterit capax huius electionis, & dignitatis.

Addo ſecundam reſpõſionem, quod ſtatim, atque recipitur, & approbatur per Eccleſiam, quæ eſt magiſtra, & columna veritatis, quæ regitur ſingulari inſtinctu Spiritus Sancti in re tanti momenti talis Pontifex eo ipſo intelligitur, quod fuerit canonicè electus, quodué ſit capax Pontificatus, & verè ſit Pontifex vniuerſalis Eccleſię modo fuſius declarato in propoſitionibus propoſitis, declaratis, ac comprobatis in hac Appendice Sectione prima.

His ſuperaddo, quod ſecuta electione, & approbatione Eccleſiæ modo dicto, fides ipſa inclinat credentes in illam propoſitionem; Hic (vtputa) Vrbanus Octauus, eſt verus Papa, & Paſtor vniuerſalis Eccleſię.

Et quærenti vnde oriatur hæc inclinatio, cum nonnullis egregijs Theologis reſpondendum eſt, id ſanè dependere ex duabus propoſitionibus de fide prima, quarum eſt. Quem Chriſtus Dominus vult audiri in ijs, quæ ad fidem, vel mores pertinent totius Eccleſiæ, is profectò legitimus Paſtor vniuerſalis Eccleſiæ cenſetur. Secunda. Eccleſia eſt parata audire, in ijs, quæ fidei, vel morum ſunt, ex Cathedra docentẽ Vrbanum Octauum, igitur hic in particulari eſt verus, & legitimus Pontifex vniuerſalis Eccleſiæ.

Prima propoſitio, fundatur ſuper illud, quod Petrus determinatè, & eius Succeſſores pro tempore extiterunt, ac erunt, ex ordinatione diuina totius Eccleſiæ fundamentum viſibile, iuxta illud Matth. 16. ſuper te ædificabo Eccleſiam meam, & Ioannis 21. *Paſce oues meas*. & Lucæ 22. *Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos*.

Secunda verò propoſitio, de qua ſupra, demonſtratur ex eo, quod Chriſtus præcepit, vt audiantur ab Eccleſia Petrus, & legitimi eius Succeſſores, in ijs, quæ fidei, & morum ſunt vſque ad conſummationem ſeculi, aliàs nũquam eſſemus certi de legitimo Pontifice Romano, quod eſt erroneum, & hæreticum modo ſuperius explicato, vt latius demonſtrat Turrecremata lib. 2. doctrinalis fidei cap. 29. Roffenſis contra Luterum artic. 25. Cano lib. 6. de locis Theologicis, & Driedo lib. 4. de dogmatibus cap. 4. p. 2. & 3.

Denique conſidero, quod etſi aliquando Eccleſia non cognouerit ita celeriter, vel approbauerit hunc, vel illum pro vero Pontifice Romano, vt accidit tempore Schiſmatis: nunquam tamen non legitimum, nec verum, pro legitimo, ſiue vero approbauit, ſeu recepit. Quod non ſolum omnes Catholici concedunt, ſed id etiam demonſtrat longa temporum experientia; nec quid tale permiſiſſet Deus, neque permittet in futurum, propter maxima detrimenta, quæ inde naſcerentur.

Sectio Secunda.

11 NEceſſarium eſt ad perfectã explicationem, & claritatem eorum, quæ ſuperius dicta ſunt de *Schiſmate, & Schiſmaticis*. Ponderare ſequentia.

Pri-

Digitized by Google

Primò. Ethymologiam, ſeu ſignificationem huius nominis *Schiſma*, quod eſt, nomen grçcum habens deriuationem à verbo χίζειν quod latinè ſignificat ſciſuram, quapropter dicebat Iſidorus lib. 8. Ethymolog. cap. 3. nomen Schiſmatis à ſciſura animorum vocatum eſt. Sciſio autem vnitati opponitur, qua nominis deſcriptione vſus eſt S. Thomas 2. 2. quæſt. 39. art. 1. ad initium corporis addens. *Vnde peccatum ſchiſmatis, dicitur, quod directè, & per ſe opponitur vnitati*.

Ex quibus, adiunctiſq; alijs cumulatis ab eodem S. Doctore, prçſertim ex ſacra Scriptura collectis, poſtquam dixit Chriſtum caput eſſe Eccleſiæ, cuius vicem in terris gerit Summus Pontifex Rom. expreſſis verbis cõcludit, *& ideò Schiſmatici dicuntur qui ſubeſſe renuunt Summo Pontifici, & qui membris Eccleſiæ ei ſubiectis communicare recuſant*.

Eadem docuerat S. Ioannes Chriſoſtomus homil. 3. ad Corinth. 1. vbi per ſchiſmata exponit ſectas, ſciſſuras ab Eccleſia recedentium, diuerſiq; capita ſequentium, & pereuntium. Pelagius Papa 14. q. 1. cap. *Schiſma*.

Hinc eſt, quod meritò Sancti Patres quaſi vno ore loquentes, aſſerunt quod Schiſmatici per ſe intendentes, ac volentes Eccleſiam Dei ſcindere, peccant in fide, præſertim contra illum articulum Symboli, *Credo in Spiritum ſanctum, & vnam ſanctam Eccleſiam Catholicam*, vt optimè inter alios animaduertit S. Aug. ad Neophytos, cuius authoritas habetur de conſecrat. diſt. 4. *Prima igitur ad finem*.

12 Ex ijs euidenter reijcitur error, ſiue blaſphemia, ſeu manifeſta hæreſis eorũ, qui docebant, ſchiſmaticum, dicere perfectionem, quæ meritò tanquam hæreſis fuit condemnata à Gregorio XI. vt refertur in Directorio Inquiſitorũ 2. p. q. 10. Etenim, vt breuiter dicam, duo complectitur Shiſma; primum, non obedire Eccleſiæ, ex intentione directè non obediendi, neque recognoſcendi illam pro matre ſua. Secundum, prouenìens ex primo, non ſubijci iudicio Eccleſiæ. Quæ duo inſinuat S. Thomas, vbi ſuprà, in reſponſ. ad ſecundum argumentum, dum inquit, *non obedire præceptis cum rebellione quadam conſtituit ſchiſmatis rationem*. Statim, & immediatè ſubdens: *dico autem cum rebellione, cum & pertinaciter præcepta Eccleſiæ contemnat, & iudicio eius ſubire recuſat*, & in vltimis verbis prolixæ reſponſionis ad tertiũ argumentũ expreſsè ait: *Caterũ nullũ ſchiſma eſt, quod nõ ſibi aliquam hæreſim confingat, vt rectè ab Eccleſia receſsiſſe videatur*. Et S. Chryſoſtom. homil. 11. ad Epheſ. *dico, & proteſtor (inquit) Eccleſiam ſcindere non minus eſſe malum, quàm incidere in hæreſim*. Imò D. Thomas ex authoritate S. Hieronimi in epiſt. ad Galat. benè intellecta, & ab eo ritè explicata in præcitata reſponſione ad 3. argum. 1. art. & latius in corpore 2. artic. poſt multa tandem concludit: *Vnde manifeſtum eſt, quod peccatum infidelitatis ex ſuo genere eſt grauius, quàm peccatum Schiſmatis, licet poſsit contingere, quod aliquis Schiſmaticus grauius peccet, quàm infidelis, vel propter maius periculum, quod inducit, vel propter aliquid huiuſmodi*, & in reſponſ. ad tertium argumentum eiuſdem ſecundi articuli. *Odium Dei* (inquit ille) *quod opponitur charitati quantum ad principale obiectum* (per principale obiectum charitatis intelligendo bonitatem diuinam) *non eſt minus: tamen inter peccata, quæ ſunt in proximum peccatum ſchiſmatis videtur eſſe maximum, quia eſt contra ſpirituale bonũ multitudinis*. Multa ad idẽ cumulat Caiet. vbi ſupra art. 1. in ſolutione ad primum, & ſecundum dubium ab

X 2 ipſo

ipſo ibidem propoſitum. Hinc eſt, quod Conſtantinus Imperator, vt refert Sozomen. Eccleſiaſt. Hiſtor. lib. 1. cap. 18. dicere ſolebat, ſe ſchiſma, & Eccleſię diuiſionem quouis malo grauiorem eſſe arbitrari. & Sanctus Ioannes Chryſoſtomus homil. 11. ad Epheſios. Nihil Deum ęquè irritat, quemadmodum diuiſam eſſe Eccleſiam. Schiſma itaque iure appellatur à Gloſa (relata à D. Thoma 1. Corinth. cap. 11. lectione 4.) peccatum multitudinis, à quo cętera oriuntur mala.

13 Eadem quoad ſubſtantiam tradunt Alexander Alenſis in Summa. p. 2. q. 153. Gerſon. p. 1. & 4. Iodochus Lorichus in Theſaur. nouo Theolog. Petrus Chreſpetius in Summa Catholicę fidei. Syluester, & omnes ferè Summiſtę antiqui, & moderni verbo *Schiſma.* ſiue *Schiſmaticus*, pręſertim Caietanus in ſua Summula peccatorum, verbo *Schiſma.* Nauarr. Manual. cap. 27. numer. 57. & Card. Toletus. libro 1. Instruction. capit. 19. numero 21. & ſequentibus.

Ex grauitate pœnę, ſiue pœnarum facillimè demonſtrari poteſt enormitas maxima peccati Schiſmatis, duplici etenim pœna, vt omnes pręcitati Authores tradunt, puniendi ſunt Schiſmatici, præſertim D. Thomas vbi ſupra art. 4. Prima etenim pœna dicitur ſpiritualis, & eſt pœna excommunicationis; altera verò dicitur temporalis, quæ adhibetur per coertionem brachij ſecularis; De prima enim dicitur Numer. 16. *recedite à tabernaculis hominum impiorum* (qui ſcilicet ſchiſma fecerunt) *& nolite tangere ea, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini peccatis eorum*, quæ inter ſpirituales maxima eſt, vt omnes Theologi, & Canoniſtæ aſſerunt. De ſecunda extat punitio Dei iudicio ſecuta in perſona Dathan, & Abiron cum multis alijs, qui morte horribili periere ob ſchiſma. Rationem huius duplicis pœnæ aſſignat S. Doctor. *quia Schiſmaticus in duobus peccat* (ſubdens) *in vno quidem quia ſeparat ſe à communione membrorum* Eccleſiæ, *et quantum ad hoc conueniens pœna Schiſmaticorum eſt, vt excommunicentur. In alio verò, quia ſubdi recuſant Capiti Eccleſiæ, & ideò quia coerceri nolunt per ſpiritualem poteſtatem Eccleſiæ, iuſtum eſt, vt poteſtate temporali coerceantur.*

Sectio Tertia.

Continens aliqua dubiola, quorum ſolutionibus prædicta magis elucidantur.

14 QVorum primum eſt. Quare peccatum ſchiſmatis cũ ſit tam graue, atque abominabile magnam pœnarum acerbitatem admittens, nihilominus habeat ſequaces, & receptores? Huic difficultati breuiter reſpõdere poſſumus ex doctrina D. Thomæ 1. Corinth. cap. 11. lect. 4. §. *Dicendum eſt autem*. Vbi inter multa dicit, quod per diſſenſionem, vel ſchiſma ſoluitur, atque tollitur rigor diſciplinæ, quaſi dicat, ingenia illa feruẽtia tumultuantia, quæ procul abiecta humili manſuetudine inflata inueniuntur ſenſu ſuperbiæ, & ſuæ carnis, effugere cupientes rectæ diſciplinæ rigorem, in barathrum ſchiſmatis labuntur.

Sunt enim quamplures Doctores grauiſſimi ritè ponderantes, quod χισμὸς Latinè furor ira, & iracundia dicitur. Quapropter dicebat Hugo libro 2. de Sacram. quod ira eſt irrationabilis perturbatio mentis. & S. Thom. 2. 2. q. 157. art. 1. ad tertium argumentum, vitium iracundiæ importat exceſſum iræ, & ex ijs conſurgit audacia, ideò prædominati à ſchiſmate in furorem, iram atque iracundiam prolabuntur, ex quibus nimis audaces ad malũ eligendum tan-

tanquam furiæ indomitæ excitantur: ideò Ariſtot. 3. Ethic. cap. 8. ſcripſit: *Eſt maximus ad ſubeunda pericula aculeus iracundia*: ſubdens: *iracundi quidem celeriter commouentur, & in quos non decet*. & lib. 5. de Republ. cap. 10. *odium magis rationi obtemperat, quàm ira*. omne quidem ſine ratione factum, periculum eſt, aiebat Plutar.

Qua occaſione paucis multa complectens de vitio iræ, atque iracundiæ ab omnibus fugiendo quemadmodū prolixe, ſed egregiè demonſtrant Seneca tribus libris de ira ad Nouatum, & Lactantius Firmianus lib. de Ira Dei ad Donatum vna cum alijs ferè innumeris Authoribus Græcis, & Latinis, dicam cum S. Thoma, vbi ſupra, quod hoc vitium propriè directè, & per ſe opponitur virtuti manſuetudinis, tantoperè verbis, & operibus commendatæ à Chriſto Domino dicente: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde*. Ab hoc enim abominabili vitio multa mala naſcūtur, eſt enim radix, & caput omnium vitiorum, vt aſſerit inter alios S. Gregorius 31. Moralium, & Seneca in Thieſte traged. 2. *Iratus nihil niſi crimina loquitur*. Addunt alij, *& operatur*. Ira, atque iracūdia rationis vſum perturbant, mentem hominis præcipitant, inſaniæ, & cæcitatis pariunt exordium, ſuperbiam, aſſentationem, fallaciam, acerbiora odia, lites, & capitales inimicitias, fouent, atque augent. Denique iracundia meritò dicitur perturbatio ferina, dura, violenta, cedium cauſa, calamitatis ſocia, iacturæ concitatrix, ac animæ; & corporis perditionis origo. Hinc eſt, quod S. Io: Chryſoſt. vnà cum alijs SS. Patribus frequenter dicere ſolebat, Iracundum grauiorem eſſe illo, qui à dæmone vexatur, ſeu breuem quemdam Dæmonem, propter quæ mala Ouidius homines fortiſſimos adhortabatur,

Vince animos, irãq; qui cætera vincis.
& Ariſtot. lib. 2. Rethoric. capit. 21. *Irã immortalis, cum ſis mortalis nõ ſerua.*

15 Procul itaque à cunctis ſit ira, atque iracundia, præſertim ab illis, qui aliorũ curam gerunt quemadmodũ inter alios diſertis verbis explicat Iſidorus Hiſpalenſis lib. 3. de ſummo bono cap. 40. dum inquit, *Iracundi Doctores per rabiem furoris diſciplinæ modum ad immanitatem crudelitatis cõuertunt, & vnde emendare ſubditos poterant, inde potius vulnerant*. & S. Gregor. lib. 5. Moral. *Neceſſe eſt* (inquit) *vt qui zelo rectitudinis mouetur, attendat ne ira extra mentis dominium tranſeat, ſed in vltione peccati tempus, modumq; conſiderans, ſurgentem animi perturbationem ſubtilius retractando reſtringat, animoſitatem reprimat, & motus feruidos ſub æquitate diſponat, vt eo fiat iuſtior, vltor alienus qui prius extitit victor ſuus*.

Hinc eſt, quod Saluſtius dicebat. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio ſuperbia, atque crudelitas appellatur.

Secunda Difficultas eſt.

16 CVr ſcilicet non vnica tantum pœna, ſed duplici veniant plectendi Schiſmatici? cui breuiter reſpondet S. Thom. 2. 2. q. 39. art. 4. in reſponſ. ad 3. dum, inquit, quod *Pœnæ præſentis vitæ ſunt medicinales, & quando vna pœna non ſufficit ad coercendum hominem ſuperadditur altera*. Idq; corroborat exemplo medici, qui ideò multiplicat medicinas corporales, quando vna tantum non eſt efficax: deinde ſubdit; *& ita Eccleſia quando aliqui per excommunicationem ſufficienter non reprimuntur, adhibet correctionem brachij ſecularis, ſed ſi vna pœna ſit ſufficiens, non debet alia adhiberi*.

De pœnis Schiſmaticorum inter alia videnda ſunt, quæ tradit Caietanus in Summula, præſertim verb. excommunicatio, cap. 7. & Turrecremat. lib. 4. Summæ c. 18. excommunicantur enim Schiſmatici in Bulla Cœnæ Domini.

17 Tertia difficultas, quam mouet, atque reſoluit egregiè Caietanus in Summula, verbo Schiſma, & 2. 2. q. 39. art. 1. necnō Bannes, & alij expoſitores D. Tho. vbi ſupra q. 39. art. 1. Occaſione verborum D. Thomæ ibidem in reſponſione ad ſecūdum argumentū, dicentis, *quod non obedire præceptis* (intellige Eccleſiæ, & Capitis eius) *cum rebellione quadam, conſtituit Schiſmatis rationem*, & eſt, An quilibet Catholicus, qui recuſat præcepta, vel iudicia Papæ, dici poſſit Schiſmaticus? cui difficultati reſpondendum eſt triplici propoſitione, præſuppoſita diſtinctione trimembri, recuſare etenim præceptum, ſiue iudicium Papæ contingit tripliciter. Primò, ex parte rei iudicatæ, ſiue præceptæ. Secundò, ex parte perſonæ iudicantis, & præcipientis. Tertiò, ex parte officij, & muneris ipſius, qui iudicat. Qui Papa eſt, & Caput vniuerſalis Eccleſiæ.

Sit itaque prior propoſitio. Quicunq; recuſaret ſeruare ſententiam ritè latam per Pontificem Romanum, etiam quod hoc faciat cum pertinacia, grauiſſimè quidem peccat coram Deo, & hominibus, quamuis in rigore nequeat dici ſchiſmaticus, ſermo eſt in hac propoſitione de ſententia, non in materia fidei, ſed vt exemplificant Caietanus, & Bannes, intelligitur de executione ſententiæ, per quam mandat Papa, vt quis ab aliquo bello abſtineat, vel reſtituat aliquem ſtatum, ſeu aliquid huiuſmodi. Ratio verò aſſerti in priori propoſitione eſt, quia ille ſimul poteſt retinere recognitionem Pontificis Romani, tanquam Capitis Eccleſiæ, etiam quod aliunde renuat in hoc, vel in illo ſingulari exequi ſententiam eius.

Secunda propoſitio. Si quis verò recuſet præceptum, ſiue iudicium Papæ ex parte perſonæ iudicantis, quia illi propter aliquas rationes eſt ſuſpecta, paratum tamen retinens animum recipere iudices non ſuſpectos ſibi à Papa deſignandos. Iſte proculdubio, neq; Schiſmatis, neque alterius grauioris vitij culpam incurrit, cum ſit naturale cuiq; cauere à periculis, & nocuis, dummodò id fiat abſque ſcandalo.

Tertia propoſitio. Si quis verò Papæ iudicium, ſeu præceptum ex parte officij, quo fungitur, proteruè, atque pertinaciter recuſet, renuens cognoſcere ipſum, vt Superiorem, & Caput Eccleſiæ. Tunc dicitur Schiſmaticus, quamuis credat illum eſſe ſuperiorem iudicem in terris, ſecundum quem ſenſum, & explicationem ſunt interpretanda verba D. Thomæ ſuperius relata ad ſecundum argumentum. Etenim inobedientia quantumcunq; pertinax ſit, ſchiſma nō conſtituit, niſi coniunctam habeat rebellionem ad officiū Papę, vel Eccleſię.

18 Excitatus ne dum inſtantijs quorūdam, verum etiam ex ijs, quæ continentur in propoſitionibus immediatè relatis circa reſolutionem tertię difficultatis, cogor hîc breuiter explicare, quæ qualia, & quot, requirantur per ſe ad rationem iuſti Belli. Quamobrem ea, quæ prolixè adducuntur à Theologis 4. ſent. diſt. 15. ab Adriano in 4. in materia de pœnitentia, in quæſt. ſpeciali de Bello, ab Henrico quodlib. 15. q. 15. à Summiſtis verbo Bellum, & à compluribus alijs Authoribus, præſertim à Diuo Thoma 2. 2. q. 40. art. 1. & ſequentibus, & ab expoſitoribus eiuſdem vbi ſupra, maximè à Caietano, & Bannes ad formam breuitatis per ſequentes propoſitiones redigam.

Prima

Digitized by Google

Prima Propoſitio quæ eſt D. Thomę & ſuorum interpretum vbi ſupra. Tria ſunt quæ conſtituunt collectiue bellum iuſtum, prima authoritas Principis cuius mandato bellum eſt gerendum, Secundum Cauſa iuſta, Tertium requiritur vt bellantium intentio ſit recta, vt ſcilicet bonum promoueatur, & malum bello vitetur.

Per primam enim conditionem prohibetur perſonis priuatis bellum mouere, hinc eſt quod dicebat S. Auguſtinus lib. 22. contra Fauſtum cap. 75. *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli authoritas, atq; conſilium penes Principes ſit*. Et de ſecunda conditione explicata in priori propoſitione idem S. Auguſtinus lib. 83. quęſtionum q. 10. *Iuſta bella* (inquit) *ſolent diffiniri quæ vlciſcuntur iniurias, ſi gens vel Ciuitas plectenda eſt, quæ vindicare neglexerit, quod à ſuis improbe factum eſt, vel reddere quod per iniuriam ablatum eſt*. De tertia quoq; conditione dicebat S. Auguſtin. lib. 25. de verbis Domini quæſt. 1. *Apud veros Dei cultores etiam illa Bella peccata non ſunt, quæ non crudelitate, aut cupiditate, ſed pacis ſtudio geruntur, vt mali coerceantur, & boni ſubleuentur*. Et alibi lib. ſcilicet 22. contra Fauſtum cap. 74. circa initium, *nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas bellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſunt ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur*.

Secunda Propoſitio, quæ infertur ex iam adductis eſt, quod Bellum per ſe, & intrinſecè non eſt malum, ſed ſeruatis conditionibus de quibus ſupra, eſt licitum. Hanc propoſitionem per modum principalioris concluſionis proponit, declarat, atq; demonſtrat. S. Thomas, vbi ſupra quæſt. 40. art. 1. & ibidem expoſitores eius præſertim Caietanus, & Bannes. Eadem propoſitio euidenter probatur multis exemplis in ſacra ſcriptura expreſſis, vt puta illo Abrahæ gen. 40. qui bellum geſſit, & de parta victoria commendatur, atq; benedicitur, quemadmodum inter alios animaduertit Sanctus Ambroſius lib. 2. de Abraham, c. 7. & 8. Inſuper ex ſacra Geneſi, vſq; ad lib. Machabæorum incluſiuè narratur multos ſanctorum geſſiſſe bella iuſtiſſima, vt Moyſen, Gedeon, Ioſue, & alij de quibus inquit Apoſtolus ad heb. c. 11. Sancti per fidem vicerunt Regna. In nouo quoq; teſtamento Lucæ 3. S. Ioannes Baptiſta euidenter approbat tanquam bonum & rectum, bellum iuſtū, ſiue munus militare rectè exercitum; ijs accedunt placita Sanctorum Patrum præſertim S. Auguſtini, vbi ſupra, & S. Ambroſij lib. 1. officiorum cap. 27. & 29. imo expreſsè tradit S. Thomas, vbi ſupra art. 2. in reſponſ. ad 4. argum. non ſolum iuſtum bellum de ſe eſſe licitum verum etiam, & meritorium.

Tertia Propoſitio. Supra dicta ſunt exponenda de Bello non defenſiuo tantum, cū certum ſit huiuſmodi Bellum iure naturæ poſſe etiam à populis exerceri, ſed de Bello aggreſſiuo contra hoſtes, ſermo noſter intelligendus eſt. ita communiter omnes, vt optimè probat inter alios D. Thom. 22. q. 108. art. 2.

19 Quarta Propoſitio. Princeps perfectus tamen, cuius, & non alterius, authoritate bellum indici poteſt, (ex Caietano & alijs vbi ſupra) tenetur diligenter examinare, & inquirere de vera iuſtitia cauſæ, ſiue cauſarum mouendi bellum non ſolum per ſe, verum etiam per alios adhibito quoq; ſemel atq; iterum conſilio verè Sapientum. Ideo dicebat inter alios Magiſter Victoria in relectione prima de poteſtate Eccleſiæ, q. 3. n. 20. & 21. quod nō ſufficiebat ad iuſtitiam Belli, quod Principes crederet ſe habere

iuſtam

Digitized by Google

iuſtam cauſam, nam omnes de facili id crederent, ideo addebat. *Oportet ad Bellum iuſtum examinare magna diligentia iuſtitiam & cauſas Belli, & audire rationes etiam aduerſariorum*, quod non ex ſe dixit, ſed innixus doctrinæ D. Thomæ & diſcipulorum eius præſertim Caiet. & Bannes, & aliorum vbi ſupra. idem ſentit Dominicus Soto, lib. 4. de iuſtitia & iure q. 4.

Huius etiam aſſignari poteſt ratio, quia in rebus moralibus, valde difficile eſt, verum iuſtumq; attingere, ideo ſi hæc negligenter tractentur, in illis de facili errabitur in materia valde graui, & periculoſa. His adaptari poteſt illud, Iob 29. *& cauſam quam neſciebam diligenter inueſtigabam.*

20 Idq; totum confirmatur; quia Bellum ſignificat ſupremum actum iuſtitiæ vindicatiuæ, diligentius itaq; de illius iuſtitia, & rectitudine antequam incipiatur inueſtigandum eſt. meritò Caietanus 22. q. 40. art. 2. in reſponſ. ad 3. poſtquam dixit aliam conditionem Belli eſſe iuſtitiam cauſæ ab illa authoritatis qua indicitur, tandem concludit *oporteret in bellis non ſolum authoritatem indicentis, ſed etiam cauſam, & hinc ſumere, quod nulla authoritas ſufficit ad iuſtitiam belli, ſi iuſtitia deſit in cauſa.*

Corrolaria.

21 Ex ijs quatuor propoſitionibus duæ aliæ per viam neceſſariæ illationis colliguntur, quarum prima eſt. Ritè ac rectè ſemel atq; iterum damnata fuit hæreſis Manichæorum Vvicleph. Lutheri & aliorum falſo temere, nimis dicentiumq; vniuerſa Bella, & eorum vſum eſſe malum, & illicitum.

22 Secunda propoſitio per modum Corrolarij. poteſt contingere, vt ſit illicitum imo & graue malum aduocare infideles ſeu hæreticos milites in auxiliũ contra Cathol. etiam in iuſto Bello, hoc nãque videtur inſinuatũ 2. Paralyp. c. 16. vbi acriter repræhenditur Rex Aſſa, eo quod aduocaſſet exercitum Syriæ in ſui auxilium contra Regem Iſrael, cui meritò dixit Propheta, *ſtultè igitur egiſti; & propterea aduerſus te Bella conſurgent.*

Inſuper ex huiuſmodi conuocatione frequenter oriuntur ſcandala in Repub. Christiana; & conſimiles milites non ſeruant iura Belli, nec reuerẽtiam exhibent locis ſacris, ſed aliquando nimia temeritate cuncta profanare tentant, vt alia multa mala inde prouenientia breuitatis cauſa omittam.

23 Qui vero cupiunt in particulari intelligere, vel ſcire aliquas cauſas iuſti belli. Legant D. Tho. vbi ſupra qu. 40. artic. 1. in corpore, & in reſponſione ad argumenta, & ibi inuenient duas cauſas in ſingulari adductas ex D. Auguſtino, Prima eſt. Quando Ciuitas Reſpublica, ſiue Princeps vindicare neglexerit, quod à ſuis ſubditis male, & iniquè factum eſt; hac enim cauſa permotus Dauid habuit Bellum cum Rege filiorum Amon quemadmodũ habetur 2. Reg. c. 10. Altera vero cauſa ibidem aſſignata eſt. Quando Reſpublica, vel Princeps neglexerit omnino reſtituere, quod per iniuriam ablatum eſt. Qua de cauſa, quamplurima bella iuſtè habita fuere, vt latè habetur ex hiſtorijs, tam ſacris, quam prophanis, & in iuſtitia harum cauſarum omnes conueniunt Theologi, ac etiam iuriſperiti, vt aſſerunt expoſitores D. Thomæ, vbi ſupra.

24 Vt aliquid etiam de militibus dicam ex Caietano, vbi ſupra, & in ſua ſummula peccatorum, verbo *Bellum*, & ex Syluestro, & alijs colligo, Milites illos, qui ſunt ſemper parati ad Bellum in omni euentu parum, aut nihil curantes de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ illius belli,

li, ſed ſolum, ac tantum ad qualitatem ſtipendiorum reſpiciunt, eſſe in ſtatu peccati mortalis, nec ita de facili eſſe abſoluendos, quia retinent animum paratum ad quodcunq; bellum etiam iniuſtum, & ad malum parati ſunt, ideo dicuntur viuere cum affectu peccati mortalis, & ſermo eſt de dubio non ſpeculatiuo ſed practico, quamobrem dicebat S. Pater Auguſtin. tract. 19. de verbis Domini, militare non eſt delictum, ſed propter prædam, militare peccatum eſt, frequentium enim aurum, & opes bellorum cauſæ ſunt.

25 Ad id vero, quod aliqui Iuriſtæ ſimpliciter & abſolutè affirmant, quando ſcilicet certò non apparet an Bellum ſit iuſtum, ſed extant dubia hinc inde, ſit ſtandũ ſemper præciſè Principis declarationi & conſiliariorum eius. Reſpondendum eſt id habere veritatem, quando Bellum agitur pro defendenda Religione Chriſtiana contra manifeſtè hoſtes. Tunc enim Principi dicenti imminere neceſsitatem defenſionis fidei, credi poteſt, vt docet Alexander conſ. 216. volum. 2. Oldradus conſ. 258. Rolandus conſil. 1. num. 58. & 60. *vbi inter* cætera (inquit) quod non eſt facienda in hoc inquiſitio ſcrupuloſa, vt faciunt aliqui decuriones timoratæ conſcientiæ. Qui doctores ex conſequenti ſaltē, docent id quod tradunt Theologi in caſu dubij de iuſtitia belli, cuncta eſſe diligenter examinanda hinc, & inde antequam deueniatur ad indictionem belli, cuius probationes debent eſſe luce meridiana, (ſi poſſibile foret) clariores. Ideo Princeps, qui debet mouere Bellum præmittere tenetur ſufficientē, & neceſſariam omnem poſsibilem diligentiam, vt cum conſiliarijs, etiam non ſibi ſubiectis examinet iuſtitiam cauſæ mouendi bellum.

26 Nam indicere bellum habet vim, & modum proferendi ſententiam, ac illam executioni demandandi, contra alterum Principem. Ideo præmitti debet omnino, rigoroſum examē iurium & rationum circa iuſtitiam, vel iniuſtitiam cauſæ mouēdi Bellum, antequam deueniatur ad actum bellandi.

Tenentur etiam Principes propter eorum gloriam, & vtilitatem diligentius examinare, & examinari facere à Sapientibus cauſam iuſti belli, quia vt inquit S. Bernardus de noua militia. *Si bona fuerit cauſa pugnantis, pugnæ exitus malus eſſe non poteſt, ſicut nec bonus iudicabitur finis, niſi cauſa non bona, & intentio non recta præceſſerit; ſapientis aquidem* (vt inquit Lactantius lib. 6.) *non eſt velle certare, & periculo ſe velle committere, quoniam, & vincere non eſt in noſtra poteſtate, & eſt anceps omne certamen.* Hinc eſt, quod Ariſtot. lib. 1. de Republ. dicit. *Cum ſint incerti exitus belli*, prius conſiderate, quid agendum ſit quàm bellum inferatis, Nam poſtquam illatum eſt, diuturnitas efficit varias vices, à quibus vicibus vtriq; adhùc abſumus, & nondum proſpicimus exitum. Inferentes vero bellum vi rem agunt: poſtea detrimentis acceptis iudicia querunt. Ideo Xenoph. de bello græc. lib. 6. ſapientis eſt à bello abſtinere, etiam ſi graues belli cauſas habeat, nam errant quicumq; in bello oēs ſecundos ſpectant euentus.

Summa Quarti Cap.

1 *Definitur, ſeu potius deſcribitur, pietas fidei, quatenus diſtincta eſt, à neceſſitate fidei.*

2 *Quæ ſunt enim de pietate fidei habent maximam certitudinem.*

3 *Gloria Sanctorum Canonizatorum interquam plura habet etiam fidei certitudinem.*

4 *Declaratur uerus ſenſus verborũ D. Thom. quodlib.*

Digitized by Google

quodlib. 9. art. 16. de Sanctorum Canonizatione.

5 *In Sanctorum Canonizatione nequit errare Eccleſia, vel Pontifex Romanus caput ipſius* Eccleſiæ *Catholicæ.*

6 *Nonnulli Authores grauiſſimi interpretantur, ſiue eâdem interpretationē, de qua ſupra ad verba recitata D.Tho. adhibent.*

7 *Commune iudicium* Eccleſiæ *nequit eſſe erroneum, cum non poſſit in* Eccleſia *inueniri error damnabilis præſertim circa res fidei & bonorum morum.*

8 *Eodem modo loquendi quo vſus eſt S.Thomas, vbi ſupra de pietate fidei, antea vſi ſunt Patres Conciliorum, Niceni,* Con*ſtantinopolitani, Epheſini, & Calcedonenſis, necnon et quamplures Sancti Patres,*

9 *Fit ſatis ad argumenta propoſita contra veram explicationem verborum D.Thomæ de quibus ſupra.*

10 *D. Thomas in eodem quodlib. directè per ſe & data opera proponit, atque reſoluit, ea quæ pertinent ad certitudinem gloriæ ſanctorum Canonizatorum.*

CAPVT QVARTVM.

DE vera interpretatione verborum D.Thomæ quodlib. 9. artic. 16. præſertim ſequentium. *Quia tamen honor, quem Sanctis exhibemus, quædam profeſſio fidei eſt, qua Sanctorum gloriam credimus, piè credendum eſt, quod neq; etiam in his iudicium* Eccleſiæ *errare poſſit.*

Punctum Primum.

De Pietate fidei.

1 §. 1. OCCASIONE horum verborum Sancti Doctoris, ordinatè procedendo breuiter dicam, quid nomine pietatis fidei, ſecundum doctrinā Conciliorum, Sanctorumq; Patrum intelligatur, & quomodò ſupradicta verba D. Thomæ neceſſariò ſint interpretanda, non de pietate humana ſiue morali tantum, ſed de pietate fidei, quæ includit, ſiue illam preſupponit certitudinem, quæ fidei eſt aliqualitèr.

Quam pietatem, vt diſtinctam à neceſſitate fidei, deſcribit Ioannes Driedo de Eccleſiaſticis ſcripturis, & dogmatibus varijs lib. 4 §. *præmiſſis conſideratis.* fol. mihi 501. *ad pietatem fidei, pertinet veritas ad quam, vt non temerè reijciatur, ſed credatur pia affectio fidei Chriſtianæ conſulta ratione mouet.* Et vt clarius ſenſum prædictorum verborum aperiret, demonſtraretq; pietatem fidei comprehendere, certitudinem aliqualem fidei, ſtatim ſubdit, *Nam pietas fidei, quemadmodum iam patuit, eſt affectio pia, qua circumſpecta ratione fides Chriſtiana adiuuatur, ideſt nutritur, fouetur, roboratur.* Liceat mihi ex his ponderare, vt decet, quod ſi pietas fidei nutrit, atq; corroborat fidem Chriſtianam, itaq; ad minus æqualitatem aliquo modo certitudinis habebit cum illa, & continuando ſermonem de illis, quæ pertinēt ad pietatem fidei quibuſdam paucis interpoſitis, idem quod ſupra ſignificantibus addit Driedo. *Non ſolum oportet non contemnere, ſed & decet potius credere ſic eſſe, aut geſtum, aut factum, quamuis neque ſcripturis ſacris, neq; determinatione, aut Eccleſiæ, aut Generalis* Concilij *ſit definitum.* Et poſt pauca, inquit, *falſitas contraria alicui ſententiæ, ſecundi generis.* (per illa ſecundi generis intelligendo, quæ ſunt de pietate fidei tenenda, vel credenda,) *de hæreſi ſuſpecta eſt*, quod mecum quamplures (quorum nomina recenſebo inferiùs, cap. quinto, ad ſextam concluſionem) interpretantur ad minus, ideſt falſitas contraria; de qua ſupra, ad minus de hæreſi ſuſpecta eſt.

Pun-

Digitized by Google

Punctum ſecundum.

De certitudine eorum, quæ ſunt de pietate fidei.

2 §. 1. HINC eſt quod Summi Pontifices, & Sancti Patres, frequenter ea quæ ſunt de neceſſitate fidei poſuerunt in genere eorum, quæ dicuntur de pietate fidei, vtrumq; confundentes, vt oſtendant certitudinem maximam eorum etiam quæ ſunt de pietate fidei, & inſuper quomodo hæc, & illa ad inuicem foueantur, roborenturque.

§. 2. Imò hoc idem habetur ex ſacris ſcripturis præſertim 2. Machab. cap. 12. ſecundum diuiſionem factam à D. Thoma *cap.* 12. licet ſecundum diuiſionem gloſſæ, & aliorum ſit *cap.* 13 illis verbis, *& quia conſiderabat quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, &c.* hoc eſt in fide mortui erant, ita interpretantur Sancti Patres, maximè Damaſcenus, *ſerm. de mortuis*, qui inſcribitur, *de his qui in fide dormierunt.* quam interpretationem adducit, & approbat S. Thomas multis in locis ſuę doctrinæ. præſertim in addit. 3. par. quæſt. 71. art. 2. & 4.

Idem clarius expreſſit S. Paulus *1. ad Thimoth. cap.* 3. vbi diſſerens de myſterio Incarnationis: Verbi Dei inquit, *Magnum pietatis Sacramentum, quod manifeſtatum eſt in carne, &c.* vbi profectò myſterium fidei, pietatis ſacramentum appellat, vt oſtendat magnam, ne dicam maximam affinitatem, & fortè identitatem, quam habent inter ſe frequenter ea quæ ſunt fidei ſimpliciter, & quę ſunt de pietate fidei.

§. 3. Eodem modo loquendi vſi ſunt frequenter Pontifices ſummi, Sanctiq; Patres præſertim S. Leo *epiſt.* 82. *ad omnes Epiſcopos Galliarum ad finem cap. 3. quod nec pietas fidei*, & clarius *epiſt.* 291. *ad Anaſtaſium Epiſcopum Theſſalonicenſem.* §. *ſcimus.*, vbi myſterium Incarnationis Sacramentum pietatis appellat, & paritèr in epiſt. 31. ad Pulcheriam Auguſtam, vbi pro eodem intelligit fidem catholicam, & pietatem religionis Chriſtianæ, hoc idem explicat *epiſt.* 35. ad eandem Pulcheriam quę pietas abſque dubio proteſtationem, profeſſionem, & certitudinem aliquam fidei præſefert, ideo in Bulla, ſiue conſtitutione Pauli 4. ædita ſuper forma iuramenti profeſſionis fidei emittendi à Doctorandis, & Magiſtrandis, atq; ad Epiſcopatum promouendis, cuius initium eſt, *iniunctum nobis*. finis vero, *Apud S. Petrum idibus Nouembris* 1564. inter quamplura in eadem forma profeſsionis expreſſa poſt ſymbolum fidei, & Apoſtolicas, atq; Eccleſiaſticas traditiones, in perſona profitentis expreſſis verbis dicitur, *Conſtantèr teneo Sanctos, vna cum Chriſto regnantes venerandos atq; inuocandos eſſe, &c.*

Ad initium enim formæ relatæ profeſſionis declaratur, atq; proteſtatur hęc & alia in eadem forma contenta firma fide eſſe tenenda, credenda, atq; profitenda, exordium ſanè eius formæ is eſt: *Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & ſingula &c.* & §. *Item ſacram Scripturam*, & verſ. *conſtantèr* eadem firmitate, atq; certitudine profitetur articulum exiſtentiæ Purgatorij, & venerationis Reliquiarum Sanctorum; ſed omnibus eſt euidens eſſe de fide, quod Purgatorium ſit, & quod Reliquiæ Sanctorum venerandæ ſint, & ibi confunditur certitudo duorum articulorum recenſitorum, cum illo de gloria Sanctorum dū dicitur immediatè poſt Articulum Purgatorij, *Conſtantèr teneo, ſimiliter, & Sanctos, vna cum Chriſto regnantes, &c.*

Vbi abſq; dubio de omnibus Sanctis Canonizatis per Eccleſiam fit ſermo. Ex quibus, vera illatione colligitur primo,

Digitized by Google

mo, Maxima affinitas, atq; approximatio certitudinis eorum quæ ſunt de pietate fidei, cum illis, quæ dicũtur ſimpliciter de fide ſecundo, quod pro eodem accipitur frequentèr eſſe de fide, & de pietate fidei. Tertio, quod gloria, & beatitudo Iuſtorum Canonizatorum habet certitudinem talem, ac tantam, vt dici poſſit aliquo modo certitudo fidei, contra Diabolicam Eraſmi arrogantiã, temerè nimis contendentis, Hæreticorum fallacijs perſuadere illos tantum eſſe verè Sanctos, & Beatos de quorum Canonizatione, & Sanctitate expreſſa fit mentio in Sacra Scriptura.

Punctum Tertium.

De certitudine gloriæ Sanctorum.

3 §. 1. MERITO itaq; cum Gregorio de Valentia ad 2.2. D. Thomæ titulo de obiecto fidei quæſt. 1. puncto 7. in reſponſ. ad illud, quod poſtremò obijciebatur. *Opinamur inquiunt nos id etiam vere eſſe certum de fide*. Hoc eſt, Sanctos per Eccleſiam Canonizatos gloria perfrui ſempiterna, & ratio eorum ea eſt, quam ipſi aſſignant, *propter promiſsiones factas Eccleſiæ de omni veritate quæ ad illius ædificationem ſpectat, quod nobis ſatis eſſe debet; vt conemur elicere aſſenſum fidei circa eiuſmodi veritatem.*

§. 2. Ex quibus etiam colligi poteſt, aſſertionem contrariam, eſſe aliquo modo hæreſim; vbi ponderanda ſunt, quæ ibidem docuerat Valẽtia, præſertim, quod illa collegit ex doctrina Antiquorum Theologorum, *ſatis eſſe* (ſcilicet) *in propoſito de materia Canonizationis Sanctorum generalem illam reuelationem, qua conſtat quicquid Pontifex determinat ad uniuerſam Eccleſiam pertinens, eſſe certum de fide.* hoc idem inſinuauit Gloſſa cap. vnico *de reliquijs, & veneratione Sanctorum* §. *Sedis Apoſtol. verb. item.* Quod etiam inſinuauit Henricus Henriquez in ſua Summa lib. 5 cap. 16. ſub litt. T.

Ideò S. Antoninus 3. *part. tit.* 10. *cap.* 8. §. 2. ſtatuit credẽdum eſſe Deum non permittere Eccleſiam in Canonizatione Sanctorum errare, cum Eccleſia ex ſymbolo fidei dicantur, & ſit verè ſancta, præſertim quia nihil docet falſum, vel contra rationem, nihilq; præcipit malum, vt latè demonſtrant poſt vſum, & conſuetudinem antiquam Eccleſiæ, validiſſimis rationibus, & argumentis Concilia, & S. Patres, maximè Tertullianus in Apologia *cap.* 36. & ſequentibus, & Iuſtinus in vtraq; Apologia, & Sanctus Auguſtinus, *lib. de Ciuit. Dei præſertim* 2. *cap.* 7. 22. *&* 28. & D. Tho. frequentèr *lib.* 4. *contra gentes*, ideò abſolutè Eccleſia Catholica Sancta nuncupatur, quemadmodum, & lex, quam ipſa tradit, iure optimo dicitur *lex Domini, immaculata conuertens animas ex pſal.* 18.

Punctum Quartum.

De vero ſenſu verborum D. Thom.

4 §. 1. EX quibus ſimul coadunatis, & diligenter conſideratis abſq; dubio colligi poteſt, primo ſenſum verborum D. Thomæ eſſe, non de pietate, ſimpliciter, ſed de illa quæ fidei pietas appellatur, & eſt. Secundò cauſam ſiue rationem, ob quam præcisè motus Sanctus Thomas nequaquam protulit ſimpliciter Papam non poſſe errare in canonizatione Sanctorum, ſed addit, *piè hoc eſſe credendum*, ſi videlicet habeatur reſpectus ſolum ac tantum ad hominum atteſtationes, quibus vtuntur Pontifices Rom. antequam deueniant ad actum finalem, & ſolemnem canonizationis Sanctorum pie tantum credendum; eſt; quaſi diceret, quamuis habito reſpectu ad ſolas atteſtationes hominum de quibus

quibus ſupra, piè credendum ſit, non poſſe Papam errare in Sanctorum Canonizatione, quia tamen alia ſunt, quæ magis vrgent in hac materia, vtputa Prouidentia Diuina, atq; ſingularis aſſiſtentia Spiritus Sancti, quæ proculdubio efficiunt iudicium certum, ſiue diffinitionem infallibilem actus ſolemnis canonizationis, prout latius ſupra cap. 3. & inferius 7. cap. in reſponſione ad vltimũ Argumentum, Igitur his præſertim conſideratis, vt decet, vna cum aliis ſæpè adductis, dicendum eſt, id quod aſſerunt nonnulli Doctores ſuperius citati in doctrina D. Thom. hoc eſſe indubitatum, atq; manifeſtum, pietate fidei inuoluente certitudinem fidei Diuinæ, Papam non poſſe errare in ſanctorum canonizatione.

§. 2. Quam interpretationem tanquam veram, etiam ad mentem D. Thomæ modo explicato colligũt eiuſdẽ S. Tho. fideles interpretes, ex doctrina eiuſdem S. Doctoris vbi ſupra, præſertim ex traditis opuſc. contra errores Græcorum ideo læto animo, vlniſq; apertis amplectenda venit, diſcernere quippè inter Sanctum, & non Sanctum eſt donum Spiritus Sancti, ex 1. Corinth. cap. 14. vt animaduertit inter alios quamplures Auguſt. Triumph. in ſua antiqua Summa de Eccleſiaſt. poteſt. q. 15. art. 2. in corpore, & Pater Valentia 2. 2. q. 1. art. 10. diſp. 1. de obiecto fidei, puncto 7. §. 40. verſ. *quæ ſanè*. poſtquam ſuperius dixerat, certa fide credẽdum eſt Papam non poſſe errare in Sanctorum Canonizatione (inquit) *quæ ſanè certitudo iiſdem de illis Dei promiſsionibus nititur, ex quibus compertum habemus, numquam eſſe futurum, vt vniuerſa Eccleſia in rebus Relig. Chriſt. fallatur*. ſubdens immediatè, *falleretur autem grauiter in negotio religionis. Si Sanctum reputaret, ac pro tali veneraretur eum, qui Sanctus non eſt.*

Punctum Quintum.

De interpretatione S. Antonini, & aliorum ad verba D. Thomæ.

QVapropter Sanctus Antoninus, vbi ſupra 3. p. ſuæ ſummæ, *tit.* 12. *cap.* 8. §. 1. & 2. interpretatur verba Sancti Thomę *quodlib.* 9. *art. vlt.* piè ſcilicet credendum eſt, Eccleſiam non errare in canonizatione Sanctorum, Verius eſſe intelligenda, non tantum de pietate conuenientiæ, vt fortè aliqui malè interpretantur, ſiue morali tantum, verum de pietate, ſiue certitudine fidei, & neceſſitatis.

Quam interpretationem tanquam veram, & de mente D. Thomæ ſequitur inter alios Sylueſter in ſua ſumma verb. *Canonizatio*, *num.* 2. §. 3. *quæritur*, Tabiena p. p. ſuæ ſummæ eodem verbo *num* 4. per totum, Bannes, Bellarminus, Couarruuias, ac alij locis ſuperius citatis, & inferius citandis, præcipuè Corduben. Mauclerus, & Pitigianus Scotiſta, vbi ſupra cum alijs multis.

§. 1. Ex Gregorio quoque Nugno Luſitano, & ex Melchiore Cano, colligit Angelus Rocca Epiſcopus Tagaſtens. in ſecunda æditione ſui commentarij *de Canonizatine Sanctorum, cap.* 39. *tit. opinio S. Thomæ declaratur*, §. *Piè igitur*, explicationem illius, quod docet Sanctus Thomas, quolib. 9. piè ſcilicet ait credendum eſt, quod nec in Canonizatione Sanctorum iudicium Eccleſiæ errare poſſit explicandum eſſe, Eccleſiam in Canonizatione Sanctorum non fallere, nec falli poſſe.

Quam etiam interpretationem exiſtimo abſque dubio veram, ne dum propter ſuperiùs relata, ſed quia colligitur ex immediatè præcedentibus verbis Sancti Doctoris eodem quolibet., & articulo dicentis, *honorem quem Sanctis Canonizatis exhibemus eſſe*

Digitized by Google

quandam fidei proteſtationem ſtatimque, ac immediatè ſubdens, *Pie credendum* eſt. Quod certè propter ſupradictorum continuationem, & connexionem vniuocam ad antecedentia verba eiuſdem ſenſus vniuoci cum ſequentibus verbis, quibus vna quædam integratur completa ſententia Sancti Thomæ, de pietate fidei, hæc quoque interpretanda neceſſario veniunt, tanquam conſequenter eodem ſenſu prolata.

§. 2. Quæ ratio deducta ex verbis Sancti Thomæ à multis dicitur efficax, atque euidens ad probandam veritatem interpretationis, de qua ſupra, propter multa, ſed præſertim, quia canonizatio Sanctorum neceſſario infert adorationem eorūdem, quæ Sanctorum adoratio, abſq; dubio de fide eſt, propoſitio enim de fide, ſecundum Regulam Generalem nequit inferri, niſi ex alia de fide, igitur vera vndequaq; erit interpretatio adducta verborum D. Thomæ.

§. 3. Hinc eſt, quod Ambroſius Chatarinus, *lib. 1. de certa Sanctorum gloria* §. *nam quod Sanctus Thomas*, eandem interpretationem tanquam veram, indubitatam, omninoq; certam adducit, validiſq; argumentis probat ita eſſe exponendum Sanctum Thomam de pietate ſcilicet fidei, quo modo loquēdi vſus eſt etiam Sanctus Thomas, dum ſermonem haberet de his, quæ primo, & per ſe ſpectant, ſiue ſunt de fide; ideò Catharinus addit quòd Sanctus Thomas expreſsè dixit piè credendum eſſe Chriſti aduentum, etſi hoc in ſe ſit ne dum de fide, ſed articulus fidei, ecce quomodo S. Thomas per illud aduerbium *piè* antepoſitum illi termino *credendum*, intel lexit pietatem, atq; fidei certitudinem, prout clarè in caſu relato. Quod magis corroboratur ab eodem Catharino, ſępiùs in hoc particulari à nonnullis grauiſſimis Authoribus relato, & approbato, pręſertim ab Authore Candelabri au rei correcti, *cap. 13. de Canonizatione Sanctorum nu. 25.* & à Corduba in hoc cap. inferius citando, ac etiam in relationibus Canonizationis, quorundam Sanctorum æditis à D. D. Auditoribus Sacræ Rotæ Romanæ, de quibus ſupra, ſuamq; veram interpretationem optimè fundat, nè dum in multiplici authoritate S. Thomæ, verum etiam, & Sancti Auguſtini aſſerentis, *pietatis eſſe, Diuina credere authoritati.* Quorum dicta neceſſariò veniunt exponenda de pietate, quæ coincidit cum certitudine fidei, quæ pietas omnem procul excludit fallaciam, firmā verò, atque ſtabilem veritatem, ac veræ fidei certitudinem continet: idem de mente D. Thomæ docuit Iacobus Caſtellanus in ſuo tractatu, *de Canonizatione Sanctorum, q. vlt.* §. *idem S. Thomas*. propter ſcilicet aſſiſtentem Spiritum Sanctum, omnem; veritatem ſuggerentem, fuiſſeq; ſequutum hanc piam opinionem de infallibilitate Iudicij Pontificis Rom. in Sanctorum Canonizatione ad mentem D. Thomæ fatetur expreſsè idem Caſtellanus, vbi ſupra §. *& tenendo hanc opinionem*. vbi etiam reſpondet ad argumenta eorum, qui aliter contendunt interpretari verba D. Thomæ quodlib. citati 9.

§. 4. Michael Mauclerus Doctor Sorbonicus, *De Monarchia Diuina, Eccleſiaſtica, & ſæculari Chriſtiana; lib. 4. 2. p. cap. 7.* §. *Quamobrem* verſ. *proinde* efficacitèr oſtendit prędictam interpretationem de pietate, atq; certitudine fidei ad verba D. Thomæ *piè credendum eſt, &c.* eſſe non ſolum certam, & veram, ſed collectam neceſſariò ex eiſdem verbis S. Thomæ, (dum inquit) *proindè, piè illud Angelici doctoris non improprium explicant pro fide pia, & firma, Qua neceſſario credunt Rom. Pont. in Apotheoſi Sanctorum decernenda, nec falli, nec fallere poſ-*

ſes

ſe; ſubdens immediatè, *quam expoſitionem vero ſimilem eſſe iudico, propter ſingularem Spiritus Sancti aſſiſtentiam, qui Romanum Pontificem ſuo religioſè vacantem muneri, ſibi à Chriſto credito, nunquā in re tanta, tamq; ſaluti fidelium proficua deſeret*, pro qua ſententia citat Turrecrematam *lib. 2. ſumm. de eccl. cap.* 102. *ad primum & ſecundum argumentum*.

§. 5. Prædictam doctrinam de approbatione prædictę expoſitionis ad verba D.Thomæ tradit quoq; Antonius Cordubenſis *in ſuo quæſtionario Theologico, lib. 5. propoſ. 2. §. nec obſtat.* dicendo, *Canonizatio autem Sanctorum licet ſit particulare factum ſecundum ſe, eſt tamen commune, quoad vtilitatem, ſeu damnū Eccleſiæ, ex quo, pertinet ad cultum diuinum, et imitationem vitæ Chriſtianæ*, ſubdens immediatè, *Ideò ibi eſt ſpecialis, & ſignata profeſſio fidei, & Papa vna cum Eccleſia ſpecialiter de illo facto, ſeù Sancto agens, quod in ſe eſt committens, reliquum ſpeciali Dei gubernationi, decernit ibi eſſe ſanctitatem imitandam, & proteſtatiuum fidei noſtræ.* Tandem concludit, *Ideo cum id pertineat ad fidem, & bonos mores non poteſt errare* (ſcilicet Papa) *vt latius, & pulchrè agit Ambroſius Catharinus in tractatu de Gloria Sanctorum ſecundum Thomam.* Hæc ille, per Thomam manifeſtè intelligens S. Thomam Aquinatem, vt patet ex antecedentibus, & conſequentibus, eodem citato loco.

Punctum Sextum.

De vſu interpretationis verb. D. Thomæ.

6 §. 1. EADEM D.Thomæ verborum interpretatione vſus eſt Pauinus, quam tamq; veram, rectam, conformeq; literę S.Doctoris euidenter approbat in relatione Canonizationis S. Bonauent. *ad 9. art. circa initium.* vbi inter multa expreſsè dicit, *concludendum eſt cum S.Thoma quodlib. 9. art. 16. quòd Eccleſia canonizando aliquem, vt ſanctum errare non poſſit.* vbi poſt aliqua concludit, *ergo multo minus Papa errare poteſt conſiderata Diuina prouidentia, quæ Eccleſiam ſuam Spiritu Sācto dirigit, vt non erret ſicut ipſe promiſit Ioan.* 14 quod ſpiritus *adueniens docebit omnem veritatem* de neceſſarijs videlicet ad ſalutem, ſubdens, *Iudicium Eccleſiæ vniuerſalis errare in his quæ ad fidem pertinent impoſſibile eſt*; cuncta ſemper ibidem ordinans, ac dirigens ad actum Canoniz. Sanctorū, in quo actu, nequit Pont. Ro. errare.

§. 2. Baptiſta quoq; Epiſc. Vintimil. in ſuo tract. de *Sanctorum Canonizatione* directo Sixto 4. in reſp. ad 4. dubium expreſsè aſſerit, Clem. 6. in quodam ſermone edito ab ipſo Pont. ibid. in ſpecie relato, declaraſſe verba præcitati quodlib. D. Thom. modo ſupradicto, *de pietate, atq; certitudine fidei* Sermo Pontif. habitus eſt publicè occaſione canoniz. S. Iuonis, de quo ſermone verba facit etiam Symphorianus, *in vita eiuſdem Clementis 6.* addens, *Vbi Eccleſia fecerit, quod in ſe eſt, inquirendo de vita, & miraculis, atq; orando Deum, & alia, quæ in ſe ſunt facienda non poteſt errare.*

§. 3. Horum vera, recta, atq; neceſſaria explic. verb. D. Tho. eaq; omninò neceſſaria colligitur abſq; dubio ex traditis ab eodem S. Doctore, vltra ſuperius relata in hoc eodem cap. ſi diligēter, vt decet, ſigillatim conſiderentur ab eodē S. Doctore expreſsè tradita in reſp. ad 1. & 2. argumen. præcit quodlib. & *art.* 16. ſiue vltimi illius, quodlib nam in reſponſ. ad primū, poſtquam dixit, poſſe Summum Pontificem certificari de ſtatu alicuius per inquiſitionē vitæ, & atteſtationem miraculorū, ſubdit, *& præcipuè per inſtinctū Spiritus Sācti, qui omnia ſcrutatur etiā profun-*

Digitized by Google

profunda Dei: cuncta (repeto ego) ſcrutatur quidem in ſumma veritate, & certitudine diuinus ſpiritus, & vt talia, ſuggerit Eccleſiæ, quæ ideo Magiſtra veritatis appellatur. Ita omnes; igitur de pietate certitudinis fidei interpretanda ſunt Sancti Thomæ verba, vbi ſupra, idque totum magis confirmatur, atque elucidatur ex illis alijs verbis eiuſdem Sancti Thomę ad ſecundum argumentum, dum inquit, *Diuina Prouidentia (in Canonizatione Sanctorum) præſeruat Eccleſiam, nè in talibus per fallibile teſtimonium hominum fallatur*. Ergo per aliquid altius, & alterius ſuperioris ordinis, videlicet per directionem Spiritus Sancti id habet, qui docuit, docet, ac docebit Eccleſiam omnem veritatem neceſſariam.

7 §. 1. Quod verò magis vrget in hac materia illud eſt, quod Diuus Thomas in art. quodlib. citati in argumento *ſed contra* pręter duo argumenta ab illo adducta ad initium quodlib. & poſtea ab ipſo ſoluta ad finem, proponit quidem, ſed relinquit tanquàm omninò certam authoritatem Sancti Auguſtini ad Sanctum Hieronymum dicentis, *quod ſi in ſcriptura canonica aliquod mendacium, admittatur nutabit fides noſtra*, ſubdens illicò, *ſed ſicut tenemur credere illud quod eſt in Sacra Scriptura, ita illud, quod eſt communiter per Eccleſiam determinatum, vnde hæreticus iudicatur, qui ſentit contra determinationem Conciliorum; ergo commune iudicium Eccleſiæ* (concludit ipſe) *erroneum eſſe non poteſt*, & antea immediatè ad hæc, vbi ſupra, propoſuerat tanquam veram, & certam duplicem propoſitionem, quarum prima eſt, *In Eccleſia non poteſt eſſe error damnabilis*. Secunda quæ infertur ex prima, *ſed hic*. (videlicet in Canonizatione Sanctorum) *eſſet error damnabilis, ſi veneraretur tanquam Sanctus qui fuit peccator, ergo* (tandem concludit) *Eccleſia in talibus errare non poteſt.*

§. 2. Quæ omnia ſimul collecta, & attentè conſiderata proculdubio demonſtrant neceſſariò interpretanda eſſe illa verba D. Thomæ *piè credendum eſt*. non abſolutè de quacumq; pietate, ſed de illa quæ nuncupatur; & verè eſt pietas fidei, modo ſuperiùs declarato, neque in veritate aliter poſſumus interpretari, Doctrinam hanc Sancti Thomæ, in qua non receſſit à formali, & propriò modo loquendi, ideo nequit à quoquam ſanæ mentis repræhendi, nè dum in ſenſu verborum, verum etiam; nec in modo dicendi, cum in hoc ſingulari etiam ſequutus fuerit modum dicendi Conciliorum, & Sanctorum Patrum.

Punctum Septimum.

De modo loquendi quatuor primorum Conciliorum.

8 §. 1. EO magis, quia hoc loquendi modo vſi ſunt Patres qui interfuerunt Concilijs illis celeberrimis, Niceno I. Conſtantinopolitano primo, Epheſino primo, atq; Calcedonenſi primo frequentèr aſſerentes, atq; pronunciantes determinata in illis de fide, fuiſſe *piè diffinita* hòc eſt de fide, vti eſt videre præſertim in Epiſtolis conſcriptis Leoni Imperatori ab Epiſcopis Moeſiæ ſecundæ, primæ Syriæ, & ſecundæ Syriæ, necnon Oſſoenæ Prouinciæ, Meſopotamiæ, Phœniciæ Maritimæ, ac Phœnicis ſecundæ, & Libaniſiæ, exactè relatis poſt acta Concilij Calcedonenſis, In quibus de illis iam diffinitis de fide in præcitatis quatuor Concilijs loquentes, vtuntur frequentèr ſequentibus formulis verbor. *quæ illic piè diffinita ſunt, hanc nos habemus cũ veſtra pietate ſententiam:*

Vbi

Digitized by Google

Vbi proculdubio ſemper nomine pietatis intelligunt fidei firmitatem, atq; certitudinem, ita vt ſit ſenſus illorum; quę illic, *piè ſunt determinata*, hoc eſt tanquam certa de fide, hanc nos habemus cum veſtra pietate ſententiam, hoc idem, ſcilicet firma fide vobiſcum, & nos credimus.

§. 2. Eodem modo loquendi vſi ſunt etiam Sancti Patres, vti videre eſt, præſertim apud Sanctum Leonem, Ambroſium, Gregorium, Hieronymum, Maximum, & alios, qui in ſermonibus, vel homilijs, per illos reſpectiuè editis de Natiuitate, Paſſione, & Reſurrectione Domini Noſtri Ieſu Chriſti, etſi ſint myſteria hæc, ne dum certiſſima fidei noſtræ, ſed etiam potiora, nihilominus vocant eadem myſteria paſſim ſacramenta, ſiuè *myſteria pietatis*. hoc eſt, fidei Chriſtianę, id enim clarè confirmant verba S. Ambroſij *lib. Commen. in primum caput Lucæ*, vbi diſſerens de myſterio illo fidei noſtrę viſitationis, videlicet, Beatæ Virginis expreſſo à Spiritu Sancto *in 1. cap. Euangeliorum Lucæ. Exurgens Maria, &c.* illud pietatis myſterium, hoc eſt fidei, appellat.

§. 3. Igitur ſecundum ſenſum Sacræ Scripturę, Sanctorum Patrum, Sancti Thomę, & aliorum, quos paulo antea retuli de pietate fidei credendum eſt, Papam non poſſe nullatenus errare in actu canonizationis Sanctorum, quamobrem Doctor veritatis Sanctus Thomas ait, prędicta reſpiciens, de pietate eſſe, dixit, credere Papam minimè errare poſſe in Sanctorum Canonizatione, hoc eſt de fide, credendum eſt Papam minimè errare in actu ſolemn. Canonizationis Sanctorum.

Punctum Octauum.

Continens reſponſionem ad quedã argumenta.

9 §. 1. AD illud Argumentum, quod alíqui contendunt fundare in verbis D. Thomæ quodl. & artic. citato in corpore articuli S. *Reſpondeo*, verſ. *Canonizatio verò*, vbi ſtatuit S. Tho. Canoniz. medium tenere inter illa determinata à Pontifice Romano in quibus nullatenus poteſt errare, ac illa alia, quæ ad particularia facta pertinent, in quibus poteſt errare propter falſos teſtes, ſubinferunt ex his, apparet D. Thomam docuiſſe, quod non erat certum, ſed pium tantum credere, quod Pontifex non poſſit errare in Sanctorum canonizatione: Breuitèr reſpondetur, quod ex iam dictis faciliimè ruit propoſitum Argumentum, addendo primo, quod vt in plurimum, ne dicam ſemper, illud, quod eſt medium inter aliqua declinat magiſq; participat naturam, & qualitatem vnius extremi, quàm alterius, vti patet in coloribus medijs inter album, & nigrum, quod certè euenit proportionaliter in caſu noſtro, cum actus canonizationis ſit factum quoddam particulare, ordinatum tamen de ſe ad exaltationem fidei, & bonum commune totius Eccleſiæ Catholicæ, quemadmodum clarius habetur cap. 3. 5. & 7. præſertim in reſponſione ad primum argumentum, ideo actus ſolemnis canonizationis certitudine, atq; infallibilitate gaudet, quemadmodum illa, in quibus dirigitur Pontifex Romanus à Spiritu veritatis nè erret.

§. 2. Hæc quoque ratio colligitur ex verbis D. Thomæ, qui in eodem articulo §. *&* *verſiculo in argumento citato* antequam dicat, piè credendum eſſe, &c. poſtquam dixit canonizationẽ eſſe me-

diu inter illa, quæ Papa non poteſt errare, ac alia in quibus errare poteſt, ſtatim expreſsis verbis inquit, *Quia tamen honor quem Sanctis exhibemus, quædam profeſsio fidei eſt, qua Sanctorum gloriam credimus*, etiam his verbis palàm S. Doctor declarat Canonizationem, etſi dicatur medium modo explicato, potius tamen declinat, atq; participat naturam, & conditiones eorum, quæ certitudinem, & firmitatem fidei habent, inter quæ continentur ea, quæ fidei ſunt, circa quæ non poteſt errare Pontifex, nam per illa verba, *Qui honor etiam* aſsignat cauſam, quare potiùs canonizatio participet naturam prioris, quàm poſterioris extremi.

§. 3. Addo ſecundam reſponſionem decerptam ex verbis ipſis D. Thomæ eodem loco in reſponſione ad ſecundum Argumentum, etſi teſtimonium hominum, de ſe fallibile ſit, quo vtitur Eccleſia in Sanctorum Canonizatione, *dicendum eſt tamen*, (inquit ille) *quod Diuina Prouidentia præſeruat Eccleſiam, ne per fallibile hominum teſtimonium fallatur*. Ecce quomodo Sanctus Doctor, non ſemel, ſed bis, ac tertiò ſe ipſum clarius explicans repetit priorem reſpõſionem, quod ſcilicet canonizatio participat infallibilitatem, atq; certitudinem eorum quæ fidei ſunt. Tertia reſponſio collecta etiam ex verbis D. Thomæ, vbi ſupra, partim ex corpore articuli, partim ex reſponſione primi argumenti ea eſt, quamuis ea, quæ præcedunt actum canonizationis conſiderata in ſe, vel ſecundum ſuam naturam, & proprietatem, poſsibile ſit in ipſis inuenire errorem, atque fallaciam, relata tamen ad diuinam prouidentiam regẽtem Eccleſiam in actu Canonizationis per inſtinctum Spiritus Sancti, procul abeſt ab illa omnis error, atque falſitatis ſuſpicio, Igitur Sanctus Thomas dicit, *piè credendũ eſt,* conſiderando actus canonizationis, vt hominum fallibilitatem reſpiciunt; ac Iudicium Pontificis, ſpectata conditione Perſonæ, non autem officij, & muneris Vicarij Chriſti; nam certum eſt, Iudicio Pontificis Romani ex Cathedra docentis, (vt concedit Sanctus Thomas ibidem, & optimè) *Magis ſtandum eſt, quàm quorumlibet ſapientum hominum*. Quod probat ratione, & exemplo. Ratio eſt, Quia Diuina Prouidentia Eccleſiam ſuam, & Caput Eccleſiæ Spiritu ſancto dirigit, vt non erret. Quemadmodùm promiſit fidelis Deus, qui de ſe ipſo dixit, *ego Deus, & non mutor*, & Ioann. 14. *Spiritus Sanctus adueniens docebit vos omnem veritatem*, Ideo, impoſsibile eſt iudicium Eccleſiæ errare in his quæ fidei ſunt, vel neceſſaria ad hominum ſalutem, inter quæ propter ſuperius dicta, ac latius repetenda, cap. 5. & 7. connumeratur abſq; dubio Sanctorum canonizatio.

10 Quibus addo tandem breuem Animaduerſionem, quod Diuus Thomas, vbi ſupra quodlib. 9. articulo vltimo, per totum, & non alibi data opera, directè, ac per ſe tractat, atque reſoluit materiam certitudinis Canonizationis Sanctorum, vt videre eſt ex tractatis, & cõtentis in toto illo articulo, ac etiam ex inſcriptione, ſiue titulo articuli præcitati 16, quodlib. 9. qui eſt, *Vtrum omnes Sancti, qui ſunt per Eccleſiam Canonizati, ſint in gloria, vel aliqui eorum in inferno*. Ideo ibidem cuncta à Sancto Doctore propoſita abſque dubio referenda veniunt ad Sanctorum Canonizationem, & certitudinem Beatitudinis, ac ſempiternæ gloriæ ipſorum. De qua certa, ac indubitata veritate, nullus in doctrina Sancti Doctoris benè inſtructus in totum, vel in partem dubitauit.

Digitized by Google

SVMMA APPENDICIS ad 4. Caput.

Sectio Prima.

1 *Explicatur ſignificatio nominis Herois.*

2 *Declaratur duplex principium ſplendoris heroici, quo virtutes heroicæ dicuntur.*

3 *Deſcribitur, quis, & qualis ſit virtus heroica.*

4 *Adducitur effectus præcipuus virtutum heroicarum.*

5 *Aſſignatur differentia inter virtutes Theologicas, & morales.*

6 *Explicatur quis, & qualis ſit finis vltimus omnium hominum.*

7 *Declaratur in quo verè conſiſtat Beatitudo æterna.*

8 *Explicatur quomodo Beatitudo dicatur aliquod increatũ, & pariter aliquod creatũ.*

9 *Beatitudo vltima pertinet ad actum intellectus, non autem voluntatis, quicquid in hoc dicat Scotus.*

10 *Oſtenditur fallacia quarundam rationum adductarum contra prædicta.*

11 *Forma, qua ſplendent virtutes heroicæ, eſt ipſa charitas.*

12 *Nonnulla dicuntur de charitate, quæ eſt maior omni alia virtute, etiam Theologica.*

13 *Proponitur quædam animaduerſio neceſſaria circa iudicium faciendum de virtutibus heroicis.*

14 *Deſcribitur dignitas, & excellentia Romanæ vrbis.*

Sectio Secunda.

15 *Quædam dicuntur circa eminentiam virtutis fidei.*

16 *Demonſtratur quale ſit obiectum formale fidei Catholicæ, ac etiam materiale.*

17 *Vindicatur Caietanus ab aliquibus.*

18 *Explicatur quid ponat in Deo reuelatio credendorum.*

19 *Non eſt diſtinguenda Apoſtolica Sedes à Pontifice Romano.*

20 *Demonſtratur, quomodo fidei non poſſit ſubeſſe falſum.*

21 *Deus mentiri non poteſt.*

22 *Affertur explicatio ad illa loca ſacræ Scripturæ, quibus dicitur Deum induere perſonam fallentis, vel indurantis cor hominum.*

Sectio Tertia.

23 *Deſcribitur quid ſit viſio, & reuelatio diuina, aſſignaturq; diſcrimen repertum inter illas.*

24 *Explicatur quotuplex ſit velamen, quod amouetur per reuelationem.*

25 *Nullus purus homo habuit reuelationem immediatè à Deo, ſed mediantibus Angelis.*

26 *Declaratur quomodò Moyſes viderit Deũ facie ad faciem.*

27 *Referuntur ſigna, vel notæ, quibus cognoſci poteſt quando reuelationes factæ alicui perſonæ ſint à Deo.*

28 *Explicatur qua certitudine ſiue fide adhibendum ſit illis, quæ continentur in reuelationibus etiã approbatis per Eccleſiã.*

29 *Deſcribũtur quæ, et quales reuelationes ſint ſuſpectæ, præſertim illæ, quæ fiunt mulieribus.*

30 *Adducitur decretum Concilij Lateranen. circa reuelationum approbationes.*

31 *Numerantur authores, qui diffuſè tractãt de reuelationibus.*

APPENDIX AD IV. CAPVT

in tres Sectiones diſtincta.

In Prima. De virtute heroica.

In Secunda. De obiecto fidei.

In Tertia. De Reuelationibus agitur.

Sectio Prima.

IN præcedentibus Capitibus frequentiùs dictum eſt: Non omnes iuſtos

eſſe

eſſe ab Eccleſia canonizandos, ſed illos qui Heroicis virtutibus effulſere, quod etiam repetẽdum eſt pluries in ſequentibus; ideò operepretium duxi aliqua compendioſè, & diſtinctè explicare circa heroicas virtutes, earumque qualitates, & effectus.

1 In primis itaque à nominis ſignificatione exordiũ ſumam. Herois nomen, (vt conſentiunt omnes authores etiam Philoſophi, & Poetæ) gradum, conditionem, perfectionem ſupremam, atque exuperantiam ſupra hominis naturam deſignat. Quapropter, Plato in Cratyllo, Heroem hominem bonum, appellat illuſtri vita functum, virtutiſq; amore ſupra humanam conditionem eleuatum. Hunc Poetæ vnanimi conſenſu ſemideum, ex Deo, & homine ortum affirmabant; vt denotarent abſque diuino afflatu quempiam hominum ad gradum Heroicæ virtutis eleuari non poſſe. Hinc eſt, quod Franciſcus Picolomineus Senenſis, in ſua Philoſophia *de moribus, titulo de virtute heroica, gradu 6. cap. 8.* aperire volens vnde ortum ducat fulgor, ſiue ſplendor heroicæ virtutis, poſtquam præſuppoſuit, heroicam virtutem ſignificare eminentiam moraliũ virtutum, inquit: *Splendorem heroicum*
2 *duplicis generis habere principia, vnum eſt, eorum, quæ ad internam eius eſſentiam pertinent. Alterum eſt externorum.* Statim ſubdens: *Si primum genus inſpicimus, tũc vel virtus dicitur heroica per relationem ad eundem finem virtutis ciuilis, vel per relationem ad finem vltimum, & eminentiorem* illicò ſubdens: *Si per relationem ad eundem finem, tunc ortum ducit ex flagranti amore honeſti, & vehementi deſiderio illius finis. Si verò heroica fuerit per eleuationem ad finem vlteriorem, & ſublimiorem, quæ magis propriè heroica dicitur, ea ſimiliter oritur ex flagranti eius finis amore, & ex vehementi deſiderio connexionis cum vltimo fine, quà dilectione ſimul Deum et proximum quoq; diligimus, ſolum id facimus per relationem ad Deũ, & finem poſtremum.* Quò verò ad illa, quæ ſpectãt ad ſecundum genus, inquit, *Si alterum genus principiorum conſideremus, quod minus pertinet ad eſſentiam heroicæ virtutis, inueniemus eã fulgere poſſe, vel ob vehementem perturbationem, vel munere naturæ, fortunæ, & aſſuetudinis.* Quia verò ſermo meus in toto hoc Elucidario dirigitur ad virtutes heroicas ſecundum primum genus, quatenus quodammodo identificatur cum vera ſanctitate; ideò dico, quod ſplendor virtutis heroicæ ortum habet ab eximia charitate, quæ Dei, & proximi dilectionem complectitur, quicquid in hoc dicat Franciſcus Picolomineus vbi ſupra *cap. 6.* vbi ſequens puras Philoſophorum rationes, videtur in aliquibus à nobis diſſentire, ſed id totum clareſcet paulò inferius.

3 Antequam verò vlterius procedam ex iam adductis colligam diffinitionẽ, ſeu potiùs deſcriptionem virtutis heroicæ. Virtus enim heroica, quæ feritati, ſeu immanitati directè opponitur, poſſeſſores ipſius iam per virtutes morales ritè compoſitos, ac bonos iam effectos; (*Virtus enim omnis, bonum facit habentem ex Ariſt. 2. Ethic. cap. 6.*) ſupra communem ordinariamq; hominis virtuoſi cõditionem, atque gradum valde extollit, ex quo oritur quod ſit habitus animi noſtri, quoduè ad finem ordinata ſit ipſa virtus, hominemq; faciat, vt tendentem ad ſuum finem. Quem efficit, vt refulgere dicatur, duplici ratione. Prima, quia proximius ad finem ducitur. Secunda, quia ad finem eminentiorem perducitur; idq; præſtat virtus heroica, ita vt homines heroici, præſertim ſecundum Theologos fine proximo huius vitæ mortalis penitus neglecto, ſolum inſpiciant futu-

futurũ,& virtutibus informati per viam mandatorum Dei ambulantes, altius ad illum ſolum finem perduci contendunt cum Pſalmiſta dicentes: *Vnam petij à Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*: & cum Apoſtolo. *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*.

4 Effectus itaque virtutum heroicarũ modo explicato præcipuus eſt ille, vt homines ad vltimum finem eleuet, atque ducat ſeruando debita media poſtremo fini accommodata: iuxta illud Saluatoris noſtri: *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata*. & Sanctus Auguſtinus lib. 19. de Ciuitate Dei cap. 1. *illud eſt* (ait) *finis boni noſtri, propter quod amantur cætera, illud autem propter ſeipſum*. & S. Thomas 1. 2. quæſt. 1. art. 6. id omne clarius explicauit, qui Sanctus Doctor eadẽ 1. 2. quæſt. 52. art. 2. docuit quod obiectum Theologicarum virtutum ſit ipſe Deus, qui eſt *vltimus finis, prout noſtram rationis cognitionem excedit*. ſubdens: *Obiectum autem virtutum intellectualiũ, & moralium eſt aliquid, quod humana ratione comprehendi poteſt*.

5 Ex qua diuerſitate rectè concludit S. Thomas, vbi ſupra, ad calcem art. 2. vnde virtutes Theologicæ ſpecie diſtinguuntur à moralibus, & intellectualibus.

6 De fine vltimo non materiali, ſed formali hominis, cum ſchola communi Theologorum, imò quorumcunque Catholicorum aſſero, *conſiſtere in beatitudine*, dicente S. Auguſtino 13. de Trinitate capit. 3. *Quod omnes homines conueniunt in appetendo vltimum finem, qui eſt beatitudo*. Idemq; demonſtrauit multis argumentis S. Thom. 1. 2. q. 1. præſertim art. 7. & ſequentibus.

7 Quę beatitudo non conſiſtit in diuitijs, neque in fama, vel gloria, aut honoribus, ſeu poteſtate, vel alio quocunq; corporali bono, vel corporis voluptate, ſiue alio creato bono, cum dicat ſtatum omnium bonorum agregatione perfectum ex Boetio 3. *de Conſolatione proſa* 2. 5. 6. & 7. ex D. Dionyſio cap. 5. de diuin. nomin. ex *S. Thom.* 1. 2. *à q.* 1. *vſque ad* 4. incluſiuè. Verùm beatitudo in Viſione Dei conſiſtit, qui ſolus ſua infinita bonitate, voluntatem, capacitatemq; hominis perfectè valet adimplere. Ex D. Auguſtino lib. 1. de Doctrina Chriſtiana cap. 3. & ex 19. de Ciuitate Dei cap. 26. ex D. Thom. vbi ſupra q. 3. per totam. Ibidem Expoſitores ipſius, & Scholaſtici, præſertim Egidius Romanus 2. ſenten. diſt. 26. q. 2. art. 3. Riccardus ibidem q. 6. Ferrarienſis 3. contra Gent. cap. 25. 33. & ſeqq. Capreolus 4. ſent. diſt. 49. quæſt. 2. ideò Pſal. 143. *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius eſt*. & Hierem. 9. in perſona Dei loquens, inquit, *in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire, & noſſe me*. & Ioann. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum*. & 1. Ioan. cap. 2. cum apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt.

8 Qua occaſione non præteribo illud Sancti Thomæ 1. 2. q. 3. art. 1. in corpore dicentis, *Si beatitudo hominis conſideretur quantum ad cauſam, & obiectũ, ſic eſt aliquid increatum, ſi autem conſideretur quantum ad ipſam eſſentiam beatitudinis, ſic eſt aliquid creatum*.

9 Inſuper ponderanda veniunt breuiter quæ adducuntur ab eodem D. Thoma eadem quæſt. 3. ſed art. 4. in corpore: Vbi poſtquam diſtinxit duo in ipſa beatitudine, quæ eſt ſummum hominis bonum cõſiſtens in adeptione, vel fruitione ſummi boni, ſtatim, inquit, *Beatitudo enim eſt conſecutio finis vltimi, conſecutio autem finis, nõ conſiſtit in ipſo actu voluntatis*. Subdens: *Voluntas autem fertur in finem, & abſentem cum ipſum deſi-*

Digitized by Google

deſiderat, & præſentem, cũ in ipſo requieſcens delectatur. Manifeſtum eſt autem, quod ipſum deſiderium finis, non eſt conſecutio finis, ſed motus ad finem. Delectatio autem aduenit voluntati, ex hoc quod finis eſt præſens, non autem è conuerſo, ex hoc aliquid ſit præſens, quia voluntas delectatur in ipſo; oportet igitur aliquid aliud eſſe, quàm actus voluntatis per quod ſit finis ipſe præſens voluntati, & hoc maniſeſtè apparet circa fines ſenſibiles.

Quæ vltima animaduerſio ponitur contra Scotum cõtendentem in 4. ſent. diſt. 29. quæſt. 4. tueri, ac defendere beatitudinem, de qua ſupra eſſe eſſentialiter actum voluntatis, cuius rationes, & argumenta omnia fideliter adducuntur à Medina, vbi ſupra, & à Cardinali Caietano 1. 2. q. 3. in Commentario quatuor priorum articulorum eiuſdem quæſt. vbi latiſſimè illas reſoluit euidẽter demonſtrando, quod nihil omninò concludunt, quas breuitatis cauſa omitto; ne videar reſcribere quæ fuſius, & clariſſimè ab alijs dicta fuere.

10 Rationes verò, & argumenta, quibus contendit (ſed abſque fructu) Gregorius de Valentia ad 1. 2. D. Thomæ q. 3. pũcto 4. oſtẽdere rationes D. Thomæ nequaquã concludere, quod beatitudo ſit operatio, ſiue actus intellectus, paſſim infringuntur, euidenter & tanquam nõ cõuincentes reijciuntur à modernis expoſitoribus D. Thomæ, copioſè tamen à Ioanne Dominico Montagnolo in ſuis defenſionibus Theologiæ Thomiſticæ in 1. 2. quæſt. 3. art. 4. Rationes enim Valentiæ pro maiori parte in hoc peccant, quia confundunt beatitudinem, vt conſideratur eſſentialiter, & vt completiuè. Quæ diſtinctio licet expreſsè non inueniatur in ſacra Scriptura; ex illa tamen celeberrimi Theologi, eandem diſtinctionem colligunt, quemadmodum & alia multa tanquam in eadem ſacra Scriptura virtualitèr, & implicitè contenta.

11 Forma itaque qua, miro ſplendore, atque ſuprema perfectione virtus heroica fulget, profectò ſimplicitèr, & abſolutè, theologicè loquendo, eſt ipſa charitas, à qua, eminentia virtutis heroicæ procedit; per quam, ſpiritum, formam, culmen, apicem, fulgorem, ſupremam perfectionem, eminentiam, ac exuperantiam, conſequitur virtus ipſa heroica. Virtus ſanè heroica diuinam quandam præſefert qualitatem; ſecundum tamen eminentiam charitatis. Ideò inter ſacros, qui eminent fide, humilitate, vel alia virtute, charitate informata Heroes meritò appellantur. Hinc eſt, quod lumen Eccleſiæ Sanctus Auguſtinus libro 10. de Ciuitate Dei dicebat: *Martyres noſtri* (hoc eſt) ij qui pro Chriſto patiuntur) *Heroes nuncupantur; ſi vſus Eccleſiaſtici ſermonis id permitteret.*

12 Charitas quidem radix omnium bonorum maxima cunctarum virtutum; (ex Apoſtolo 1. Corinth. cap. 13.) ad ſingula virtutum facta dilatatur ex Sancto Gregorio 10. Moralium, fortis, vt mors; ex eodem homil. 12. Pauperes ditat, Aduerſitates, tolerabiles reddit, Proſperitates temperat, ex Sancto Auguſtino de laude charitatis; vincit omnia, ſine qua, nihil valent omnia. Idem de Doctrina Chriſtiana; Virtus eſt pugnantium, Palma vitiorum, Concordia mentium, cui omnium bonorum profectus ſeruit; ex Caſſiodoro ſuper Pſalm.; reſpuit gladium, iacula excutit, periculum inſultat, mortem irridet, tandem vincit omnia, ex Beato Laurentio Iuſtiniano libro de *charitate in ligno vitæ* capit. 6. Ideò per eminentiorem gradum charitatis virtutes comparatiuè, ſiue ſimplicitèr dicuntur, & veræ ſunt eminentiores, & heroicæ. Ex quo deſumi poteſt ratio. Quare in Canonizationibus Sanctorum

ctorum

Digitized by Google

ctorum maximè perquiratur de charitate canonizandorum.

Magnitudo equidem ſiue maioritas virtutum, quarum maxima eſt charitas (vt optimè docet inter alios S. Thomas 1. 2. q. 66. art. 3. 5. ſed clarius artic. 61 in corpore, *ſecundum ſuam ſpeciem conſideratur ex obiecto, cum autem tres virtutes Theologicæ reſpiciant Deum ſicut proprium obiectum, non poteſt vna earum dici maior altera, ex hoc, quod ſit maius obiectum, ſed ex hoc, quod vna ſe habet propinquius ad obiectum, quam alia*. Statim immediatè ſubdens: *Et hoc modo charitas eſt maior alijs; nam aliæ important in ſui ratione quandam diſtantiam ab obiecto, eſt enim fides de non viſis, ſpes autem de non habitis, ſed amor charitatis eſt de eo, quod iam habetur; eſt enim amatum quodammodo in amante, & amans per affectum trahitur ad vnionem amati*, propter quod dicitur 1. Ioan. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* & Paulus ad Coloſſ. 3. *Super omnia charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis*, & alibi: *Adhuc excellentiorem viā demonſtro, æmulamini chariſmata meliora.* Vbi loquitur apertè de charitate, quæ ex iam adductis inter Theologicas virtutes præcipuè extat, quia magis nos vnit Deo fini vltimo.

Quamuis enim ſecundum Gloſſam Matth. 1. Fides generet ſpem, & ſpes charitatem, nequeunt tamen hæ duæ virtutes, nec altera ipſarum in proprietate ſermonis formalis, appellari cauſa perficiens, ſed tantum diſpoſitiua in ordine ad charitatem, quæ cauſa diſponēs non habet eminentiam regulariter ſuper id, cuius eſt diſpoſitio, ſed potius è contrario.

13 Denique animaduerſionem certè dignam, & valde neceſſariam, quam adducit Franciſcus Picolomineus, vbi ſupra cap. 12. Libuit hic inſerere, quaſummoperè præcauendum dicit, ne vice, ſeu loco virtutū heroicarum, mores corruptorum, atque cæcorum hominum in tenebris vitiorum ambulantium cōmendemus, ac pro fulgore heroico, vitia, populari voce, tanquam formoſa amplectamur. Quoniam ordinata ad finem, per ſolam finis conſtitutionem rectè formantur; propterea qui in decernendo, ac ſtatuendo recto fine aberrant, ita etiam in ordinatis ad illum delinquunt.

Aliqui ex Priſcis Romanis in Populi gloria, & honore, non rectè ſummum bonum conſtituentes, iudicati ſunt Heroes, quamuis ſceleſti fuerint, & pleni omni vitio, atque errore; ideò meritò de illis dicebat S. Leo Papa ſermone 1. de Natali Apoſtolorum Petri, & Pauli, quod Roma tūnc erat Magiſtra erro-
14 ris, & per Sanctorum Apoſtolorum doctrinam, atque prædicationem facta eſt diſcipula Veritatis, addens quod tunc, ideſt ante fidei Chriſti receptionem, *omnium gentium ſeruiebat erroribus, quia nullam reſpuebat falſitatem*. Subdens rationem: *Quia quanto erat tunc per diabolum tenacius alligata, tanto per Chriſtum eſt mirabilius abſoluta*. Ac felix effecta, vt de illa enunciauerit inter alios S. Hieronymus lib. 2. aduerſum Iouinianum, quam vocat. Vrbem potentem, Vrbem orbis Dominam, Vrbem Apoſtoli voce laudatam, de cuius laudibus eximia ſcripſerunt nonnulli Sancti Patres, præſertim Sanctus Ioannes Chryſoſtomus in Epiſt. ad Roman. cap. 16. homil. vltima, & Gloſa verb. *Romana* in extrauag. execrabilis de preben. de qua etiam canit Eccleſia: *Excellis omnem Mundi pulchritudinem*. Ex quibus omnibus cum Franciſco, vbi ſupra, conuenimus in concluſione, quæ eſt; *colligamus itaque* cum nemo valeat eſſe reuera Heros, niſi rectè de poſtremo fine (ſuperius non

fine

ſine vtilitate maxima explicato) ſentiat; & ſoli Catholici, veriq; fideles Chriſti imitatores, in rigore verioris ſermonis; rectè de Deo ſentiant; mediaquè ad illum conducentia complectantur, ſoli igitur ipſi reuera Heroes appellãdi ſunt; Et ſolum nobis reſeruatum eſt, virtutes heroicas modo declarato,quorum ſcilicet forma eſt charitas, poſſidere; ideò dicebat Sanctus Auguſtinus de Ciuitate Dei libro 5. non eſt vera virtus, niſi ad eum finem tendit, vbi eſt bonum hominis, quo melius non eſt. Et alibi, ſcilicet in quodam ſermone *Mens non poteſt habere Regnum virtutum,niſi prius exceſſit Regnum vitiorum.*

Sectio Secunda Appendicis.

In qua nonnulla de fide Catholica,præſertim de obiecto ipſius explicantur, præter illa, quæ ad initium primi capitis huius Elucidarij num. 5. & ſequentibus fusè adducta fuere; quæ tunc ſufficiebant pro claritate materiæ, & ſubiecti, de quo ibidem agebatur.

15 Fides enim eſt radix, atque fundamentum omnium virtutum,vt inquit Apoſtolus, quodq; ſuper hoc fundamentum ædificaueris, hoc ſolum ad operis tui fructus, & virtutis proficit mercedem. Ex S. Ambroſio libro de Caim, & Abel. Fides Religionis Catholicæ lampas eſt ardens, qua animæ domus illuminatur, imò ipſius lumen eſt oſtium vitæ, & fundamentum ſalutis æternæ. Ex S. Io Chryſoſt. ſuper Matth. 5. ac ſuper illud Symboli Fidei, *Credo in Deum.* Denique fides tranſgreditur rationis fidem, humanæ naturæ vſum, experientiæ terminos, vt inquit S. Bernardus ſerm. 67.

16 Cum D.Thoma,itaque aliiſq; Theologis Scholaſticis 3. ſent. diſt. 24. de ver. q. 14. art.8. quæſt. 18. art. 3. præſertim 2.2.q.1.art.1.& ſequentibus, ſtatuo ſequentem propoſitionem per modum Concluſionis. Deus vnus in eſſentia, & trinus in perſonis, vt excedit naturalem cognitionem ſub ea ratione formali, qua prima veritas eſt, poni debet obiectum formale fidei, & hoc præſertim propter efficaciam rationis, qua vtitur S. Thomas, vbi ſupra 2. 2. q. 1. art. 1. in corpore, quia videlicet *Fides nõ aſſentit alicui, niſi quia eſt à Deo reuelatum.* Ex qua ratione tamquam ex certo, & euidenti antecedente, neceſſariam cõſequentiam infert, dum inquit, *Vnde ipſi veritati diuinæ, fides innititur tamquam medio.*

Deinde verba faciens de obiecto materiali eiuſdem fidei, poſtquam dixit; ea, quibus fides aſſentit, *non ſolũ eſt ipſe Deus, ſed etiam multa alia, quæ tamen ſub aſſenſu fidei non cadunt, niſi ſecundum quod habent aliquem ordinem ad Deum,* intellige, *ad Deum* modò explicato in priori concluſione.

Quæ magis declarans ſanctiſſimũ Præceptor ſtatim ſubdit: *prout ſcilicet per aliquos diuinitatis effectus, homo adiuuatur ad tendendum in Deum.*

Denique proponit ſecundam Cõcluſionem ad calcem præcitati artic. per ſequentia verba; *Et ideò etiã ex hac parte obiectum fidei eſt quodam modo veritas prima, inquantum nihil cadit ſub fide in ordine ad Deum.*

Cunctis enim patet, ex verbis antecedentibus Sancti Doctoris; quod in ſecũda Concluſione expreſsè loquitur de obiecto materiali fidei, ita communiter fideles Interpretes eiuſdem S. Doctoris, vbi ſupra. Quemadmodum etiam cunctis notiſſimũ eſſe debet, quod ex verbis ſecundæ concluſionis ritè poteſt, & fortè debet colligi, adeò indubitatum eſſe, ac per ſe, & de ſe euidens, Deum

eſſe

Digitized by Google

eſſe obiectum fidei ſub ratione primæ veritatis, vt meritò appellari poſſit, nedum obiectum formale ipſius, verum etiam, & materiale, ex quo apparet maxima vis, & efficacia Diui Thomæ, qua vſus eſt in præcitato articulo, vt euidentèr, ac integrè demonſtraret ſimul & ſemel obiectum fidei, & rationem perfectam, ſeu diffinitioně ſpecificatiuam fidei Catholicæ, cōtra non ſolū Hæreticos, de quibus fit mētio apud Prateolū, tit. *Iuenete Feldiani*, ſed etiam contra quoſdam modernos Interpretes D. Tho. vbi ſupra.

17 Ex his cum Caietano ad eundem præcitatum articulum primum, §. *Ad ſecundum dubium*: Licet quoque inferre: *Deus, ſeu veritas prima, vt dicens, ſeu reuelans ſe, & alia, eſt obiectum formale fidei Catholicæ*; Per ſacram enim Scripturam diuina voluntas nobis innoteſcit, neque hoc obſcuritatem habet, vt quidam aſſerunt contendentes reprehendere Caietanum, cum id totum ſuperiùs relatum ex Caietano; vt aſſerit ipſemet, & probat, ſit non ſolum *tacitum in littera Sancti Doctoris, ſed expreſſum, dum veritas prima probatur obiectum fidei, quia nihil credit (id eſt fides) niſi à Deo reuelatum*.

Quapropter quibuſdam interpoſitis tandem per modum Concluſionis magis ſeipſum declarans repetit. *Veritas ergo prima, vt dicens eſt formale obiectum fidei, nec eſt opus aliqua ſpecificatione, ſed bene oportet limitare ex parte rerum dictarum*.

Alij D. Thomæ Interpretes ſub alijs verbis idem, quoad ſubſtantiam aſſerunt, immò coguntur vti rationibus aſſignatis ibidem à Caietano, vt eſt videre præſertim apud Dominicum Bannes 2. 2. quæſtione 1. articulo primo titul. Deciſio Authoris, quinta Concluſ.

Inſuper Caietan. vbi ſupra. Vt ſoluat quoddam argumentum Scoti: declarato iam quid ſignificetur nomine primæ veritatis, dicentis, ſiue reuelantis, dum certò & ſi obſcurè reuelet Deus, quæ fidei ſunt, tandem, inquit, quod dicere, ſeu reuelare in Deo ponit actionem, quæ proculdubio ſecundum regulam generalem, eorum, quæ ſunt in Deo, erit & ipſa de ſubſtantia Dei. Ideò concludit contra Scotum, *Falſum ſimpliciter eſt, quod reuelatio, ſub qua Deus eſt obiectum formale fidei nihil ponat in Deo*, in ordine, ad quem non habet veritatem illa regula, quod eſſe reuelatum nihil ponit in re reuelata: nam eſſe reuelatum à ſe ipſo, quatenus reuelans eſt, ponit abſque dubiò actum reuelandi. Ex quibus tandem infert. *Ideò falſum ſimpliciter eſt, quod reuelatio, ſub qua Deus eſt obiectum formale fidei, nihil ponat in Deo.*

His addendum eſt, quod Deus reuelans effectiuè, cauſat in nobis lumen fidei, ipſiuſque fidei aſſenſum; quod lumen ſupernaturale fidei (de quo, inquit Pſalmiſta) (*Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*) in nos receptum, in nobis quoque obiectum, quod creditur formaliter illuſtrat.

18 Ex littera enim D. Thom. huius articuli, adiunctis alijs traditis ab eodem Sancto Doctore 1. par. q. 45. non poteſt negari, quin actio diuina per ſe ferat diuinam potentiā productiuam effectus, quæ nihil aliud eſt, quàm eſsētia, & ſubſtantia diuina; reuelationem quoque ſignificare in Deo reuelante actioně ipſius Dei, quæ omnia tanquam vera, & per ſe nota præſupponit Caietanus in ſuo diſcurſu, paulò ſuperiùs relato, pro ſolutione argumenti Scoti. Ideò ritè pŏtuit inferre falſum eſſe ſimpliciter & abſolutè quod reuelatio, ſub qua

Deus eſt obiectum fidei, nihil ponat in ipſo Deo reuelante.

Spiritus ſancti igitur ſuggeſtione adductus fidelis, non ſuo iudicio, vel arbitratu eligit ſibi credibilia, ſed illa credit, ad quæ credenda, fides inclinat, in
19 quo ſingulari ſequi tenentur Fideles regulam infallibilem, nimirum Eccleſiam, ſiue caput illius, proponens, & diſtinguens, quæ ſint credibilia, & à Fidelibus amplectenda, non diſtinguendo Apoſtolicam Sedem à Summo Pontifice; neque Romanam Sedem à Pontifice Romano, & Sancti Petri ſucceſſore. Quicquid dicat in hoc, quamuis non rectè (ideò communiter impugnatur) Alphonſus de Caſtro lib. 1. contra hæreſes cap. 8.

Immò ex illa authoritate Matth. 16. *Dico tibi, quia tu es* Petrus, *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Colligunt nonnulli Theologi, & rectè, collatam fuiſſe Petro infallibilem authoritatem in decernendis illis, quæ ſunt fidei, quemadmodum ex illo Lucæ 22. *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua*, &c. Et ex illo alio Ioann. 21. *Paſce oues meas*. Et per conſequens, quod authoritas definiendi, quæ fidei ſunt. Primò, reſideat in Summo Pontifice; deinde in Apoſtolica Sede.

20 Hinc eſt, quod fidei nequit ſubeſſe falſum, vt ratione, & authoritate multiplici, probat Sanctus Thomas cum alijs Scholaſticis 3. ſentent. diſtinct. 24. artic. 1. quæſt. 3. & clariùs 2. 2. quæſt. 3. per totam, nec non & Expoſitores eiuſdem, vbi ſupra, totamque efficaciam huius veritatis colligit D. Thomas locis citatis ex ratione formali obiecti fidei, quod eſt veritas prima, modo ſuperiùs explicato.

Quam veritatem (*quod fidei non poſſit ſubeſſe aliquod falſum*) declarantes aliqui Expoſitores D. Thom. animaduertunt, quod credens aliquod obiectum fidei, ſi fallatur circa circunſtantiam ipſius, quæ non pertineat ad obiectum fidei (vt ſi exempli gratia) fidelis aliquis credebat Chriſtum naſciturum, quando iam natus erat), tunc fides ipſius credentis inclinabat ſolum, ac tantum ad ſubſtantiam actus Natiuitatis Saluatoris noſtri, non autem ad circũſtantiam temporis futuri.

Caietanus verò inter quam plura, conſiderat pro maiori claritate propoſitæ veritatis, aliud dici, ſub vero eſſe falſum, & aliud ſub vero eſſe cognitionem falſi. Nam primum ſignificat directè oppoſitum eſſe, ſub ſuo oppoſito tanquam formali, ſeu proprio actiuo, aut fine, quod eſt impoſſibile. Secundum verò ſignificat vnum oppoſitorum eſſe rationem cognoſcendi, aut fugiendi, vel excludendi alterum oppoſitum, & hoc eſt verum. Addens, *In littera* (textus ſcilicet articuli immediatè citati) *primum aſſumitur, non autem ſecundum*, fide namque, qua aſſentimus vero, diſſentimus à falſo, & ratio huius, ea eſt communiter à Theologis aſſignata. *Quia ex cognitione veri regulariter iudicamus oppoſitum eſſe falſum*. Hinc eſt, quod aſſentire veritati, ſit ratio aſſentiendi falſo, meritò dicitur impoſſibile, & verè ita eſt. Quemadmodum etiam eſt impoſſibile, quod charitas amet aliquod malum.

Ex his iterum inferri poteſt qualis, & quanta ſit grauitas erroris falſo aſſerentium, Deum mentiri poſſe, per ſe, vel per Miniſtros ſuos, cum Deus ſit verax, immò ipſa veritas, vt habetur numer. 24. *Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur*. Et Ioann. 1. *Deus verax eſt*, Et Ioann. 8. *Qui me miſit, verax*

rax

Digitized by Google

rax eſt. Ad Romanos 3. *Eſt enim Deus verax, Omnis autem homo mendax*. Et 2. ad Timotheum cap. 2. *Ille fidelis permanet*. Et 1. Ioannis cap. 4. *Omne mendacium ex veritate non eſt*. Et Luc. 21. *Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt*.

22 Ideò loca, & authoritates ſacræ Scripturæ, vel Doctorum Catholicorum, quibus videtur inſinuari Deum induere perſonam fallentis, vel indurantis, ſeu excęcantis hominum corda, neceſſario exponenda ſunt, nullo pacto effectiuè, ſed permiſſiuè tantùm; id exigente ſua iuſtitia, & ſapientia ſecundum merita, & demerita actionum hominum. Ita communiter Sancti Patres, & Theologi præſertim D. Damaſc. lib. 4. ſuæ Theologiæ cap. 14. & D. Gregorius lib. 13. Moralium cap. 16. Sanctus Thomas lib. 3. contra Gentes, cap. 162. Ferrar. ibidem. Capreolus 2. ſentent. diſt. 37. & fuſius idem reſoluit multis argumentis, Sanctus Thomas pro maiori parte fundatis in authoritatibus ſacræ Scripturæ, par. 2. quæſt. 79. ab art. 1. vſque ad 4. incluſiuè.

Circa quod obſeruandum eſt, quoties Deus induit perſonam excæcantis, decipientis, ſiue indurantis, id ratione ſuæ iuſtitiæ, vel propter bonum, quod inde prouenit efficere, quemadmodum explicant Sācti Patres, de culpa Tyrannorum à Deo ordinata ad bonum Martyrum, & pœna damnatorum ad gloriam ſuæ iuſtitiæ, vt fuſius docet Sanctus Auguſtinus lib. de Natura, & Gratia cap. 22. & ſequentibus, & lib. 3. de Quæſtionibus Euangeliorum quæſt. 14. & Sanctus Thomas pariter quæſtione præcitata, maximè art. 4. ac etiam præſuppoſita ſemper iuſta cauſa in pœnam ſcilicet grauiſſimorū peccatorum præcedentium, vt habetur Roman. 1. illis verbis, *propter quod tradidit illos Deus in reprobum ſenſum*, & explicans cauſam ſignificatā per illa verba, *propter quod*, inquit: *Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt*.

Sectio Tertia Appendicis.

De reuelationibus, earumq; qualitatibus iuxta ſponsionem ſæpius factam in hoc Elucidario, dum ſermo frequenter rediret de reuelationibus diuinis.

23 Circa reuelationes illud in primis pōderandum ſe offert, quod traditur à Sancto Thoma in expoſitione Epiſt. Sancti Pauli 2. Corinth. cap. 12. lectionę prima, circa initium ad illa verba Apoſtoli: *Veniam autem ad Viſiones, & Reuelationes Domini*. Vbi inter nonnulla, conſiderat differentiam inter Viſionem, & Reuelationem, ex qua differentia colligit diffinitionem, ſiue deſcriptionem vtriuſque. Differentia ea eſt, quia reuelatio includit viſionem, ſed non econuerſo; Aliquando enim videntur aliqua, quorum intellectus, & ſignificatio remanet occulta videnti, & tunc dicitur, & eſt, viſio ſolum. Quibus verbis deſcribitur viſio ſecundum ſuam quidditatem. Hanc differentiam, & diffinitionem viſionis aſſignatam dilucidat Sanctus Doctor exemplo viſionis Pharaonis, & Nabuchodonoſor, Dan. 2. & Geneſ. 41.

Quando verò cum viſione habetur ſignificatio intellectus eorum, quæ videntur, tunc dicitur & eſt reuelatio, ideò inquit Sanctus Thomas, vbi ſupra. *Vnde quantum ad Pharaonem, & Nabuchodonoſor viſio de ſpicis, & de ſtatua fuit ſolum viſio, ſed quantum ad Ioſeph, & Danielem, qui ſignificationem viſorum habuerunt, fuit Reuelatio, & Prophetia*.

Reuelationibus Domini ſermo meus

ſemper eſt interpretãdus, quæ præſertim dicuntur Reuelationes Domini, quia à Deo fiunt iuxta illud Danielis 2. *Eſt Deus in Cœlo reuelans myſteria*. Et Oſeæ 12. *Ego viſiones multiplicaui eis*. Non tamen nego quin Reuelationes, quandoquè fiant à malo ſpiritu, iuxta illud Hierem. 23. *Prophetæ prophetabant in Baal*.

24 Et ad horum claritatem conſidero cum eodem Sancto Doctore, & alijs Patribus. Cum reuelatio ex traditis ſignificet velamenti amotionem, hoc velamen duplex aſſignatur. *Vnum ex parte videntis, & hoc eſt infidelitas, vel peccatum, vel duritia cordis, & de hoc dicitur* 2. Corinth. *cap.* 3. *vſque in hodiernum diem velamen poſitum eſt ſuper cor eorum. Aliud ex parte rei viſa, quando ſcilicet res ſpiritualis proponitur alicui ſub figuris rerum ſenſibilium; & de hoc dicitur numer.* 4. *quod Sacerdotes tradebant Leuitis vaſa Sanctuarij velata*. Rationem aſſignat vbi ſupra Sanctus Thomas, quare vaſa Sanctuarii tradebantur velata, cum inquit: *Quia ſcilicet debiliores non poſſunt ſpiritualia capere ſecundum quod in ſeipſis ſunt*, ſtatim addens: *Et ideò Dominus loquebatur turbis in Parabolis*. Matth. 13.

25 Antequam verò vltra progrediar, ſtatuo tanquam certum cum Diuo Thoma, & alijs Sanctis Patribus ad illa verba Matth. 2. *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Aegypto, di- -*, &c. Nullum purum hominem vnquam habuiſſe, nec habiturum eſſe à Deo reuelationem, niſi mediantibus Angelis; & quærentibus, quare in ſomnis facta fuerit prædicta Reuelatio? Reſpondet Diuus Thomas, vbi ſupra. *Quia tunc homines ab actibus exterioribus ceſſant, & talibus fit reuelatio per Angelos. Pſam.* 4. *In pace in idipſum dormiam, & requieſcam. Et Prouerb.* 3. *Quieſcens, & ſuauis erit ſomnus tuus*. Quod totum copioſius declarat idem Sanctus Doctor ad caput ſextum Iſaiæ parùm poſt initium in reſponſione ad quandam obiectionem ab eodem Sancto Doctore ibidem propoſitam, innixus ſemper auctoritatibus Noui, & Veteris Teſtamenti, ac etiam SS. PP. præſertim Chryſoſtomi, Gregorij, Dionyſij, & Hieronymi, vbi ad illa verba Iſaiæ: *Vidi Dominum*, &c. expreſſis verbis, inquit, *Dicendum eſt ſecundum Dionyſium* 4. *cap. de Cœleſt. Hierarch. quod nullus purus homo, nec in Patribus Noui, ac Veteris Teſtamenti accepit aliquam reuelationem à Deo, niſi mediantibus Angelis:* illicò ſubdens: *& hanc dicit eſſe legem inuiolabilem, vt in prima, per media ducantur infima*. Addens: *& hoc probat per locum à maiori, quia etiam Moyſes legem accepit mediantibus Angelis, qui tamen excellentiſſimè vidit*. vt patet ad Galat. 3. & Actorum 7. Temerarium erit itaque aſſerere, quod alicui puro homini, facta ſit, vel fiet reuelatio immediatè à Deo.

26 Ideò Sanctus Gregorius in Gloſſa ſuper 3. caput Exodi ſimul proponit, & mirabiliter ſoluit aliam curioſam, ſed deuotam obiectionem, dum inquit: *Angelus, qui Moyſi apparuiſſe deſcribitur, modo Dominus, modo Angelus nunciatur, Angelus, quia exterius loquendo ſeruiuit. Dominus, quia præſidens, loquendi efficaciam tribuit; Cum enim loquens ab interiori regitur, & per obſequium Angelus, & per inſpirationem Dominus memoratur*. Et iterum reſpondens obiectioni eorum, qui vim faciebant in verbis Exodi 33. quibus dicitur: *Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciem*. Breuiter inquit: *Hoc dicitur propter eminentiſſimum modum claræ viſionis, quo Moyſes ſuper alios Prophetas vidit, vt dicitur Numer.* 12.

Signa

Signa verò, vel notæ, quibus regulariter dignoſci poſſunt, quod reuelationes factæ alicui homini, procedant à Deo per miniſterium Angelorum, prolixè quidem, ac dilucidè adducuntur à Cardinale Ioanne Turrecremata Ordinis Prædicat. in Prologo eiuſdem. Super Reuelationes Cœleſtes Sanctæ Brigitæ de Vuatzſteno, quas colligit euidenter ex Placitis Sacræ Scripturæ Noui, & Veteris Teſtamenti. Ex teſtibus Sacrorum Canonum, ex Bullis Pontificum, ex Concilijs, & authoritatibus Sanctorum Patruum, quorum loca ibidem in particulari copioſè adducit in eodem Prologo, in quinque capita diſtributo.

Primum ſignum eſt. Quando iudicio Magnorum Virorum, vereq; Sapiẽtum, vt reuelationes diuinæ, approbantur.

Secundum deſumitur ex parte effectus relicti in anima, cui fit reuelatio; quando ſcilicet ex reuelationibus, humilitatis, & gloriæ Dei, profectus augetur.

Tertium ex parte materiæ, quando in omnibus, & ſingulis reuelatis apparet ſincera veritas, ac vtilitas communis.

Quartum ex parte formæ, quando reuelata ſunt in omnibus, & per omnia conformia Sacræ Scripturæ, vel rectæ rationi.

Quintum denique quod ſe tenet ex parte perſonæ, cui fit reuelatio, eſt vera, & approbata ſanctitas ipſius.

28 Docent Theologi, quod reuelationibus, quæ fiunt particularibus perſonis etiam de ſupernaturalibus preuia Eccleſiæ approbatione in communi, non pertinent, vt ſic ad aſſenſum fidei (de quo in ſecunda Sectione huius Appendicis) ſed illi, quibus hæc narrantur, ſufficit, vt fide humana adiuncta prudẽtia (precauendo ſemper ne ex leui coniectura) prædictis aſſenſum præbeant, niſi vt credendum fide Catholica fuerint per Eccleſiam propoſitæ, quemadmodum illæ, de quibus in ſacra Scriptura; ita Interpretes D. Thom. ad 2. 2. quæſt. 1.

29 præſertim art. 1. Et Riccardus de Sancto Victore, relatus à Iacobo Simanca, Pacentij Epiſcopo de Catholicis Inſtitutionibus, tit. 21. *de diuinatione, & reuelatione, num.* 26. Suſpectas eſſe dicit reuelationes illas, quæ ſacra Scriptura, aut ratione manifeſta nõ probãtur, quãdo continent ſupernaturalia, vel occultiſſima, maximè verò ſi res leuiores, inutiles, & ad ſalutem animarũ, nõ pertinentes complectantur. Cum non ſit veriſimile Deum talia reuelaturum, ſed potius dicantur hominum iactationes, fictiones, deceptiones, & malorum Angelorum illuſiones, ſuper quibus narrat factum in hac materia valde celebre, quod accidit in Hiſpania, in perſona cuiuſdam religioſæ puellæ, vti eſt videre, vbi ſupra num. 24. & num. ſequenti, ideſt 25. innixus doctrinæ Theologorum, præſertim Bartholomęi Sybillę, in Speculo Peregrinarum quæſtionum decadis 1. cap. 8. quęſt. 2. Conſimiles nõ veras reuelationes habere ſolent quędam mulierculę, & hoc maximè propter tria. Primò, quia fœminę humiliores ſunt, quàm viri, & hnmido proculdubiò aptius inuenitur ad ſuſcipiendas impreſſiones, atque imaginationes. Secundò, quia vt plurimum mulieres minus prudentes ſunt, nec habent fortitudinem prudentia aſſociatam ad reſiſtendum. Tertio, quia magis fœminæ, quàm viri affectibus, & paſſionibus abundant, vt fuſius tradit Ariſtoteles libro de Somno, & Vigilia. Hinc eſt, quod mira facilitate ducuntur, vt credant, id eſſe veriſſimum, quod illis apparet, quod optimè intel-

ligentes peſſimi ſpiritus, frequentius feminis vanas reuelationes ſuggerunt. Propter hæc talia conſimilia perlæpè timendum eſt de Reuelationibus, quæ narrantur ante illarũ approbationem, ne ſint inutiles, neminique proficientes, & per conſequens illas non eſſe à vero Deo, ſed à patre mendacij; præſertim vbi ſunt frequentes, cum habeamus ex ſacris litteris, & doctrina Sanctorum Patrum, quod etiam Viri ſanctiſſimi, Pauculas reuelationes habuerint, & prædicauerint, ſuper quibus attentius legenda ſunt, quæ traduntur à Gerſone de probatione ſpirituum, & de examinatione doctrinarum, parte 2. Conſiderat. 3. Apud Gaſparum, lib. 1. aduerſus Hæreticos, cap. 29. & Zanchinum de Hæret. cap. 22.

30 Et maximè ponderandum venit ſuper his decretum Sacroſancti Concilij Lateranenſis, ſub Leone Decimo Seſſ. 11. in quo inter alia dicitur. *Et quoniam res magni momenti eſt, eo quod non de facili credendum ſit omni ſpiritui, ſed ſint probandi ſpiritus, an ex Deo proueniant; volumus vt lege ordinaria tales aſſertæ inſpirationes, ſeu reuelationes antequam publicentur, aut populo prædicentur, ex nunc, Apoſtolicæ Sedis examini reſeruatæ intelligantur, quod ſi ſine mora periculo id fieri non valeret, aut vrgens neceſsitas aliud ſuaderet, tunc eodem ordine ſeruato, ordinario loci notificetur, vt ille adhibitis ſecum tribus, aut quatuor doctis, & grauibus viris, & huiuſmodi negotio cum eis diligenter examinato, quando id expedire videbunt, (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) licentiam concedere poſsint. Si qui autem contra præmiſſorum aliquid, committere quicquam auſi fuerint; excommunicationis ſententiam incurrant, à qua nonniſi à Romano Pontifice abſoluantur.*

31 Alia nonnulla de Reuelationibus fuſius tradunt Authores, qui notas, ſiue Scholia ediderunt ad libros Cœleſtium Reuelationum Sanctæ Brigittæ, vel Sanctæ Catherinæ Senenſis, inter quos vnus eſt Conſaluus Durandus, & Sanctus Antoninus.

Sunt & alij eximij Doctores antiqui, & moderni, qui integros Tractatus Theologicos condiderunt de Reuelationibus, de obiecto, materia, & effectibus earumdem, inter quos vnus eſt Sanctus Vincentius Ferrerius Ordinis Prædicatorum libro de Vita ſpirituali, præſertim cap. 11. Ioan. Gerſon. tit. de probatione ſpirituum, Hieronymus de Ferraria in Compendio Reuelationum, Ioannes Picus libro vltimo de prænotationibus, Bartholomæus Medina 3. par. D. Tho. quæſt. 25. artic. 5. Couarruuias de vera, & falſa prophetia, Iacobus de Cuſa libro de Apparitionibus. Martinus del Rio libro quarto Diſquiſitionum Magicarum, cap. 1. quæſt. 3. & Raphael de la Torre Ordin. Prædicatorum tom. 2. ad 2. 2. Diu. Thom. de Vitijs oppoſitis Religioni quæſt. 95. artic. 3. diſput. 3. qui inter alios citat. Beatum Ioannem Chryſoſtomum homil. 19. operis imperfecti, S. Auguſtinum libro 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 19. & ſequentibus. Gregorium Turonenſem de Vitis Patrum capite decimo, Beatum Arſenium, Gulielmum Pariſienſem, & alios quamplures, quorum authoritates in particulari ibidem adducit.

Summa Quinti Capitis.

1 *Ex adductis, & ſtabilitis in præcedentibus Capitibus, demonſtratur de fide eſſe, quod Summus Pontifex Romanus, nequeat errare in definitione eorum, quæ pertinent ad fidem, ſiue ad bonos mores totius Eccleſiæ.*

San-

2 *Sanctus Leo inter complures alios Sanctos Patres, infallibilitatem* Eccleſiæ *Romanæ, & Capitis illius valdè extollit, quod etiam confirmant alij Pontifices Romani, & celeberrimi Theologi in determinatione eorum quæ ſunt fidei, vel bonorum morum.*

3 *Hæc infallibilitas meritò dicitur Priuilegium ſpeciale Summi Pontificis Romani ex Cathedra diffinientis, ea quæ ſunt fidei, vel bonorum morum.*

4 *Inter illa, quæ pertinent ad bonos mores totius Eccleſiæ, connumerari debet Sanctorum Canonizatio.*

5 *Non deſunt Doctores Theologi, qui docent hæreticum eſſe affirmare, quod poſſit Romanus Pontifex errare in Sanctorum Canonizatione.*

6 *Prædicta aſſertio, quod* Papa *poſſit errare, &c. Fomentum præſtat multis Hæreſibus.*

7 *Pontifex Romanus poteſt verificari de ſtatu alicuius hominis per inquiſitionem vitæ & atteſtationem miraculorum.*

8 *Canonizatio Sanctorum neceſſariò infert venerationem, & adorationem eorumdem.*

9 Canonizatio Sanctorum *ſecundum placitum quorumdam Doctorum, præſertim Canoniſtarum eſt de pertinentibus ad fidem.*

10 *Negantes certitudinem Canonizationis, et gloria Sanctorum Canonizatorum, ex conſequenti ſaltem negant ſanctitatem* Eccleſiæ.

11 *Eſt error valdè grauis in fide, negare Sanctitatem, ſiue gloriam* Sanctorum *ab* Eccleſia *Canonizatorum.*

12 *Eccleſia Catholica Romana dicitur, & eſt columna atq; fundamentum veritatis.*

13 *Eſt propoſitio iniurioſa, temeraria, ſapiens hæreſim, atque errorem in fide continens illa, in qua proteruè negatur Sanctitas ſiuè gloria alicuius Sancti Canonizati in particulari.*

14 *Aſſignatur ratio præſertim ex Concil. Tridentino, quare veneranda ſint ſanctorum Corpora, & eorum reliquiæ.*

15 *Cenſent aliqui Doctores, negantes Canonizationem iam factam, & receptam per Eccleſiam eſſe hæreticos.*

16 *Tanta gaudent certitudine Sanctitas gloria atq; veneratio Iuſtorum Canonizatorum, vt meritò dici poſſit certitudo fidei.*

17 *Aſſignantur Regulæ quibus cognoſcuntur Aſſertiones de fide.*

18 *Diſcurſus fidelis et credentis non ſicut præcedens, ſed tanquam conſequens ſe habere debet, quod totum latè explicatur.*

19 *Declaratur quomodo diſcurſus humanus non diminuat meritum fidei.*

20 Explicatur *in quo conſiſtat meritum fidei, et declaratur pariter quomodo Deus dum reuelat aliquam propoſitionem ſimul etiam reuelat alias propoſitiones contentas in vero ſenſu illius primæ reuelatæ.*

21 *Veritas explicata in 6. Concluſione habet pro ſe diffinitionem Apoſtolicam quam pronunciat* Summus *Pontifex Romanus in actu ſolemnis Canonizationis Iuſtorum.*

22 *Veritas eiuſdem 6. Conc. nonnullis authoritatibus* Sacræ *ſcripturæ ſuadetur.*

23 *Inſuper demonſtratur eadem veritas tanquam diffinita, & determinata in aliquibus* Concilijs.

24 *Non multum itaque curandum eſt, de modo loquendi, cuiuſdam moderni aſſerentis probabilem eſſe ſententiam illorũ, qui dicunt Sanctum ſiuè Sanctos Canonizatos poſſidere gloriam ſempiternam ex hoc munere volens hanc ſententiam non excedere limites opinionis probabilis.*

25 *In Actu ſolemnis Canonizationis famulorum Dei, Romanus* Pontifex *habet aſſiſtentiam* Spiritus *ſancti.*

26 *Per actum ſolemnem* Canonizationis *Iuſtorum decernit* Pontifex *Romanus animam Canonizati eſſe in gloria.*

Certam

27 *Certam atq; indubitatam Sanctorum Canonizatorum gloriam expreſſè tradiderunt nonnulli Pontifices Romani, imò hoc tanquam certiſsimum præſupponunt.*

28 Ex *Bulla Canonizationis S. Franciſci Aſſeſinatis, & S. Antonij de Padua colliguntur euidenter nonnulla pro ſtabilienda veritate 6. Con. huius quinti capitis.*

29 *Aſſerit idem Pontifex, vbi ſupra Sanctorum Canonizationem ordinatam eſſe ad Confirmationem Catholicæ fidei, & hæreticæ prauitatis confuſionem.*

30 *Idem inſinuauit Pius Secundus in Bulla præſertim Canonizationis S. Vincencij, & Sanctæ Catharinæ de Senis Ordinis Dominici.*

31 Sixtus *IV. & Leo X. cum alijs Romanis Pontificibus idem tradiderunt in diuerſis Bullis Canonizationis Sanctorum antiquorum, ac moderatorum.*

32 *Eadem ſexta Con. alijs argumentis deſumptis ex teſtibus Sacrorum Canonum iterum demõſtratur, & pariter ex forma Decreti S. C. Rituum.*

33 *Iterum contenta in 6. Con. ex Vſu & conſuetudine Eccleſiæ demoſtrantur, & ex illis, quæ canit Eccleſia in honorem Sanctorum Canonizatorum.*

34 *Eadem contenta in 6. Con. probantur nouis argumentis, præſertim ex appellatione diei obitus ſanctorum, qui dicitur natalis eorum.*

35 *Authoritate quoq; quorundam Conciliorum eadem Concluſio demonſtratur.*

36 *Oſtenditur quoq; eandem rationem eſſe de certitudine gloriæ Sanctorum, quorum habetur expreſſa mentio in Sacra ſcriptura, et de illis per Eccleſiam Canonizatis.*

37 *Eadem Conc. iterum confirmatur quamplurimis authoritatibus Celeberrimorum Patrum & Doctorum Theologorum, & Canoniſtarum.*

38 *Referuntur verba Malderij pro claritate contentorum in 6. Con.*

39 *Error negantium certitudinem Canonizationis Sanctorum, remotè ſaltem reducitur ad hæreſim eorum, qui negant poteſtatem Canonizationis Sanctorum eſſe in Eccleſia.*

40 *Quomodò declaretur aliquid eſſe de fide, & Contrarium hæreticum.*

41 *Soluitur obiectio eorum, qui dicunt Eccleſiam nondum determinaſſe de fide, quod Pontifex Romanus nequeat errare in Sanctorum Canonizatione*

42 *Inſinuantur aliqua mala prouenientia ex negatione infallibilitatis Summi Pontificis Romani in actu Canonizationis.*

43 *Oſtenditur quod Veritas contenta in 6. Con. habetur aliquo modo explicitè in ſacra ſcriptura.*

44 *Demonſtratur quomodo nullus ante Chriſtum adeptus eſt gloriam ſempiternam.*

45 *Adduntur ſententiæ S. Cypriani, quæ ſignificatur cauſa ſiuè radix hæreſum.*

46 *Manifeſtatur vis, & efficacia approbationis Sanctitati & gloriæ iuſtorum factæ per Eccleſiam Romanam.*

Punctum Primum.

De infallibilitate eorum quæ ſunt de fide.

EX iam adductis, & declaratis ratione, atq; multiplici authoritate euidenter conſtabilitis fundamentis, colliguntur concluſiones, quæ immediatè ſequuntur quarum.

1 Prima tanquam de fide pro certo, ac

§. I. indubitato, tenendum atq; credendum eſt, Summum, Maximumq; Pontificem Romanum nullo pacto errare poſſe in decernendis, ſiue deffiniendis illis, quæ pertinent ad fidem, vel ad bonos mores, ad ſtatum communem totius Eccleſiæ ordinata, & quæ proponit toti Eccleſiæ credenda, ſiue agenda ad ſalutem fidelium ſpectantia contra errores Pariſien. Gerſonis, & aliorum, quorum argumenta egregie quidem confutat S. Thomas

mas 2. 2. quæſt. 1. art. 10. & contra errores Græcorum capit. 67. Caietanus de Primatu Eccleſ. Romanę cap. 13. Turrecremata de Eccleſia l. 2. cap. 109. & Roffenſis contra articulos Lutheri art. 28. necnon alij innumeri Authores antiquiores, & moderni, quos pro maiori parte adduxi ſuperius ad calcem cap. 3. §. *quorum Græcorum*.

§. 2. Hinc eſt, quod in Concilio Lateranenſi ſub Iulio II. in monitorio ibid. ad longum recenſito contra prægmaticam. ſeſſ. 4. expreſſe ſtatuitur in hunc (qui ſequitur) modum, *quæ ſedis Apoſtolicæ conſultiſsima deliberatione ſancita ſunt, inuiolabiliter ab omnibus veniunt obſeruanda*, alia vide ſuperiùs cap. 3. ferè per totum præſertim num. 7.

§. 3. Hæc conclnſio, quamuis ſufficienter, atque euidentèr demonſtrata profectò remaneat ex illis luculenter adductis in primo, ac ſecundo fundamento tertij cap. adhuc tamen pro maiori illius firmitate, & claritate addi poteſt illud Matth. 6. *Tu es Petrus, & ſuper hāc petram ædificabo Eccleſiam meam, &c.* Chriſtus etenim, vt tradunt Sancti Patres, maximè verò Sanctus Auguſtinus tract. 5. in Ioannem, *qui ſolus iure ſuo claues Regni Cœlorum habet, eas* Petro, & *ſucceſſoribus* Petri, *liberali clementia elargitur, propter Eccleſiæ militantis vtilitatem*, ideo Origenes in cap. 16. Matth. Inquit, *quantam poteſtatem habeat Petra, ſuper quam fundatur* Eccleſia, *vt etiam iudicia eius firma omnino remaneant, quaſi Deo iudicante per ipſam, cum aduerſus hanc petram, ſiue* Eccleſiam, *quæ ſuper hanc* Petram *ædificata eſt portæ inferi non præualeant*. Hæreſes enim iuxta Sancti Epiphanij interpretationem *nullatenus præualere poſſunt aduerſus Petrā, ſiuè illius ſucceſſorem*, quatenus is Paſtorali officio fungitur, decernendo, vel definiendo, quę pertinent ad fidem, vel ad bonos mores, & Beatus Sixtus Papa, vt habetur in cap. *memor.* 24. *q.* 1. *Eccleſia à Domino glorificata, cuius fides, omnes quidem hæreſes deſtruit*.

2 Quapropter S. Leo cuius authoritatem refert Turrecremata in ſumma de Eccleſia lib. 2. cap. 109. §. *item in Synodica.*) hanc extollens dignitatem, ac efferens infallibilitatem Eccleſiæ Romanæ, illiuſq; capitis, ſcribens ad Petrum Patriarcham Antiochenum ait, *noli deuiare à Dominico, & omnium Sanctorum* Patrum *concordi decreto, quo inuiolabiliter cunctis in toto orbe terrarum* Eccleſijs *Sancta Romana Eccleſia, & Apoſtolica* Sedes *caput præponitur, ad quam maiores, & difficiliores cauſæ omnium* Eccleſiarū *diffinienda referuntur, ſic omnia veneranda Concilia, ſic leges humanæ promulgant, ſic ipſe Sanctus* Sanctorum, *& Rex Regum, Dominus Dominantium confirmat. quatenus ibi principalis dignitatis, ac totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ venerabilis apex præfulgeat, & præcellat, vbi ipſe vertex, & Cardo Apoſtolorum Petrus carnis ſuæ reſurrectionem beatam in nouiſsimo die expectat, nimirum ſolus eſt ille, pro quo ne deficeret eius fides Dominus & Saluator aſſerit ſe rogaſſe dicens, Simon ecce Satan expetiuit vos, vt cribaret ſicut triticum, ego autem rogaui, vt non deficeret fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, quæ venerabilis, efficaxq; oratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecerit, nec defectus creditur futurus in Throno illius in ſæculum ſæculi, immò confirmabit corda fratrum varijs concutienda fidei periclitationibus, ſicut hucuſq; confirmare non ceſſauit.* hęc Sanctus Leo, vbi ſupra.

Pun-

Digitized by Google

Punctum Secundum.

De Authoritate Fælicis, ac Leonis Papæ, & aliorum.

§. 2. EAmdem concluſionem tradidere Fœlix primus in Epiſtola ad Benignum, idem Leo Serm. 3. de aſſumptione ſua ad Pontificatum, Agatho Papa in Epiſtola *ad Conſtantinum Imperatorem*; Nicolaus Primus *ad Michaelem*, Leo. 9. in Epiſtola *ad Petrum Antiochenum*; Innocentius Tertius in Epiſtola *ad Epiſcopum Aieleten.* Tandem ſanctus Petrus Chriſologus in Epiſtola *ad Eutichetem*, quæ habetur *in 1. tom. Conciliorum ante Concilium Calcedonenſe, Hortamur te* (inquit) *frater honorabilis, vt his, quæ à Beatiſsimo Papa Romanæ Ciuitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas, quia Beatus Petrus, qui in propria ſede viuit, & præſidet, præſtat quærentibus, fidei veritatem.*

§. 3. Eamdem quoq; concluſionem circa infallibilitatem, dè qua ſuprà lucidiſſimè demóſtrat Cardinalis Turrecremata in ſua ſumma de Eccleſ. *lib. 2. capit. 109. & 110.* aſſerens hoc eſſe priuilegium diuinitus conceſſum Chriſti Vicario, quod probat quam plurimis teſtimonijs Sacræ Scripturæ, Sanctorum Patrum, ac etiam validiſſimis rationibus, vti eſt videre ibidem.

§. 4. Quibus addi poteſt illud Nicolai Papæ, dè quo in *cap. omnes, diſt. 22.* dicentis, qui autem Romanæ Eccleſiæ priuilegium hoc, ab ipſo ſummo omnium Eccleſiarum Cap. traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæreſim labitur, & hæreticus eſt dicendus.

§. 5. Quam veritatem probat etiam Dominicus Bannes *ad 2. 2. Sancti Thom. quæſt. 1. art. 10. dub. 6, 1. & 2. concluſione*; quam meritò extendit prout factum eſt etiam ſuperius in priori fundamento, ne dum ad ea, quæ pertinent ad fidem, verum etiam, & ad illa, quæ ſpectant ad bonos mores, & ſalutem fidelium, ſæpius repetens in prædictis nequaquam poſſe errare Eccleſiam, neque Summum Pontificem Rom. vt cap. ipſius. Ad quam comprobandam veritatem, prçter nonnullas rationes, & authoritates, vtitur præſertim argumento fundato in auhtoritate Chriſti. *Math. 16. & Ioannis 20.* vbi tradit claues Regni Cœlorum Petro, & ſucceſſoribus ipſius, vt illis mediantibus cœléſtem ianuam fidelibus aperirent, malis verò clauderent; ſed Regnum Cçlorum clauditur non ſolum propter ignorantiam fidei, ſed etiam rerum agendarum, eò quia fides ſine operibus mortua eſt, ideò conſtanter tenendum eſt infallibilitatem Iudicij, ſiue diffinitionis Pontificis Romani extendi debere etiam ad illa, quæ pertineant ad bonos mores totius Eccleſiæ, vt integrè paſcere valeat & ſalubriter Chriſti oues ſibi à domino commiſſas.

§. 6. Vniuerſa hæc magis declarantur, roboranturq; ex illo Pauli 1. *ad Thimoteum cap. 3. dicentis, hæc ſcribo tibi: Vt ſcias quomodo oporteat te in Domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei Viui, columna, & firmamentum veritatis*; euidenter autem conſtat multa ibidem ſcripſiſſe Apoſtolum Thimotheo, quæ ad morum veritatem, ſiuè bonitatem attinebant, licet ergo abſq; dubio ex his inferre, nequaquam errare poſſe Summum Pontificem Romanum, dum ex Cathedra Chriſti, & Petri diffinit, ac iudicialiter decernit ea, quæ pertinent etiam ad bonos mores totius Eccleſiæ.

§. 4. Hinc eſt quod Melchior *Cano lib. 5. de locis Theologicis cap. 5. quæſt. 5. §. præterea*, verſ. *eſt ergo*; occaſione verborum Apoſtoli ad Thimotheum, dè quibus paulò

Digitized by Google

paulò antè inquit. *Eſt ergo Eccleſia firmamentum non eius veritatis ſolum, quæ in contemplatione cernitur, ſed illius etiam, quæ aliquid molitur, vt faciat nimirum, vt ſciamus quomòdo oporteat nos in domo Dei conuerſare, quod abſque dubio mores quoque reſpicit, &c.*

Et alio ſequenti §. incipiente. *Præterea ſi Eccleſiæ;* verſ. *at ſpiritus veritatis.* Per modum conſequentiæ neceſſariò illatę ex auctoritatibus ſacrę Scripturæ ab ipſo ibidem in ſpecie relatis concludit; ſpiritus veritatis Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus ſuggerit quæcumq; dixit nobis Chriſtus. in præceptis ergo ſpiritualis vitæ neceſſarijs, errare non poteſt Romanus Pontifex.

Et §. *deinde Eccleſia.* Poſt adducta illa verba Chriſti, *qui vos audit, me audit, &c.* execrádo blaſphemias impiè nimis aſſerentium poſſe Eccleſiam, ſiue Papam errare in diffiniendis illis, quæ pertinent ad fidem, ſiuè ad bonos mores, duo inter alia multa tradit. Primum eſt quod Chriſtus, qui eſt veritas, & vita nobis erroris auctor eſſet; quòd eſt impoſſibile, cum ipſe ſit eſſentialiter bonus ac 1. Regula rectitudinis, ac veritatis, & mandauerit. *Quæcumque dixerint vobis ſeruate, & facite.* Secundum. hic error nó ſolum fidelibus, ſed fidei etiam quodammodo aduerſaretur, quæ omnem veritatem probat, & corroborat, vnierſaque vitia condemnat.

Punctum Tertium.

De priuilegio infallibilitatis Pontif. Roman.

3. §. 1. HOc vero de priuilegio infallibilitatis conceſſo Summo Pontifici Romano ex Cathedra docenti, ne errare valeat, auctoritatibus ſacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum probat latè; atq; copioſe demonſtrat Alphonſus de Caſtro de iuſta hæreticorum punitione lib. 1. cap. 4. per totum præcipue vero. §. 4. *via eſt.*

4. Secunda concluſio inter illa, quæ ſpectant ad bonos mores totius Eccleſiæ, & ſalutem fidelium, in quibus diſcernendis nequit errare Summus Pontifex, iure connumerari debet Sanctorum Canonizatio, modo in præcedentibus cap. ſepè explicato.

§. 2. Hanc quoque concluſionem euidéter probant ſuperius tradita in 3. cap. in 2. ac 3. fundamento præcipuè vero. §. *pietas fidei.*

Punctum Quartum.

De certitudine Canonizationis iuſtorum.

5. §. 1. IMmo Ioannes de Neapoli citatus à Silueſtro verbo *Canonizatio.* Docet hæreticorum eſſe affirmare, quod poſſit Romanus Pontifex errare in Canonizatione Sanctorum, aſſignans pro ratione, quia hæreticus ille eſt, qui affirmat in rebus fidei, & morum diffiniendis poſſe Romanum Pontificem errare, addens Canonizationem Sanctorum eſſe connumerandam inter ea, quæ pertinent ad mores, & Couarru. variarum reſolut. *tom. 2. lib. 1. cap. 10. nu. 13.* expreſſis verbis inquit, *Papa non poteſt in Canonizatione Sanctorum errare, ſiquidem vt tradit Cardinalis Turrecremata de cõſecratione 3. in princ. nu. 22. res iſta potiſsimum ſpectat ad fidei Chriſtianæ religionem, cuius negotia ipſe Eccleſiæ caput Chriſtus gerere dignatus eſt, eaque ratione minime permittet in re tanti momenti ipſius Vicarium falli, quemadmodum in ſpecie aſſerunt D. Thom. quodlib. 9. artic. vlt. Florent. 3. part. tit. 12. cap. 8. §. 2. Ioannes à Neapoli quodlib. 11. Cardinalis à Tur-*

Digitized by Google

à Turrecremata in tractatu de Eccleſia quæſt. 51. & 73. & ſequentibus; idem hoc præmittit, lib. 2. de Eccleſ. cap. 110. Silueſter in verbo Canonizatio, *ſed latius cæteris, Catharinus in huius quæſtionis particulari libello, & Franciſcus Pauinus in eo libello, quem de Canonizatione S. Bonauenturæ ſcripſit 2. part. art. 6.* Hæc Couarruuias.

§. 2. Quam doctrinam, vt veram, fundatamq; in authoritatibus D. Thom. Ioannis de Neapoli, Turrecremat. Iacobatij, Catharini, Silueſt. & Ioannis Franciſci Pauini, adducit idem Couarruuias vbi ſupra *n.* 13. §. *& ideò*, vbi etiam docet piè credendum eſt Romanum Pontificem in examinandis miraculis, & geſtis illius, qui in ſanctos eſt referendus, ab ipſo Spiritu ſancto, qui omnia perſcrutatur, inſtrui, quod Pitigianus, ex Scoto collegit vbi ſupra. *Diſt. 25. q. 2. art. 5. §. præterea,* addens eſſe de fide Papam non poſſe errare in Canonizatione Sanctorum, quam doctrinam aſſerit collegiſſe ex Turrecrem. in ſumma de Eccleſia, *lib. 2. cap.* 110.

§. 3. Auguſtinus de Ancona in ſua ſumma de Eccleſię poteſtate *q.* 14. (quam quæſtionem inſcribit *de veneratione ſāctorum art. 2. in corpore.*) Apertè dicit, quod Canonizatio Sanctorum ſolo Pontifici Romano reſeruatur, innititur enim (ſubdit ille) fidei Chriſti, in quem Sancti credentes per eos miracula fiunt, quæ atteſtantur eorum ſanctitatem, & fidei integritatem, de quo latius ſcribam inferius, *cap.* 8.

§. 4. Eamdem ſecundam concluſionem de pietate fidei, quodue Summus Pontifex nequeat errare in Sanctorum Canonizatione propter Diuinam prouidētiam, quæ mirabilitèr præſeruat, & præſeruabit, vſq; ad conſumationem ſęculi Eccleſiam, ne in his fallatur, palàm tradit Iulius Caluus in ſua Sintaxi curæ animarum ex D. Thom. doctrina collecta, *lib. 1. quæſt. 1. nu.* 12. denique ad effugiendum peſſimæ ſuperbiæ venenum iuxta illud Pauli 1. *ad Thimot. cap.* 6. his acquieſcendum eſt, nam *ſi quis aliter docet*, & *non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ: ſuperbus eſt, nihilque ſciens, ſed languēs circa quæſtiones, & pugnas verborum,* ideò Apoſtolus Secundæ, ad Timot. c. 3. cuicūq; fideli in perſona Thimotei ait: *Tu verò permane in hijs, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris.*

§. 5. Dominicus Bannes vbi ſupra 2. 2. q. 1. art. 10. dub. 7. in reſponſione ad ſecundum argumentū, poſt recenſitas eximias diligentias, quæ præcedunt actum Canonizationis circa miracula, ac alia ad Canonizationem neceſſaria, facta prius mentione, quod Eccleſiā in hoc etiā regitur inſtinctu Spiritus ſācti, meritò concludit, *& ideò nulla via ſit credibile, quod in huiuſmodi iudicio* (ſilicet Canonizationis) *erret*; intellige Eccleſiam, ſiuè Summum Pontificem. poſt pauca ſubdens, *nemò niſi amens, aut hæreticus credendus eſt* dubitare, an Sanctus Canonizatus ſit *in Cælo*; Quæ verba magnam euidentiam habent non pręcisè ab Authore, quamuis ſit vir doctus, ſapiēs, & prudēs, ſed propter rationem, quam ipſemet aſſignat ibidem, qua vtuntur inſigniores Theologi ad idem demonſtrandum.

§. 6. Quia in Canonizatione Sanctorum vtitur ſemper Eccleſia tot tantiſque hominum fide digniſſimorum teſtimonijs, inſuper & miraculis, diligentius pluries examinatis, & pręſertim propter iſtinctum Spiritus ſancti, quo regitur Pontifex Romanus in actu ſolemnis Canonizationis iuſtorum, cuius auxilium deuotè (vt illi aſſiſtat) implorat, hinc eſt quod his, & alijs fultus argumentis concludit ipſemet Dominicus Bannes vbi ſupra, *merito ergo, qui de ipſo fa-*

Digitized by Google

ſo facto dubitat, (ſcilicet de facto canonizationis quo ad illius certitudinem) *in ſuſpicionem hæreſis venit, atque id hæreſim ſapit*: quaſi dicat, in has ſaltem indubitanter labitur cenſuras; quia etſi prædicti abſolute non denegent authoritatem Eccleſiæ in SS. Canoniz. vt falſo negant hęretici, ad inriſionē Eccl. cū hęreticis nihilominus videtur & ipſi quoque negare infallibilitatem eiuſdem in actu canonizationis. Ideò Theologi præſentis temporis, non abſque magno rationis argumento docent hæreſim Lutheranorum ſapere ad minus dubitationem de infallibilitate Iudicij Eccleſiæ de qua ſupra in ſecunda concluſione; quod equidem non poteſt negari ſaltim conſequenter.

6. §. 1. Tertia concluſio, poſt condemnatam hæreſim Ioannis Vuicleph, Lutheranorum, & Caluiniſtarum, ac aliorum, Canonizationem, adorationem, inuocationem Sanctorum impie irridentium, nec non authoritatem, ac infallibilitatem iudicij, atque determinationem Summi Pontificis Romani ex cathedra docentis ſuperbè negantium, dicitur valde proximum hæreſi, hæreſimque manifeſtam ſapere abſque dubio illam propoſitionem, qua proteruè nimis, certitudo Canonizationis Sanctitatis gloriæ, & cultus SS. Canizatorum denegatur, hęreſimque ſapere manifeſte dicitur. licet in ſeipſa ſecundum aliquos forte non ſit hæreſis formalis, errorem tamen contra fidem, ac hæreſim vndiq; per ſe fert, iuxta regulas paſſim aſſignatas à Cano de locis Theologicis *lib.* 12.

Punctum Quartum.

De malis quæ ſequutur ex negatione certitudinis Canonizatio: SS.

§. 1. NVlluſq; ſanæ mentis vnquam negare audebit, quin ſit etiam multarum hæreſum fomentum, imò quod contraria propoſitio noſtræ concluſioni palam ſaporem habeat multarum hæreſum, præſertim Vuicleph, Caluini, Eraſmi, & Lutheranorū, pertinaciter negantium Sanctorum gloriam, adorationem, atq. inuocationem, & Canonizationem.

Contentum enim in noſtra concluſione, vt aſſerit inter alios Cordub. in ſuo quæſtionario Theologico, *lib.* 4. *q.* 12. §. *ad* 2. *dub.* Sapit fidem, quod probat ratione, & authoritate, etiam loquendo de Canoniz. SS. in particulari, ergo contraria propoſitio ſapit hęreſim. Quę 3. concluſio demōſtratur ex dictis in 1. fundamento 3. cap. conformiter enim ad regulas qualificandi propoſitiones, illudq; animaduertendum eſt, quod in propoſitione ſuſpecta de hęreſi, vel ſapiente hæreſim manifeſtam, quidem attendendū eſt valdè ad conditionē, & qualitatē proferētis illam; Caietan. Cano, & alij locis vbi ſupra in primo fundamento citatis 3. cap.

7. §. 1. Eamdem concluſionem tradit Bannes. 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *dub.* 7. §. 2. *concluſio*, quam colligit ex docrina D. Thom. S. Antonini, atq; Caietani, & in reſponſione ad primum argumentū eiuſdem 7. dubij poſt relata verba D. Thomæ *quodlib.* 9. *art. vlt.* ait, *Pontifex, cuius eſt Canonizatore Sanctos, poteſt certificari de ſtatu alicuius per inquiſitionem vitæ, & atteſtationem miraculorum præcipue per inſtinctum Spiritus ſancti, qui omnia ſcrutatur etiam profunda Dei*, & quibuſdam interpoſitis verbotim dicit: *quoniam Spiritus ſanctus aſsiſtit Eccleſiæ, ne in huiuſmodi iudicio* (ſcilicet Canonizationis) *erret, ſicut D. Thomas in prædicta ſolutione docet.*

§. 2. Et in reſponſione ad ſecundum argumentum, poſt multa recte concludit, *ergo ſuppoſita fide Catholica, qua credimus gloriam Sanctorum, qui Chriſti veſtigia ſequuti ſunt, quæ etiam credimus in Sum-*

in Summo Pontifice ; & in Eccleſia authoritatem reperiri ad Canonizandos, nemo niſi amens, aut Hæreticus credendus eſt dubitare, an Sanctus Canonizatus ſit in Cælo, cum huiuſmodi authoritas canonizandi vtatur Eccleſia *tot, tantiſque hominum fide digniſſimorum teſtimonijs, & miraculis, ac etiam publicis precibus.* Denique ſubdit *igitur qui de ipſo facto* Canonizationis *dubitat, in ſuſpicionem hæreſis venit, atque hæreſim ſapit.*

8. Didacus Nugnus Hiſpanus in addit.
§.1. ad 3. p. D. Thomæ, *quæſt.* 20. *art.* 3.
difficult. 4. *concluſ.* 3. ex doctrina pari- §.2.
ter D. Thomæ ait, *Canonizationem Sanctorum neceſſario inferre adorationem eorum* (intellige in tota Eccleſia) quæ eſt quædam exterior profeſſio fidei; Hancq; dicit eſſe communem ſententiam inter doctores, addens, inſinuatam, & ſe-
cundum aliquos diffinitam in Concilio §.3.
Conſtantienſi, *ſeſſ.* 8. Vbi damnatur error Vuicleph. temerarie dicentis, Sanctos Benedictum, & Bernardum eſſe damnatos, non obſtante quod ſint ab Eccleſia ritè, ac rectè Canonizati.

Punctum Quintum.

De authoribus aſſerentibus Canonizationem pertinere ad fidem.

6. CArdinalis pariter Tuſcus tom. 1.
§.1. practic. concluſ. tit. Canonizatio Sanctorum, *concluſ.* 41. *num.* 4. expreſſis verbis dicit, *Canonizationem eſſe de pertinentibus ad fidem, quemadmodum tenent communiter Theologi*; pro qua ſententia vna cum Catharino citat Sanctos Gregorium, Ambroſium, Cyrillum, Hyeronimum, Thomam de Aquino, Bonauenturam, Bernardum, ac alios Theologos, in ſpecie Turrecrematam in tractatu *de poteſt. Papæ*, quem (inquit) ille ſequitur Troilus Maluetius *de Canonizatione Sanctorum*, gloſſans dictum illud Canoniſtarum, poſſe ſcilicet Eccleſiam errare, quod ſit exponendum ſolū, ac tantum de Canonizatione, quæ antiquitus fiebat per Epiſcopos, nam propter eorum ſimplicitatem contingere tunc poterat, Populum decipi, quod tamen negat poſſe ſuccedere in perſona Papæ; cum ſit Caput totius Eccleſiæ, ob rationes, & authoritates, ſuperius relatas, ignorantia iſtius verioris ſenſus fuit ab aliquibus cauſa errandi.

Ideò Cardinalis Tuſcus vbi ſupra, *num.* 14. infert ex dictis in alijs, ſuiſque præcedentibus numeris, *quod Canonizatio eſt de maiori reſpiciente cauſam fidei, neceſſario reſeruata authoritati* Pap*æ*, *ſucceſſori Petri, pro quo Chriſtus rogauit, vt non deficiat eius fides.*

Viguerius quoque de inſtitut. Theolog. de veritate fidei, titulo *de Canonizatione Sanctorum*. expreſſis verbis duo aſſerit, innixus ſemper doctrinæ Angelici Doctoris, Primum, *Canonizationem Sanctorum eſſe quamdam proteſtationem fidei*, Secundum, *quod in illa non poteſt errare Summus Pontifex*, addens, Tertium *Canonizationem alicuius Sancti includere de per ſe approbationem, certificationem, atque manifeſtationem venerationis illius, toti Eccleſiæ* Catholic*æ*, in quo actu Papa regitur à Diuina Prouidentia, per quam, Eccleſia Spiritu Sancto recta, ita ſemper ad Verum, & Rectum ſiue bonum dirigitur, vt in illis decernendis procul ſit ab omni erroris ſuſpicione, ſicut promiſit Chriſtus illis verbis Ioannis. 16. *Spiritus Sanctus* Paraclitus, *quem mittet* Pater *in nomine meo, docebit vos omnem veritatem*, ſcilicet de neceſſarijs ad ſalutem, qualia ſunt, quæ pertinent ad bonos mores, & fortius illa quæ ſpe-

ctant

Digitized by Google

ſtant ad fidem, ad quam fidem, cunctis notum eſt pertinere Sanctorum publicam venerationem, & inuocationem, quæ eſt quædam fidei proteſtatio, ſubdens *Papam certificari in actu Canonizationis de Sanctitate Canonizandorum, nè dum per atteſtationem miraculorum, ſed per inſtinctum Spiritus ſancti.* Quare optimè concludit, *ei deò non ſolùm innititur medio fallibili, ſed infallibili*. intellige præſertim in actu diffinitionis Canonizationis Sanctorum.

10. §. 1. Paritèr negantes certitudinem Canonizationis Sanctorum, ex conſequenti ſanctitatem negant Eccleſiæ, quod eſt expreſſum de fide, in Symbolo Nicæno *credo ſanctam Eccleſiam Catholicam;* Sanctitas, cuius in hoc præſertim conſiſtit, ne proponat falſa fidelibus credẽda, quemadmodum nec illis præcipiat mala facienda, adde certiſſimum eſſe apud omnes Catholicos nequaquam poſſe totam Eccleſiam errare, ſed tunc procul dubio ſequeretur Eccleſiam proponere falſa credenda, malaque agenda, ſi canonizaret non ſanctum pro ſancto, illumq; adorandum, atque fidelibus imitandum proponeret.

Punctum Sextum.

Qualis error ſit negare ſanctitatem iuſtorum canonizatorum.

11. §. 1. Concluſio 4. Ex ſuperiùs igitur adductis conſtat eſſe errorem pluſquam grauem in fide, negare ſanctitatem, ſiuè gloriam ſanctorum, qui ritè per Eccleſiam Romanam fuere Canonizati, eo quia conſimilis negatio infert quodamodo neceſſario oppoſitum eius, quod eſt de fide, videlicet abnegationem infallibilitatis iudicij Summi Pontificis Romani in his, quæ pertinent ad fidem, ſiue ad bonos mores totius Eccleſię, infertur ſecundo, vel datur ad minus materia inferendi negationem authoritatis in Eccleſia ad Sanctos Canonizandos. Tertio aufertur cauſa adorationis, inuocationis Sanctorum, quę comunitur aſſignatur ab omnibus Catholicis, & eſt, quia ſunt beati, & gloria fruuntur æterna, quæ tria abſquè dubio ſunt de fide.

§. 2. Probatur etiam ſufficienter hæc cõcluſio ex traditis ſuperius cap. 1. præludio 1. et cap. 3. in 1. & 2. & 3. fundamento. Inſuper probari iterum poteſt ratione illa, qua Theologi vtũtur, vt oſtendant aliquam propoſitionem continere errorẽ in fide, & eſt, quoties aduerſatur doctrinæ fidei, licet nõ manifeſtè, & notorie, ſed certum eſt ex dictis in præcedentibus cõcluſionibus, & latius in fundamentis propoſitis in 3. cap. quod propoſitio negans ſanctitatẽ, ſiue gloriam, & beatitudinem ęternam in ſanctis iam ritè Canonizatis eſt huiuſmodi, ex conſequenti ſaltem hoc nequit à quoquam negari, igitur vera concluſio, cum ex veris non inferatur niſi veritas.

§. 3. Cuncta hæc probata remanent præſertim ex adductis ab Antonio Cordubenſi in ſuo quæſtionario Theologico, *lib. 4. q. 12. ad initium*, vbi præſuppoſita infallibilitate iudicij Summi Pontificis Romani Vicarij Chriſti determinantis ex cathedra, quæ pertinent ad fidem, ſiue ad bonos mores, interquæ ſtatuit Canonizationem Sanctorum, ſequentia verba expreſsè tandem ſcribit per modum neceſſariæ illationis, *igitur* (inquit) *nec in Canonizatione error eſſe poteſt; quia hoc aliquo modo pertinet ad fidem, &* §. *duo notanter verſ.* & ita ſubdit *valdè probabiliter hæreticum, aut certe impium, & contra probabilitatem, & pietatem fidei eſt dictum, quod Eccleſia, ideſt Papa in Canonizatione Sanctorum errare poſſit.*

Digitized by Google

12. Quibus ſunt addenda, quæ docuit Gregorius de Valentia. 2. 2. *D. Thomæ, tit. de obiecto fidei, diſp.* 1. *quæſt.* 1. *puncto* 7. §. 14. verſ. *reſpondeo, Paſtorem ſuum* (inquit ille) *ſemper audire tenetur Eccleſia, quæ eſt columna, & firmamentum veritatis. ideò nunquam errare tota poteſt, & in rebus, quæ ad pietatem ſpectant, ac totius Eccleſiæ ſtatum concernunt, infallibilis eſt Pontificis authoritas, & verſic. itaque* per modum neceſſariæ conſequentiæ ſubdit. *Itaque quoad Canonizationem Sanctorum attinet, omninò nego id quod communiter Doctores Catholici iure optimo negant, videlicet poſſe in hac parte errare Eccleſiam*, addens, *per reuelationes Scripturæ generales in communi conſtare Sanctos Canonizatos eſſe Beatos*, & verſ. *quæ ſanè*. Aſſerit, certitudinem, de qua ſupra innixam eſſe illis Dei promiſſionibus; ex quibus compertum habemus, nunquam eſſe futurum, vt Eccleſia in rebus religionis fallatur; pro qua ſententia citat Thomam Vualdenſem, *tom.* 3. *de Sacramental. cap.* 122. Alphonſum de Caſtro de iuſta hæreticorum punitione, *lib.* 1. *cap.* 6. *& D. Thom. quodlib.* 9.

§. 2. Eamdem concluſiionem adducit Petrus de Aragonia loco inferius citato in hoc 5. cap. poſt ſecundam concluſionem §. *quia, vt inquit Petrus, &c.* nam iſtud appellat non ſolum errorem, ſed turpiſſimum errorem, cum certum ſit Pontificem non poſſe errare in his, quæ fidei, ſiuè morum ſunt.

Punctum Septimum.

De qualificationibus propoſitionis negantis gloriam Canonizatorum.

13. §. 1. Concluſio erit propoſitio iniurioſa, ſcandaloſa, piarum aurium offenſiua in omnibus, & per omnia male ſonans, temeraria, ſapiens hæreſim, atque errorem in fide, illa, in qua proteruè negatur aliquem Sanctorum, etiam in particulari ritè Canonizatum regnare cum Chriſto in Cœlo, ac frui Gloria ſepiterna, ſed eſſe in inferno, cõſequentia hęc eſt neceſſaria. ex adductis, conſimilis itaque propoſitio, quantũ in ſe eſt, ſaltem deſtruit cultum Sanctorum, ac venerationem imaginum, quæ duo manifeſtè ſunt de fide, & tamen oriuntur ex primo, quod iuſti Canonizati videlicet, ſint Sancti, & Beati in gloria. ideò colendi.

§. 2. Hæc concluſio neceſſaria, conſequentia quoquè, & ipſa colligitur ex dictis in præcedentibus concluſionibus, eorumque probationibus.

§. 3. Eamdem concluſionem inſuper tradunt Bannes, Nugnus, Azorius ſuprà citati, & Alphonſus de Caſtro de iuſta hæreticorum punitione, *lib.* 1. *capit.* 6. *verſic. quia Sanctorum. Canonizatio*; Vbi de mente Diui Thomæ aſſerit, *Canonizationem quodammodo ad fidem ſpectare*. Subdens, *cui B. Thomæ ſententiæ quodammodo fauent verba, quæ Summus Pontifex dicit in Canonizatione alicuius Sancti, quæ poſita ſunt in libro Sacrarum Eccleſiæ Ceremoniarum. videlicet, Authoritate Dei omnipotẽtis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, de Fratrum noſtrorum Cõſilio decernimus, & diffinimus B. M. N. Sanctum eſſe, & Sanctorum Cathalogo adſcribendum, ipſumq; Cathalogo huiuſmodi adſcribimus*, ſubdẽs immediatè; *Hæc verba dicit Papa cum aliquem Canonizat*, in quibus id occurrit animaduertendum quod ait, talem Canonizationem fieri ad exaltationem fidei Catholicæ. hæc ille. fides etenim non extollitur, ſiue exaltatur regulariter, niſi ex his quæ fidei ſunt. ita communiter Theologi.

Petrus

Digitized by Google

§.4. Petrus de Aragonia 2.2. *Diui Thomæ tom.* 1.*q.* 1. *art.* 10. *dub.* 2. *poſt ſecundam cõcluſionem, eſſet Turpiſsimus error* (inquit) *ſi Eccleſia haberet pro Sancto hominem in in Inferno degentem*, addens *Summus Pontifex, vt ſuprà probauimus in his, quæ ad mores ſpectant non poteſt errare, ſed ſcire, qui ſint colendi, vel non, maximè pertinet ad bonos mores hæc ille.* Quam doctrinam colligit, vt aſſerit ipſemet, ex D. Thoma, *quodlib.* 9. *art. vltimo*, ex *Vualdenſi tom.* 3. *de Sacramental. cap.* 122. *contra Vuicleph*, ex Diuo Antonino, ex Alphonſo de Caſtro, vbi ſuprà, & ex Silueſtro. *Verbo Canonizatio*.

§.5. In Concilio quoque Tridentino *ſeſſione* 22. *capit.* 3. expreſsè dicitur de Sanctis Canonizatis, quod *eorum patrocinia implorat Eccleſia, vt ipſi pro nobis in Cœlis intercedere dignentur, quorũ memoriam facimus in terris*, quibus verbis certò præſuponuntur in verbis Concilij duo veriſſima. Primum quod animæ Canonizatorum, per Eccleſiam ſint iam in Cœlo glorioſæ, ac Beatæ. Secundum, ex quo ſunt in Cœlo, ſempiterna beatitudine fruentes, pro nobis intercedere valent, eorumque orationes ſunt gratè Deo modo explicato cap. primo nu. 59. & ſeqq. ideoque illorum memoriam agimus in terris.

14. §.1. Idem habetur in eodem Concilio *ſeſſione* 25. *cap. de inuocatione, veneratione reliquijs Sanctorum, & ſacris imaginibus*, vbi inter quam plura impiè ſentire declarat, & anathematizat negantes Sanctorum Martyrum, & aliorum cum Chriſto viuentium Sancta corpora; quæ viua membra fuerunt Chriſti, ac templa Spiritus ſancti veneranda eſſe, per quæ multa beneficia à Deo hominibus præſtantur, vbi tanquam de fide aliquo modo præſupponit Concilium Sanctorũ ritè Canonizatorũ, quos adorare, ac inuocare debemus, ac venerari iuxta mandatum Eccleſiæ illoſq; regnare etiam cũ Chriſto in Cęlo iam Beatos.

§.2. Author quoque Candelabri aurei recogniti, ac emendati, *cap.* 13. *de Canonizatione Sanctorum numero* 23. inquit, *quamuis Abbas capit. à nobis de ſententia excõmunicationis, gloſſa in cap. vnico, de reliquijs, & veneratione Sanctorum, & Felinus in cap. venerabilis, & quidam alius teneat Eccleſiam poſſe errare in Sanctorum Canonizatione, contrarium tamen eſt verius, magis pium, ac etiam tenendum omnino, atq; prædicãdum, immo quod Eccleſia in hoc errare non poſſit, cum hoc ſit vna de maioribus cauſis, quæ iure Catholicis proponi poſſit, & ſit quæſtio de fide, vt inquit gloſſa, & Ioannis Andreas de reliq. & venerat. Sanctorum lib.* 6. *verſ. ſedis Apoſtolicæ*.

15. §.1. Prò qua ſententia adducit, & approbat, quæ paſſim traduntur à Catharino de gloria Sanctorum, atq; citat pro eadẽ ſententia vna cùm Catharino Sanctum Thomam, Turrecremat. Troilum Maluetium, Caſſãneum, Sanctum Antoninum; Tabienam, Silueſtrum, Armillam, Blaſium, Nauarrum, Canum, Petrum de Palude, Ioann. de Neap. Petrum Gar. Epiſcopum Viſel. Roffenſem contra Lutherũ, qui Roffenſis egregie probat aduerſus eundem Lutherum hęreticum eſſe omnem hominem, qui iam receptã, per Eccleſiam cuiuslibet Sancti Canonizationẽ factam per Eccleſiam Romanam renuit ipſe recipere, inſuper adducit pro eadem ſentẽtia Albertum Pium Carpenſem contra Eraſmum impiè irridentem Canonizationem Sanctæ Catherinę Senenſis, & S. Bonauenturę, tandem citat teſtimonium Sancti Bonauẽturę *contra Gulielmum de Sancto Amore*, temere vocantem in dubium geſta, & exempla Sanctorum, vbi inter cętera dicit, inopinabile, horribiliſſimum eſſe, atque incredibiliſſimum,

Eccleſiam in Sanctorum Canonizatione poſſe errare, quem etiam Sanctum Bonauenturam inducit interpretantem dictum illud S. Auguſtini, *Infidelitas eſt orare pro Sancto*, quod intelligi debeat, ſicut nullus debet de Sanctorum gloria dubitare, ita nullus debet pro eis orare, & ratio huius eſt, quia Eccleſia iudicat eos regnare cum Chriſto in Cęlo, & noſtris non egere orationibus.

§. 2. Quamobrem idem Author Candelabri aurei, *num. 43. eiuſdem capitis 13.* concludit, *ideò Sanctos ab Eccleſia canonizatos venerandos, colendos, & adorandos eſſe ab omnibus Chriſti fidelibus*, quęadmodum ſacra proclamant Concilia, & hodie Tridentin. *Seſſ. 25. cap. de Veneratione Sanctorum. Hæc ille*, & cuncta demonſtrat, multis adhibitis argumentis. Ratio horum ea eſt, quia certò ſunt Beati, & gloria fruuntur æterna.

Punctum Octauum.

Quomodo de fide ſit gloria Sanctorum Canonizatorum.

16 §. 1. TAndem proponitur ſexta Concluſio continens reſolutionem illius, quod principaliter quæritur in hoc Elucidario Theologico, & eſt. Tantam denique habet certitudinem ſanctitas, gloria, ac veneratio Iuſtorum, quos Eccleſia Romana, præmiſſis præmittendis in Sanctorum numerum iam retulit, vt meritò dici poſſit certitudo fidei; indeq; oritur, vt propoſitio affirmatiua de Sanctorum Canonizatorum gloria, & veneratione, connumeretur inter propoſitiones de fide, quemadmodum ſua contraria reponi poteſt, & fortè debet, inter propoſitiones hæreticas radicalitèr ſaltem, præſertim poſt conſenſum totius Eccleſiæ, circa Sanctorum Canonizationem propter rationes, & argumēta inferiùs diſtinctè, & copioſè adducenda.

§. 2. Priuſquam ad vlteriora progrediar, tanquam neceſſarium conſidero, quod ne dū ex adductis 3. & 4. cap. ſed etiam ex communi conſenſu Theologorum, & Canoniſtarum habetur, vt certum, & indubitatum, Canonizationem vniuerſalem Sanctorum, de ſe publicum Eccleſiæ teſtimonium, de vera, & omninò certa ſanctitate, atque gloria Iuſtorum canonizatorū ſignificare, ſimulq; iudicium, & ſententiam diffinitiuam, qua Sanctis canonizatis decernūtur honores, qui in veritate debentur illis, qui æterna fruuntur beatitudine feliciter cū Deo, & Angelis eius, in Cœlo regnantes, de quibus dictum eſt ſuperius cap. 5. num. 55. & capit. 2. num. 9. & ſequentibus.

Hoc aſſertum tanquam firmum, ac ſtabile fundamentum cunctis notiſſimum, tradit inter alios Cardin. Bellarminius de Beatitudine Sanctorum cap. 6. vbi ad idem confirmandum, vt animaduertit Molſeſius conſ. 46. *de neceſſarijs ad Sanctorum canonizationem, nu. 7. in re clara neminem citat.*

Quodque aſſertum vti certum indubitatū, & à cunctis vniuerſalitèr traditū, idem Molſeſius aſſerit, vbi ſupra, præſertim num. 7. & latius num. 11. vbi ad idem citat Innocentium, Ioannem Andream *cap. 1. de reliquijs, & veneratione Sanctorum*, Cardinalem Tuſcum, & Relationem Canonizationis S. Bonau. ad exordium illius. Imò addunt præcitati Authores, aſſertum, de quo ſupra continere integram diffinitionem, ſeu deſcriptionem canonizationis Sanctorū.

Cardinalis verò Tuſcus *Tom. 1. pratic. Concluſ. Iuris, littera C. Concluſione 41. num. 1.* addit canonizationem, (vna cum Innoc. Hoſtienſ., Ioan. Andrea, Antonio de Butrio, Zabarell. Abbate, & alijs

& alijs) dicere cauſam fidei,quod repetit clarius num. 14. & num. quoque 3. aſſerit, & probat canonizationẽ Sanctorum pertinere ad fidem, hancq; eſſe communem Theologorum ſentẽtiam, inſuper ad calcem eiuſdem numeri,poſt relatos ad idem, quoſdam Sanctos Patres, Theologos, & Iuriſtas per modum concluſionis loquens de certitudine articuli canonizationis Sanctorum,inquit, *In iſto articulo licet non agatur de articulis fidei explicitè, tamen agitur de articulis fidei implicitè*. Demonſtrare volens certitudinem gloriæ Sanctorum canonizatorum eſſe indubitanter de fide, *& num. 15. eiuſdem Concluſ.* ad prædictorum confirmationem recenſet, quæ latiſſimè traduntur à Maſcardo concluſ. 162. ad explicationem ſecundæ partis, ſiue poſterioris aſſerti in ſexta Concluſione. Pariter conſidero, quæ expreſſè adducuntur à Ioanne Pico Mirandulano, in Apologia ſuarum Concluſionum quæſt.7. §.*Pro ſeptimo articulo dico.* Vbi inter alia refert, quod Cenſores deputati à Sede Apoſtolica pro examine earundẽ Concluſionum,aliquas condemnarunt, vt hæreticas, inter quas vna erat, quod non eſſet de fide,quod anima huius,vel iſtius hominis ſit in Inferno, vel in Cęlo,vbi fit ſermo in ſecundo loco de Sanctorum animabus.

§. 3. Hæc Concluſio quantùm attinet ad Sanctos, de quibus habetur ſpecialis, & expreſſa mentio in ſacris Scripturis,quẽadmodum etiam de Beatiſſima, & glorioſiſſima ſemper Virgine Maria, de Apoſtolis, de Sancto Stephano, & bono Latrone, cui Chriſtus dixit; *Hodie mecum eris in Paradiſo*, nullam prorſus habet difficultatem; & omnes Catholici eam libentèr concedunt.

§. 4. Quo verò ad Sanctos, quos Eccleſia Romana canonizauit: & in dies canonizabit, de quibus non habetur ſermo explicitus, atque dilucidus in ſacro eloquio, noſtra hæc ſexta Concluſio ſufficientèr,ne dicam euidentèr demonſtratur ex ſuperiùs adductis latè quidẽ præſertim cap.1. num.6. 7. 10. 13. & 14. cap. 3. fundamento 2. & 3. cap. 4. ferè per totum, in hoc eodẽ cap.5. ad quinque præcedentes Cõcluſiones, ac etiam cap. 7. in reſponſione ad argumenta, maximè verò ad quintũ, & ſeptimum argumentum.

Ad maiorem tamen claritatem Veritatis explicatæ in ſexta Concluſione, quàmplurimorum argumentorum formulis,eadem ſexta Cõcluſio clariùs demonſtratur.

17 Quorum argumentorum illud erit

§.1. primum;ſecundum enim regulas communitèr traditas à probatis Authoribus, præſertim à Ioanne Driedono lib.4. de dogmat. varijs, à Melchiore Cano de locis Theologicis lib. 6. cap. vlt. & lib. 5. cap. 5. maximè in reſponſione ad poſtremum argumentum, ac lib. 12. cap. 6. & ab Andrea Vega de Iuſtificatione lib. 9. cap. 39. §. *Quare & Scotus*: præſertim ſecundum doctrinam,quam tradit Card. Turrecremata lib. 4. de Eccleſia, 2. par. cap.8. quas regulas collegerunt ipſi, & alij grauiores Authores ex ſacris Scripturis, ex doctrina Conciliorum, Sanctorumq; Patrum.

In ſecundo gradu ſaltem propoſitionum de fide, ſtatui debent illæ aſſertiones, ſiue concluſiones, quæ per certam, & euidentem, neceſſariamq; conſequẽtiam inferuntur ex authoritatibus ſacræ Scripturæ iuxta ſenſum Sanctorum Patrum,non ex vi tantum illationis, ſiue diſcurſus; ſed quia & ipſæ ſunt reuelatę à Deo, modo inferiùs explicando, quod præſertim ex Sancto P. Auguſtino habetur. Qua via etiam proceſſerunt Pontifices Romani in declarandis de nouo propoſitionibus,ſiue veritatibus de fide,

vti

Digitized by Google

vti in particulari omnes affirmant de Benedicto XII. in diffinitione illius veritatis, quod *Iuſti nihil purgabile habentes, mox poſt mortem gloria fruuntur æterna*, de qua determinatione latiſſimè dictum eſt cap. 1. num. 46.

§. 2. De quo antecedenti, ſiue maiori propoſitione nullus rationabiliter dubitare poteſt. Sed concluſio 6. colligitur ſaltē hoc modo ex quamplurimis authoritatibus ſacræ Scripturæ, vt latè inferiùs probabitur. Eſt igitur vera, certa, & indubitata de fide, ideſt, continet propoſitionem, ſiue veritatem fidei. Antecedens, ſiue maior propoſitio complectēs regulam, de qua ſupra immediatè, virtualitèr, & per viam neceſſariæ illationis ad minus colligitur ex doctrina, quā tradit D. Thom. & fideliores Interpretes ipſius 2. 2. quæſt. 1. art. 10. vt ſtatim explicabo. Inſuper eadem maior propoſitio in proprijs terminis adducitur à præcitatis Authoribus paulò ſuperiùs hoc eodem num. §. *primo* pręſertim ab Andrea Vega Hiſpano Franciſcano, *lib. 9. de Iuſtificatione, cap. 39. argumento, ſiue ratione ſecunda pro concluſione principali illius capitis*, quam etiam dicit eſſe Scoti. Inſuper verſic. *primo multa*. expreſsè aſſerit, quod multæ ſunt propoſitiones de fide, & vt tales ab omnibus fidelibus receptæ, quæ non aliter poſſunt probari eſſe de fide, niſi quia ſequuntur euidenter ex creditis, adiuncta alia propoſitione euidenti ſaltem lumine naturali. Addens, quod his oppoſitæ cenſentur hæreticę, vbi exēplificat de multis, & inter alias cōnumerat illam Chriſtus habet cor, quæ infertur ex propoſitionibus S. Scripturæ modo explicato, licet ipſa, vt iacet, nō inueniatur in ſacra Scriptura expreſsè, eſt nihilominus de fide & ſua contraria hæretica, qua regula vſus eſt Scotus, vt inquit ipſemet Vega, vbi ſupra argum. 2. & alij celeberrimi Theologi eadem repetit, & probat ibidem Reſp. 2. ad 4. argum.

Eandem quoque maiorem propoſitionem inſinuat poſt Petrum de Aragonia *quæſt. 1. de fide art. 4.* (quam etiam ipſe colligit ex doctrina Diui Thomæ, vbi ſupra) Didacus Nugnus *Tom. 2. ad 3. par. D. Thom. q. 20. art. 3. difficultate 3*. Quam veritatem per ſequētes propoſitiones explicabo, quarum.

§. 3. Prima eſt, ex eodem Sancto Thoma 2. 2. *quæſt. 2. art. 10. in corpore*, & in reſponſione ad *primum argumentum*, Concluſio, quæ infertur ex authoritate ſacræ Scripturæ, dicitur de fide, non ex vi rationis, ſiue diſcurſus humani præcisè, ſed formalitèr quia continetur in aliqua propoſitione à Deo reuelata, dicente Diuo Thoma, ita credere debet homo, *ea, quæ ſunt fidei, non propter rationem humanam, ſed propter authoritatem diuinam*, quia ſcilicet Deus reuelat.

18 §. 1. Secunda Propoſitio, quę colligitur & ipſa modo explicato ex doctrina Diui Thomæ, vbi ſupra. Diſcurſus humanus, de quo paulò ſupra, in ordine ad promptam voluntatem credentis, non ſicut præcedens, ſed conſequentèr tantum ſe habere debet. Ideò Doctores aſſerūt Chriſtum poſtglorioſam Reſurrectionem, meritò reprehendiſſe Sanctum Thomam Apoſtolum, qui exigebat teſtimonia antecedentia volūtatem, quando ſufficientèr, & prudentèr oportebat credere propter tot, tantaq; mirabilia, quæ de Chriſto Domino ipſe cognouerat.

Punctum Nonum.

Quomodo diſcurſus humanus non minuat meritum fidei.

19 §. 1. Tertia Propoſitio. Diſcurſus, ſiue ratio, qua mediante colligitur per neceſ-

neceſſariam conſequentiam aliqua propoſitio ex loco aliquo, vel locis ſacræ Scripturæ, non diminuit meritum fidei, propter rationem aſſignatam ab eodem Diuo Thoma eadem quæſtione, & articulo in *reſponſione ad ſecundum*, dũ ait, *Diſcurſus, de quo ſupra, remouet impedimenta fidei, oſtendendo non eſſe impoſſibile quod in fide proponitur*. Quapropter Caietanus, vbi ſupra, circa reſponſionem Diui Thomæ *ad ſecundum argumentum* addit: *huiuſmodi autem demonſtrationes, valdè proſunt fidei, & magni meriti eſt illas afferre ad auferendam inſultationem Sapientum huius Mundi; & reprimendam eorum audaciam, qui poſſibile, ac impoſſibile ſuo ingenio metiri præſumunt: ad infirmorumq; mentes in fide firmandas*. Quæ doctrina Caietani, vt mihi videtur, habet fundamentum in pluribus anthoritatibus ſacræ Scripturę.

§. 2. Quarum prima eſt ad Titum cap. 1. *potens ſit in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt, arguere*.

Secunda eſt Eccl. *capit. 24. qui elucidant me, vitam æternam habebunt*; vbi ſpeciale præmium promittitur illis, qui dant operam, vt quæ ſunt fidei, dilucidè explicentur, ac demonſtrentur.

Tertia eſt 1. Petri *cap. 3. Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti reddere rationem de ea, quæ in vobis eſt fide*.

20 Meritum fidei, de quo ſupra, ſitum
§. 1. eſt in obedientia Dei ad aſſentiendum rebus non viſis; hæc autem obedientia nil aliud eſt, quam promptitudo voluntatis, quæ à charitate procedit; Vt dicebam, colligitur ex Diuo Thoma, vbi ſupra, cum ibidem aſſerat inter alias rationes, & humanos diſcurſus non minuere meritum fidei, quodque credere debeamus *quæ ſunt fidei, non propter rationes humanas, ſed propter authoritatem diuinam*. Vbi licet loquatur formalitèr, & principalitèr Sanctus Thomas de diſcurſu præcedente ipſam fidem, quo homo diſcutit credibilitatem myſteriorũ fidei, eadem tamen eſt omninò ratio de diſcurſu illo, & iſto Theologico modò ſuperiùs propoſito; quo concluſio aliqua Theologica infertur modo declarato ex locis ſacræ Scripturæ, vel ex propoſitionibus manifeſtè de fide; nam ſicuti primus diſcurſus non facit propoſitiones fidei euidentes, ita neque diſcurſus, de quo agitur, facit concluſionem illatam ex Oraculis ſacrę Scripturæ iuxta explicata, eſſe euidentem, ſed demonſtrat neceſſariam cõſecutionem ex Oraculis ſacræ Scripturæ, quòd verò concluſioni illatæ quis credat certitudine fidei, id euenit præcisè, & formalitèr propter diuinam reuelationem, in qua continetur & ipſa.

§. 2. Deus enim ex reuelatione alicuius propoſitionis nõ ſolùm exactè penetrat ea, quæ clarè ſonant, ſiue indicant verba ſacræ Scripturæ in expreſſione illius propoſitionis: Verùm etiam cuncta in ſenſu vero eorundem verborum quouis modo contenta; ideò reuelando primũ iure merito cenſetur reuelare quoque ſecundum, quod vt minimum in hac materia libenter, & copiosè concedit, atque in amplam formam admittit S. Auguſtinus *lib. 12. Confeſſ. cap. 31.* per totum; Qui cum in ſuperioribus Capitibus, de ſenſu, quo hæc verba: *In principio creauit Deus Cælum, & terram*, prolata fuere à Moyſe, diſſeruiſſet, variaſq; in medium attuliſſet ſententias, tandem expreſſis verbis per modum concluſionis, inquit: *Ita cum alius dixerit, hoc ſentit, quod ego, & alius, imò illud quod ego, religioſius me arbitror dicere, cur non vtrumque potius, ſi vtrumque verum eſt? etſi quid tertium, & ſi quid quartum, etſi quid omninò aliud verum quiſpiam in his verbis videt, cur non illa omnia vidiſſe credatur, per quem vnus Deus*

ſacras

Digitized by Google

ſacras litteras vera, & diuerſa viſuris multorum ſenſibus temperauit? Ego certè (quod intrepidus de corde meo pronuncio) ſi ad culmen authoritatis aliquid ſcriberem, ſic mallem ſcribere, vt quod verè quiſque de his verbis capere poſſet, mea verba reſonarent, quàm vt vnam veram ſententiam ad hoc apertius ponerem, vt excluderem cæteras, quarum falſitas me non poſſet offendere; nolo itaque Deus meus, tam præceps eſſe, vt hoc illum viru (ſcilicet Moyſem) de te meruiſſe non credam; ſentit ille omninò in his verbis, atq; cogitauit cum illa ſcriberet, quidquid hic veri potuimus inuenire, & quidquid nos non potuimus, aut nondùm poſſumus, et tamen in eis inueniri poteſt. Eadem ferè repetit ſequenti *cap.* 32. quæ authoritas in hac materia efficaciſſimum ſuppeditat argumentum, pro certitudine maioris aſſumptæ propoſitionis, & confirmationis Reg. in illa maiori contentæ.

Punctum Decimum.

Sexta Concluſio colligitur ex Sacra Scriptura.

§. 1. 21 SCiendum eſt inſuper, quòd veritas aſſerta in ſexta concluſione, præter quod colligitur modo ſupra explicato ex ſacra Scriptura, vt ſtatim probabitur, pro ſe etiam habet diffinitionem Apoſtolicam, quam Summus Pontifex Romanus Caput vniuerſalis Eccleſiæ, ex Cathedra docens, atque iudicans, poſt imploratam gratiam Spiritus ſancti in actu Canonizationis pronunciat, (vt ſtatim dicam) Eccleſia enim, & Summus Pontifex Rom. caput ipſius, in decreto ſolẽnis Canonizationis Sanctorũ diffinitiuè, certòq; decernit, vt prolixiùs probabitur; Sanctos canonizatos, Iuſtos abſque dubio extitiſſe probatos, perfectoſq; inuentos fuiſſe tempore mortis: (& vt inquit Thomas Vualdenſis *tom.* 3. *de Sacramental. cap.* 122. *& ſequentibus*) Tunc Pontifex, in actu ſolemnis diffinitionis canonizationis Sanctorũ ex Cathedra, & vt Angelus Domini exercituum, ſecundũ ſcientiam, & ſapientiam fidei iudicat iudicio Dei, quis ſit Sanctus, & in Gloria æterna cum Deo regnans.

Punctum Vndecimum.

De Decreto Pontificis Rom. in actu Canonizationis Sanctorum.

§. 2. EX quibus liquidò conſtat de veritate aſſertorum in ſexta Concluſione. Hocq; totum copioſius, demonſtrabitur ex ſequentibus. Adducam hic quòque illud Nugni *ad 3. par. D. Thomæ quæſt.* 20. *art.* 3. *difficultate tertia, præſertim poſt primam cõcluſionem*, dicentis, inter quàmplura. *Semper fuit communis conſenſus in Eccleſia, quæ Pontificum diffinitiones recepit tanquam de fide; quod Pontifex docens de Cathedra, quando aliquid credendum proponit, non poſſit errare*, quod probauit copioſè in tertia Concluſione, quæ eſt ſequentis tenoris. *Fides eſt, quod Eccleſia vniuerſalis non poteſt tota ſimul errare, ſed Pontifex in Decreto diffinitiuo Canonizationis, proponit credendum toti Eccleſiæ ſanctitatem, gloriam, & venerationem ipſorum*, adiũcto, ſuper his mandato Apoſtolico, vt latè dicam paulò poſt, vti clarè etiam patet in Decreto Canonizationis Sanctorum, præſertim in illo Canonizationis S. Catherinæ Senenſis, ex verbis Bullæ eiuſdem Canonizationis editum per Pium Secundum, quæ ſunt. *Ad honorem omnipotentis, & æterni Dei Patris, Filij, & Spiritus ſancti, ad exaltationem fidei, & Chriſtianæ Religionis augmentum; authoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, & noſtra, Catharinam Senenſem,*

Illu-

Illuſtris, et indelebilis memoriæ Virginem, cuius corpus in Eccleſia *Prædicatorum, quæ de Minerua nuncupatur, hic Romæ iacet, & in cæleſti Hieruſalem inter Beatarum Virginum choros, quando id ſua virtus, diuina ſuffragante gratia meruit iampridem ſuiſſe receptam, & æterna gloriæ corona donatam, de Fratrum noſtrorum* Con*ſilio declaramus, eamq; tanquam ſanctã publicè, priuatimq; colendam eſſe decernimus, & diffinimus, atque in Sanctarum* Cathalogo *Virginum, quas Romana veneratur Eccleſia, redigi, & adſcribi mandamus. Statuentes feſtum eius ſingulis annis, prima Menſis Maij, Dominica die, ab vniuerſali Eccleſia celebrandum eſſe, & omnes illi honores præſtandos, qui cæteris ſanctis Virginibus conuenire noſcuntur, &c.*

22 §. 1. Pro maiori claritate minoris propoſitionis, præſuppono tanquam omnibus certiſſimum, atq; notiſſimum, Dei promiſſionem de gloria æterna eis factam, qui ſancta conuerſatione decedunt, nullatenus poſſe deficere.

Quibus omnibus ritè declaratis, atque ſtabilitis minor propoſitio aſſumpti argumenti ſecundi, propoſita ad probandam ſextam concluſionem euidenter demonſtratur ex Pſalm. 36. illis verbis. *Manſueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis*, quæ verba interpretantur Sancti Patres, (præſertim Sancti Chryſoſtomus, & Hieronymus) de Gloria Beatorum, qua Iuſti poſt mortem fruuntur in terra viuentium, hoc eſt in Cœlo Cœlorum iuxta verba Dauidis *Pſalm.* 26. quibus in perſona vniuſcuiuſque Iuſtorum dicit: *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Et *Pſal.* 60. *Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula*, & huius ratio aſſignatur eodem Pſalm. *Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meam, dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum. Et Pſalm.* 62. *Lætabitur iuſtus in Domino, & ſperabit in eo, & laudabũtur omnes recti corde.* Ideò Regius Vates in perſona Sanctorum canebat *Pſalm.* 63. *Venite, audite, & narrabo, quãta fecit Deus animæ meæ. Et Pſal.* 138. *Nimis honorati sũt amici tui Deus*, vbi omnes Sanctos indifferentèr, iuxta communem ſenſum Patrũ, amicos Dei appellat. Et Diuus Auguſtinus de Sancto Theodoſio verba faciens *tomo* 3. eidem applicans verba P*ſalm.* 114. *Conuertere anima mea in requiem tuam*, inquit, *luce perpetua, tranquillitate diuturna, pro his, quæ in corpore geſſit, munerationis diuinæ fructibus gratulatur*, nec mirum, *Matth.* 5. *Marc.* 3. & *Luc.* 5. *Beati mites* dicuntur, *quoniam ipſi poſſidebunt terram.*

§. 3. Equidem Sancti omnes canonizati, mites, & iuſti abſque dubio fuerunt, vt abundè colligitur primò ex relationibus fundatis in proceſſibus eorum canonizationum. Secundò, ex vitis ipſorum per Eccleſiam præuio diligẽti examine approbatis. Tertiò, ex euidentibus miraculis, quæ Deus operatur frequentèr ad illorũ interceſſionem etiam poſt eorum dormitionem, ſiue mortem

§. 4. Quarto, ex collectis, quas recitat Eccleſia per ſuos miniſtros in officio, & Miſſa eorumdem, præſertim ex verbis Hymni, quem decantat Eccleſia in ſolemnitate Confeſſorum, dum de vnoquoque illorum dicit, *Quòd pius, prudens, humilis, pudicus, ſobrius, caſtus fuit, & quietus.* Iuſtos etiam canonizatos eadem Eccleſia paſſim appellat dicendo: *Iuſtus vt palma florebit*, *Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & Iuſti in perpetuum viuent, quorum merces apud Dominum inuenitur*, & *in memoria æterna erit iuſtus*, quæ verba P*ſalm.* 111. Interpretantes Sancti Patres, præſertim Sanctus Maximus *Homil.* 59. *quæ eſt ſecunda de Sancto Euſebio Vercellen.* inquit,

Dignè

Dignè enim in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium tranſijt Angelorum. Hæc autem ab Eccleſia applicantur cũctis iuſtis Canonizatis,igitur iudicio Eccleſiæ nõ fallibili,Sancti canonizati gloriam iam adempti ſunt ſempiternam; nomine gaudij Angelorũ ſignificatam. igitur vera minor propoſitio. Addo pro maiori firmitate eiuſdem minoris propoſitionis, quod manſueti dicuntur Iuſti, & ſunt termini conuertibiles *manſuetus*, & *iuſtus*; ita communitèr omnes præſertim Diuus Thomas ad illa verba *Pſalm. 36. Manſueti hereditabunt terram*. Per manſuetos, (inquit, ſignat Iuſtos, ſubdens ſtatim) *illi ſunt iuſti, qui poſsident cor ſuum in puritate*, & quia nihil trahit hominem extra ſe ſicut ira, & manſuetudo temperat iram; ideò vocat iuſtos manſuetos; addens, Hieronymus dicit: *Mites Matth. 5. ipſi poſsidebunt terram*; ſcilicet dabitur eis in poſſeſſionem terra viuentium;& ad illa alia verba: *Delectabuntur in multitudine pacis.* Cõtinuando Sanctus Doctor ſermonem de delitijs,quibus fruuntur iuſti,& mites in terra viuẽtium, *hæc eſt* (inquit) *illa pax valde delectabilis, quia ibi eſt multiplex pax,iuxta illud Iſaia 32.Sedebit populus meus in multitudine pacis*. Et *Cap. 68. Super quem requieſcam, niſi ſuper humilem, & manſuetum?*

§. 5. Et meritò quidem,quia, vt ait Diuus Thomas ad *Pſalm. 24. & 33. Manſueti depoſitis peccatis ſubduntur Deo, lætantur in omnibus, quæ Dei ſunt, non reſiſtentes teſtamento* Patris, *neque ordinationi diuinæ:* ideò Eccl. *cap. 33. de vnoquoquè Iuſtorum habetur, qui probatus, & perfectus inuentus eſt, erit illi gloria æterna*, alia teſtimonia ſacræ Scripturæ validiora, ad idem referuntur paulò inferius, §. *Tandem liceat mihi*.

Punctum Duodecimum.

Quomodo Sanctorum Veneratio ſit de fide.

23 §. 1. INſuper, vt latiùs demonſtrabitur inferius ex communi conſenſu Theologorum, & verbis ipſis Põtificum Romanorum, propoſitio de Veneratione & inuocatione Sanctorum, eſt de fide, diffinita in pluribus Concilijs, vt liquidò conſtat *de Reliq.& Vener.Sanctorum* etiam nouiſſimè in *Tridentino Seſſ. 25. decreto de Inuocatione, & Veneratione Sanctorum*: quæ veneratio Sanctorum, vt de fide,debet extẽdi ad Sanctos quoſcumque canonizatos, cum in Decreto ſolẽni diffinitionis canonizationis eorumdem,de ſingulis addat Pontifex Romanus, qui eſt regula infallibilis Eccleſiæ, cui Deus tradidit ſupremam poteſtatem, non ad deſtructionem, ſed ad Eccleſiæ ædificationem, poſt mandatũ de ipſorum veneratione, eiſdem omnes honores præſtandos eſſe iubet,qui cæteris Sanctis conuenire noſcuntur. Certum eſt autẽ inter honores Sanctis conuenientes in primo loco connumerari eorum venerationem in tota Eccleſia, igitur, &c. vt copioſius dictum eſt *cap. 1. num. 57.*

§. 2. Sed indubitatum eſt, quod hæc propoſitio de Veneratione Sanctorum infertur ex illo aſſerto, ac explicato in 6. Concluſione de certitudine gloriæ eorumdem Sanctorum, vt patet præſertim ex verbis ipſis,loco immediatè citato Concilij Tridentini, ex verbis quoq; Bullarum Canonizationum multorum Sanctorum,igitur ſi conſequens de fide, (id namq; libentèr concedunt omnes) multò verius erit de fide antecedens.Ex quo illud infertur cum antecedens regulaitèr neceſſariò habeat maiorem certitudinem, quàm ſuũ conſequens, quod

ex

Digitized by Google

ex antecedenti neceſſaria conſequentia infertur, dicente Ariſtotele, *Propter quod vnumquodque tale eſt & illud magis*. Propter quod in ſupernaturalibus vtrũque erit æquale propter reuelationem diuinam.

§. 3. Quod probo argumento à minori ad maius, quo vtitur Andreas Vega, vbi ſupra, de Iuſtificatione, *cap.* 39. §. *Cum igitur*. Vbi cumulatis rationibus, & authoritatibus probat multas eſſe propoſitiones, verè quidem de fide, quæ aliter probari non poſſunt, eſſe de fide, niſi quia ſequuntur euidenter ex altera de fide, vt latè dictum eſt. Sed noſtra ſexta Concluſio non ſolùm ſequitur ex propoſitionibus de fide, in præcedentibus Capitibus adductis, ſed ex illa infertur concluſio de Sanctorum veneratione, quæ & ipſa eſt de fide, igitur abſque dubio erit & ipſa de fide.

Punctum Decimumtertium.

Dubitans de veritate propoſitionis illatæ ex ſacra Scriptura, quando dicatur hæreticus.

§. 4. PRo veritate ſecundæ Partis aſſerti in ſexta Concluſione ponderandum eſt illud, quod ex multis authoritatibus, & rationibus colligit Andreas Vega, vbi ſupra, §. 4. dum inquit, *qui pertinaciter dubitaret de propoſitione illata euidenter ex vna credita, & alia euidenti, eſſet hæreticus*, ſubdens, *dubitans enim de conſequenti, quod ſcit inferri euidenter ex aliquibus præmiſſis, neceſſe eſt, vt dubitet ſaltem de altera earum*, & in caſu noſtro de propoſitione reuelata. Per quod tandem concludit; ergò illa propoſitio, quæ infertur ex vna credita, & & alia euidenti ab omnibus cenſenda eſt, & credenda de fide.

Quæ ratio habet locum ſimpliciter, immò etiam à fortiori in illa propoſitione, quæ infertur euidenter ex oraculis ſacræ Scripturæ propter Deum reuelantem illam. Secundariò ſaltem erit illa propoſitio de fide, & pertinaciter dubitans, vel negans illam, poterit dici, hæreticus.

24 Parum itaque curandum eſt de mo-
§. 1. do loquendi, circa hoc, cuiuſdam Moderni ad primam partem Diui Thomæ *quæſtione prima, diſputatione tertia, ſectione ſecunda*, aſſerentis valdè probabilem eſſe tantùm ſententiam illorum, qui dicunt Sanctum aliquem Canonizatum obdormiſſe in Domino, eiuſquè fœliciſſimo frui conſpectu, & & hoc certitudinis gradum continere, non fidei diuinæ, ſed alterius inferioris gradus; Res quidem mirabilis, vbiq; ac vndiq; palàm apparet vis, atque efficacia maxima veritatis, qua coactus Author prędictus, aſſignando enim rationẽ ſui dicti, inter alia expreſsè dicit, quia Certitudo gloriæ Sanctorum (intellige Canonizatorum) innititur infallibili authoritati Eccleſiæ. Per quæ verba nolens, in re tamen, ac de facto, noſtram tuetur ſententiam propter ſuperius explicata, & inferius lucidius declaranda, infallibilis authoritas Eccleſię, quæ vt plurimum fundatur in his, quæ expreſsè Deus reuelauit in ſacra Scriptura, quomodo non efficiet veritatem gloriæ Sanctorum certam certitudine fidei, vt aſſeritur in in ſexta Concluſione? Verè igitur negat, quod re concedit.

Punctum Decimumquartum.

Quare Hæretici impugnent multiplicem gradum propoſitionis de Fide.

§. 1. DIſtinctionem verò de multiplici gradu propoſitionum de fide impugnant Hæretici, præcipuè propter rationem adductam à Ioanne Driedone *libro 4. de dogmatibus varijs.* §. *dixerat: Hæretici*, inquit, *huiuſmodi diſtinctiones odio habent, quia eorum intentio ea ſemper eſt, vt contemnant communem Catholicorum Magiſtrorum doctrinam, quam ſemper oderunt (vt inquit ſanctus Auguſtinus) vt Eccleſiam facilius maledictis inſectentur.*

Ex quibus colligitur hanc diſtinctionem in maiori propoſitione inſinuatam de multiplici gradu propoſitionis de fide continere expreſſam doctrinam communem, nedum Theologorum; verum etiam omnium Catholicorum Doctorum, quod vnicuique ſufficere debet:

Punctum Decimumquintum.

De certa aſsiſtentia Spiritus ſancti in actu Canonizationis Sanctorum.

52 §. 1. HAbet Pontifex Romanus in actu ſolemnis Canonizationis Iuſtorum, ac famulorum Dei certam aſſiſtentiam Spiritus ſancti, vt aliàs copioſius demonſtratum eſt, præſertim capit. 3. num. 13. & 14. & capit. 4. numero 3.

Hocq; affirmat inter alios Clemens Septimus in Bulla Canonizationis Sãcti Antonini, §. *Quatenus*. Clemens VIII. in Bulla Canonizationis ſancti Hyacinthi, §. *Denique*. Et Sixtus Quintus in Bulla Canonizationis ſancti Didaci, §. *Demum*, & alij Summi Pontifices. de quo Sixto Quinto refert Petrus Galeſinius Prothonotarius Apoſtolicus (quem Cardinalis Baronius, in notis ad Martyrologium Romanum, *die ſecunda Ianuarij.* §. *Martiani*, Virum doctum, diſertum, fidelem ſcriptorem, ſuaquè ætate nobiliſſimi ingenij commendat) in ſuo libello de *Vita*, & *Canonizatione eiuſdem Sancti Didaci, num.* 12. (quem ſtatim ſecuta canonizatione ipſius Sancti, Romæ impreſſit, atque publicauit) quod in Conſiſtorio ad effectum prædictæ Canonizationis habito; idem Pontifex rationibus, ex intimis Theologiæ depromptis, atque authoritatibus ſacræ Scripturæ, ac omni argumentorum genere publicè, non ſine maxima adſtantium admiratione euidentèr demonſtrauit, Romanum Pontificem non poſſe errare in Sanctorum Canonizatione, idquè non ſolum *piè*, ſed *neceſſariò*, & *certiſsima fide credendum eſſe ab omnibus Fidelibus*.

§. 2. Hoc namque poſtremum ſummis rationibus in medium, tunc in ſpecie adductis demonſtrauit, probando inſuper Decreta Summorum Pontificum in materia fidei, & morum (in numero, quorum ſtatui debet illud Canonizationis Sanctorum) certis, firmiſquè principijs eſſe innixa, quem libellum de licentia Superiorum, prçuio examine impreſſum, ipſemet Author publicauit, ac diuulgauit, viuentibus adhuc cunctis, qui interfuerunt prędicto publico Conſiſtorio, & narrata per ipſum audierant.

Pun-

Digitized by Google

Punctum Decimumſextum.

Quid decernat Pontifex Romanus in actu Canonizationis, de Iuſto canonizato.

26 §. 1. PEr Canonizationis actum ſolemnem profectò diffinitiuè determinat Summus Pontifex canonizatum eſſe Sanctum, hoc eſt, illum eſſe in gloria, & cum Chriſto in cęlo Beatum regnare, cum titulum Sancti, Eccleſia non tribuat, niſi Iuſtis, qui iam vita functi in cœlo cum Chriſto in perpetuas æternitates regnant. Cardinalis Baronius *cap. 7. de Martyrologio Romano*, §. Etenim, Quemadmodum videre eſt in Decreto regulariter, ac ordinarie publicato in Sanctorum canonizatione, cuius exemplar fideliter habetur in Bullis Canonizationis Sanctorum, & eſt ſequentis tenoris.

§. 2. *Denique abſolutis, ac perfectis omnibus quæ à Romanis Pontificibus in hoc genere inſtituta ſunt, communibus precibus pluries implorata Spiritus ſancti ope, ad honorem ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, ad exaltationem fidei Catholicæ, & Relig. Chriſtianæ augmentum, authoritate eiuſdem ſanctæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra de venerabiliũ Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, omniumq; Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Rom. Curia exiſtentium conſilio, communiq; conſenſu Beatum N. de N. de cuius innocentia vitæ, & miraculis nobis planè conſtabat, & conſtat Sanctum eſſe diffinimus, ſanctorumq; Confeſſorum, (vel Martyrum reſpectiuè) numero, & cathalogo adſcribendum eſſe decreuimus, prout per præſentes diffinimus, decernimus, & adſcribimus, illumq; tanquam verè ſanctum omnes fideles venerari, inuocare, & imitari mandamus.* (In multis quoque additur *Venerari, inuocare, ac imitari publicè, & priuatim mandamus*; præſertim in illa S. Catherinæ Senenſis, *ſtatuentes ab vniuerſali Eccleſia, in eius honorem Eccleſiæ, atque altaria, in quibus ſacrificia Deo offerantur, ædificari, & conſacrari poſſint, vtque ipſius feſtum, ac officium ſingulis annis celebrari, & recitari poſſit; &c.*

§. 3. Frequenter enim his addi ſolet per Pótifices Romanos exhortatio ad Fideles, prout eſt videre, præſertim nouiſſimè in Bulla Canonizationis S. Hyacinthi, & S. Thereſiæ, §. *Decet igitur.* in qua expreſsè habentur, quæ ſequuntur. *Decet igitur, vt pro tam inſigni beneficio omnes cum omni humilitate benedicamus, & glorificemus eum, quem decet omnis benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum, aſsiduis precibus ab eo poſtulantes, vt per interceſsionem electæ ſuæ à peccatis noſtris faciem ſuã auertens miſereatur noſtri, & reſpiciat nos, vt oſtendat nobis lucem miſericordiarum ſuarum, & immittat timorem ſuum ſuper gentes, quæ non cognouerunt eum, vt cognoſcant, quia non eſt alius Deus, niſi Deus noſter.*

Ex his itaque diligenter ponderatis, Remanet probata ſufficienter minor etiam propoſitio prioris, ac ſecundi argumenti pro 6. Concluſione; igitur cõcluſio ex iam explicatis propoſitionibus illata vera, atque de fide certa erit qualis eſt 6. Concluſ. huius cap. 5.

Punctum Decimumſeptimum.

Veritas ſextæ Concluſionis traditur à nonnullis Pontificibus Romanis.

27 §. 1. TErtium argum. ſiue 3. ratio ad eandem 6. Concl. magis ſtabiliendam ea eſt, quod quamplures Pontifices Romani, ex Cathedra docẽtes, ac diffiniẽtes

eandem concluſionem de certa Sanctorum gloria,in proprijs terminis tradiderunt, quemadmodum eſt videre, maximè in Bulla canonizationis Sancti Dominici ædita, *à Gregorio IX. 3. Idus Iulij, Pontificatus ſui anno octauo*, cuius initium eſt *Fons ſapientiæ, &c.* §. *Nos cum*, ibi enim facta iam mentione de die fęlicis tranſitus eiuſdem Sancti Patris ſtatim, inquit, *quo* (ſcilicet die) *poſita carnis ſarcina diues meritis penetrauit in Sãcta, ſimilis Sanctorum factus in gloria.*

§. 2. Hoc idem de ſancto Bernardo antea ſub alijs verbis, idem prorſus ſignificantibus dixerat Alexander III. in ſuis literis Apoſtolicis, directis Regi Francorum *de Canonizatione Sancti Bernardi*, de quo inter quamplures laudes, poſtquam appellauit canonizationem Cœleſtis gratiæ donum, expreſsè ait, *Sanctum Bernardum cæleſti beatitudine perfrui*; idem repetit in alijs literis ipſius ad Clareuallem, vbi aſſignat pro ratione formali venerationis dicti Sãcti, & proportionaliter aliorum Sanctorum canonizatorum, *quia eſt in gloria*, quo argumento infertur vniuerſalitèr, quod ideò Sanctos venerari debemus, quia certò ſunt in gloria. Non ſola certitudine humana, ſed fidei.

§. 3. Pariter quoque Alexander Tertius in Bulla canonizationis ſancti Thomę Cantuarienſis, §. *Voluit Saluator*, inquit, *Voluit eius ſanctitatis inſignia, poſt mortem ſuam magnificis irradiare miraculis, vt cognoſcatur ab omnibus in æterna Beatitudine ſuſcepiſſe triumphum*, Vera miracula ad interceſſionem Sanctorum facta poſt mortem indicant, & ipſa certitudinem gloriæ ipſorum,ideò ſunt neceſſaria ad Sanctorum canonizationem, licet non omnium, modo explicando in 8. cap.

Et Innocentius Quartus in Bulla canonizationis ſancti Petri Martyris, data Peruſij, *nono Kalend. Aprilis, Pontificatus ſui anno decimo*, cuius exordium eſt, *Magnis, & crebris*, &c. §. *Cæterum*, expreſsè, dicit, *Quia conuenit, vt quem Dominus in cœlo magnificat, Mundus colat*, &c. Ecce quomodo ſemper canonizatio Eccleſiæ pręſupponit certitudinem gloriæ, ac ſanctitatis canonizati, aſſignatq; certitudinem gloriæ illorum pro cauſa canonizationis eorundem, vbi loquitur ipſe, & alij Pontifices, non de certitudine humana, ſed de illa, quæ fidei certitudo appellatur, vt indicant alia verba eiuſdem Innocentij in eadem Bulla, §. *Lætetur*. Dum inquit, *Lætetur itaque totus Fidelium cetus, & laudum carmina Deo concinat alta voce, quod à ſuis tanquam Chriſti cohæredibus, manſiones cælicæ poſſidentur*. Quibus verbis pro certo, atque euidenti pręſupponit Sũmus Pontifex, quod famuli Dei, per Eccleſiam canonizati,manſiones cęlicas poſſideãt, ſiue gloria ſempiterna cum Chriſto, & Angelis, in cœlo fruantur, de quibus Sanctis canonizatis indifferentèr, ac vniuerſalitèr loquitur in verbis relatis, etenim §.Immediatè ſequẽti, ex prædictis, tanquam ex antecedenti certo etiam de fide colligit per modum neceſſariæ conſequentiæ, & illationis ſanctum Petrum Martyrem iam canonizatum, eſſe in gloria, dum inquit, *Exultet Mater Eccleſia, quod palmes ſuus, quẽ in agro fidei plantauit, & coluit, in cæleſte plantariũ eſt translatum*. Ideò *Ioannes XXII.* in Bulla canonizationis Sancti Thomæ, data Auinione, 15. *Kalen. Auguſti, Pontificatus ſui anno ſeptimo*, §. *Mouere ſe*, inter alia quamplurima de certitudine gloriæ animæ Sancti Thomæ loquens, poſtquam dixit, *Si teſtimonium hominis accipimus, teſtimonium Dei maius eſt*, quibus verbis palàm indicat certitudinem Iuſtorum canonizatorum colligi ex teſtimonio Dei, & non hominum

minum

Digitized by Google

minum tantum; ideò ſtatim, & immediatè ſubdit, *quo* (*ſcilicet Dei teſtimonio*) *animam enim* (videlicet ſancti Thomæ) *Cælum poſſidere iam credimus, intercesſorem ipſum expectamus; ac inter Sanctorum agmina quaſi ſtellã matutinam eum fidimus eſſe locatum*. Vbi attentius ponderandum eſt, quod Pontifex, ex teſtimonio infallibili Dei, aſſerit credere Sanctum Thomam eſſe iam in gloria Beatum, vbi abſque dubio loquitur de *credere*, vt actus *fidei eſt*, cum ſuum credere innitatur diuino teſtimonio, vt ipſemet manifeſtè affirmat. Et paulò poſt, quod dixerat de ſancto Thoma extendit ad omnes Sanctos canonizatos per Eccleſiam, §. *Cæterum*, dum ait, quia *Rationis ordo depoſtulat, vt triumphantem in cælis Eccleſiam, deuota in terris militans ſubſequatur, illum veneratione præcipua percolat, quem in Cæleſtibus agminibus Deum glorificare cognoſcitur*, (ſubdens) *nos de ſanctitate Vitæ, ac miraculorum veritate confeſſoris eiuſdem*, &c.

§. 5. Idem Gregorius Nonus in Bulla Canonizationis Sancti Franciſci, celeberrimi Fratrum Minorum inſtituti primi fundatoris, data nono Kalendas Martij, Pontificatus ſui anno ſecundo, cuius exordium eſt, *Sicut Phiale, &c.* §. *Sanè*, inter quamplures laudes de eodem glorioſo Confeſſore, magno paupertatis amatore, expreſſis verbis, inquit, *Qui* (*Sanctus Franciſcus*) *iuxta Saluatoris conſilium, contemptis tranſitorijs, ſecundum promiſſionem eius ad Cæleſtia, æternaque præmia feliciter peruenit*.

Multiſquè interiectis de eodem, iterum ait, *Ne ipſius honori debito, & gloria detrahere, quodammodo videremur, ſi glorificatum à Domino permitteremus vlterius humana deuotione priuari, de Fratrum noſtrorum, &c. Sanctorum Cathalogo duximus adſcribendum illum*, ſcilicet Sanctum Franciſcum.

Punctum Decimumoctauum.

Quot, & quæ colligantur, ex Bulla Canonizationis ſancti Franciſci, & aliorum Sanctorum.

28 §. 1. Ex quibus verbis directè, & palàm colligitur primò, certitudo gloriæ Sanctiſſimi huius Confeſſoris: Secundo, quod Canonizatio ſit honor debitus Iuſtis, qui verè, & certò cum Chriſto regnant Glorioſi. Tertio, quod cauſalis, radicalis, & adequata Canonizationis, eſt certa, ac indubitata poſſeſſio gloriæ, ac Beatitudinis æternæ canonizandi: Quæ omnia etſi de perſona Sancti Franciſci dicantur, veritatem quoque habent in alijs Sanctis canonizatis per Vicarium Chriſti, de qua veritate nullus dubitare poteſt.

§. 2. Cuncta hæc mirabili claritate certiora fiunt ex verbis expreſsè contentis in Bulla Canonizationis Sancti Antonij de Padua, eiuſdem Seraphici Inſtituti Minorum, edita pariter ab eodem Gregorio Nono, data Spoleti, *tertio Nonas Iunij, Pontificatus ſui anno ſexto*, cuius initium eſt, *Cum dicat Dominus, &c.* circa exordium, inquit, *Iuſtum eſt, vt quos Deus merito ſanctitatis coronat, honoratquè in Cælis, nos venerationis officio laudemus, & glorificemus in terris, cum ipſe potius laudetur, & glorificetur in illis, qui eſt in Sanctis laudabilis, & glorioſus in ſæcula*.

Punctum Decimumnonum.

De cauſali inductiua Canonizationis Iuſtorum.

§. 3. EX quibus verbis colligitur primò cauſalem inductiuam canonizationis Sanctorum eſſe ſemper certam, veram, ac indubitatam eorum ſempiternam gloriam. Secundo, quod negantes certitudinem gloriæ Sanctorum canonizatorum, de quibus hic loquitur Pōtifex Romanus apertè derogant quātum in illis eſt, nedum honori, ac laudibus Sanctorum debitis. Sed hoc non eſt abſque manifeſta iniuria glorificationis Sancti Sanctorum, qui eſt Chriſtus Dominus, ac laudis illius, qui prædicatur, & eſt fons, & prima origo ſanctitatis, eò quia ille, Deus ſcilicet in Sanctis ſuis glorificatur, atque laudatur.

Ideò ipſemet Pontifex, vbi ſupra, §. *Vnde nos*; aſſerit Sanctorum canonizationem ordinari ad confirmationē *Catholicæ fidei, & hæreticæ prauitatis confuſionem*; quomodo autem ordinari poteſt canonizatio ad iſta duo, videlicet ad cōfirmationem fidei, & cōfutationem hæreſis; niſi & ipſa pertineat ad fidem?

Ideò Gregorius IX. §. *Cum igitur*. ſubdit: *per Dei gratiam tam non ſub modio, ſed ſuper candelabrum lucerna eius meruerit collocari*.

Sed antea §. *Nuper autem*; expreſsè dixerat eumdem Sanctum Antonium de Padua Cathalogo Sanctorum adſcripſiſſe, ſubdens immediatè cauſam, ſiue rationem motiuam canonizationis dicti Sancti, *Vt authoritate (ſicut conuenit) Apoſtolica, dignus honor exhiberetur illi in terris, qui ſicut claris ſignis, ac euidentibus argumentis apparet honoratus in cælis*; Ecce iterum eamdem cauſalem canonizationis repetitam, & quod amplius eſt expreſſis verbis affirmat conſtare euidenter de gloria ipſius Cōfeſſoris, quod etiam dicendum eſt de alijs Sanctis canonizatis.

§. 4. In illa pariter Sanctæ Eliſabeth Viduæ, quam ipſemet Gregorius Nonus canonizauit, idem habetur, in qua §. *Vniuerſitati*, &c. de die obitus eiuſdem Sanctę Viduæ, verba faciens, inquit, 13. *Kal. Decembris, quo mortis abſoluta vinculis, victura perenniter, ad fontem ſupernæ prodijt voluptatis*.

30 §. 1. Et Pius Secundus in Bulla Canonizationis Sancti Vincentij Ferrerij Ordinis Prædicatorū, data Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis *Dominicæ* 1458. *Kalen. Octobris, Pontificatus ſui anno primo*. Referens geſta per Calixtum Tertium, qui canonizauit dictum Sanctum Vincentium, (ſed morte pręuentus non potuit Bullam canonizationis expedire) poſtquam commendauit exactam diligentiam, qua ſuus ille Anteceſſor vſus fuerat in negotio canonizationis eiuſdem ſancti Confeſſoris, inter cætera, inquit, *Necnon vera notitia, eum virum* (ſcilicet Vincentium) *comperit aſſequutum fuiſſe gratiam, quam Deus omnipotens Sanctis, & Electis ſuis conceſſit, &c.*

Punctum Vigeſimum.

Quid ſignificent illa verba: Vera notitia.

§. 2. PEr veram notitiam cōmuniter omnes intelligunt illam infallibilem, quæ ſola ſimpliciter, & abſque addito abſolutè vera notitia dici poteſt, apud Theologos in ſubiecta materia, quæ etiam præſupponit certitudinem fidei, præſertim cùm agatur de negotio fidei, quale extat illud canonizationis, vt ſæpè probatum eſt; deinde dictum ſuum extendit

tendit

Digitized by Google

tendit ad alios Sanctos canonizatos per illa verba, *quam Deus omnipotens*, &c. quibus ſtatuit tanquam axioma verum, & commune, quod Deus Sanctis, Electiſq; ſuis, hoc eſt, illis, qui per Eccleſiam media canonizatione declarati sũt Sancti, & Electi Dei, iam certò ſuam conceſſit gloriam, ſiue gratiam conſumatam, quod idem eſt, (vt latius dicam in appendice) nam gratia conceſſa per Deum Sanctis ſuis poſt hanc vitam, eſt gloria, & æterna beatitudo, per prædicta igitur aſſerit illum eſſe in gloria Beatum.

§.3. Idem Pontifex in literis Canonizationis celebratæ per ipſum de eximia Virgine Catharina Senenſi, ſacri inſtituti Prædicatorum, datis Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1461. 3. Kalen. Iul. Pontificatus ſui anno tertio, cuius initium eſt, *Miſericordias Domini*, §. *Ad honorem*, in eodem Decreto diffinitiuo Canonizationis eiuſdẽ ſanctæ Virginis, quod certè valde ponderandum eſt, inter multa expreſſis verbis ex Cathedra diffiniens, inquit, *Beatam Catherinam indelebilis memoriæ Virginem in cœleſti Hieruſalem inter Beatarum Virginum Choros fuiſſe receptam, & æternæ gloriæ corona donatam*, cumque non ſit maior ratio de Sancta Catherina, quam de alijs canonizatis, vt alias dictum eſt, idem iudicium de omnibus, itaque faciendum eſt, ſecundum explicationem, de qua ſupra ad ſextam Concluſionem.

31 Sixtus quoque quartus in Bulla canonizationis Sancti Bonauenturæ, à nonnullis Scriptoribus fidelibus relata idem habetur, quoad ſubſtantiam de eodem ſancto Doctore Seraphico.

Punctum Vigeſimumprimum.

De forma Decreti Canon. Sanctorum.

§.2. LEo pariter Decimus in Bulla Canonizationis Sancti Franciſci de Paula, data Romæ, apud Sanctum Petrum 1519. *primo Maij, Pontificatus ſui anno ſeptimo*, cuius initium eſt, *Excelſus Dominus*. In Decreto ſolẽnis canonizationis ipſius inter alia expreſsè dicitur, *De Fratrum noſtrorum ſpeciali conſilio, & aſſenſu decernimus, atque diffinimus bonæ memoriæ Franciſcum de Paula in cœleſti Hieruſalem inter Beatorum Choros iam receptum, æternæq; gloriæ condonatum fuiſſe, ac Sanctorum Confeſſorum Cathalogo adſcribendum fore*, &c.

§. 3. Diligentius quidem exponenda ſunt verba iſtius Pontificis, ex quibus palam colligitur cauſa, & fundamentum vniuerſale, ſed proximum canonizationis Sanctorum, ideſt, quia canonizandus iam certo in cœleſti Hieruſalem inter Beatorum Choros eſt receptus, æternæq; glorię portione fruitur, ex qua cauſali ſequitur, ideò *Sanctorum Cathalogo adſcribendus eſt*, quam illationem non ego, ſed præmemorati Pontifices apertè nimis tradunt in Bullis canonizationis, de quibus immediatè, ideò cuncta illuſtrata de ſe remanent: itaut nullus adſit locus tergiuerſationibus.

§.4. Idem quoque tradit Sixtus Quintus, in Bulla Inſtitutionis feſti Sancti Petri Martyris, Ordinis Prædicatorum, data Romæ apud Sanctum Petrum, *anno Incarnationis Dominicæ* 1586. *Idus April. Pontificatus ſui anno primo*, cuius initium eſt, *Inuictorum Chriſti Militum*, &c. dũ ad initium de prędicto Martyre, inquit, *immarceſcibili gloriæ corona donatus in cœlo, iure, & pia veneratione colitur, & celebratur in terris*, &c. repetit cauſalem

adæ-

Digitized by Google

adequatam Canonizationis, & venerationis vniuſcuiuſq; Sanctorum, aſſerens illam eſſe, quia eſt iam certò glorioſus in Cœlo, ideò colitur in terris, &c.

§. 5. Hoc idem magis, minuſuè expreſsè affirmarũt in Bullis Canonizationis Sãctorum, Pontifices Romani antiqui, & moderni, præſertim ſuperius citati, ac inferius citandi, dum in decreto Canonizationis Sanctorum vtuntur his, vel æquiualentibus verbis, *diffinimus, & ab omnibus firmiter, & fideliter haberi debere decernimus, vt Sanctum B. N. de N. &c.* conſidera illud *firmiter*, ampliatum per aliud aduerbium *fideliter*, quibus vti ſolent Pontifices Romani, dum ex cathedra Apoſtolica docentes, aliquod fidei decernunt, vt prima regula veritatis poſt Chriſtum in terris, quemadmodum eſt videre in ſupra citatis Bullis Canonizationum, præſertim in illa Sancti Bonauenturę, prout aſſerit inter alios Angelus Rocca (Epiſcopus Tagaſtenſis, & Sacrarij S.D. N. Præfectus in ſecunda editione ſui tractatus de *Canonizatione Sanctorum capite 38. tit. Canon. Decreti forma §. dicta Decreti*) reperiri in Decreto, quod regulariter formatur in Canonizatione Sanctorum, inſerto in Sacrarum Veſperarum, & Ceremoniarũ libris. Hinc eſt quod Iſtella Dominicanus alias ſæpè citatus preſertim cap. 2. huius elucidarij in annotationibus circa Sanctos Canonizatos *ad num.* 307. ex Sancto Antonino 3. *p. hiſtor. tit.* 23. *cap.* 14. & ex illo quod canit Eccleſia de Sanctis, *gaudent ſcilicet in Cœlis animæ Sanctorum, qui Chriſti veſtigia ſunt ſecuti*, colligit optimè quidem, eſſentiam Canonizationis factam per Eccleſiam, conſiſtere in declaratione, quod hic, vel ille fideliſſimus Chriſti amicus, qui canonizatur, certò in Cœlo viſione diuinæ eſſentiæ, in qua conſiſtit vera, & æterna Beatitudo iam perfruatur, ideò omnes Theologi, ac etiam Canoniſtæ paſſim docent Canonizationem non efficere, ſed declarare hominem iam Sanctum coram Deo, & apud Deum, vt pro Sancto quoq; ab hominibus honoretur in terris.

§. 6. Eandem veritatem, quòd ſcilicet Iuſti omnes, qui Canonizantur ſint iam in gloria Beati expreſsè aſſerit inter alios Clemens VIII. in Bulla Canonizationis Sancti Hiacinthi ab eodem, proprio nomine, & ab Illuſtriſſimis Cardinalibus ſupra numerum 41. ſubſcripta, data Romæ apud Sanctum Petrum, *anno incarnationis Dominicæ* 1594. 10. *Kalen. Maij, Pontificatus ſui anno* 3. cuius exordium eſt. *Benedictus Pater miſericordiarum, &c.* §. *itaque*, per ſequentia verba, *quibus ſeruis ſempiternæ Beatitudinis præmia iam diu in Cœlis ſunt tributa, eoſdem etiam in terris ab hominibus coli vult Deus, vt Chriſti fideles, vel illorum interceſsione, Cæleſtia auxilia facilius promereantur, vel eorumdem imitatione expeditiùs ad Cæleſtem, quã ipſi iam perfruuntur, gloriam perducantur*, quid clarius? vbi firmiorem habemus demonſtrationem, quod Canonizatio Sanctorum certò præſupponit illorum gloriam, certo quidem certitudine aliquali fidei.

§. 7. Idem tandem expreſsè affirmat Gregorius XV. in Bulla ab eo edita die 7. *Februarij* 1623. circa feſtum S. Brunonis Confeſſoris, præclariſſimi Ordinis Carthuſianorũ fundatoris, à Leone X. iam Canonizati, cuius initium eſt, *Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſeruos ſuos æternæ gloriæ præmium donat in Cælis, &c.* §. *Quod de cætero* inquit, *die 6. Octobris, quæ fuit dies tranſitus Sancti Confeſſoris.*

§. 8. Sancti ergo Pontifices Romani, quãuis vnus magis expreſsè, & alius minus, inhęrentes oraculis ſacrę Scripturæ, certamq;

Digitized by Google

tamque tenentes aſſiſtentiam Spiritus ſancti in actu Canonizationis, omnes certam quoque, & indubitatam more illorum, quæ fidei ſunt gloriam Sanctorum Canonizatorum pronunciant eſſe, ac pertinere ſaltem aliquo modo ad fidem.

Punctum Vigeſimumſecundum.

Omnes Sanctos Canonizatos eſſe in Gloria.

32. §. 1. HOc iterum alia argumenti formula, verius euidentiuſq; demonſtratur ex contentis in cap. vnico. *de reliquijs, & veneratione Sanctorum in 6. à Bonifacio VIII. adito circa initium*; Vbi loquens de Apoſtolis, & Euangeliſtis, ac etiam de Sanctis Doctoribus Eccleſiæ Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, & Gregorio, de his, & de illis conformiter, ac eodem modo, & ſub eadem forma rationis, ac verborum, & per conſequens eadem certitudine, ſtatuit illos omnes eſſe in gloria Beatos, dum de illis omnibus indifferenter loquens aſſerit, prænominatos, *altis decoratos à Deo honoribus, Cæleſtiſque Beatitudinis poſſeſſores iam effectos eſſe*, ſed certum eſt apud omnes fideles, primò eſſe de fide Apoſtolos, & Euangeliſtas eſſe in gloria Beatos: Secundo, quod ſit eadem prorſus ratio de quatuor ſupra nominatis Sanctis Doctoribus, ac de alijs Sanctis per Eccleſiam Romanam Canonizatis, vel in dies Canonizandis, de quibus Sanctis quatuor Doctoribus non habetur expreſſa mentio in ſacra Scriptura, certitudo itaque Sanctorum Canonizatorum per Eccleſiam Romanam dici debet certitudo fidei, modo in ſexta concluſione explicato.

§. 2. Cuncta hæc magis declarantur elucidanturq; ex forma Decreti ſacræ Congregationi, Rituum, quod poſt diligenté, & exactam diſcuſſioné actorum, atq; Proceſſuum ad ſacrorum Canonum præſcriptum, ab eadem ſacra Congregatione, ſacraq; Rota Romana, ſemel atque iterū maturè adhibitam formari ſolet, cuius exemplar fideliter relatum eſt ſuperius ad calcem 3. capitis in quo inter alia hæc inueniuntur formalia verba, *poſſe* (videlicet) *Sanctiſsimum Dominum noſtrum* (*ſi libuerit*) *ad ſolemnem Canonizationem Beati N. deuenire, eumq; diffinire Sanctum cum Deo regnantem, atque vniuerſali Eccleſiæ proponere colendum, ac Venerandum*. Ex cuius Decreti forma, & verborum ſenſu literali liquido conſtat ſententiam ſacræ Congregationis, eo dirigi, vt idem ſit diffinire per actum Canonizationis aliquē eſſe Sanctum, eumdemque cum Chriſto in gloria, vna cum Angelis Dei regnare, modo ſuperius latè explicato.

Punctum Vigeſimumtertium.

Quomodo vſus Eccleſiæ faueat veritati 6. Concluſ.

33. §. 1. EAndem ſextam concluſionem, ſiue contenta in illa mirabiliter confirmat vſus, conſuetudo, atque conſenſus vniuerſalis Eccleſiæ, quo argumento vſi ſunt Sancti Patres ad demonſtrandum aliquod eſſe de fide, quo fidelibus ſuis certo proponit gloriam, & Beatitudinem SS. omnium per Eccleſiam iam Canonizatorum. Quæ Eccleſiæ conſuetudo, maximam habet authoritatem, vt copioſius dictum, & probatum eſt, *cap. 1. num. 3.* Quique vſus, & Eccleſiæ antiquata conſuetudo explicatur nobis, primo in vitis Sanctorum, quos Eccleſia iam approbauit, & inter diuina officia publicè legenda mandauit, in quibus ſemper, aut frequenter de vnoquoque

que

Digitized by Google

quoque Sanctum in particulari dicitur, *Tandem carnis vinculis ſolutus immortalitatis coronam à Deo percipit*; Vel quid ſimile idem tamen ſignificans. Secundo in auguſtiſſimo Miſſæ Sacrificio præſertim in collectis per Eccleſiæ Miniſtros, ritu publico, atque ſolemniter recitatis, nomine, ac in perſona Eccleſię de quamplurimis Sanctis ab ipſa Canonizatis ne dicam de omnibus pro certo Eccleſia tradit, quod ſint Beati in gloria, ideò eorum patrocinium implorat, & fideles inuocare præcipit, quemadmodum videre eſt in oratione præſertim Sancti Leonis Papæ, & Confeſſoris ſequentis tenoris *die 28. Iunij*.

§. 2. *Deus qui B. Leonem Pontificem tuum Sanctorum tuorum meritis coequaſti, &c.* Et in illa eiuſdem Sancti poſt Communionem, in qua explicatur, quid ſit Sanctorum meritis coequari per ſequentia verba, *Deus qui animæ famuli tui Leonis æternæ Beatitudinis præmia contuliſti, concede propitius, vt qui peccatorum noſtrorum pondere premimur eius apud te precibus ſubleuemur, &c.*

§. 3. Item habetur in prima collecta, ſiue Oratione in Miſſa Sancti Ludouici, *Regis Gallorum die 25. Auguſti* in hæc verba. *Deus qui B. Ludouicum Confeſſorem tuum de terreno, ac temporali Regno ad Cæleſtis, & æterni Regni gloriam tranſtuliſti eius quæſumus meritis, & interceſſione Regis Regum Ieſu Chriſti Filii tui nos coheredes, &c.* Idem prorſus habetur in prima collecta Miſſæ Sancti Franciſci de Paula *die 2. Aprilis*, in qua dicitur Sanctum Franciſcum Confeſſorem Sanctorum Dei gloria *eſſe ſublimatum, &c.* In collecta pariter Miſſæ, & Officij Diuini, quod ſecundum vſum, & Eccleſiæ conſuetudinem recitari ſolet in ſolemnitatibus Sanctorum Confeſſorum, atque Doctorum pro indubitato, & certo præſupponit Eccleſia in prædicta Oratione eoſdem Sanctos frui gloria ſempiterna, ideò per ſuos miniſtros petit à Deo, vt *quos Doctores vitæ habuerunt fideles in terris, eoſdem interceſſores habere mereantur in Cælis*, Et in Oratione plurimorum Martyrum idem profitetur dum inquit, *Deus qui nos concedis Sanctorum Martyrum tuorum N. & N. natalitia colere, da nobis in æterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere*.

§. 4. Idem quoque habetur in hymnis, qui ex approbata conſuetudine Eccleſiæ decantantur in feſtiuitatibus Martyrum, & Confeſſorum, dum de vnoquoque Martyre canitur, *Hic nempe mundi gaudia, & blandimenta noxia caduca ritè deputans peruenit ad Cæleſtia*, & iterum *pro te fundens ſanguinem, æterna dona poſſidet*.

Punctum Vigeſimumquartum.

Dies mortis Sanctorum quare dicatur eorum natalis.

§. 5. DE vnoquoque Sanctorum Confeſſorum pariter canit Eccleſia in Hymno ad Veſperas, & Matutinas, de dieque eorum obitus verba faciens, *hodie lætus meruit* ſecreta *ſcandere Cæli*, & in illo pariter ad laudes de vnoquoque illorum in particulari concinit. *Qui ritè huius mundi gaudia caduca reſpuens cum Angelis Cæleſtibus Lætus potitur præmiis*.

§. 6. Idem habetur in Hymno, quem decantant præſtantiſſimi Patres Ordinis Sancti Auguſtini ad laudes iu Feſto Sancti, ac magni Patris Auguſtini, cuius exordium eſt, *Cæli Ciues applaudite, &c. hunc* (ſcilicet *Auguſtinum*) *poſt mundi curricula Cæli ſuſcepit Curia, quem cum ſuis fidelibus, iam coronauit Dominus*, Quem Hymnum cum toto Officio proprio illius diei edidit Sanctus Thomas Aquinas, vt teſtatur Pius V. in Bulla quadam

quadam, pro Canonicis Regularibus Lateranenſibus condita, quodque Officium ex indulto Apoſtolico in honorem tanti Patris decantant Fratres Prædicatores in die Sancti Auguſtini, ac per octauam ipſius, cuius regulam, etiam profitentur.

§.7. In Hymno quoque pro die S. P. Dominici ad veſperas, quem edidit pariter S. Thomas Aquinas, & approbauit Eccleſia, vt alias dictum eſt, Canitur, *Prædicatorum Ordinis Dux, & Pater Dominicus, mundi iam fulget terminis, Ciuis effectus Cælicus*. Et in antiphona ad Magnificat prim. Veſper. *tranſit Pauper ad regni ſolium, Dux ad ſceptum, victor ad præmium, mors in vitam, labor in otium, præſens cedit Luctus in gaudium*.

§.8. Idem quoque expreſsè habetur in omnibus fere Diuinis Officijs, quę ex conceſſione ſpeciali, & approbatione ſanctę ſedis Apoſtolicæ recitantur in Eccleſijs perſonarum Eccleſiaſticarũ, tam ſæcularium, quàm Regularium, præſertim in illo, quod in honorem, & pro feſtiuitate Sanctæ Catherinæ Senenſis decantat Ordo Prædicatorum æditum à *Pio II*. & per Eccleſiam approbatum vti videre eſt in antiphonis, ac hymnis ad matutinas, & veſperas in quibus frequenter dicitur, quod prædicta Sancta Virgo, *æthera iam ſcandit*, quodque *præmium Sanctæ vitæ, ſimulque munus probitatis almæ in Cœlo cumulatè iam accepit*.

34. Tertio, vſus, & conſuetudo Eccleſiæ

§.1. nunquam interrupta à ſuis primordijs vſque ad hæc tempora, quæ Sancta Mater Eccleſia, diem obitus, ſiuè dormitionis Sanctorum diem natiuitatis eorum appellat dicendo, *hodie Natalis* eſt, vt puta *Sancti Antonii, Martini*, ac aliorum Sanctorum, cuius quidem appellationis rationem adducit. Origenes, *lib. 3. comment. in Iob*. Et Aluin. Flach. de Diuin. Offic. *cap. de ſexta feria pagina 60*. Et Nicolaus Papa in Epiſtola ad conſulta Bulgarorum *cap. 5*. Vbi in fine dicit, *Natus dicitur, qui ex hac vita migrauit, quomodo enim vſitato more dicitur naſci, quando quis ex vtero materno in hanc lucem exit, ſic quoque iure natus appellari poteſt, qui liber ab huius ſæculi tenebris ad lucem pertingit viuentium*.

§.2. Ex quibus, & alijs ritè cumulatis colligit Cardinalis Baronius in ſuis notationibus ad martyrologium Romanum ſub die 3. *Ianuar*. §. *Natalis Sancti, &c.* verſ. *pro qua, aptè ergo conſuetudinem tenet Eccleſia, vt ſolemnes Beatorum Martyrum, vel Confeſſorum Chriſti dies quibus ex hoc mundo ad regionem migrauerunt viuorum, nuncupentur Natales, eorumq; ſolemnia non funebria morientium, ſed vtpote in vera vita naſcentium natalia vocitentur*.

§.3. Idem etiam tradit *S*. Auguſtinus ſermone, *de Sancto* Cipriano, dum inquit, *hodie natalem Martyris Eccleſia celebrat*, deinde ſubdit, *quid eſt hoc Fratres? quando Sanctus iſte natus eſt ignoramus, & quia hodiè paſſus eſt natalem huius celebramus?* addens, *ſed quando natus eſt etiam ſi ſciremus, nequaquam diem illum celebraremus*, aſſignat Prædictorum rationem dicendo, *illo namq; die peccatum originale contraxit, iſto die peccatum omne finiuit, illo die ex faſtidioſo Matris vtero in hanc lucem proceſsit, quæ oculos carnis illecebrat, iſto autem die ex profundiſsimo carcere in illam lucem diſceſsit, quæ viſum mentis illuſtrat*.

§.4. Et Sanctus Maximus *homil. 59*. diem mortis Sanctorum ait *exultabilem reddit eorum tranſitus ad Paradiſum*, ideò dicitur, (ſubdit ille) *in memoria æterna erit Iuſtus, quia ad gaudium tranſit Angelorum*.

San-

§. 5. Sanctus quoque Ioannes Chryſoſtomus oratione de Sancto Philogonio inter quamplurima inquit, *Maximoperè gratulor huius Sancti fælicitati, qui hanc quæ apud nos eſt ciuitatem reliquit, & in alteram adſcriptus eſt Ciuitatem nempè Dei, & digreſſus ab hac Eccleſia ad illam peruenit, quæ eſt Primogenitorũ deſcriptorũ in Cælis*, tandẽ concludit; *Relictis hiſce feſtis tranſit ad celebritatem Angelorum.*

§. 6. Eodemq; nomine, diem mortis Sanctorum appellat Conciliũ Rom. *ſub Eugenio II. celebratũ*, diem ſcilicet natiuitatis eorũdẽ, vt patet in actis eiuſdẽ Cõcilij, *titulo de diebus feſtis*, de quorum feſtiuitatibus dicam aliqua in particulari in appendice huius capitis.

§. 7. Hic tamen continuando ſermonem de felici die obitus proborum, prædictis addam, mortem Iuſtorum ſanctam, & & præclaram declaraſſe Dominũ præter teſtimonia ſacræ Scripturæ inferius referenda, quibuſdam alijs ſignis, & notibus, quemadmodum legimus de glorioſa morte ſancti Nicolai de Tolentino, de qua referunt Scriptores vitæ ipſius, præſertim Laurentius Surius, tomo 5. die 10. Septembris, quampluribus menſibus paulò ante mediam noctem ſuauiſſimis Angelorum concentibus prægustatioem futuram æternæ vitæ præſeferentibus, ac diem ſui obitus non longè futurum præcinentibus. Qua dulcedine, & iucunditate ad gaudia æterna inuitabatur, quorũ accenſus deſiderio, cum Apoſtolo frequenter dicebat, *Cupio diſſolui; & eſſe cum Chriſto*. Præclaritatem inſuper diei obitus eiuſdem ſancti Viri, alio quaſi conſueto ſigno famulorum Dei demonſtrauit Pater miſericordiarum Deus; in extremo etenim ſpiritu poſitus frequenter geſtiẽtis, atque iubilantis voces etiam coram aſtantibus emittebat, & quærentibus cauſam, fertur reſpondiſſe: Dominum Ieſum Chriſtum, ſanctiſſimæ Matri ſuæ, & D. Auguſt. innixum ei apparuiſſe, claraq; voce eidem ſemel, atque iterum dixiſſe, *Euge ſerue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui.*

Alia ad idem refert Sanctus Gregorius libro quarto Dialogorum, narrat præſertim de Vrſino Presbytero; & Cardinalis Baronius de Arnulpho Sueſſionen. Epiſcopo, & alij de Amone Aegyptio, ac de alijs Viris Dei plenæ ſunt hiſtoriæ, ac Sanctorum geſta per Eccleſiam Romanam, præuio diligenti examine approbata, & ratio horum aſſignari ſolet à Sanctis Patribus, id contingere Iuſtis frequenter, nedum propter rationes paulò ſuperius inſinuatas, verum etiam, vt famuli Dei in eorum morte, præcellentium viſiones conſpiciant, ne mortis pœnalem ſententiam pertimeſcant, vt dum eorum menti ſupernorum Ciuium gloria, & Societas demonſtratur, à carnis vinculis abſq; doloris, & formidinis fatigatione citius reſoluantur, de hoc ſęculo egredientes ad cœleſtem transferantur gloriam.

Punctum Vigeſimumquintum.

Confirmatur veritas ſextæ Concluſionis teſtimonijs Conciliorum.

35 §. 1. ALio argumento, ſiue alia ratione deſumpta ex authoritatibus Conciliorum Conſtantien. & Floren. demõſtratur veritas 6. Concluſionis, ſanè in Concilio Conſtantienſi Seſſ. 8. inter errores condemnatos Ioann. Vvicleph. in eodem Concilio, pro maiori parte hæreticos, & à Sanctis Patribus dudum reprobatos, Vnus fuit *ſub num.* 44. quod Sanctus Auguſtinus, Benedictus, & Bernardus, ritè iam per Eccleſiam ſolemniter canonizati ob eorum eximiam ſanctitatem, celeberrimam doctrinam, & mira-

Digitized by Google

miraculorum maximam claritatem eſſent in inferno damnati, Ex cuius falſi articuli condemnatione infertur, ex conſequenti ſaltem, vt optimè animaduertit inter alios Didacus Nugnus 2. *tom. ad tertiam partem, D. Thomæ, quæſt.* 2. *artic.* 3. dum inquit, *hoc eſſe inſinuatum in* Concilio *Conſtantienſi vbi ſupra, &* *in Concilio Florentino ſub* Eugenio *Papa IV. in Decreto vnionis Armenorum approbato à ſacro* Concilio, *&* §. *Quarto quoniam*; inter multa, traditur Armenis tanquam pertinens ad fidem Ortodoxam tenendum, atque credendum, & ad Ritus vniuerſalis Eccleſiæ ſpectans, contra impia, & ſacrilega Neſtorij, & Eutichis dogmata, Beatum Leonem, qui veræ fidei columna fuit, & omni Sanctitate, & doctrina refertus, tanquam Sanctum, & in Cathalogo Sanctorum merito deſcriptum decętero reputent, & venerentur: Refert enim Guido Perpinianus lib. de hæreſi ſecunda Armenorum, ideò factum fuiſſe, quia Armeni iniuſte nimis Sanctum Leonem Papam damnarant, & Dioſcorum hæreticum in Sanctorum numero inique redegerant.

Punctum Vigeſimumſextum.

De indentitate certitudinis gloriæ Sanctorum.

36. §. 1. ALia ratio ſiuè argumentum ad eandem confirmandam ſextam concluſionem illud eſt; videtur enim eadem ratio de certitudine Canonizationis SS. Canonizatorũ per Eccleſiam, atque illorum, quorum gloriam, & Sanctitatem recenſet explicitè ſacra Scriptura, ſed horum certitudo eſt de fide, ergo etiam certitudo gloriæ, & Sanctitatis Iuſtorum, per Eccleſiam Canonizatorum erit, & ipſa de fide, probatur maior, cum minor de ſe euidentiſſima ſit ex traditis maximè à Thoma Vualdenſe tom. 3. de Sacramental. *cap.* 122. *& ſequentibus*, qui inter alia ex Sermone quodam Sancti Ambroſij de *Sanctis Martiribus Geruaſio, & Prothaſio*. Colligit à vita, à moribus, & à ſancta conuerſatione, & non à martyrio inceptum, ac determinatum fuiſſe, per Apoſtolos negotium Canonizationis Sancti Stephani, addens illud Sancti Auguſtini de eodem Sancto Stephano, qui Cœlum vidit, & introiuit, *imitatus eſt Chriſtum (inquit Auguſtinus), ergo triumphauit, & coronatus eſt*, ſed nullus per Eccleſiam Canonizatur de quo non plenè conſtet in particulari, vt teſtantur omnes Pontifices Romani in Bullis Canonizationis quorumcumq; Sanctorum, quod Chriſtum fuerit imitatus, rectè igitur concludit Vualdenſis ex dictis Sancti Ambroſij, & Auguſtini paritatem rationis certitudinis in vtriſq; ideò inquit, *Vbi ergo ſeruatur forma, & ordo Scripturæ cur non eumdem ſperare debemus effectum?* Addens, *an non ſi modo iuſtè viuat homo eandem veniam habebit, quam Scripturæ loquuntur de ſuis?* ſubdens immediatè, *cur igitur non eadem gloria in Cœlis, & manifeſtatio in terris, vbi identitas eſt proceſſus, & ordinis?* ad quorum maiorem corroborationem adducit authoritatem S. Chriſoſtomi, *lib. de reparat. lapſ. poſt principium dicentis, ſcio enim plures, & noſtris temporibus, & à maiorum memoria, lapſos ab itinere recto, & præcipitatos ab ingreſſa via anguſta, & ita reparatos rurſum eſſe, vt poſterioribus priora tranſierint, atque ad palmam peruenerint, & coronam, numeroque rurſus, & choro inſcripti credantur Sanctorum.* Quibus omnibus ſimul collectis probata minor propoſitio remanet ſufficientèr.

§.2. Eodem genere argumenti vtitur S. Bernardus libr. vnico ſuarum Epiſtolarum ſelectarum, *Epiſtola de Machabeorum ſolemnitate*, §. *nunc autem*; dum de illis verba faciens, ſcilicet Machabeis expreſſe inquit; *Quoniam ſimiles illos fecit martyribus christianis, non diſsimilis proſequitur, & veneratio, quæ importat cultum debitum, atque exhibendum verè Sanctis cum Chriſto regnantibus*; quem cultum, & venerationem expreſſis verbis præcipiunt Pōtifices Romani exhiberi debere à fidelibus Sanctis videlicet, per Eccleſiam Canonizatis, vt latius patet in Bullis Canonizationis eorumdem ſupra citatis, & in omnibus quorumcumque Canonizatorum per Eccleſiam.

Punctum Vigeſimumſeptimum.

De Authoribus, qui 6. Concluſ. tradiderunt ſaltim ex conſequenti.

36. §.1. Tandem veritatem in ſexta concluſione aſſertam tradiderunt innumeri Doctores, præſertim immediatè nomiādi, quos prius diſtinguam in duplici ordine, ſiue claſſe. Aliqui enim prædictam veritatem docent, non directè, quidem, ſed per viam neceſſariæ conſequentiæ, ex eorum placitis indubitanter, ac certò colligitur: In ſecundo vero ordine collocantur Doctores, qui explicitè directè, & per ſe eandem ſextam cōcluſionem tanquam veram palam proponunt, atque defendunt.

§.2. Authores, & Doctores primæ claſſis ſunt, Sancti, Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, Thomas Aquinas, & Bonauentura in locis ſupra in hoc cap. & alijs frequenter citatis, præſertim, capit. 3. & cap. 4. 6. & 7. Quamuis ex adductis *in cap.* 4. Sanctus Thomas ritè conumerari poſſit inter illos, qui magis expreſſè eandem tradiderunt concluſionem, & pariter Sanctus Bonauentura, vti eſt videre in opuſculo *contra Guglielmum de Sancto* amore, ſed clarius 4. *ſenten. diſtintione* 45. *dubio* 5. *Literali*, vbi exponens dictum illud Sancti Patris Auguſtini, *infidelitas eſt orare pro Sancto*, inquit Sanctus Bonauentura, *ſicut nullus debet dubitare de Sanctorum gloria, ita nullus pro eis orare debet*; ſubdens, *ſi enim orat pro Sancto videtur præſumere, quod non ſit in gloria, nam orare pro aliquo eſt petere ſalutem illius*; Quibus verbis inſinuat Doctor Seraphicus certitudinem Sanctorum, per Eccleſiam Canonizatorum, de qua certitudine infallibili fit ſermo in ſexta concluſione, eo magis, quia vbi ſupra, etiam ait, non eſſe orandum præſertim pro Sanctis Martyribus rationem adducens, inquit. *Si enim orat, videtur præſumere, quod non ſint Martyres veri*.

§.3. Inter hos connumerandus eſt Sanctus Bernardus homil. 68. *ſuper Cantica Canticorum* citatus à Thoma Vualdenſi vbi ſupra *cap.* 127. §. *ob quam*; verſ. *dixit Bernardus*: Non habet (videlicet Sanctus) ex creaturis gloriæ ſuæ laudem quis, donec in conſpectu Angelorum veniant, qui pſallant illi, lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, &c. idem colligit ex authoritate Iacob, & aliarum authoritatum Scripturæ, quas ibi recenſet, ideò verſic. *Quid*; rectè concludit dum in perſona Eccleſiæ, & fidelium inquit, *quid Beatificamus, ideſt Beatos facimus eos coram hominibus, ac illos Sanctos reddimus in terra, qui Deo ſunt Sancti in Cœlis*, teſte Scriptura, & per modum reſpōſionis immediate ſubdit, *quia, & hoc eis Dominus vult vice cuiuſdam*

dam Beatitudinis portionem concedere, qui miſerator, & miſericors eſt; ad cuius dicti corroborationem adducit authoritatem; *Bedæ cap. 5. Cano: Iacob.* Quibus addi poteſt illud Pauli, *ad Philippenſes 4. adiuua illos, qui mecum laborauerunt in Euangelio, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.*

§.4. Sanctus quoque Pater Auguſtinus, *lib. 1. meditat. cap. 23.* de omnibus Sanctis Canonizatis per Eccleſiam indifferenter comprehenſis in ſolemnitate omnium Sanctorum, quam Eccleſia quotannis celebrat Kalend. Nouembris inquit, *Fælices Sancti Dei omnes, qui iam pertranſiſtis mortalitatis pelagus; & peruenire meruiſtis ad portum perpetuæ pacis, & quietis, ſecuri, ſemperque feſtiui,* ſubdens poſt pauca, *ſecuri eſtis de veſtra immarceſibili gloria, &c.* ideò prædicta leguntur in omnibus fere Eccleſijs Catholicorũ in feſto omniũ Sanctorum.

§.5. In eodem ordine primo abſq; alia additione vniuerſaliter connumerandi sũt Patres Thologi, & Canoniſtæ, quotquot ſunt, aſſerẽtes infallibilitatem diffinitionis Apoſtolicæ circa illa, quæ pertinent ad fidem, ſiuè ad bonos mores totius Eccleſiæ pręſertim in Canonizatione Sanctorum de quibus latius in 3. cap. inter quos poni poteſt, ac debet etiam Thomas Caietanus, propter inferius dicenda cap. 6.

Punctum Vigeſimumoctauum.

De authoribus 6. Concluſ. in proprijs terminis directe 1. & per ſe aſſerentibus.

§.6. IN ſecundo ordine numerantur inprimis ratione dignitatis, non autem antiquitatis Card. Belarm. locis ſupra citatis, *cap. 6. ad fin. eiuſdem capitis,* & præſertim, in quadãſua reſpõſione ab eodem ſcripta, & ſuo proprio nomine ſubſcripta, *ad calumnias cuiuſdam ſcripti Anonimi* cuius initium eſt, *peruenit ad manus meas, &c.* §. *Quod enim,* dum inquit, *vera enim, & abſoluta canonizatio, quæ toti Eccleſiæ Sanctos colendos proponit, certam fidem facit*, vbi declarat ſe ibidẽ loqui dè fide diuina, certum autem, eſt huiuſmodi eſſe canonizationes ſingulas, per Eccleſiam Rom. celebratas. igitur, &c. ſentit directè pro veritate 6. concluſionis.

§.7. Inſuper Card. Tuſcus, *tom. 1. practic. concluſ. Iuris tit. de Canoniz. SS. concluſ.* 41. *n.* 5. alias relatus expreſſis verbis inquit, *In articul. canoniz. SS. licet non agatur de articulis fidei explicitè, agitur tamen de articulis implicitè,* ſubdens *canoniz. SS. eſſe de pertinentibus ad fidem, quemadmodum cõmuniter tenent Theologi*; quæ verba exponi debent neceſſariò de pertinentibus, etiam ad fidem directè, & per ſe, cum articulus canoniz. nedum ſit de fide, ſed contineatur implicitè ſaltem in eiſdem articulis fidei.

§.8. Idem expreſſius docuit Ioannes de Neapoli cuius ſententiam refert Silueſter *verbo canonizatio. num.* 1. §. 3. *quæritur, verſ. Immo quæritur,* eamq; tanquam veram approbat, etiam Nugnus 2. *tom. ad 3. partem D. Thomæ quæſt.* 20. *artic.* 3. quam ſententiam ſequitur, ac tradit copioſe Ambroſius Catharinus *de certa gloria, inuocatione, ac veneratione Sanctorum* locis in ſpecie alias citatis, & author candelabri aurei, loco pariter alias ſupra fuſius citato.

§.9. Sed verbis longe quidem clarioribus veritatẽ in 6. concluſ. contentam proponit, atq; tuetur magna certè animi fortitudine, atq; conſtantia Roffenſis contra articulos Lutheri *artic.* 37. §. *ſi ſit Hæreticus*, poſtquam enim propoſuit ſacrilegũ errorẽ Lutheri falſa docentis de S. Thoma Aquinate, cui doctrinæ, & Sanctitati nõ valẽs in veritate reſiſtere, more hęretic. in lucẽ atq; lucidiſſimũ verita-

tis ſolem, tanquam filius Principis tenebrarũ irruens, veneno mendacij ebrius neſciẽs, quid diceret, eructans diabolicas falſitates, patre mendacij dirigente manus, atq; calamũ ipſius, tandem ſcripſit. *Sicut ſi non credã Thomam Aquinatem eſſe Sanctum, licet à Papa* Canonizatum, *non ſum hæreticus*; deſtructioni ſiue confutationi cuius erroris, intentus ſapiens, ac pius Roffenſis tandem poſt multa inquit, *ſi ſit hæreticus, qui diſſentit contumaciter ab his, quæ communis* Eccleſia *conſenſus, ceu credenda comprobauit, quemadmodum ſuperius ex Auguſtino Tertullianoque monſtrauimus, hæreticus equidem habendus eſt, qui iam ex contumacia nolit credere Thomam Aquinatem eſſe Sanctum*, ſubdens immediatè; *nam id diſcernente Sũmo Pontifice*, Eccleſia *communis conſenſus, iam diu credendum admiſit*, ſtatim addens. *Quamobrem quibus huic veritati nuncuſque adeò receptæ, fuerit ex pertinacia reluctatus, non poteſt non haberi pro hæretico*, reddens rationem, *quia ſibi quoddam ab* Eccleſia *ſenſu diuerſum elegit, quod credat. & id nimirum eſt hæreticum eſſe, modo fecerit hoc ipſum contumaciter*. Hæc Roffenſis vbi ſupra.

§. 10. Ex quibus duo neceſſariò inferuntur, Primum eſt, quod cum non ſit maior ratio de Sancto Thoma, quam de alijs Sanctis Canonizatis per Pontificem Romanum, eadem de Sancto Thoma extendi poſſunt, ac debent, etiam ad alios Sanctos, per Eccleſiam Romanam iam Canonizatos, Secundum eſt, quod merito extollit vim, & efficaciam maximam, conſenſus communis Eccleſiæ, de quo late dictum eſt ſupra capitulo primo, tertio, & cap. hoc quinto, Tertium, quod poteſt inferri eſt, quod Sanctus Auguſtinus, & Tertullianus, eandem proponunt tanquam certam veritatem, quam nos affirmamus in ſexta concluſione.

§. 11. Inter aſſertores ſextæ concluſionis numerari debet, Couarru. Alphonſus de Caſtro, Ioan. Driedo, & Bannes locis præſertim citandis in ſexto capite, ac etiam Sanctus Antoninus 3. *parte ſuæ Summæ, tit.* 1. *cap.* 8. §. 2. *verſ. quædam alia ſunt*, poſtquam enim palam dixit: *Non poſſe Papam ſuppoſita diuina prouidentia, & Spiritum ſanctum loqui per Eccleſiam quoties Papa, vt Pontifex determinat, quæ pertinent ad ſtatum vniuerſalem* Eccleſiæ, *vel quantum ad fidem, ſiue quantum ad bonos mores, inter quæ ſtatuit* Canonizationem *Sanctorum*, per ſequentia verba concludit, *& dicere, quod in huiuſmodi* Papa *erraret, eſſet hæreticum*, ſed ideò aliquod dogma dicitur hæreticum, eo quia opponitur propoſitioni de fide, qualis eſt de certitudine Canonizationis Sanctorum de gloria, & veneratione eorum, vt in ſexta Concluſ.

§. 12. Idem aſſerit pro 6. concluſ. *Nugnus* 2. *tom. ad* 3. *partem D. Thomæ quæſt.* 10. *articulo* 3. dum vtitur argumento immediate ſequenti, Summus Pontifex non poteſt errare in diffiniendis rebus fidei, ſed Canonizatio Sanctorum quodammodo pertinet, ad fidei defenſionem, cum ſit quædam proteſtatio exterior fidei, ergo, &c. Idem quoque inſinuauit Nugnus vbi ſupra *difficultate tertia in reſponſione ad ſextum argumentum*, dum animaduertit inter alia quod *vbi* Papa, *non ſolum declarat, tanquam Doctor, ſed tamquam Iudex, præcipiens, vt fideles ſequantur declarationem eius, tũc videtur obligare fideles, ad credendum illud, quod declarauit*, ſed talis eſt forma, vt ſupra dictum eſt in hoc eodem cap. qua vtitur Pontifex in Decreto diffinitionis Canonizationis Sanctorum, vt Sanctum Canonizatũ, pro Sancto habeant fideles, illumq; imitentur, ac venerentur, igitur ex traditis à Nugno, quę

etiam

Digitized by Google

etiam ſunt vera in ſe, & ſecundum ſe ſimpliciter conſiderata colligitur veritas aſſerta in 6. concluſione addens alias, *ſi aſſertum in 6. concluſ. ſubeſſe poſſet falſitati ſequeretur error intolerabilis in tota vniuerſali Eccleſia*, quandoquidem nedum fides, ſed etiam boni mores ſunt mediũ neceſſarium ad Eccleſię cõſeruationem, & ad fidelium ſalutem æternam, quæ acquiritur, vt in ſuperioribus Capitulis alias dictum eſt, non ſolum ex fide, verũ etiam ex bonis, & Sãctis moribus. Hinc eſt quodipſemet Nugnus vbi ſupra *difficult. 4. ad 1. concluſ.* ex D. Thoma, ex authoritate Conciliorum, & Sanctorum Patrum infert cõcluſionem ſequentem videlicet, *Cuncta quæ ex Concilijs Pontificibus, Sanctis Patribus, Theologis, atq; Canoniſtis, & quod amplius eſt ex ipſamet ſacra Scriptura adducuntur ad probandum, quod ſit de fide Summum Pontificem errare non poſſe in diffinitionibus eorum, quæ ſunt fidei, eadem adduci poſſunt ad probandum impoſsibile eſſe* Summum Pontificem errare circa bonos *mores totius Eccleſiæ*.

§.13. Et Concluſione 3. inter quamplura inquit, perturbatio magna ſequeretur in Eccleſia dum non poſſemus eſſe certi qui ſint verè Sancti, vt illos adoremus, cum de fide ſit Sanctorum adoratio, quę vt latè ſupra probatum eſt in hoc cap. fundatur in eorum certa gloria, & beatitudine perpetua.

§.14. In ordine pariter eorum, qui expreſsè docent veritatem explicatam in 6. concluſione connumerari debet Gregorius de Valentia *ad 2.2. S. Thomæ tit. de obiecto fidei q. 1. puncto 7. in reſponſione ad illud, qud poſtremo obijciebatur*. Vbi inter alia, multa de Sanctorum Canonizatione facta per Ecleſiam Romanam loquens, expreſſis verbis inquit, *opinamur nos id etiam verè eſſe certum de fide*, & immediatè, reddens rationem ſui dicti ſubdit, & hoc *propter promiſsiones factas Eccleſiæ de omni veritate, quæ ad illius ædificationem ſpectat, quod nobis ſatis eſſe debet, vt conemur elicere aſſenſum fidei circa eiuſmodi veritatem*, quod ſupra clarius dixerat, aſſerens in materia Canonizationis Sanctorum ſatis eſſe generalem illam reuelationem, qua conſtat quidquid Pontifex determinat ad vniuerſam Eccleſiam pertinens, eſſe certum de fide.

§.15. Quem ſequitur Turrianus in ſuis Commentarijs *ad 2. 2. q. D. Thomæ tit. de poteſtate Pontificis diſp. 16. dub. 3. §. reſtat, verſ. Pater Valentia*, poſtquam adduxit ſententiam de qua ſupra eiuſdem Patris Valentiæ, præſertim fide diuina eſſe credendum Pontificem non poſſe errare in Canonizatione Sanctorum, quam etiam docuit Cardinalis Bellarminus *de cultu Sanctorum, cap. 9.* Tandem *diſp. 17. dub. 6.* §.2. idem Turianus aſſerit pertinere ad Religionem Catholicam, quod aliquis proponatur colendus toti Eccleſiæ, vt Sanctus, ſubdens, *& ita oportet vt non poſsit errare Pontifex in Canonizatione Sanctorum, neque circa decreta morum*, ſed per Canonizationem proponitur Sanctus Canonizatus toti Eccleſiæ colendus, ac venerandus, igitur ad Religionem Catholicam, hoc eſt ad fidem Catholicam ſpectat Sanctorum Canonizatio.

Quam interpretationem colligo ex ſupracitatis verbis ipſiuſmet Turiani dicentis, non poteſt errare Pontifex in Canonizatione Sanctorum, neque circa decreta morum, certum eſt enim, quod illa dictio, *neque*, importat diſtinctionem, & ſeparationem, & per conſequens alium ordinem inferiorem ad illum in quo ſtatuit Author Canoniz. SS. ſed his eſt ordo ſuperior eorum, quę ſunt de fide, ſtatuit ergo in ordine credibilium de fide Canoniz. Sanctorum.

Digitized by Google

§. 16. Declarant magis hanc interpretationem verba, quæ ſequuntur eiuſdem Authoris, vbi ſupra, dum inquit, *Quam doctrinam tradiderunt non pauci viri docti in Italia, & in Hiſpania*; & §. *Quod amplius*, oſtendit idem tenuiſſe, atque docuiſſe alios Authores non infimi nominis; ideò inter alia dicit, *aliqui cenſuerunt illud eſſe de fide*, &c. referendo ſemper eorum dicta ad Sanctorum canonizationem.

§. 17. Inter hos quoque poni debet Franciſcus Pitigianus, Ordinis Minorum ſancti Franciſci de obſeruantia in Summa Theologiæ 3. ſentent. diſtinct. 25. quæſt. 2. art. 5. §. *Secundo probatur*: poſtquam dixit, & probauit ſufficienter canonizationem Sanctorum eſſe de fide, quia neceſſariò ſequitur ad vnam propoſitionem de fide, & ad aliam, quæ licet non ſit certa de fide; nequit tamen rationabiliter negari. Tandem per modum neceſſariæ illationis ex multis ibidem ab ipſo adductis, & ſtabilitis, etiam ad mentem Scoti concludit, *mea ſententia eſt, quod certitudo Canonizationis ſit de fide*, & reddens rationem ſui dicti, inquit, *Quoniam Spiritus Sanctus aſſiſtit Eccleſiæ, ne in huiuſmodi iudicio Canonizationis erret*, vt docet Sanctus Thomas, vbi ſupra; denique concludit; *ergo eius oppoſita eſt hæretica, quod ſcilicet Sanctus canonizatus ſit in Inferno, vel Sapiens* hæreſim, intellige *ad minus*. hæc ille.

Pro efficacia huius argumenti conſidero cum Andrea Vega Franciſcano libro 9. de incertitudine gratiæ cap. 39. §. *Neq; debet*, quod concluſio illata ex aliquibus propoſitionibus, nequit dici certior ſuis præmiſſis, quatenus ab eis pendet, ex quo principio colligit, eo ipſo, quod agnoſcitur a nobis, aliqua propoſitio euidenter ſequi ex vna credita, & alia euidenti, (quia mox agnoſcitur eſſe de fide, & conſequenter inniti reuelationi, & veritati infallibili,) nos ei certius, ex pia affectione aſſentimus, quam propoſitioni euidenti.

§. 18. Idem Pitigianus concluſione ſecunda, poſtquam ſtatuit de mente D. Thomæ, & Scoti, non poſſe Papam errare in canonizandis Sanctis, refert Cordub. *quæſt.* 17. aſſerentem eſſe valdè probabiliter hæreticum, affirmare contrarium ei, quod proponitur *in ſexta Concluſione*, adducens ad idem, ſiue citans Cardinalem Turrecrematam in Summa de Eccleſia, & de conſecratione, ac Petrum Graſſ. Epiſcopum Vicel. in lib. contra Apologiam, æditam per Picum Mirandulanum, qui aſſerit ex Diui Thomæ ſententia hæreſim eſſe docere contrarium ei, quod proponitur in ſexta concluſione.

§. 19. In hoc ſecundo ordine poni debet Andreas Molfeſius Clericus Teatinus, qui poſtquam in ſua Summa morali Theologiæ, atque caſuum *tom.* 1. *tract.* 11. *tit. de præceptis decalogi cap.* 6. *num.* 44. dixit eſſe de fide, vt Summus Pótifex errare non poſſit in Sanctorum canonizatione, tomo 2. ſuarum Additionum ad Quæſtiones Vſuales ab eo æditas *conſil.* 45. *num.* 30. *certò, & infallibiliter tenemus*, ait ille, *de canonizatis regnare cum Chriſto in gloria*, & ne quis exiſtimet ipſum loqui de certitudine morali tantum, ſe ipſum magis declarans *num.* 66. *eiuſdem præcitati conſilij* repetit Sanctos canonizatos regnare cum Chriſto infallibiliter, addens, & *hoc de fide credimus, & credere tenemur*, hoc idem repetit *conſil.* 45. *num.* 11.

Pun-

Digitized by Google

Punctum Vigeſimumnonum.

Alij Authores in ſuis manuſcriptis fauent ſextæ Concluſioni.

§. 20. ET Hieronymus Xauierre Generalis Ordinis Prædicatorum, & poſtea S. R. E. Cardinalis in Voto ſuo ex ordine Clementis Octaui ſcriptis mandato, cui titulus eſt, de cultu, & veneratione Sanctorum Dei, &c. ad initium præmiſſa diſtinctione de cultu interno, & externo, §. *Internus*, de interno cultu differens, qui conſiſtit in actibus internis Fidei, Spei, & Charitatis, ſtatim ſubdit, actu fidei credo aliquem eſſe Sanctum certò, ac infallibiliter; ſi tamen fuerit canonizatus; ſi verò non erit canonizatus, quadam credulitate, cui tamen falſum ſubeſſe poteſt, idem repetit clarioribus verbis concluſione ſecunda eiuſdem ſcripti, ſuum votum continentis, cuius ſcripti initium eſt, in grauiſſimæ difficultatis explicatione, &c.

§. 21. Et Hieronymus Palenterius Ordin. Minorum Sancti Franciſci, poſtea Epiſcopus Bitontinus vir ſapientiſſimus, atque pijſſimus, qui diem ſuæ mortis nouiſſimum, magna Sanctitatis opinione clauſit, in ſuo voto, ſiue ſcripto ex ordine ipſius Clementis per ipſum lato, qui inſcribitur *ad articulos de Seruis Dei non canonizatis*, §. *Aduerſus pericula*, expreſſis verbis inquit, & probat canonizationem nil aliud eſſe, quàm certum infallibile, & publicum teſtimonium Eccleſiæ, de ſanctitate, & gloria alicuius vita functi, cum iudicio, eidem debitos honores decernendi.

§. 22. Et Ioannes Antonius Delphinus *lib. 3. de Eccleſ. tit... quomodo illos, qui ſunt verè Beati cognoſcamus*, inquit, *qui ſint verè Beati, ac Cælites infallibili ſanctæ, & Catholicæ Eccleſiæ teſtimonio probè cognoſcimus, non quod pro libito ſuo Eccleſia Sanctos faciat, ſed quod eos eſſe Beatos nobis declaret* (ſcilicet per canonizationem.) concludens, *non igitur Beati ſunt qui proponuntur, aut prædicantur quauis alia authoritate*. Idem ex Cano, & alijs ab eo citatis ſcripſit Angelus, Rocca in ſua æditione 2. ſui Tractatus de Canonizatione Sanctorum *cap. 42. in ſolutione argumentorum*.

§. 23. Troilus quoque Maluctius opuſculo de Canonizatione Sanctorum, *dubio 1. numero 23.* inquit, *Canonizare nil aliud eſt, niſi aliquem iam defunctum publico* Eccleſiæ *teſtimonio pro ſancto, ac iuſto approbare, & declarare, ſiue confirmare, ſed animæ Sanctorum gaudent in Cælis, ibiquè gloria fruuntur, igitur*, &c. Syluester idem docet, cum alijs Summiſtis, verbo *Canonizatio, ſiue canonizare*, & clarius dubio 2. & 6. dum expreſſè dicit, *Canonizationem pertinere ad fidem*.

§. 24. In choro eorum, qui expreſsè aſſerunt contenta in ſexta concluſione ſtatui debet Ioannes Malderus Epiſcopus Antuerpien. *ad 2. 2. Sancti Thomæ quæſtione 1. artic. 10. diſputatione ſexta propoſ. 4.*

Eandem concluſionem ſextam tradit, ac defendit Michael Mauclerus Doctor Sorbonicus, de Monarchia Diuina, Cęleſti, & Sæculari Chriſtiana, *libro 4. 2. partis cap. 7. §. Certè cum*; dum inquit, *affirmare Papam poſſe errare in canonizatione Sanctorum crimen eſt, plenum temeritatis, & ſcandali, hæreſeoquè fætore putrefactum*, addens, *hoc enim admiſſo, quanta, contemptus, ludibrijquè, Eccleſiæ* Chriſtianæ *famam, honoremquè diuinum labes, & macula dedecoraret, cũ immaculatam hanc* Chriſti *Domini ſponſam illi ipſi Dæmones eſſent irriſuri, ſi eos, quos ſecum ſempiternis in inferno flammis, & ignibus, quotidie ſentiunt à nobis in Eccleſia*

Digitized by Google

ſia pro Sanctis, Pontificiæ Canonizationis authoritate coli, venerari, & inuocari cernerent, vt nobis in cælo, diuinæ miſericordiæ ſupplicando patrocinarentur.

§. 25. Baptiſta quoque Epiſcopus Vintimilien. Ordin. Prædicatorum in tractatu ab eo ędito occaſione Canonizationis ſancti Bonauenturæ, quem Sixto Quarto dicauit, cuius exordium eſt, *Cum ſuperioribus diebus, Beatiſsime Pater, per clariſsimum virum Ioannem Epiſcopum Tuſculanen. Cardinalem Papienſem*, &c. In ſolutione *ad quartum* adducens multas authoritates ſacræ Scripturæ, & Patrum præſertim illam *ad Epheſ. 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradit pro illa, vt ſit ſancta, & immaculata*, inquit, *Quomodo Chriſtus diligeret Eccleſiam, si eam errare permitteret?* Vbi ſemper loquitur in ordine præſertim ad actum Canonizationis, & conſequenter ad infallibilitatem Sūmi Pontificis Romani, in actu ſolemnis Canonizationis Sanctorum.

§. 26. In hoc eodem ordine collocari poſſunt præclariſſimi Viri, Iudices illi Com miſſarij in cauſa canonizationis Sancti Raymundi, Seraphinus Oliuarius Sacrę Rotæ Romanæ Decanus deinde Cardinalis, Petrus Franciſcus Gypſius, & Franciſcus Pegna eiuſdē Sacrę Rotæ Auditores, dum in relatione per ipſos facta *Clementi VIII.* ad effectum Canonizationis eiuſdem Sancti Confeſſoris, *par. 2. art. 2.* circa initium, demonſtrant validiſſimis argumentis, & authoritatibus, ſanctitatem canonizandi legitimè probatam, eſſe fundamentum proximū Canonizationis, canonizandoſquè certo frui in cœlo gloria ſempiterna; differt enim, (tradunt ipſi,) ſacroſancta hæc canonizatio, qua Romana Eccleſia, quoſdam incorruptis moribus, & ſanctitate conſpicuos in cœleſtium Ciuium numerum referre conſueuit (intellige ſemper nō quod Eccleſia canonizatos per ipſū referat in cœlis effectiuè, ſed declaratiuè tantum, modo in hoc eodem cap. ſæpè declarato.) ab Apotheoſi, ſeu deificatione, qua Gentiles, & præſertim Romani, ſuos ſibi Diuos peculiari quodam, & ſuperſtitioſo ritu (quem Herodianus deſcribit *lib. 4. de rebus geſtis Romanorum Imperatorum*) conſtituebant, illi enim nefarios ſæpè homines, & multis ſceleribus reſperſos in Deorum numerum referebant, eiſquè immeritos decernebant honores: At Romana Eccleſia, Chriſtiq; Vicarius, cui Sanctorum Canonizatio tanquam vna de maioribus Eccleſiæ cauſis meritò reſeruata eſt, non aliter aliquos in Sanctorum numerum referre cōſueuit, niſi legitimè prius probatum cognouerit illum, de cuius Canonizatione tractatur, integrum moribus, & totius ſceleris purum, ſanctumquè fuiſſe, ideſt, in omni humilitate patientia, caſtitate perfecta, mandatorum Dei cuſtodia, & reliquis neceſſarijs virtutibus vitam egiſſe perſeueranter vſque ad finem, & meritò quidem; nam Sanctus Thom. *2. 2. quæſt. 81. art. 8. in corpore*, docet, ſanctitatem duo principaliter importare, munditiam, ſcilicet vitæ, & perſeuerantiam in actus bonos ad finem vſque vitæ incluſiuè nunquam interruptam. Et Auguſtinus de Ancona, *quæſt. 17. art. 1. ad argumenta*, idem ſentit, ac defendit, de perſeuerantia nonnulla explicabo ad calcem ſectionis primæ appendicis.

38 §. 1. Exiſtimo neceſſarium pro maiori claritate eorum, quæ adducuntur, præſertim de infallibilitate iudicij Pontificis Romani, in diffinitione facta ex Cathedra, eorum, quæ ſunt de fide, vel bonorum morum, à Maldero loco ſupra citato ad ſextam concluſionem, hic verba eius fideliter vt iacent adducere, qui ad *2. 2. D. Thomæ quæſt. 1. art. 10. diſp. 6.*

propo-

Digitized by Google

propoſ. 4. ex Authoritatibus ſacræ Scripturæ, & SS. Patrum colligit tanquam verum, & certum, Pontificem Romanũ non poſſe errare in Sanctorum canonizatione, hancquè aſſerit eſſe ſententiam communem Thèologorum, præcipuè Diui Thomæ *quodlib.* 9. *num.* 16. quod etiam probat ratione; dato enim, inquit, ipſe, *quod Papa errare poſſet in Sanctorum Canonizatione. Sequeretur manifeſta deceptio, atque error valde pernicioſus in tota Eccleſia Catholica, circa ea, quæ nedum pertinent ad bonos mores communis ſtatus totius Eccleſiæ, verum etiam circa ea, quæ aliquo modo ſpectant ad fidem, qui error, atque deceptio nullo pacto, neq; etiã per imaginationem ab aliquo ſani iudicij debet, aut poteſt in totum, vel in partem admitti, etenim talis error euidenter redũdaret in maximum Eccleſiæ vilipẽdium, ac etiam præiudicium diuini honoris; nam nedum Hæretici, ſed quod peius eſt Dæmones ipſi Eccleſiam Chriſti irriderent, ſi eos viderent, quos ſecum in Inferno damnationis, & pænarum conſortes habent, à fidelibus, nihilominus in tota Eccleſia ex præcepto illius, quæ eſt magiſtra veritatis, honorari, atque illorum patrocinium apud Deum inuocare.* hæc ille.

Punctum Trigeſimum.

Quomodo cum hæreticis conueniant negantes certitudinem gloriæ Sanctorum.

39 §. 1. ERror enim negantium certitudinem Canonizationis Sanctorum ſi redigatur in ſuum primum principiũ, eſt, negare cum Ioanne Vvicleph, Eraſmo, Luthero, & alijs Diaboli Satellitibus ſimpliciter poteſtatem Summi Pontificis Sanctos canonizandi, vel aſſerere, quod Summus Pontifex erret in Sanctorum canonizatione, quemadmodum, & in communi gubernatione totius Eccleſiæ, quod principium, ſiue principia, manifeſtam continent hæreſim à fidelibus longius euitandam; ideò veritati ſextæ Concluſionis aſſentiendũ eſt, ad effugiendum omne, & quodcũquè periculum erroris, & conuenientiæ in doctrina cum hęreticis, cum quibus procul debet eſſe omnis communio.

Punctum Trigeſimumprimum.

Reſponſiones ad aliquas obiectiones contra prædicta.

40 §. 1. NEque quis dicat non eſſe noſtrum declarare aliquod de fide, & contrarium per conſequens, hæreticum, vt diminuat claritatem veritatis aſſerti in ſexta concluſione, eò quia iam declaratum inuenimus apud innumeros Doctores ſuperius recenſitos, partim directè, partim indirectè, & per conſequens modo, & ordine iam explicato; & ad inſtantiam, quod declarare propoſitionem de fide, non ſpectat ad Doctores, verum ad Summum Pontificem Iudicem controuerſiarum, breuiter reſpondetur, quod explicatio alicuius propoſitionis, equidem ſpectat doctrinaliter, & per modum declarationis tantum ad Doctores Theologos Catholicos, qui in ſuſceptione gradus Magiſterij hãc quoque recipiunt facultatem, quemadmodum paſſim in eorum ſcriptis apparet, & præſertim in operibus Diui Thomę, loco ſupra citato, *cap.* 1. *nu.* 6. tanquam ſingulare relatum eſt, quod multis annis, antequam Benedictus Duodecimus iudicialiter declaraſſet propoſitionem illam de fide, quod Iuſti, & Sancti mox poſt eorum obitum) gloria ęterna fruãtur, & contrariam hęreticam: S. Thomas 4 *ſentent. diſt.* 45. *art.* 1. *ad* 2. *quæſtionem* explicauerat pro hęreſi habendam

dam eſſe propoſitionem aſſerentem, ante diem Iudicij Vniuerſalis, animas Iuſtorũ nequaquam frui beatitudine æterna, iudicialiter verò, & determinatiuè, hoc pertinet ad Summum Pontificem, diffinire ſcilicet propoſitionẽ aliquam eſſe de fide, quo ad nos, quæ antea quidem erat de fide ſecundum ſe, quodquè ſua contradictoria hæretica dici debeat, &c.

§. 2. Hocq; munus Summi Pontificis eſt, non vt Doctor particularis, ſed tanquam Paſtor vniuerſalis totius Eccleſiæ, & vt docens ex Cathedra, quo caſu diffinitiones Pontificum, ſemper recipit, ac recipere omninò debet tota Eccleſia.

§. 3. Quam veritatem præſertim cum Nugno, vbi ſupra, *difficultat. 3. ad primam Concluſionem*: exiſtimo eſſe traditionem Apoſtolicam, & colligi ex illis verbis, *Matth. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*, quæ verba ſecundum communem Sanctorum expoſitionem intelliguntur de ipſo Petro, maximè inquantum erat Summus Pontifex, & caput, atque fundamẽtum Eccleſiæ, quod omninò debet eſſe firmum. Ergò de fide eſt, quod non poteſt errare Pontifex Romanus, vt Põtifex eſt, & ratione probatur, vt ſit in vniuerſali Eccleſia vnica fides, neceſſarium eſt, quod ſit vnica regula infallibilis, quam omnes ſequamur, ſed iſta non poteſt eſſe ex iam demonſtratis, niſi Summus Pontifex Romanus, ergo ille diffinit infallibiliter, quę ſunt tenenda de fide.

Pariter ad obiectionem dicentium, eximios, antiquoſquè Doctores, non tanto rigore qualificaſſe propoſitionem contrariam illi de certitudine canonizationis Sanctorũ, quanta, & quomodò ſit in ſexta Concluſione, ſufficienter, & copiosè reſpondetur *cap. 7. ad 5. argumentum*, huiuſmodi ſcilicet exactam explicationẽ fuiſſe omninò neceſſariam, præſertim poſt errores, & blaſphemias Lutheri, & aliorum hæreticorum in Sanctos canonizatos, ſiue in actum canonizationis impiè inſurgentes, prout latius, vbi ſupra, quod etiam tenendum eſt, ac defendendum propter rationes, & authoritates copiosè allatas, hoc idem demonſtrantes.

41 Ad obiectum verò illorum, qui di-

§. 1. cunt Eccleſiam nondum determinaſſe veritatem, (de qua) in ſexta concluſione de fide, iam reſponſum eſt pluries, oſtẽdendo ex conſequenti ſaltem id feciſſe, & ad replicam inſtantium, quod Eccleſia nondum damnauit, tanquam propoſitionem hæreticam, contrariam opinionem, fateor quidem, vt illorum inſtantijs ſatisfaciam, nõ eſſe adhuc palàm expreſsè determinatum de fide infallibilitatem iudicij Summi Pontificis Romani, in actu Canonizationis Sanctorum, nec in proprijs terminis fuiſſe palàm damnatam per Eccleſiam, tanquam hæreticam formaliter, contrariam propoſitionem, nec ideò extare prohibitionem in ſpecie librorũ, & tractatuum eorumdem, quamuis conſtanter tueri, ac defendi poſſit, & fortè debeat Catholicus abſq; nota alicuius rigoris ex ſuperius latè adductis, quod prædicta tamen opinio, adeo manifeſtè in ſe errore, & vndiquè fœtore hæreſeo repleta eſt, vt meritò poſſit iudicio Eccleſiæ toties quoties pro hæretica ſemper diffiniri, quoad nos, cum in ſe iam talis exiſtat, niſi id fortè iam factum ſit (vt exiſtimant nonnulli) conſequenter ſaltem, ſiuè ſecundario, & per accidens propter ſuperius adducta ad ſextam concluſionem, præſertim ponderatis verbis, quæ expreſsè habentur in Bullis Apoſtolicis fideliter relatis, quæ in hac materia vehementius quidem vrgent, & in diffinitionibus Conciliorum ibidem relatorum,

rum, alijſq; ibidem cumulatis, ſalua ſemper reuerentia, &c.

§. 2. His omnibus addo non ſine fundamento rationis, quod veritas, de qua in ſexta concluſione directè quoque dicitur pertinere ad fidem, cũ non ſolum colligatur per argumentationem, ſiue per conſequentiam ex ſacra Scriptura, & contentis in Bullis ſupra citatis, ſed immediatè diffinita ibidem reperiatur in verbis videlicet ſacræ Scripturæ, & Bullis Summorum Pontificum,in illiſq; expreſsè ſignificata,vti ſuperius demonſtratum eſt, quoad Bullas, & inferius probatur in hoc capite, §.*Tandem liceat*, quo ad oracula ſacræ Scripturæ; igitur contraria poterit toties, quoties declarari per Eccleſiam hæretica, quoad nos, cum ſecundum ſe, vt talis reputetur, propter fuſius dicta, Et toties repetita, non tamen ſine euidenti vtilitate,& neceſſitate dictorum.

Punctum XXXII.

De malis prouenientibus ex aſſertione oppoſita ſexta Concluſionis.

42 §.1. CONtraria enim ſententia negans interquamplura mala, aliàs inſinuata, immediatè derogat obedientiæ, quã promptam exhibere debemus Pontifici Romano præcipienti toti Eccleſiæ in re maximi momenti, vt ſcilicet canonizatum ſuſcipiamus, & vt verè Sanctum veneremur, imitemur, atque inuocemus,tanquam cũ Chriſto certò regnantem; nam ex dictis ſuperius fideliter relatis Summorum Pontif. frequenter expreſſis verbis habetur fundamẽtum, & radicem venerationis Iuſtorum, eſſe certam illorum gloriam, atque æternam beatitudinem,prout frequentius demõſtratum eſt.

§. 2. Secundò, opinio contraria Cõcluſioni ſextæ, derogat quantum in ſe eſt euidenter honori debito canonizatis, quos Eccleſia certò præſupponit eſſe, iam in cœlo glorioſos, quemadmodum in ſpecie colligitur ex verbis expreſſis Bullæ Canonizationis S. Franciſci Aſſiſinaten. ſuperius fideliter relatis, ac ponderatis, & clarius ex illis Bullæ Canoniz. S.Antonij de Padua ſuperius relatis.

§.3. Ideò Ioann. Driedo. lib.4. de dogm. varijs,& lib. Apociph. cap.1. §.*Proinde, noſtri*(inquit)*Iudicij non eſt ſecundum humanas noſtras fantaſias, contra piam fidem, quam habuit Eccleſia de Sanctimonia vitæ Sanctorum canonizandorũ præſumere quidquam, vel diffinire*, & §.*Verum, Eccleſiam Chriſti* (inquit) *honorare debemus, vt ſentiamus eam hactenus, neque citò, ideſt, abſque prouida circumſpectione,neque omni ſpiritui credidiſſe*,Quam temeritatem contra rationem oſtenderent illi, qui vel negarent, aut in dubiũ reuocarent certitudinem, de qua latius in ſexta cõcluſione.captiuandus eſt igitur intellectus in obſequium Chriſti, ac Sanctorum.

§.3. Tertio, eadem contraria opinio derogat virtuti, & efficaciæ canonizationis, quæ ordinatur ad confirmationem fidei Catholicæ, & hæreſum extirpationem, vti latè nimis ſæpè demonſtratum eſt, per quam honoratur Deus, & laudatur in Sanctis ſuis; ideò ſæpius Scriptura hortatur fideles; *Afferte Domino gloriam, & honorem, afferte gloriam nomini eius: Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra, confitemini memoriæ ſanctificationis eius, quia mirabilia fecit*, videlicet *in Sanctis ſuis*.

§.5. His fauent præter alia multa, illa copioſius adducta in præcedentibus, atque ſequentibus adducenda, præſertim illud, quod expreſſis verbis aſſerit *Clemens Septimus in Bulla*, *aliàs relata Canonizationis Sancti Antonini Archiepiſcopi*

Digitized by Google

piſcopi Florentini Ordinis Prædicatorum, §. *Probauerat*, dum inquit, quod Procurator Canonizationis eiuſdem Sancti Præſulis *ex dictis Sacra Scriptura probauerat*, *ipſas Beatæ Trinitatis perſonas teſtimonium perhibere, quod Beatus Antoninus in cœlis eſſet*, intellige Beatus, atque glorificatus, Patrem, videlicet in miraculorum potentia: Filium in doctrinæ, ſapientia, & Spiritum ſanctum in vitæ ipſius bonitate, ſed omnibus notiſſimũ eſt, Deum primam, & infallibilem veritatem, & primam, atque infallibilem veritatis regulam (à qua omnis veritas) non præbere teſtimonium, niſi veritati, igitur veritas gloriæ Canonizatorum certiſſima eſt, eò quia eidem teſtimonium perhibeat de veritate ipſamet veritas per eſſentiam.

Punctum XXXIII.

Quomodo veritas ſextæ Concluſionis explicitè inueniatur in ſacra Scriptura.

43 §. 1. TAndem liceat mihi, cum omni tamen humilitate, & modeſtia aſſerere, quod veritas ſextæ concluſionis contineatur, nedum implicitè, ſed explicitè in ſacra Scriptura, præſertim in illis verbis Pſalm. 126. vbi Spiritus ſanctus per os Dauidis, inquit, *Cum dederit* (ſcilicet Deus) *dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini, filij merces, fructus ventris*, quæ exponuntur à Sancto Bernardo Epiſtola de Machabæorum ſolẽnitate, aliàs in hoc cap. adducta, de gloria loquens, quam mox Deus tribuit Iuſtis poſt illorum obitum, qui Iuſtorum obitus vocatur ſomnus, paſſim in ſacra Scriptura, etiam à Sanctis Patribus, vbi probat idem Sanctus Bernardus prolixè quidem hanc interpretationem, addens nomine dilectorum Dei comprehendi, nedum Martyres, verum etiam omnes Iuſtos, quod probat ex illo Ioan. 11. *Lazarus amicus noſter dormit*, nomine quorum Iuſtorum procuidubio comprehenduntur Sancti canonizati, de quibus canit Eccleſia, *Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas*, ac illud aliud, *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt*.

§. 2. Idem quoque lucidius demonſtratur ex illo, quod aſſerit Eccleſia de vnoquoquè Sancto canonizato Confeſſore, non Pontifice, *Dilectus* (videlicet) *Deo, & hominibus*.

§. 3. Idem contentum in ſexta concluſione probatur ex illo Apocal. 4. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur, non ſoli* (inquit Bernard.) *pro Domino, ſicut Martyres, ſed qui in Domino moriuntur, ſicut Cõfeſſores profecto Beati ſunt*, ſubdẽs, *duo proinde videntur mihi mortem facere pretioſam, vita ſcilicet, & cauſa*; & paulò ſuperiùs dixerat, *apud Deum vniuerſo Sanctorum cœtui commune eſt, quod ait Propheta, Pretioſa eſt in conſpectu Domini, mors Sanctorum eius*. Eandem expoſitionem ad illa verba Apocal. 4. adducit D. Philippus Abbas Bonæ Spei, Epiſtola 14. directa Rodulpho, §. *De Martyribus, &c.*

§. 4. Quodq; ſexta concluſio dici poſſit nedum collecta ex ſacra Scriptura, verum etiam in ſacra Scriptura expreſsè contẽta ſuadet, ne dicam demonſtrat, illud Pauli ad Hebr. *cap.* 11. vbi loquens de Gedeone, Barac, Iephte, Dauide, & Samuele, inter quamplura, inquit, *Operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones*. Vbi nomine operantium iuſtitiam intelligunt ſancti Patres, præſertim Sanctus Thomas *lect.* 7. ad illa ſupracitata Apoſtoli verba: *Omnes Iuſtos tam Veteris, quàm Noui Teſtamenti*, iuxta illud 1. Ioan. *cap.* 3. *Qui iuſtitiam facit, iuſtus eſt per repromiſſionem, quam promittit Iuſtis, ac Sanctis Deus, vitam æter-*

æternam interpretantur, addens D. Thomas promiſſionem Dei eſſe efficacem, quia nunquam Deus deficit in promiſſis, Rom. 4. *Quæcumque promiſit Deus potens eſt facere, &* Pſal. 144. *Fidelis Deus in verbis ſuis*; ergo Iuſti, & Sancti per Eccleſiam Rom. canonizati, iam adepti ſunt repromiſſiones; ideſt, vitam æternam, quod continetur in ſacra Scriptura.

Punctum XXXIV.

Continens reſolutionem dubij propoſiti à Sancto Thoma.

44 §. 1. VBi ſupra mouet dubium, ac illud quidem exactè reſoluit S. Thom. Iuſti nominati ab Apoſtolo, non ſtatim mortui adepti ſunt gloriam æternam, igitur non videtur Deus fidelis in promiſſionibus. Reſpondet, quod gloriam nullus accepit ante Chriſti aduentum, atque aſcenſionem ad Cœlos, vt alibi latius dictum eſt, præſertim cap. 1. Ideò Iuſtis Veteris Teſtamenti non promittebatur gloria mox poſt mortem conſequenda, quemadmodũ Iuſtis, ac Sanctis poſt Chriſti aduentum, & aſcenſionem, dicente eodem Apoſtolo ad Roman. 15. *Ad confirmandas promiſsiones Patrum, &c.* Ideò nulla difficultas remanet, cum illam acceperint, quando Chriſtus aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, ideò quadrageſimo poſt reſurrectionem die, coram Diſcipulis eleuatus in Cœlum, *Triumphum victoriæ, quam reportarat à mortuis, infert & cælis* (inquit Sanctus Leo ſermone 2. Aſcenſionis Domini, & ſermone 1. eiuſdem ſolemnitatis, *Hodie enim ait, non ſolum Paradiſi poſſeſſores firmati ſumus, ſed etiam cælorum in Chriſto ſuperna penetrauimus, ampliora adepti per ineffabilem Chriſti gratiam, quam per Diaboli amiſeramus inuidiam.*

Et Sanctus Ioannes Chryſoſtomus ſermone de Aſcenſione Domini, *Hodierna die*, inquit, *humanum genus cæleſtem miſericordiam meruiſſe cognoſcitur*, & poſt aliqua ſubdit, *ſed nos, qui, & terra videbamur indigni, hodie eleuati ſumus ad cœlum, & cælorum tranſiuimus fines, & ipſa ſede regali decoramur.*

§. 3. Et Sanctus Auguſtinus *ſermone 177. de tempore*, de aſcenſione Chriſti verba faciens, inquit, *dum humanam conditionem Dominus ſideribus importauit, credentibus cælum poſſe patere monſtrauit.*

Punctum XXXV.

De cauſa hæreſum.

45 §. 1. DEnique circa prædicta memores eſſe debent fideles verborum Sancti Cypriani Epiſtola 55. *ad Cornelium*, dicentis, *neque aliunde hæreſes ſuborta sũt, aut nata ſunt Schiſmata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex vice Chriſti cogitatur.*

§. 2. Tertullianus pariter lib. de præſcript. cap. 37. inquit, *Vnde autem extranei, & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos, aut protulit, aut recepit? illic igitur, vt Scripturarum adulteratio deputanda eſt, diuerſitas inuenitur doctrinæ.*

§. 3. Diuus quoque Athanaſius oratione prima, contra Arrianos, *illud* inquit, *prorſus admirabile eſt, omnes enim quotquot ſunt hæreſes, in fingenda diuerſa pugnantia inter ſe adferre, nec alibi, niſi in falſitate ſibi inuicem conſentire, & copulari, neque id mirum cum vnum habeant Authorem, qui ipſis vbilibet mendacia aſſeminat.* Qui Diabolus eſt

zizaniorum callidus ſeminator, atque mendaciorum pater, ac primus inuentor.

Punctum XXXVI.

Quam certitudinem habeant approbationes canonizationum iam celebratarum.

46 §. 1. AD vberiorem verò explicationem, atq; claritatem eorum, quæ continentur in 6. cócluſ. notandum eſt, quod idem ferè iudicium faciédum eſt, (proportionaliter tamen) de Canoniz. celebrata per Eccleſ. Rom. & de approbatione Canonizationis illorum Sanctorum, quos ante publicationẽ decreti Alexandri III. authoritate Apoſt. ediderant, ſeruatis ſeruandis Epiſcopi pro eorũ Diœceſibus, quos vt Sanctos ſuſcepit deinde tota Eccleſia.

§. 2. Quam veritatem demonſtrat primo, argumentum illud de approbatione Synodorum Prouincialium, facta ab Eccleſia Rom. quæ eſt tantæ virtutis, vt ſecuta iam confirmatione Apoſtol. eandem firmitatem habere dicantur, quam habent Concilia generalia ritè, ac rectè celebrata. Ex Turrecr. lib. 3. de Eccleſ. cap. 58. ex Cano lib. 5. de locis Theolog. cap. 4. ex Nugno tom. 2. ad 3. p. D. Tho. q. 20. difficul. 7. concl. 4., eandem igitur authoritatem proportionaliter, atq; efficaciam, habebit approbatio Canonizationis, de qua ſupra, ſiue approbatio confirmationis ab Eccleſia Romana facta de Canonizatis per Epiſcopos ſeruatis ſeruandis, ante latum decretum Alexandri Tertij.

§. 3. Secundò probatur argumẽto deſumpto ex verbis Gloſ. ad 1. caput *de reliq. & vener. Sanctorum*, ſub lit. C. verſ. *Miracula*, vbi ex relato decreto Alexan. III. in eodem cap. cuius initium eſt, *Audimus*, &c. Infert neceſſaria, & directa conſequentia, ipſa Gloſa loquendo de Sanctis omnibus canoniz. ſiue de vnoquoq; eorum in particulari, quem ergò ipſa Eccleſia Rom. reprobat, reprobandus eſt; & quem approbat approbandus eſt. Quam illationem inſinuat Gloſſa colligi etiam ex 24. q. 1. *hac eſt fides*, & cap. *Quoniam vetus*, & q. 2. *Sanè profertur*, quibus verbis rectè colligũt Doctores, virtutem, & efficaciam, de qua ſupra approbationis Canoniz. Sanctorum, quos Epiſcopi, modo iam declarato canonizauerant in eorum diſtrictu, quos poſtea Eccleſia Romana, vt Sanctos approbauit.

§. 4. Tertiò arguitur, quia eundem effectũ producit circa canonizationem declarare aliquem Sanctũ, & approbare tanquam ritè, ac rectè canonizatum alium, cum tam in 1. quàm in 2. actu, regatur Pontifex Rom. ab aſſiſtentia Spiritus ſancti, propter rationes ſuperius adductas in hoc eodem cap., præſertim ad 6. concluſ. cum ſit prima, & ſuprema regula in cauſis fidei, & morum, prout latius in hoc cap. & fuſius cap. 3.

§. 5. Quartò, idem probatur argumento deſũpto ex authoritate Caſſanei in Cathalogo gloriæ Mundi. 3. p. conſid. 46. circa fin. §. *Beatus enim*, verſ. *Sed prout*, vbi expreſsè inquit, *Sanctus dicitur, qui eſt ab Eccleſia canonizatus, ſiue canonizatione Eccleſiaſt. confirmatus, vel approbatus*, & poſtquam adduxit quę continentur in cap. *Sanctorum* in princ. 70. diſt. & rub. text. de reliq. & vener. Sanctorum in 6. & cap. 1. de vita, & honeſtate Cleri. in antiq. expreſſis verb. dicitur, *non licet aliquem venerari pro Sancto, niſi ſit canonizatus, vel approbatus à Sũmo Pontifice*, vbi ſemper idem iudicium facit, & eandem efficaciam tribuit canonizationi factæ per Sedem Apoſt. & approbationi, quam eadem S. Sedes præmiſſis

Digitized by Google

miſſis præmittendis facit de canonizatione Sanctorũ. Et Iacobus Caſtellanus de Canoniz. Sanctorum q. 9. pro eodẽ reputat aliquem canonizari per Eccleſiam, vel illius canonizationem approbari per eandem Eccleſiam Romanam, ideò eadem certitudo, de qua in 6. concluſ. extendi poteſt, ac debet tam ad Sanctos canonizatos, quàm ad illos per Epiſcopos canonizatos ante decretum Alexandri, & Innocentij III. *de quo agitur* 1. & 2. cap. de reliq. & vener. Sanctorum; quorum tamẽ canonizationes poſtea fuerunt approbatæ, & confirmatæ per Sanctam Sedem Apoſtolicam.

SVMMARIVM APPENDICIS Ad Quintum Caput.

Sectio I.

1 *Declaratur ethymologia nominis prouidentia.*
2 *Prouidentia reſpectu omnium ſoli Deo competit.*
3 *Diſpoſitio, quam includit prouidentia ſignificat rationem tam ordinis rerum in finẽ, quam ordinis partium in toto.*
4 *Duo explicantur, quæ pertinent ad rationem prouidentiæ.*
5 *Aſſignatur diſcrimen inter prouidere, & gubernare.*
6 Reijcitur *hæreſis Ioannis Vuichleph, & Melancthonis.*
7 *Refertur tenor decreti ſanctiſſimæ, & vniuerſalis Inquiſitionis.* Circa Impreſſionem Tract. de Auxilijs.

Sectio Secunda.

8 E*xplicatur ſignificatio nominis perſeuerãtiæ.*
9 *Declaratur quis, & qualis ſit actus conſumatus perſeuerantiæ.*
10 *Diffinitur perſeuerantia Chriſtiana, & ſalutaris.*
11 *Homo pro aſſequenda perſeuerãtia indiget auxilio Dei.*
12 *Adducitur differentia inter augmentum gratiæ, & perſeuerantiam.*
13 R*eferuntur nonnulli Authores, qui de eadem virtute perſeuerantiæ tractant.*

Sectio Tertia.

14 *Agitur de gratia, vt ordinata ad beatitudinem æternam.*
15 *Gratiæ donator eſt ſolus Deus.*
16 *Aſſignatur ratio, quare huic, & non alteri conferatur gratia.*
17 *Aſſignatur differentia inter ſtipendia peccati, & gratiæ.*
18 *A gratia Dei habent opera noſtra, vt ſint meritoria vitæ æternæ.*
19 R*eferuntur aliqui Doctores, qui de eadem materia copioſè pertractant.*

Sectio Quarta.

20 *De feſtiuitatibus Sanctorum nonnulla dicuntur.*
21 *Deſcribitur tempus quando dies feſtus incipiat, & finiatur.*
22 *Aſſignantur rationes inſtitutionis dierum feſtorum in honorem Sanctorum.*
23 *Aſſignatur ratio ſpecialis vltra prædictas de eadem inſtitutione.*
24 *In feſtis Sanctorum ab opere ſeruili vacandum eſt.*
25 *Qui peccat venialiter in die feſto, non contrafacit præcepto de ſanctificatione diei feſti.*
26 *Magis contra prædictum præceptum agit, qui peccat mortaliter in die feſto, quã qui exercet aliquod opus corporale, licet licitũ.*
27 *Monetur difficultas, & reſoluitur à Caietano, & ab alijs Thomiſtis.*
28 *Aſſignãtur rationes pro ſententia negatiua, de qua in ſolutione præcedentis difficultatis.*
29 *Contritio non eſt actus* Religionis, *ſed pœnitentiæ.*
30 R*eferuntur nonnulli Doctores de feſtiuitatibus Sanctorum pertractantes.*

Appendix ad Caput Quintum.

In quatuor Sectiones diuiſa. In prima, agitur de Prouidentia diuina. In Secunda, de Perſeuerantia. In tertia, de Gratia. In quarta, de Diebus Feſtiuitatis Sanctorum.

Sectio Prima.

In præcedentibus quidem Cap. frequenter, ſed in hoc cap. quinto, præſertim facta eſt mentio de prædictis quatuor, referuñdo eorum explicationem ad hunc locum, ad euitandam confuſionem, & obſcuritatem rationum, & argumentorum, quæ adducta fuere pro firmitate, & claritate concluſionum, præſertim 6. in 5. cap. adducta.

1 PRouidentia enim ſecundum ſui nominis ethymologiam à *prouidendo dicitur*, eſt enim prouidentia, *per quam futurum aliquod videtur antequam fiat*, ideò dicebat S.Auguſt. de ſpiritu,& animâ, quod prouidentia ſignificat notionem, ſiue cognitionem, qua futurus cognoſcitur euentus,& Ariſt. de Regimine Principum, *futura ſi præſciuntur, leuius tolerantur, & prudentius amantur.*

2 Prouidentia itaq; vt Theologi, ac etiã Philoſophi rectè diſcurrentes, reſpectu omnium, maximè Deo conuenit, vt inter alios docebat Dyoniſius de Diuinis Nomin. qui ab omnibus ſegregatus exiſtens, ob vniuerſalem prouidentiam bonum ſimpliciter appellatur; & eſt, propter certitudinem ſuæ cognitionis, operatur omnia ſecundum conſilium ſuæ voluntatis. De quo dicitur Sap. 14. *Tu autem pater gubernas omnia prouidentia.* & Sap. 8. *Attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.* Et Iudith.9. *Hoc factum eſt, quod ipſe voluiſti, omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt, & tua iudicia, in tua prouidentia poſuiſti.*

Meritò itaq; docent Theologi, neceſſariũ eſſe ſimpliciter,& abſolutè ponere in Deo prouidentiam, contra hæreſim Atheorum,& quorundam aliorum ſtultorum, de quibus latiùs apud *D. Thom. 1.p. q.22.art.2.& in Directorio Inquiſit. p.2.q.4.* Hinc eſt quod Boet. *lib. 4.de cõſol. proſa 6.* non lõgè à principio inquit, quod *Prouidentia eſt ipſa diuina ratio in ſummo omnium Principe conſtituta, quæ cuncta diſponit.*

Addo cũ omni ſchola Theologorũ, ſi cũcta optimè diſponit, multo magis quę fidei ſunt, & morum, quęuè reſpiciunt ſtatum,& regimen Eccl.Cathol. & Sanctorũ canoniz. venerationem,& adorationem, ne fallantur fideles propter ſuperius dicta.

3 Diſpoſitio,(de qua immediatè,)ſignificat rationem tam ordinis rerum in finẽ, quam ordinis partiũ in toto, vt optime tradit,& probat D.Tho. 1.p.quæſt. citata, art. 1. in corpore, & expoſitores ipſius antiqui,& Moderni ibidem.

Quam doctrinam D.Tho. Elucidans Caietan. animaduertit, quod prouidẽtia eſt ratio ordinis in fin. quo ad vtrumq; ſcil. ordinationis,& conſecutionis; quod colligit ex eod. D.Tho cõtra gent.c.94. ſuper quo legendus eſt Ferrarien. ibidẽ. Et S.Tho. 1.p.q.22.art.1 in reſpõſ.ad 2. arg. Satisfaciens obiectioni eorũ, qui dicebant, quicquid in Deo eſt, eſſe æternũ, inquit, ad curam,(rerũ ſcilicet) duo pertinent, ratio ordinis, quæ dicitur prouidẽtia,& diſpoſitio,& executio ordinis, quæ dicitur gubernatio, quorum primum eſt æternum, ſecundum temporale.

4 Duo enim pertinet ad rationem prouidẽtiæ, vt expreſsè docet inter alios D. Tho. vbi ſupra, ſed copioſius art. 3. in corpore, ratio ſcilicet ordinis rerum prouiſarum in finem, & executio huius ordinis, quæ gubernatio dicitur.

Quan-

Quantum ad primum, Deus, qui diligit omnia, quæ ſunt, immediatè omnibus prouidet; ideò dicebat S. Gregorius 14. Moral. capit. 26. ad illa verba Iob. 34. *Quem conſtituit alium ſuper terram? aut quem poſuit ſuper orbem, quem fabricatus eſt? Mundum per ſe ipſum regit, quem per ſe ipſum condidit.* Quantum ad ſecundum, *ſunt aliqua media diuinæ prouidentiæ, quia inferiora gubernat per ſuperiora, non propter defectum ſuæ virtutis, ſed propter abundantiam ſuæ bonitatis*, & explicans ſanctus Doctor abundantiam bonitatis Dei ſubdit, *vt dignitatem cauſalitatis etiam creaturis communicet.* Et rectè itaque 1. Petr. capit. 5. monemur, *Omnem ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis.* Namquè puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus.

5 Et Caietan. ad eundem art. 3. inquit, *Hoc intereſt inter prouidere, & gubernare, quod prouidere eſt operatio manens, gubernatio verò tranſiens, & propterea prouidere per ſe ipſum, ponit imperfectionem in ipſo prouidente, quoniam importat ipſum non ſtatuere in mente ſua totum omnium ordinem in omnem finem; ſed partem tantum, gubernare verò per media, non ponit imperfectionem in gubernante, niſi ex eius defectu procedat; ſed ponit actionem tranſeuntem, multis quaſi inſtrumentis expleri, quod non inconuenire Deo patet.* Quæ omnia colligit Caiet. ex litera D. Tho. in reſponſ. *ad 2. arg. 3. art. præcit. quæſt. 22.* vbi dicit, *Per hoc, quod Deus habet immediatè prouidentiã de rebus omnibus non excluduntur cauſæ ſecundæ, quæ ſunt executrices huius ordinis, vt ex ſupradictis patet.* Quæ verba D. Thom. ſemper ſunt intelligenda, quo ad executionem ordinis, de quo ſupra. Qui ordo diuinæ prouidentiæ immobilis exiſtit, quo ad ea, quæ ab ipſo Deo prouidentur, dicente eodem S. Tho. art. 4. præcit. quæſt. in reſponſ. ad 2. arg. *Cuncta eueniunt eo modo, quo ipſe* (ſcilicet Deus) *prouidet, ſiue neceſſario, ſiue contingenter.* ita vt effectus nõ poſſit deficere, quin illo modo à Deo prælordinato eueniat, & tamen effectus in ſe erit contingens, cũ ſit prouiſor vniuerſalis totius videlicet entis iuxta illud Pſal. *Præceptum poſuit, & non præteribit.* Quæ neceſſitas, vt optimè declarat S. Thom. vbi ſupra ad 3. arg. occaſione explicationis verborum Boetij lib. 4. de conſolatione proſa 6. dicentis: *Fatũ ab immobilibus prouidentiæ proficiſcens exordijs, actus, fortunasq; hominum, indiſſolubili cauſarum connexione aſtringit*, inquit, quod *indiſſolubilitas illa, & immobilitas, quam Boetius tangit, pertinet ad certitudinem prouidentiæ, quæ non deficit à ſuo effectu, neq; à modo eueniendi, quem prouidit, nõ autem pertinet ad neceſſitatem effectuũ.*

Hinc eſt, quod vt docet idem S. Doctor, vbi ſupra in corp. art. circa fin. *Diuina prouidentia quibuſdam effectibus præparauit cauſas neceſſarias, vt neceſſariò euenirent, quibuſdam verò cauſas contingentes, vt euenirent contingenter, ſecundum conditionem proximarum cauſarum.* Dicente ſancto Hieronymo in Ezechielẽ: *Prouidentiã Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina eſt.*

6 Cuncta hæc præſertim ponderantur contra hæreſim Ioan. Vvicleph, & Melanchthonis falsò dicẽtiũ omnia ex neceſſitate abſoluta euenire, quam hæreſim cũ alijs etiam eorũdẽ meritò confutauit Concilium Conſtantienſe Seſſ. 8. Eandẽ hæreſim damnarunt, omnia ferè Concilia, & Summi Pontif. Rom. necnon & ſacræ litteræ, conſequenter ſaltim.

Conſulto tamen omittere volui, ac debui propter innumeras congruentias maximè verò propter diſpoſitionem decreti ſanctiſſimæ, & vniuerſalis Inqui-

Digitized by Google

ſitionis, cuius exemplar fideliter poſt pauca referam. Cuncta, quæ in hac materia tangunt de prouidentia, vel prędeſtinatione, liberam humanæ voluntatis conditionem, quemadmodum propter eaſdem rationes totaliter abſtinebo in ſequẽti Sectione ab illis, quæ materiam iam diù cõtrouerſam auxiliorum, quoquo modo concernunt.

Multa alia de prouidentia tradit D. *Tho. p.* 1. *q.* 22. in omnibus art. eiuſdẽ quæſt. & 1. *ſent. diſt.* 39. *q.* 2. *art.* 2. *&* *ſequent.* 3. *contra gent. cap.* 94. *&* 111. de verit. *q.* 5. *art.* 2. *&* 4. *opuſc.* 3. *cap.* 124. *&* 133. *opuſc.* 15. *cap.* 14. *& ſequentib.* *& lib.* 6. *Meth.* ac alijs multis in locis ſuæ doctrinæ 1. *ſent. diſt.* 39. *q.* 2. *ibidem alij Scolaſtici.*

Decretum Sanctiſs. & Vniuerſ. Inquiſitionis, quo prohibetur impreſſio tractatuum in Materia de Auxilijs.

Feria 5. *die* 22. *Maij*, 1625.

70 IN Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſt. apud S. Petrum coram Sanctiſsimo Domino Noſtro D. Vrbano, diuina prouidentia, Papa Octauo, ac Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Dominis S. R. E. Cardinalibus, in vniuerſa Republica Chriſtiana, Contra hęreticam prauitatem Inquiſitoribus Generalibus à ſancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Cum aliàs fel. rec. Paulus Papa Quintus Prædeceſſor noſter decretum in generali Congregatione Sanctæ Romanę, & Vniuerſalis Inquiſitionis ediderit tenoris ſequentis, videlicet.

Sanctiſſimus D. N. decreuit, vt ſcribatur Nuncijs Apoſtolicis, quod notificent Superioribus Religionum, Vniuerſitatibus Studiorum, & Ordinarijs ſuæ Nuntiaturæ, vt non ſinant imprimi in materia de auxilijs etiam ſub prætextu commentandi Sanctum Thomam, aut alio modo, & qui volunt de hac materia ſcribere, & imprimere prius mittant tractatus, & compoſitiones ad hanc Inquiſitionem. Sanctiſſimus D. N. ſupradictum Decretum, hoc ſuo præſenti decreto confirmauit, & innouauit, diſtrictè præcipiens, & mandans omnibus, & ſingulis cuiuſuis Relig. Ord. Congr. Inſtituti, & Societ. etiam de neceſſitate exprimẽdæ Regularib. & alijs quibuſcũq; tam Eccleſiaſt. quã ſęcularibus perſonis cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, & dignitatis tam Eccleſiaſt. quàm ſæcularis, vt in poſterum nõ audeant imprimere, vel quocumq; modo in lucem edere libros, tractatus, vel cõpoſitiones ex profeſſo, vel incidenter, aut prętextu cõmentandi D. Thomam, vel quemlibet alium doctorẽ, aut alia quauis occaſione, prætextu, vel modo, de materia Auxiliorũ diuinorũ tractantes, ſine expreſſa, & ſpeciali licentia à Sanctitate ſua in Congr. S. Officij obtinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apoſt. fuerit ordinatũ.

Vt autem huiuſmodi decretũ inuiolabiliter obſeruetur, eadem S. S. voluit, & declarauit contrauenientes perſonas, pęnas priuationis dignitatũ, & officiorum ſuorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ, facultatis concionandi, publicè legendi, docẽdi, & interpretandi, ipſo facto, abſq; alia declaratione incurrere, & alijs etiam pęnis Sanctitatis Suę, & ſuorum Succeſſorum Roman. Pontificum arbitrio infligendis ſubiacere. Libros porrò, quos in futurũ contra pręſentis decreti tenorẽ edi contigerit, abſq; alia declaratione, tanquam expreſsè prohibitos haberi voluit, & Impreſſores pręter librorum amiſſionem pecuniarijs, alijſque corporalibus pęnis iuxta criminis grauitatem teneri mandauit, contrarijs quibuſcũq; non obſtan.

Sectio

Sectio II.

De Perſeuerantia.

8 SÆpe in præcedentibus capitulis maxime vero in quinto capite huius ælucidarij habitus eſt ſermo de perſeuerantia iuſtorum canonizandorum, qui fuerunt firmi, & ſtabiles in via mandatorum Dei, vſque ad mortem incluſiue iuxta illud Iob 17. *tenebit iuſtus viam ſuam*, quemadmodum explicatum eſt, ſuperius 5. capite num. 38. §. 1. vt igitur promiſſis ibidem factis ſatisfaciam, pauca, ſed diſtincte, & lucide explicabo. Perſeuerantia enim inter virtutes abſq; dubio collocari debet, vt optime probat S. Thomas multiplici argumento 2. 2. quæſt. 137. art. 1. in corpore, & clarius ad argumenta. Hac tamen ponderatione, quæ eſt eiuſdem S. D. ibidem in reſponſione ad 1. & 2. argumentum. *Nomen perſeuerantiæ quandoque ſumitur pro habitu, quo quis eligit perſeuerare, quandoque autem pro actu, quo quis perſeuerat, & quandoque quidem pro eo, qui habens habitum perſeuerantiæ, eligit quidem perſeuerare, & incipit exequi aliquandiu perſiſtendo, non tamen complet actum, quia non perſiſtit vſque ad finem.* Ex quibus quidem colligit S. D. veram intelligentiam verborum D. Auguſtini, lib. 4. de libero arbitrio, quibus dicit: *nullus poteſt dici perſeuerantiam habere quamdiu viuit, niſi perſeueret vſque ad mortem.* Equidem vera intelligentia horum verborum D. Auguſtini ea eſt, inquit S. Thomas; quod accipit perſeuerantiam iuxta ſignificationē, ſecundam ſuperiùs relatam, pro actu ſcilicet perſeuerantiæ conſumato.

9 Quem actum perſeuerantiæ conſumatum magis explicans Caietanus ad articulum primum citatæ quæſtionis, §. ad verificandum expreſſis verbis inquit, *ad verificandum vero de aliquo actu, quod eſt perſeuerantia conſumata, oportet terminum conſumationis expectare, & tunc poteſt primo dici, quod eſt perſeuerantia conſumata, quoniam tunc eſt in ſuo termino, nec aliud eſſe requirit. Sicut motus conſumatus non niſi in termino, poteſt primo dici motus conſumatus, non curando in propoſito quomodo terminetur poſitiuè, vel negatiue. Negatur ergo quod ſectantes D. Thomæ doctrinam de perſeuerantia, oporteat ea concedere, quæ arguens affert. Actus ſi quidem perſeuerandi vſq; ad mortem habuit hanc veritatem in vita, quod iſte perſeuerat. Nec per mortem fit perſeuerantia, ſed in illo inſtanti fit conſumata, & propterea patet, quod cum ſit actus virtutis perſeuerantiæ, ab illo denominatur perſeuerantia, & eſt perſeuerantia, quando eſt in ſucceſſione. Nec obſtat quod adhuc non ſit finis, quia non exigitur niſi ad conſumatam perſeuerantiam.*

10 Ex his omnibus liceat colligere diffinitionem perſeuerantiæ Chriſtianę, & ſalutaris, quatenus ſignificat bonum propoſitum perſeuerandi in bono opere, quamdiu ratio dictat, quod ſit virtus, quæ adiungitur fortitudini, ſicut virtus ſecundaria principali, quæ in modo magis conuenit cum fortitudine, quamuis, & in materia non diſcrepet à temperantia. Quæ ſedem habet in iraſcibili, ſicut, & fortitudo, qua homo ſuſtinet diuturnitatem vſque in finem, iuxta illud Matthęi 2. *qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.*

11 Pro qua aſſequenda perſeuerantia, qua vſque ad finem perſeueratur in Chriſto, homo indiget ne dum dono habitualis gratiæ, ſed etiam gratuito Dei auxilio, conſeruate hominem in bono vſque ad finem vitæ. Cuncta hæc colliguntur ex Sancto Auguſtino, lib. de perſeueratione, cap. 1. & lib. de Correp. & grat. cap. 11.

Digitized by Google

cap. 11. & de libero arbitrio lib. 4. & pariter ex D. Thoma 2. 2. q. 137. art. 1. & ſequentibus adiunctis expoſitoribus ipſius S. D. vbi ſupra.

Hinc eſt quod S. Thomas 2. 2. q. 114. art. 9. in corpore, & in reſponſionibus ad arguméta docet, perſeuerantiam viæ, non cadere ſub merito, reddens rationẽ, *quia dependet ſolũ ex motione Diuina, quæ eſt principium omnis meriti* addens ſtatim, *ſed Deus gratis perſeuerantiæ bonum largitur, cuicumque illud largitur.*

12 Et Cardinalis Caietanus ad eumdem articulum inter alia animaduertit differentiam, & inquit, *ex hoc apparet differentia inter augmentum gratiæ, & perſeuerantiam viæ, quia licet conueniant in hoc, quod vtrumque ex ſolo Deo dependet effectiue, differunt tamen in hoc, quod augmentatio eſt talis actio Dei, quæ habet terminum terminantem motum gratiæ prius datæ, vt patet. Perſeuerãtia verò, quia conſiſtit in ſola gratiæ conſeruatione, & conſeruatio gratiæ nihil aliud eſt, quam productio eius continuata, ſeu non interrupta, nullum habet terminum nouum, qui ſit terminus motus gratiæ iam exiſtentis. Conſtat enim, quod ipſa prima gratia, non nouo modo ſe habens, terminat conſeruationem, & ideò non cadit ſub merito.*

13 Qui ampliora deſiderant circa hanc materiam perſeuerantiæ, videant D. Thomam, ne dum in locis præcitatis, verum etiam in eadem 2. 2. quæſt. 128. art. 5. & 6. & 3. ſent. diſt. 33. quæſt. 3. articulo 3. quæſtiuncula 2. & 4. & 3. cõtra Gentes, cap. 155. & de ver. quęſt. 24. art. 3. & quæſt. 27. art. 5. ad 3. & Pſ. 31. & Ioannis 2. lect. 2. ac etiam Sanctum Bernardum Epiſt. 129. D. Gregorium, lib. 1 Moralium, cap. 21. D. Chriſoſtomus homilia 24. ad Hebræos, ac innumeros alios authores, pręſertim ad illud Matthęi 24. qui inter quam plura enunciant de ipſa perſeuerantia, quod ſit filia vnica ſummi regis, finis virtutum, earum conſumatio, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror patientiæ, ſine qua nemo videbit Deum.

Sectio III.

De gratia in ordine ad Beatitudinem.

14 Gratia quatenus donum Dei gratis datum, ſecundum menſuram donationis Chriſti, qua diſcernuntur redempti à perditis, ex D. Auguſt. in Enchiridion, tribuitur non ſolum ad peccatorum remiſſionem, ſed vt lex impleatur, vt natura liberetur, ne peccatum dominetur, ad vitam æternam homo perducatur, eſt quædam lux animæ noſtræ, vt aſſerit idem S. Auguſt. de liberò arbitrio, & *libro de natura, & gratia, cap. 22.* & S. Thomas *opuſc. 60. art. 1.* occaſione illorum verborum, *Pſal. 4. ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, &c.* poſt adductam explicationem Sancti Auguſtini, etiam ad illa verba, *Pſal. 35. in lumine tuo videbimus lumen,* tradit, gratiam eſſe diuinum lumen indificiens emanans à Deo, qui eſt fontale principium totius luminis, quia ab ipſo procedit, & explicans idem S. Doctor vbi ſupra verba Iſaiæ 45. *ego Dominus, & non eſt alter,* ex authoritate gloſſæ inquit, *ſcilicet Deus formans lucem, ſcilicet per præſentiã gratiæ, & creans tenebras per eius abſentiam,* & ad Pſal. 41. parum poſt exordiũ, poſtquam dixit Deum eſſe fontem viuum, qui iugiter, & indeficienter producit, & emittit aquas viuas, ſtatim ſubdit, *omnis aqua gratiarum ab ipſo fonte emanat* iuxta illud Pſal. 35. *apud te eſt fons vitæ,* quod etiam repetit ſub alijs verbis Pſal. 45. & vt aſſerit S. Leo Papa cuius authoritas habetur *quæſt. 1. cap. gratia, gratia ſi non datur gratis, vel accipitur, vere gratia non eſt.*

Huius

Digitized by Google

15 Huius gratiæ dator, ac donator eſt ſolus Deus iuxta illud *prouerb. 12. qui bonus eſt hauriet gratiam à Domino*, & clarius *Pſal.*84. *gratiam, & gloriam dabit Dominus*. Qui illam confert vere humilibus, iuxta illud primç petri cap.5. *Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam*, & S. Bernardus ſerm. 54. ſuper cantica docebat, in veritate didici nihil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quam ſi omni tempore coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere, quemadmodum ſcriptum eſt, *Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, time ergo* (concludit ille) *cum arriſerit gratia, time cum abierit, time cum denuo reuertetur, & hoc eſt ſemper pauidum eſſe*.

16 Ideò S.Auguſt.lib.de Baptiſmo paruulorum, *gratia cur ad iſtum veniat, ad illum non veniat, occulta cauſa eſſe poteſt iniuſta non poteſt*. Et tractatu 22. in Ioan. poſtquam dixit magnam eſſe gratiæ comendationem, quod nemo veniat ad Deum niſi tractus per ipſam, inquit, *quare iſtum trahat, & illum non trahat noli velle iudicare ſi non vis errare*.

17 S. Paulus *ad Rom.* 6. poſtquam dixit ſtipendia peccati eſſe mortẽ, ſtatim addidit *gratia autem Dei vita æterna*. Quç verba exponẽs inter alios S. *Thomas lect.* 4. circa finem poſtquam dixit cum eodem Apoſtolo de ſeruis Dei, qui perſeuerauerunt vſque ad mortem, *habetis fructum veſtrum in ſanctificatione, finem vero vitam æternam* loquens de finibus malorum, & bonorum cum eodem Apoſtolo ait, *ſtipendia enim peccati mors* ſubdens. *Dicuntur autem ſtipendia mercedes militum, & à ſtipe pendenda, ideſt ponderanda, quia pecunia diſtribuenda militibus ponderabatur*. Deinde proſequitur demonſtrare quod peccatores militant peccato, membraque ſua exhibent arma peccato. Morſque dicatur ſtipendium, & retributio quam peccatum tribuit, ſibi ſeruientibus, ex quibus concludit, manifeſtum eſſe in re, & in effectu, mortem eſſç finem peccatorun, non quem peccantes quçrunt, ſed qui eis retribuitur propter peccata iuxta illud, *Pſal.* 10. *ignis ſulphur ſpiritus procellarum pars calicis eorum*. Vice verſa de bonis, & in ſeruitio Dei perſeuerantibus, vſque ad finem dicitur, gratia Dei, vita æterna, quia vt inquit D.Thom. vbi ſupra iam Apoſtolus dixerat, *homines habere vitam æternam, quam certum eſt non poſſe haberi niſi per gratiam*. Deinde concludit S.Doctor per ſequentia verba.

18 *Ideò hoc ipſum, quod bona operamur, & quod opus noſtrum eſt dignum vita æterna, eſt à gratia Dei*. iuxta *illud Pſal.* 48. *gratiam, & gloriam dabit Dominus*. ſtatim ſubdens. *Si igitur opera noſtra conſiderentur in ſui natura, & ſecundum quod procedunt ex libero arbitrio hominis, non merentur ex condigno vitam æternam, ſed ſecundum, quod procedunt à gratia Spiritus ſancti; vnde dicitur Ioan.* 4. *quod fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam*. Quod magis explicans Angelicus Doctor inquit, *& hoc fit in Chriſto Ieſu Domino noſtro, ideſt per Chriſtum, vel in quãtum in ipſo ſumus per fidem, & charitatem Ioan.6. omnis qui videt filium, & credit in eum habet vitam æternam*.

19 Qui maiora deſiderat circa materiam gratiæ poterit videre, quæ dicuntur à S. Patre Auguſtino de natura, & gratia. De libero arbitrio, & de Baptiſmo paruulorum, & ab expoſitoribus D.Pauli, prçſertim 2.corint.cap.6.ad illa verba ne in vacuum gratiam Dei recipiatis, & à S.Ambroſio ſuper Lucam, & lib.de officijs à D. Thoma locis ſupra citatis, & 2.2.q.177.& ſequentibus, & ab expoſitoribus eiuſdem vbi ſupra, vt alios; plures omittam authores, qui tractatus integros ediderunt de gratia.

Sc-

Digitized by Google

Sectio IV.

De feſtiuitatibus Sanctorum.

20 QVamuis in primo cap. aliqua pauca, tunc temporis neceſſaria, pro Claritate ibidem adductorũ dixerim, non eadem repetendo, ſed alia de nouo adducendo, vel ſi neceſſe fuerit eadem repetere, non tamen ſub eadem ratione formali, neque vt ordinata ad eumdem finem, id fiet. Quamuis etiam eadem pluries non ſine neceſſitate iterum explicata, ſæpe maiorem inducant claritatem, ſiue confirmationem veritatis alias declaratæ, quod egerunt eximij Doctores Theologi, & Canoniſtæ, quemadmodum videre eſt in eorum tractatibus, & commentarijs. Non ſolum igitur propter inſinuatas rationes de feſtiuitatibus Sanctorum agendum eſt, ſed quia ex vi canonizationis iam celebratę de aliquo famulo Dei, aſſignatur dies celebritatis feſti in honorem ipſius, & regulariter eſt dies mortis, qui vt in hoc 5. cap. copioſe dictum eſt, appellari ſolet dies natiuitatis ipſius, vt habetur ex gloſa, & alijs doctoribus, titulo *de ferijs* Breuitatis igitur cauſa omittam paginam noui, ac veteris teſtamenti indicere dies Deo dicatos, nec non circa natalitia Sanctorum Martyrum, extare quoque præceptum diuinum de ſanctificandis, deuoteque celebrandis feſtiuitatibus altiſſimo. Dicente Domino *Exod. 35. ſeptimus dies erit vobis Sanctus*, ſed ad immediata procedam dicendo cum *S. Thoma 1. 2. q. 103. art. 3. in reſponſ. ad quartum argum.* ſolemnitatibus veteris legis, ſolemnitates legis nouæ ſucceſſiſſe, & rationem huius aſſignans inquit. *Quia beneficia illi populo exhibita ſignificant beneficia nobis conceſſa per Chriſtum.* Statim ſubdens. *Vnde feſto phaſæ ſuccedit feſtum* Paſſionis Chriſti, *& Reſurrectionis, feſto* Pentecoſtes *in quo fuit data lex vetus, ſuccedit feſtum Pentecoſtes in quo fuit data lex spiritus vitæ. Feſto Neomeniæ ſuccedit feſtum B. Virginis, in qua primo apparuit illuminatio ſolis, ideſt Chriſti, per copiam gratiæ. Feſto Tubarum ſuccedunt feſta Apoſtolorum. Feſto* Expia*tionis* ſucceduut feſta *Martyrum, & Confeſſorum. Feſto Tabernaculorum ſuccedit feſtum conſecrationis* Eccleſiæ. *Feſto Cœtus, atque collectæ, ſuccedit feſtum Angelorum, vel etiam feſtum omnium Sanctorum. Hæc D. Thom.*

21 Regulariter vero feſtorum principiũ, & finis, eſt de veſpera ad veſperam, quamuis quorundam feſtorum præcipuorum, vt Paſchæ, & Pentecoſtes, & ſimilium, extendatur eorum finis; vt latius dicitur in cap. *Quoniam* de ferijs, & doctores ibidem.

22 Et cupienti intelligere, rationem ſiue rationes, ob quas Eccleſia conſtituit ſanctorum feſtiuitates, poteſt reſponderi: primo id factum fuiſſe propter glorificationem Dei, qui in ſanctis laudatur & glorificatur. ſecundo ad fidei maiorem firmitatem, per celebritatem enim feſtiuitatis Sanctorum, multi fideles in alijs articulis Chriſtianæ Religionis confirmantur, ſolidanturq; tertio ex deuota meditatione fęlicitatis ipſorum, addiſcimus nos quoque terrena hæc, & caduca deſpicere, & amare Cœleſtia, eorum exemplo, & hic eſt modus pie, & vtiliter celebrandi ſanctorum feſta, vt tradiderunt innumeri ſancti patres. Præſertim S. Ioan. Chriſoſtomus ſerm. 1. de Martyribus. *& S. Auguſt. ſerm. 47. de Sanctis.* 4. vt Eccleſia nos certos reddat, qui nam ſint illi quorum vitam, & ſanctos mores imitari, & ſequi debeamus. quinto gaudia noſtra cum gaudijs ipſorum iungentes ex Dei miſericordia in eorum bonis tandem communicemus: iuxta

illud

illud Symboli Niceni *Sanctorum communionem*. Sexto, vt eorum interceſſionibus adiuti, Deus dignetur ſuccurrere nobis in dies circa corporis, & animæ indigẽtias; quas habemus, præſertim pro noſtra ſalute, & animæ glorificatione. Septimo, vt Iuſtis debitus honor, qui eſt naturale præmium virtutis, præſtemus, vt alias quamplures omittam, quas copiosè tradiderunt inter alios, *Suarez lib. 2. de diebus feſt. cap. 9.* cum ſequentibus, Iodoc. verbo *feſti dies, num. 2.* §. 3. Sayrus in ſua Claui regia, *lib. 7. cap. 1. numero 6.* & ſequentibus, & alij quamplures moderni.

23 Addunt communiter aliam rationem, ſiue cauſam Doctores præcitati cũ alijs quampluribus. Ideò Eccleſiam, dies feſtos inſtituiſſe in honorem Dei, & Sanctorum, vt in illis ceſſaremus ab operibus ſeruilibus, & vt toto die vacemus, ad honorem Dei, audiendo ſacrũ, alia ſpiritualia opera exercendo, vt latè patet in cap. *licet*, & in cap. *conqueſtus*, de ferijs, præcauendo à peccatis. Hinc eſt quod S. Thom. 2. 2. *q. 122. art. 4. in corp.* præſertim verò in *reſpõſione ad 3. argum.* inter quã plura animaduertit, duo præcipua põderanda eſſe in obſeruantia dierum feſtorum. Quorum vnum eſt, ſicut finis, & *hoc* eſt (inquit ille) *vt homo vacet rebus diuinis, quod ſignificatur in hoc, quod dicitur, memento, vt diem Sabbati ſanctifices.* Subdens immediatè, *illa enim dicuntur ſanctificari in lege, quæ diuino cultui applicantur*.

24 Secundum verò eſt ceſſatio ab opere ſeruili iuxta illud Leuit. 23. *Omne opus ſeruile non facies in eo.* vbi declarans Sanctus Thomas ait, *Opus ſeruile dicitur à ſeruitute*, addens. Eſt autem triplex ſeruitus, vna quidem, qua homo ſeruit peccato iuxta illud, *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, & ſecundum hoc, opus peccati eſt ſeruile. Alia ſeruitus eſt, qua homo ſeruit alteri homini, eſt autem homo alterius ſeruus, non ſecũdum mentem, ſed ſecũdum corpus* (vt latius docuit idem S. Doctor 2. 2. q. 104. *art. 5. & 6.* præſertim in reſpon. ad 1. arg.) & continuans inceptum ſermonem: ſubdit idem Doct. Ideò opera ſeruilia ſecundum hoc dicũtur opera corporalia, in quibus vnus homo alteri ſeruit. Tertia *autem eſt ſeruitus Dei, & ſecundum hoc, opus ſeruile poteſt dici, opus latriæ, quod pertinet ad Dei ſeruitium.* Et hoc nullatenus prohibetur in die feſto, & ratio D. Tho. ea eſt, *Quia hoc eſſet contrarium fini obſeruationis Sabbati*, & proportionaliter dierum feſtorũ, denique ex prolixè adductis ab eodem S. Doct. in eadem reſponſione colligit duaſ concluſiones.

25 Prima eſt, qui peccat venialiter in Sabbato contra præceptũ diuinum de ſanctificatione ſabbati, non agit, ratio Diui Thomæ ea eſt, *quia peccatum veniale non excludit ſanctitatem.*

26 Secunda concl. illata ab eodẽ S. Doct. vbi ſupra. Magis cõtra hoc præceptum facit, qui peccat in die feſto, quam qui aliud corporale opus licitũ facit; quam 2. concluſ. colligit D. Tho. ex doctrina S. *Aug. li. de decẽ chordis cap. 3.* & aſſignat rationẽ. *Quia magis homo impeditur per opus peccati, quàm per opus licitum, quãuis ſit corporale.* Occaſione huius 2. concluſ. Caiet. ad eũdem art. in reſponſ. ad 2. dubium ab eo motũ occaſione eorum, quę docuit S. Doct. pro reſpon. ad 3. argum. conſiderat, quod comparatio omnis eſſe debet inter diſtincta, & non inter idẽ & ſeipsũ; quod applicans ad claritatem 2. concl. inquit, *non eſt in hac cõparatione, ſumendum ex vna parte peccatum, & ex alia peccatum ſimul cum opere mechanico, quoniã hoc eſſet cõparare peccatum ſibi ipſi coniunctum cum alio, ſed ex vna parte ſumitur peccatum mortale, & ex alia opus mechanicũ ſecundũ ſuũ genus.* ſtatim ſubdens

dens. *Hæc enim duo cõmunicãt in hoc quod vtrumque eſt contra finem præcepti huius; quia vtrumque impedit quietem mentis in Deum; ſed quia actus peccati mortalis ex ſuo genere plus contrariatur quieti mentis in Deum quam actus exercitationis mechanicæ; ideò magis agit contra hoc præceptum, quo ad finem eius, qui peccat mortaliter, quam qui corporale opus exercet.*

27 Mouet Caietanus, & alij expoſitores D.Thom. occaſione prædictorum aliam difficultatem curioſam, & valde vtilem & eſt. An in ſupra dicto præcepto de ſantificandis diebus feſtiuis præſertim diebus dominicis, qui habet conſcientiam alicuius peccati mortalis, teneatur elicere actum, quo peccata ab eo commiſſa deteſtetur, dolendo ſe peccaſſe, intellige mortaliter? Fuerunt aliqui Theologi antiqui inter quos vnus fuit Angelus, verbo ſiue titulo feriæ nu. 41. qui vt aſſerit Azorius p.p.inſtitutionum moralium lib. 2. cap. 2. dub. 12. opinantes partem affirmatiuam. ſed communis ſentẽtia, quam ſequuntur inter alios Caietanus vbi ſupra, & in ſua ſummula *SS. feſtorum violatio.* Sotus lib. 2. de iuſt. & iur. q. 4. art. 4. Syluester in ſua ſumma verb. Dominica q. 6. nu. 4. Nauar. in Manual. & alij omnes ferè ſummiſtæ in conſimili verbo *feriæ, feſtorum violatio* ſuſtinet partem negatiuam, & merito quidem, quia rationabilior, cum nullum præceptum inueniatur obligans fideles ad actum eliciendum de quo in obiectione. & ad id quod docet Azorius vbi ſupra partem ſcilicet affirmatiuam eſſe tutiorem, reſpondendum eſt cum Caiet. vbi ſupra. *A veritate ergo longe errant dicentes ſub præcepto teneri hominem die feſto ad dolendum de peccatis quæ habet, aut ad orandum, aut ad quietem mentis in Deo, & minus perſpexerunt litteræ huius doctrinam dicentes, quod ſecundum omnes, tenetur quis ſub præcepto ad quietem mentis in Deo in feſto. Finis enim præcepti non eſt ſub præcepto, quoniam aliud eſt quo datur præceptum, & aliud ad quod intendit lex per præceptum, hominem ducere vt quæſt. 100. art. 9. author dicit in libi præcedenti, hoc eſt, quod docet D. Thom. p. 2. in locis, immediate citatis.*

28 Hic quoque addere poſſumus pro maiori claritate ſententiæ negatiuæ rationem ſiue rationes, quas eximie adducit Dominicus *Soto lib. 2. de iuſt. & iur. q. 4. art. 4.* dum ſermonem faciendo de tertio decalogi præcepto, quod eſt de ſanctificandis diebus feſtiuis inquit. *Eodem tertio mandato præcipitur exterior Dei cultus, vt pura corporalis requies ad famulandum Deo.* Et poſt multa ibidem §. 4. *arguitur e* repetita ratione ſuperius aſſignata à Caietano interquam plura inquit. *Huiuſmodi præceptum non obligat.* Intellige de ſe, ac neceſſario, *ad charitatis modum, ſed poteſt quantum ad ſubſtantiam oneris, extra charitatem expleri.* Addens poſt pauca. *Eſt enim citra controuerſiam religionis mandatum, contritio autem non eſt actus religionis, ſed penitentiæ. quæ ſingularis eſt virtus iuſtitiæ annexa.* Nõ tamen nego, imo libenti animo concedo, & omnibus prædico optimum eſſe diebus feſtiuis Deo vacare interius, & exterius cum omni puritate, & munditia mentis, ſed motus prædictis argumentis, & alio ſequenti quod eſt ipſius Soti, verior, & tutior mihi videtur ſententia negatiua, quam affirmatiua, & validiſſimum argumentum, ad eandem concluſionem illud eſt quod adducit ſotus ſupra §. ſic enim verſ. *præterea ſeptimo ſi hoc præceptum* (de ſanctificandis ſcilicet diebus feſtiuis) *nos obligaret ad contritionem, atque ad veram dilectionem Dei valde periculorum eſſet, quod Eccleſia tot tantaque multiplicaret feſta, eſſet enim hoc Chriſtianorum animos irretire, & in arctiſſimos conijcere nodos, nempe quod tam*

cre-

crebrò ad iam arduam teneremur.

De prædictis quoque copioſe tradunt Martyrologia, & qui ediderunt notas ad illa, & Authores rationalium diuinorum officiorum, & omnes canoniſtæ in titulo de ferijs. Nec non, & Theologi 3. ſent. præſertim Scotus, diſtinct. 9. & 27. Suarez, lib. 2. de diebus feſtiuis, cap. 5. & ſequentibus. Alenſis, Sanctus Bonauentura, Chathechiſmus Romanus, & alij quos recenſet Sayrus in ſua Claui regia, capit. 8. numero 5. & Molſeſius p. p. ſuæ ſummæ Moralis Theologiæ, tract. 11. titulo de tertio præcepto decalogi, cap. 17. ferè per totum, & ſummiſtæ omnes verb. feſtum, ſiue die Dominica, vel feriæ, & alij quos in magno numero citat Barboſa in collectan. Doctorum, tom. 1. lib. 2. tit. 9. de ferijs.

SVMMARIVM
Capitis Sexti.

1 *De gradibus certitudinis eorum, quæ ſunt de fide.*

2 *An, & quomodo poſsit accidere error in formatione proceſſus ad effectum Canonizationis famulorum Dei.*

3 *Quomodo fideles præcauere debeant ab enunciatione propoſitionum derogantium, quouis modo veritati, aut certitudini Canonizationis Sanctorum.*

4 *De punitione diuinitus ſequta contra illos, qui obloquuntur de Sanctis, & amicis Dei.*

5 *Qui honorat Sanctos, honorat Chriſtum, qui ſpernit illos, Saluatorem quoque contemnit.*

6 *Gratum ſemper fuit Deo, vt honorifice ſepelirentur iuſtorum cadauera.*

7 *Multa dicũtur de Cæmiterijs, præſertim almæ vrbis.*

8 *De impijs ſepultura Eccleſiaſtica priuandis.*

9 *De pœnis illatis contra tradentes corpora impiorum ſepulturæ in locis ſacris.*

10 *Referuntur nomina quorundam authorum aſſerentium, Papam non poſſe errare in Canonizatione Sanctorum.*

11 *Recenſetur ſententia Caietani circa hoc idem.*

12 *Explicatur quando, & quomodo fideles tenerentur credere omnia de iure ſeruanda fuiſſe ſeruata, in negotio Canonizationis Sanctorum.*

13 *Manifeſtatur quomodo Caietanus ſit connumerandus inter illos, qui cum D. Thoma affirmarunt Papam non poſſe errare in Canonizatione Sanctorum.*

14 *Recenſetur in parte Bulla canonizationis S. Hiacynthi.*

15 *Reſpondetur ad argumentum propoſitum contra Caietani doctrinam, de qua ſupra.*

16 *Adducitur animaduerſio Cardinalis Bellarminij circa prædicta.*

17 *De veneratione Sanctorum.*

18 *Quare Sanctorum reliquiæ ſint honorandæ.*

CAPVT SEXTVM.

Continens perutiles animaduerſiones circa iam adducta præſertim in 2. 3. 4. & 5. Capite.

Punctum Primum.

De gradibus certitudinis eorum, quæ ſunt de fide.

1 §. 1. NOn me latet maiori gradu claritatis, vel expreſſionis credendam eſſe à fidelibus Sanctitatem, atque gloriam SS. Veteris, & noui teſtamẽti de quibus ſacra Scriptura expreſſam facit mentionem, cum certitudine fidei per ſe primo palam gaudeant, quàm cætera in

Digitized by Google

eadem ſacra Scriptura Canonica reuelata, etiam expreſsè contenta, non, vt primario de fide verùm ſecundario, vti exemplificatum eſt ad calcem cap. 3. numero 42. & ſequenti, ideò Andreas Vega de incertitudine gratiæ, lib. 9. cap. 39. §. *nequè debet*. Inter quamplura inquit. *Non eſt neceſſe omnes aſſenſus de fide pares eſſe in certitudine*. Et aſſignans huius rationem inquit, cum alijs Theologis maximè vetuſtioribus, & Claſſicis. *Quidam* (ſcilicet aſſenſus) *ſolum ſunt de fide, quia inferuntur ex alijs*. Vbi ſemper ſermo fit de illis, quæ ſecundario ad fidem pertinent comparatiue ad ea, quæ primo, & per ſe fidei ſunt, ideò his neceſſario ab omnibus fides adhibenda eſt, propter multa præſertim ob certum, concurſum Spiritus ſancti in illorum annotatione, qui concurſus ab ipſa ſacra Scriptura longius, atque penitus omnem poſſibilitatem, atque periculum mentiendi, ſiue fallendi remouet, hæc enim dictat, atque dicit Dominus; de alijs vero Sanctis, ritè per Eccleſiam Canonizatis idem iudicium videtur faciendum propter aſſiſtentiam Spiritus ſancti, & ſi non inueniatur eorum ſanctitas, & gloria cum tanta expreſſione, maximè in ſingulari, in eadem ſacra Scriptura cum quanta, illi priores Sancti, cui addi poteſt modo declarato, præſertim, cap. 5. ad ſextam concluſionem, mentionem fieri, etiam de alijs Sanctis ſaltem in communi, implicitè, cum non dum eſſent tranſlati in gloria tempore editionis ſacræ Scripturæ, neque in Sanctorum numero redacti. Quam veritatem inter alios argumento deſumpto ex authoritate Sancti Auguſtini, Ambroſij, Chriſoſtomi, & aliorum Doctorum oſtendit Thomas Vualdenſis, *Tom. 3. de Sacramental. capitulo* 123. Et Catharinus, *Libro primo de certa Sanctorum gloria*, idem demonſtrat, quod copioſè quidem probatum eſt ad finem. *Cap. præcedentis ad argumenta pro ſexta concluſione adducta*.

§. 2. Hinc eſt, quod Ioannes Driedo loco citato da calcem præcedentis Capitis nō *ſine maxima temeritatis nota* (inquit) *Stupiditatem, ſiue amentiam adminus præſeferentis, aliter non eſt ſentiendum de Sanctis ab Eccleſia Cannonizatis*, addens, §. *alij autem, quod de Sanctis Canonizatis, non tamen expreſſis in ſacra Scrip tura* (Intellige ſicuti primi de quibus dictum eſt latius, cap. 5. ante probationes ſextæ concluſionis) *In ſacra Scriptura rationabiliter dubitare non poſſumus, qui ergo dubitat de illorum gloria contra rationem de directo agit, & ſtultum ſe declarat*. Et Dominicus Bannes loco ſuperius pluries citato, ait. *Qui de Sancto ritè Canonizata dubitat merito in ſuſpicionem hæreſis cadit, quæ dubitatio hæreſim quoque adminus ſapit*. Quibus addi poteſt, ac tanquam hæreſis iudicanda venit propter ſuperius adducta, *cap. quinto*, ferè per totum, præſertim *ad ſextam concluſionem*.

Punctum II.

Quare Sanctorum Canonizatio non ſit ponenda in quæſtionem.

§. 3. EX Alphonſo enim de Caſtro aduerſus hæreſes, *lib.* 13. *verb. Sancti*, ex Cano de locis *Theolog. lib.* 1. *capit.* 5. *ex Couarru.* loco frequenter citato *cap.* 5. *nu.* 3. diligentèr ponderandum eſt, quod ſi Canonizatio alicuius Sancti ritè facta per Eccleſiam in quæſtionem veniat, certè vt verbis, vtar illorum, præſertim Cani, *Sanctitatē Hieronymi*,

Am-

Ambroſii, Auguſtinus, ac reliquorũ ſine diſcrimine in quæſtionem vocare poterimus; atq; adeò aſſerere illos cum Dæmonibus condemnatas, quo quid, aut ſtultiùs, aut impudentius dici, aut excogitari poteſt.

§. 3. Hanc impudentiam tanquam à Patre mendacij in perniciem animarum noſtrarum adinuentam, totis viribus euitare omnino debemus, quam iniquè eructarunt in odium Sanctorum ſequaces Diaboli, Eraſmus, Caluinus, Lutherus, & alij ſceleſtiſſimi veritatiſquè infeſtiſſimi hoſtes, quorum hæreſes meritò condemnauit Eccleſia modo dicto in 5. cap. ad 6. Concluſio.

Quamobrem ne tantus error in Eccleſia vllatenus admittatur, credendum eſt, certò Deum peculiari prouidẽtiæ dono ſufficienter prouidiſſe, dum in aliquibus actum Canonizationis antecedentibus hominum teſtimonia ipſa ſequitur. ne tamen ipſamet Eccleſia in illis præſertim in actu ſolemnis Canonizationis erret, cuius ſingularis, & præclariſſimæ prouidentiæ magnum, atque irrefragabile argumentum, (vltra alia iam ſuperius relata) illud eſt, alias inſinuatum, quod nunquam infirmata eſt fides ab humanis teſtibus ſemel in huius modi Iudicijs Canonizationis ſuſcepta authoritate Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, quod in cauſis ciuilibus ſæpe accidere ſolet, quod argumentum valde extollit S. Thom. *quodlib. 9. art. 16.* dum tradit *non poſſe errare Eccleſiam circa ſuſceptas atteſtationes, in ordine tamen ad Canonizationem Sanctorum.* Prout latius dictum eſt *cap. 4.* præſertim in *reſponſione argumentorum ad calcem eiuſdem cap.*

Punctum III.

An poſſit accidere error in aſſertione miraculorum Canonizandorum.

2 §. 1. SI quis vero iterum inſtet, quod aliquando potuerit accidere, & fortè accidit caſus, quod vnus, vel plures iuridicè examinati in proceſſibus cõpilatis ad effectum Canonizationis alicuius famuli Dei, falſum depoſuerint circa aliquod factum miraculoſum, facillimè reſpondentur ex præcitatis verbis D. Thom. benè intellectis, & diligenter ponderatis; dicendo, quod error, de quo in argumento, non fuit, nec eſſe potuit cauſa ſufficiens, ſiuè totalis, immo nequè partialis in ordine ad Canonizationem; *Non totalis.* Quia non euenit circa virtutes, quæ ſunt potiora fundamenta ſanctitatis Canonizandi; *Nec partialis*, eo quod conſimilis error non fuit, nec eſſe poteſt (maximè propter ſuperius adducta cap. 3.) circa omnia miracula recenſita de Iuſto Canonizando, ſed circa vnum, vel alterum tantum, hac tamen animaduerſione, quod falſitas, quæ interceſſit modo declarato, ſiue factum illud falsò aſſertum, neque in minimo negotium Canonizationis adiuuit, ſeu promouit, ſed ex alijs miraculis certis, & indubitatis, ac ſufficienter probatis, proceſſum eſt vlterius in negotio Canonizationis, immo Deus qui verax, & veritas eſt, non permiſit vnquam id occultum remanere, ſed vni, vel pluribus patefacta eſt falſitas in tali caſu, non vera deponentium ſub ſpecie pietatis. Vt nonnulli fide digni, dignitate, atque ſapientia præ-

Digitized by Google

ſtantiſſimi ſæpe hoc referentes, de quo in argumento, alijs, & mihi frequenter narrarunt; & hoc eſt, quod inſinuant verba relata Diui Thomæ *Non poſſe Eccleſiam errare circa ſuſceptas atteſtationes in ordine ad Canonizationem*. Quia atteſtatio, de qua in argumento, in rigore, formaliter, & propriè loquendo, cũ nihil prorſus operata ſit, ad promotionem Canonizationis, poteſt, & verius dici debet non atteſtatio in ordine ad Canonizationem ſequutam, alijs verioribus medijs, & legitimis probationibus, modo clarè ſuperius explicato.

§. 2. Qua occaſione cogor animaduertere, quod etſi mendacium, de quo in argumento, procedat, ex quadam ſpecie pietatis, nihilominus ſciendum eſt, quod omne mendacium directè, & formaliter opponitur virtuti veritatis, vt Sanctus Auguſtinus, lib. contra mendacium, ſiue de mendacio, cap. 4. non procul à fine, & Sanctus Thomas, 2. 2. quæſtione 110. artic. 1. in corpore, ad finem; addendo *mendacium eſſe per ſe prauum, & fugiendum*. Ex eodem D. Thom. vbi ſupra, artic. 3. ad calcem corporis; Ideò Eccleſiaſtic. 7. dicitur. *Noli velle mentiri omne mendacium*, & in Pſalm. *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium*, de mendacio alia dicam in ſecunda Sectione appendicis ad hoc cap.

§. 3. Nec mihi quis objiciat illud Sancti Thom. 2. 2. quæſtione 69. articulo 1. ad 2. mendacium ex genere ſuo non eſſe peccatum mortale, niſi ratione ſcandali, ſtatim enim reſpondebo ex eodem Angelico Doctore 2. 2. quæſtione 110. articulo 4. in corpore, & in reſponſ. ad argumenta, vbi loquens de mendacio quatenus eſt peccatum mortale, inquit. *Poteſt mendacium contrariari charitati tripliciter*, & explicans tertium membrum, (omiſſis alijs breuitatis cauſa, tanquam non pertinentibus ad intentum, de quo agitur) ſubdit. *Per accidens autem poteſt contrariari Charitati* (ſcilicet mendacium) *ratione ſcandali, vel alicuiuſcumque, vel damni conſequentis*: addens immediatè. *Et ſic erit etiam peccatum mortale*. Sed certum eſt, & cunctis manifeſtum, quod ille, qui mentitur circa aliquod factum miraculoſum modo explicato, quantum in ſe eſt damnum ſpirituale, ſiuè occaſionem damni ſpiritualis infert toti Eccleſiæ; non ſine aliquali præiudicio certitudinis eorum, quæ tangunt negotium Canonizationis Iuſtorum. Addo, quod ob Iuramenti violationem mendacium in Iudicio ferè ſemper eſt mortale, vt optime deducit Nauarrus ex cap. 1. de Crimi. Falſ. & ex D. Thom. in ſuo Manuali, cap. 18 num. 1.

Punctum IV.

De oblocutione circa Sanctos Canonizatos.

3 §. 1. SVmmopere igitur præcauendum eſt, ne fideles ſub quo vis prætextu ſiue quæſito colore enuncient verbo, vel ſcripto, propoſitiones derogantes quouis modo veritati, aut certitudini Canonizationis Sanctorum tam in communi, quàm in particulari, propter multas rationabiles in ſuperioribus cap. propoſitas cauſas, ac etiam ne videantur declinare ad antiquas hæreſes, ſiue recẽtiores eorum, qui diabolica cecitate detenti, impie nimis, & pertinaciter negarunt gloriam ſanctorum, vel eorũ cultum, ſeu honorem, inuocationem atque Authoritatem canonizandi in S. Eccleſia (quantum in illis eſt) auferentes, tentantes

Digitized by Google

tantes quoq; eodem malo fine auferre annuas feſtiuitates ſanctorum. ſed, vt inſtructiores atque promptiores ſimus ad prædictas hæreſes, extirpandas neuè ipſi heretici qualemcumque occaſionem captent ex fidelium opinionibus, ſeu queſtionibus, vel locutionibus vndequaque inutilibus, ad eorum errores, contumaci, & proterua audacia tutandos, ſententias veras, tutioreſq; eligamus, per viamque regiam (vt dicitur) ambulemus, firmiter credentes, docentes, atq; prædicantes, in Sanctorum canonizatione ritè facta ſecundum morem Eccleſiæ Romanæ, Papam Paſtorem, atque patrem vniuerſalis Eccleſiæ, non poſſe errare, Sanctoſq; canonizatos eſſe in Cœlo Beatos, pro noſtra ſalute orantes. Quod aſſeruerunt præſertim Clemens VII. in Bulla canonizationis S. Antonini Archiepiſcopi Florentini, & Siſtus V. in illa S. Didaci, vt alios nunc omittam breuitatis gratia, quos in particulari ſupra retuli in Cap. 5.

4 Hinc eſt, quod in vitis quorundam
§. 2. ſanctorum palam legimus punitionem diuinitus ſecutam contra illos, qui temerarie auſi ſunt non rectè ſentire, ac obloqui de ſanctitate, & gloria amicorum Dei, qui fuerunt Spiritus ſancti organa, per quos ſanctus ſanctorum loquutus eſt nobis, volũtatemque ſuam aperuit, mirabiliaque multa peregit, quos iam Deus omnipotens in ſua amicitia perpetuo ſtabiliuit, & de virtute Dei, multa ſigna per Sanctos canonizatos oſtenſa ſunt, & paſſim in dies demonſtantur. Ad horum firmitatem referenda veniunt, quæ recenſentur in
§. 3. vita S. Remigij deſcripta à Fortunato, & à Cardinali Baronio in ſuis annalibus *ad Annum Domini* 541. & in notis ad Martyrologium Romanum ſub *die prima Octobris*. Vbi inter alia narratur. Cum Sanctus Remigius Antiſtes Rhemenſis, & ob illius eximiam vitæ ſanctitatem Francorum Apoſtolus appellatus, de mandato Hormiſdæ Pontificis Romani conuocaſſet Concilium Generale Epiſcoporum Galliæ, & diuerſarum Prouinciarum, cui ipſe præerat nomine Summi Pontificis, tamquam ipſius legatus. Arrianus Epiſcopus ſuperbia inflatus, Catholicis omnibus varijs artibus inſultabat. Accidit caſus, vt cum ingrederetur Concilium S. Remigius à multitudine Patrum expectantiũ, aſſurgentibus omnibus, reuerenter ſicut Angelus Dei ſuſcipiebatur: Arrianus verò de quo ſupra, arrogantia plenus, & ſicut alter Goliath nimis, elatus cõtemñs ſanctitaté prædicti viri, tantiſq; ſignis à Deo illuſtratam, etiam dũ viueret, dedignabatur eidem ſacro præſuli aſſurgere (res certa digna admiratione) ex tranſitu, apud illum, viri ſancti ita obmutuit hereticus ille, vt nec verbum quidem vllum deinceps effari potuerit. Magnum planè miraculum, Garrulam linguam, & petulantem, quæ Dei filium iugiter blaſfemauerat odio inplacabili inſequens ſanctos, ſolo tranſitu, conpreſſiſſe, vinculis inuiſibilibus obligaſſe, atq; intra dentium clauſtra arcto carcere obſeraſſe. expectantibus enim omnibus, vt poſt allocutionem S. Remigij hæreticus ille aliquid mali opponendo, diceret, nec verbũ potuit loqui, ſed ad veſtigia ſancti viri pronus cadens, cunctis ſtupentibus veniã nutibus petijt. Cui Antiſtes *in nomine inquit D. N. Ieſu Chriſti verè filij Dei viui ſi ita de eo ritè ſentis loquere, & de illo ſicut catholica credit Eccleſia, crede, & confitere*. Ad cuius vocem antea ſuperbus hereticus, humilis iam, & Catholicus diuinitus effectus, catholicam fidem de ſancta inſeparabili Trinitate, & de Chriſti incarnatione catholicæ confeſſus eſt, & in eadem confeſſione fidei ſe permanſurum vſq; ad mortem eſt pro-

Digitized by Google

ſeſſus, ſicquè animo per infidelitatem perdito, animæ, & corporis voce propter ſuperbiam condemnato, virtute diuina S. Remigius,& animæ, & corporis reddidit ſanitatem, Deus hoc facto admonens mortales, quanta reuerentia, quantoqnè honore amici illius ſint afficiendi.

§. 3. Ad quod magis conſtabiliendũ Ioannes quoq; 22. *in Bulla Canonizationis S. Thomæ*, §. *alijs*, dum narrat de quodam viro, qui nõ benè loquebatur de S. Tho. & de virtute Dei, qua mirabilia operatur in Sanctis ſuis, cui dum per Clericũ quemdam ſæcularem officium Cappellani exercentem, plures venerandæ, reliquiæ demonſtrarentur, & præfatus Capellanus aſſereret precioſiores adhuc ſe habere reliquias, videlicet manum demortui Beati Fratris Thomæ de Aquino, illicò hunc Capellanum deridens eas videre deſpexit, dicendo *Sanctus non eſt*, ob quam irreuerentiam fuit grauiter à Deo infirmitate, & timore magno correctus. Tandem pœnitentiam agens de errore commiſſo, illumquè valde deplorans ingenti lacrymarũ vi, à Sacerdote petitam veniam obtinuit, reuerenter, ac deuotè manum eiuſdem Sancti deoſculans, confeſtim à tremore, & infirmitate liber euaſit, ac inſuper maximũ ex dicta manu, ſuauitatis odorem progredientem, tunc ſenſit.

§. 4. Ex Surio, & Zacharia Lipeloo *die 4. Martij, in vita S. Petri Abbatis Cauenſis* narratur qualiter Sergius Monachus, qui dum viueret B. Petrus ab eodem fuerat de ſuis criminibus ſæpè correctus, & fortè punitus, ex animo vindictæ, ac in contemptum iam demortui Sancti ſpuebat, alioſquè actus contemptus, ac irriſionis agebat ad illius ſepulchrum; ideò mox facies eiuſdem Monachi irriſoris enormiter intumuit, & os ita extorſit, vt in maxillam depoſitum videretur, neque prius curari potuit, quam iuſſu viuentis Abbatis Simeonis, ſucceſſoris S. Petri, ante ſepulchrum eius deuotè, ac reuerenter oraret, ac peteret, vt orationibus eiuſdem S. Petri ſanaretur.

§. 5. Ex vita pariter Sancti Stanislai Epiſcopi Cracouienſis, & Martyris per Ioãnem Longinum ſcripta, ac per Surium, & alios ſinceriores Authores, poſt recẽſitũ factũ de partibus corporis eiuſdem Sancti, quod fuit mẽbratim conciſum, & per agros proiectũ, quas partes, Canonici Cracouienſes, nocturni de cælo ſplendoris indicio collegerunt; quæuè ſubito ita inter ſe copulatæ ſunt, vt nulla vulnerum veſtigia extarent. Narratur ſacrũ corpus ad ædem S. Michaelis ſub dio, à dictis Canonicis ſepultum fuiſſe, non obſtãte Regis furore, qui propria manu eundem Sanctũ oſtiam immaculatam ad altare offerentem obtruncarat, eiuſq; ſacrum ſepulchrum varijs miraculis illuſtrari, præſertim aſſiduis de nocte cœli luminarijs, quæ luminaria viſa per eundem impium Regem, quæ grauitatem ipſius ſceleris arguebant, in pœnam cujus, die, noctuq; exagitabatur, adeo vt nec cibum, nec ſomnum capere poſſet; tandem ira Dei deſcendens ſuper illum, metuens à ſuis occidi, poſt receſſum à ſuo Regno circa annum ſecundum languore, & amentia percuſſus eſt. Deniquè à proprijs canibus, iam repentina morte extinctus (vt fertur) deuoratur.

§. 6. Petrus quoque Raulanus Panormita in vita Sancti Vincentij Ferrerij Ordin. Prædicatorum, & Surius pariter *in tomo 2. & die 5. Aprilis*, referunt pilis barbæ Sancti Vincentij aſſeruatis ex deuotione à Gulielmo Porta, in quodam panno, liberatam fuiſſe quandam mulierem à Dæmone obſeſſam.

§. 7. Quid ſimile narratur ab Innocentio Tertio, in Bulla Canonizationis Sancti Petri Martyris. *Quidam autem*

tem dum veſceretur cum alijs, & Beati Petri Martyris pro fidei dilatione recenter occiſi, ſanctitatem, & miracula deprauaret, ſumpto quodam ſub hac atteſtatione morſello, quod eum non poſſet, ſi circa hæc delinqueret transglutire, ſenſit mox ipſum gutturi ſuo ſic hærentem, vt illum educere, vel inducere non valeret, à quo ſuffocabatur, quare illicò pœnitens, & iam vultus mutato colore, quaſi ſentiens vicinæ mortis euentum, facto intra ſe voto, quod lingua de cætero ad talia nõ laxaret; fuit protinus è vomitu illius liberatus, & Sancti Petri Martyris deuotus deinceps ſemper fuit.

§. 8. Ex Bulla quoque canonizationis Sancti Vincentij Ferrerij Ordinis Prædicatorum, & probatiſſimis Authoribus, inter quamplura de eodem ſancto Viro Apoſtolico, & mirifico imitatore ducis ſui Sancti Dominici narratur, quod poſt magnos exanthlatos labores pro tollendo ſchiſmate, quo tunc Eccleſia laborabat, Auinione in grauiſſimam, ac planè deſperatam infirmitatem incidit, quo tempore, miro ſplendore circundatus, adfuit illi Chriſtus, Angelorum agminibus vallatus, Sanctorumquè Dominici, & Franciſci præſentia comitatus, qui leuiter Vincentij maxillam tetigit, eiq; mox è lecto ſurgere præcepit, qui iam effectus ſanus ſtatim Saluatoris obtemperans mandatis, ſurrexit, & prædicationi ſe dedit, iam iamquè imminentem ſæculi finem, extremumq; iudicij diem, vt animos audientium in Dei amorem inflammaret, palàm denunciabat, & ſub patenti ſpecie in hora tranſitus Beatorũ Angelorum exercitus ad ſe conuenientes, magna animi ſui lætitia conſpexit.

Punctum Quintum.

De iuſta hominum punitione, qui data opera irreuerenter agunt circa Sanctos, vel eorum reliquias, aut ſepulturas.

§. 1. PRo maiori exactioriq; claritate ſupra narratorum animaduerto, quod S. Auguſtinus ſermone ſecũdo de Sanctis Petro, & Paulo ad vltima verba, per modum concluſionis, inquit: *Quis ergo honorat & Sanctos Martyres, honorat & Chriſtum*. Et ſtatim ſubdit: *& qui ſpernit Sanctos, ſpernit & Chriſtum Dominũ noſtrum*. Tanto quidem ardore diligit Deus Iuſtos, ac Sanctos, cupitquè illos ab hominibus honorari, vt etiam acriter puniat violatores, atque irreuerentiam inferentes, ne dum Sanctis, verum etiam illorum reliquijs, & ſepulchris, de quo extat præſertim exemplum relatũ à Cardinali Baronio tomo 10. Annalium Eccleſiaſt. anno Domini 878. de Lydo Sacellario, qui Diabolica excitatus ſuggeſtione Photij, crudeliter ſæuientis contra ſanctum Preſulem Ignatium demortuum, ne dum toto ſuo conatu impedire contendebat populorum deuotionem, ac frequentiam venientium ad ſepulchrum prædicti ſancti, vt ſuis ægeſtatibus opem conſequerentur, vt abundè quotidie contingebat, ſed eoſdẽ iniurijs, ac etiam verberibus aliquando pellere nitebatur. Verum ira Dei nolens diu hanc irreuerentiam tolerare, ſed vindictam de tanto crimine celeriter aſſumere; acerbiſſimis doloribus ipſum afflixit, ac ſi continuò moreretur, inter quæ tormenta ſpatio quatuor dierum animam miſerrimè efflauit.

§. 2. Et vt verbis vtar S. Gregorij libro 1. Dialog. cap. 4. dicentis: *Silere non debeo, quod de Sancto Equitio Abbate quondam*

dam

Digitized by Google

dam à Reuerendiſsimo Valentino narrante cognoui, aiebat namque, quia corpus eius, dum in Beati Laurentij Martyris oratorio eſſet humatum, ſuper ſepulchrum illius, Ruſticus quidam arcam cum frumento poſuit, nec quantus qualiſquè vir illic iaceret, perpendere, ac vereri curauit. Tunc repentè Turbo cœlitus factus, rebus illic omnibus in ſua ſtabilitate manentibus, arcam, quæ ſuperpoſita eius ſepulchro fuerat extulit, longèq; proiecit, vt palàm cūcti cognoſcerent, quanti eſſet meriti is, cuius illic corpus iaceret.

Statimq; ac immediatè ſubdit, *etiam ea, quæ ſubiungo. Venerabilis Viri fortunati, qui valde mihi (ætate, opere, & ſimplicitate placet) Relatione cognoui, eandem Valeriæ prouinciam, (Sanctus enim Equitius, vt teſtatur ipſemet Gregorius, vbi ſupra, Valeriæ Prouinciæ extitit Abbas magnæ ſanctitatis, & admirationis) Longobardis intrantibus ex Monaſterio Reuerendiſsimi viri Equitij, in prædicto oratorio, ad ſepulchrum eius Monachi fugerunt, cumquè Longobardi ſæuientes, oratorium intraſſent; cœperunt eoſdem Monachos foras trahere, vt eos, aut per tormenta diſcuterent, aut gladijs necarent, quorum vnus ingemuit, atque acri dolore commotus clamauit. Heu, heu Sancte Equiti: Placet tibi, quod trahamur, & nos non defendis? Ad cuius vocem, protinus ſæuientes Longobardos immundus ſpiritus inuaſit, Qui corruentes in terram, tandiu vexati ſunt quouſque hoc cūcti etiam qui foris erāt Longobardi cognoſcerent, quatenus locum ſacrum temerare vlterius nō auderent; ſicquè vir ſanctus, dum diſcipulos defendit, etiam multis poſt remedium illuc fugientibus præſtitit.*

Punctum Sextum.

De cura, & honore, quo cadauera famulorum Dei ſepelienda ſunt.

6 QVa occaſione breuiter inſinuabo
§. 1. valde gratum ſemper fuiſſe Altiſſimo, vt cadauera famulorum ſuorū decenter ſepelirentur, & loca, in quibus ſepulta iacerent, fideles venerarētur. De primo enim, innumera extāt exempla, noui, & veteris teſtamenti fuſius relata in ſacris Literis, & à ſanctis Patribus, præſertim S. Hieronymo de Viris Illuſtribus, & à Gregorio Magno *lib. Dialog.* vbi curſim ad memoriam reuocabo illud Sancti Hieronymi, quod in 2. cap. huius Elucidarij enarraui, de duobus leonibus diuinitus terram effodientibus in loco, vbi condendū erat D. Pauli primi Erem. corpus. Et illud, quod narrat Paulus Diaconus nobilis ciuitatis Foroliuienſis, de quo latius apud *Surium tomo 2. die 9. Aprilis, de corpore Sanctæ Mariæ Aegyptiacæ*, dum Abbas Zoſimus oraret, vt ſibi oſtenderetur locus ſepulturę ipſius ſanctæ iam demortuæ, vbi nam videlicet ſepeliendum eſſet corpus ipſius, ſtatim ad eleuationem oculorum mirandam intuitus eſt Scripturam ſequentia continentem. *Sepeli Abbas Zoſime Mariæ corpuſculum, redde terræ, quod ſuum eſt; & pulueri adijce puluerem, & ora Dominum pro me.* Vbi Leo repentè ex interiori deſerto miraculosè accurrens cum brachijs, & vngulis fecit foueam, quam ſenex Abbas effodere non valebat, propter nimiam ſenectutem, & corporis debilitatem, quanta ad ſepeliendum corpuſculum Sanctæ mulieris ſufficere poſſet, in qua hymnis, & orationibus eiuſdem Sanctæ corpuſculum, nō ſine lachrymis ſenioris Abbatis reconditum eſt.

Qui-

Digitized by Google

§. 2. Quibus addi poteſt illud, quòd Surius narrat die 22. Ianuarij eueniſſe de corpore ſancti Anaſtaſij Martyris canibus proiecto, à cuius dilaceratione miraculosè abſtinentes intactum, ac rara pulchritudine fulgens repertum eſt, & in Monaſterio Sergij Martyris honorificè tumulatum; vbi tanquam omnibus manifeſtum relinquo id, quod euenit de corpore ſancti Sebaſtiani Martyris, in cloacam proiecto, qui in ſomnis apparens religioſæ matronæ S. Lucinæ, opera eius extractum eſt illud corpus ab illo turpi loco, & ad Cathecũbas in initio Cryptæ, iuxta veſtigia Apoſtolorum reconditum fuit. Et pariter de reliquijs ſancti Staniſlai, mandato impij Regis Poloniæ feris proiectis, à multitudine tamẽ Aquilarũ, non ſine miraculo, magnoq; ſtudio cuſtoditis, ita vt nec feræ, nec volucres eas attigerint. Cum alijs de hoc ſingulari paulò ſuperius adductis.

Punctum Septimum.

De Cœmeterijs præſertim Vrbis.

7 §. 1. DE ſecundo verò, videlicet de loco, in quo voluit Deus corpora famulorum ſuorum recondi, qui antiquitus, & ad hæc vſque tempora *Cœmeterium* dicitur, quæ vox, ſiue nomen ſignificat dormitorium mortuorum. Ideò Apoſtolus, & Eccleſia frequenter, ne dicam, paſſim, Sanctos mortuos, dormientes appellant, quia eos reſurrecturos eſſe credimus. Habetque originem, nomen *Cœmeterij* à voce græca; nempè dormio, quamuis apud Cretenſes, vt nonnulli tradunt Scriptores, præſertim Athenæus, publicæ ædes, quibus hoſpitio peregrini recipiebantur, cœmeteria nominabantur.

§. 2. Fideles verò in principio naſcentis Eccleſiæ, prædicta loca ſepulturæ fidelium, maximè Sanctorum, Cœmeteria appellarunt, quæ ſacrare voluerunt, vt diſtincta omninò eſſent à profanis ſepulturis, vt colligitur ex ſancto Cypriano Epiſt. 68. De quibus Cœmeterijs frequẽter mentionem habet ſanctus Clemens Martyr, & Pontifex lib. 6. conſt. Apoſtol. cap. 30. in quibus fiebant frequentiſſimi conuentus fidelium pro anniuerſarijs Sanctorum Martyrum celebrandis, pro Synodis habendis, & pro ſacramẽtis miniſtrãdis. In quibus præſertim Baptiſmi Sacramentum miniſtrabant ſancti Pontifices; quemadmodum legitur de ſancto Petro Apoſtolorum principe, quod in Cœmeterio Oſtriano innumeram fideliũ multitudinem, ſacro fonte mundauerit.

§. 3. Numerus præcipuorum nobilium Cœmeteriorum in Vrbe, & extra Vrbẽ erat ſupra 43. quæ in ſpecie, & in particulari ſigillatim cũ eorum Authoribus fusè numerat Petrus Galeſinius in notationibus ad ſuum Martyrologium 13. Kal. Febr. §. *In Cœmeterio*. De quibus Cœmeterijs aliqua etiam narrat Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum ad diem 20. Ianuarij, §. *Ad Cathecumbas*.

Punctum Octauum.

De Impijs ſepultura Eccleſiaſtica priuatis.

8 §. 1. VBi etiam cũ oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant, maxima breuitate, aliqua pauca dicam de Impijs iuſto Dei iudicio vſu ſepulturæ in loco ſacro priuatis. Scribit enim Cyrillus in epiſt. de laudibus S. Hieronymi ad Auguſtinum, de malo quodam Sacerdote maioris Eccleſiæ cuſtode, cuius corpus ſepultum in loco ſacro Sacerdotibus deſtinato, vt eius punitionem cun-

ctis

ctis Deus manifeſtaret, ſequenti nocte ad ſepulchrum ipſius, tantus in Eccleſia, eiuſque Cœmeterijs auditus eſt ſtrepitus, quod rumore, ac terrore nimio ciues excitati, pauore incenſi velut amentes ad Eccleſiam cócurrebant orationibus Deum deprecantes, vt imminentia mala propelleret, ſperantes ceſſationem prædictorum, ad quem effectũ indictæ fuere preces. Sequenti verò nocte prædicta mala creuerunt, ita vt populus parum ſperaret de remedio. Die tamen eluceſcente, omnibus in Eccleſia congregatis, occaſione, & fine, quo ſupra, glorioſus Sanctus Hieronymus ſole ſplẽdidior in Eccleſia viſibiliter apparuit circa horam nocturni ſilentij, in forma deuotè orantis, ante altare morabatur, ſuper quo ſtupente populo alta, & intelligibili voce dixit. Cuncta hæc mala euenijſſe ob Sacerdotis illius impij miſerum cadauer, ſacris indignè locis conditum. Ideò præcepit, vt ipſius cadauer exhumarent, flammiſquè cremandum traderent, quo ſtatim expleto finem habuerunt mala, de quibus ſupra.

§. 2. Huic addi poteſt, quod narrat Gregorius Turonenſis libro 1. de Gloria Martyrum cap. 89. de quodam Antonio viro ſcelerato, Deo, & hominibus odibili, propter eius maxima ſcelera, cuius cadauer poſt mortem in Baſilica Sancti Vincentij vrbis Toloſanæ ſepulturæ fuit traditum. In alta noctis ſilentia, dum ſopor cunctos arripuiſſet, cadauer illud per feneſtram proijcitur, & in medio atrij deponitur, ita vt à cunctis conſpiceretur. Denique propinqui illius nõ intelligentes virtutem Dei, profundiorem foueam altero die edere curarunt in eodem templo, die ſequenti inuenerunt illud iterum foris reiectũ, & in eundem locum proiectum, tunc enim cuncti intellexerunt, id in pœnam ſuorum delictorum eueniſſe, in quo loco in teſtimonium magnalium Dei, reſeruatur vſque adhuc.

§. 3. His pariter addam, quæ ad confirmationẽ prædictorum, expreſſis verbis narrat S. Gregorius Magnus lib. 4. Dialog. cap. 53. dum ait: *Adeſt quoque in præſenti, Venerabilis Frater Venantius Lunenſis Epiſcopus, & magnificus Liberius vir nobiliſſimus, atque veraciſſimus, qui ſe ſcire, ſuoſque homines interfuiſſe tantæ rei, quam narrant nuper Genuenſi vrbe contigiſſe. Ibi namque, vt dicunt, Valentinus nomine, Eccleſiæ Mediolanenſis defenſor defunctus eſt, vir valde lubricus, & cunctis leuitatibus occupatus, cuius corpus in Eccleſia Beati Martyris Syrij ſepultum eſt. Nocte autem media, in eadem Eccleſia factæ ſunt voces, ac ſi quis violenter ex ea expelleretur, atque traheretur foras. Ad quas nimirum voces cucurrerunt cuſtodes, & viderunt duos quoſdam teterrimos ſpiritus, qui eiuſdem Valentini pedes, quadam ligatura ſtrinxerant, & eũ ab Eccleſia clamantem, ac nimium vociferantem, foras trahebant, qui videlicet exterriti ad ſua ſtrata reuerſi ſunt. Mane autem facto, aperientes ſepulchrum, in quo idem Valentinus poſitus fuerat, eius corpus non inuenerunt, cumque extra Eccleſiam quærerent, vbi proiectum eſſet, inuenerũt hoc, in ſepulchro alio poſitum, ligatis adhuc pedibus, ſicut ab Eccleſia fuerat abſtractum, ex qua re Petre collige, quia hi, quos peccata grauia deprimunt, ſi in ſacro loco ſepeliri ſe faciunt, reſtat, vt etiam de ſua præſumptione iudicentur, quatenus eos ſacra loca non liberent, ſed etiam culpa temeritatis accuſet.*

Pun-

Punctum Nonum.

De pœnis contra tribuentes ſepulturam ſceleratis hominibus.

9 §. 1. DE pœna pariter ſubſequente eos, qui ſepeliunt indignos in Eccleſijs Deo dicatis, ex Diuo Gregorio refert Lucas Tudenſis lib. 1. *contra illos, qui dicunt Chriſtum, vel Sanctos in hora mortis Sanctorum non adeſſe ad ſolatium animarum cap.* 16. de Valeriano Patricio Brixienſi, qui fuerat vſque ad ætatem decrepitam, leuis, ac lubricus contemnẽs ſui emendationem, cum de cõſenſu Epiſcopi eiuſdem Ciuitatis, cadauer ipſius poſt mortem fuiſſet ſepulturæ traditũ, in Eccleſia Sancti Fauſtini Martyris; eadem nocte Sanctus Fauſtinus apparuit cuſtodi illius Eccleſiæ, cui mandauit, vt ſuo nomine referret Epiſcopo, vt proijceret de Eccleſia fętentes carnes Valeriani, quas ibidem poni curauerat, aliàs quod die 30. Epiſcopus moreretur, quam viſionem cuſtos ob timorem renuit denunciare; die verò 30. Epiſcopus, cum veſpertina hora ſanus, atque incolumis ad lectum rediјſſet, ſubita, & inopinata morte defunctus eſt. Ex quibus colligit Lucas Tudenſis, quæ ſequũtur, videlicet: *Si igitur omnipotens Deus tanta ſeueritate, temeritatem tanti Sacerdotis puniuit, quantà putas animaduerſione, maiora ſcelera, vel conſimilia in Chriſti Eccleſijs perpetrantium audaciam, vel cupiditatem minorum puniet Sacerdotum?*

Punctum Decimum.

Eccleſia nequit errare in Sanctorum canonizatione.

10 §. 1. DEnique præter multitudinem relatorum Authorum in 5. cap. expreſsè quoque docet Author Summæ Aſten. p. 2. lib. 6. tit. 29. art. 5. & Author Armillæ, alijque Summiſtæ ferè omnes verbo *Canonizatio num.* 3. infallibilitatem iudicij Pontificis Romani, in actu canonizationis Sanctorum. *Iudicium ergo Patris audite*, & iuxta illud Eccleſiaſtici *cap.* 3. Sic facite, ſiue credite, vt ſalui ſitis, inutiles euitantes quæſtiones, quę potius ſcandalum pariunt.

§. 2. Ideò Cardinalis Tuſcus tom. 1. pract. concluſ. verbo *Canonizatio*, concl. 41. num. 4. poſtquam refutauit Gloſſam *in cap. 1. de reliq. & vener. Sanctorum, in 6.* verſicul. *Sedis Apoſtolicæ*, inquit, non eſſe credendum, quod Eccleſia poſſit errare in canonizatione Sanctorum, pro qua ſententia adducit ſanctum Antoninum, & alios quamplures Summiſtas, & num. 14. innixus rationi, & authoritati multiplici concludit, quod cũ hic (ſcilicet in actu Canonizationis) agatur de cauſa maiori, quæ reſpicit cauſam fidei, ob id reſeruatam neceſſariò authoritati Papæ, pro quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus rogauit, vt non deficiat eius fides, cumque agatur de actu obediendi, agaturque de materia peccati, & quæ poteſt in Eccleſia Dei inducere ſcandalum, aliaque grauia mala, tandem rectè concludens, *ſtrictiſſimè, & cum omni reuerentia procedendum eſt,* (intellige in ſubiecta materia) *ita vt etiam in dubijs authoritas Papæ interuenire debeat, nam melior eſt obedientia, quàm ſacrificium.*

Punctum XI.

Explicatur ſententia Caietani.

11 §. 1. HInc eſt quod Caietanus *in opuſculo de Indulgentijs ad Iulium Medicem cap.* 8. circa finem, reſpondendo ad obiectionem fundatam in authoritate Eccle-

Eccleſiæ, inquit, *præſumitur enim de iure pro Iudice ſemper, niſi manifeſtè appareat error,* ac exemplificans, ait, *Sicut abſquè falſitate prædicat Eccleſia talem Sanctum, ſupponens illum eſſe ritè canonizatum:* ac paucis interiectis ſubdit, *præſumit enim Eccleſia canonizationem ritè factam,* quaſi diceret, quamuis ordinariè, & regulariter in caſu omiſſionis diligentiarum (quæ ex regulis ſanctorum Patrum adhiberi ſolent, vt canonizatio ſit ritè facta,) poſſit accidere error humanus, tamen omnibus ritè ſeruatis nullus poteſt eſſe error; ideò paulò inferius repetit, Eccleſiam præſumere canonizationem Sanctorum ritè factam, quo caſu neceſſario præſupponitur pro iudice præſertim habito reſpectu (non tantum, ad illa, quæ antecedunt actum canonizationis) verum & ad ipſummet actum ſolemnis canonizationis Sanctorũ, quo actu Summus Pōtifex diffinitiuè declarat ſanctitatem alicuius famuli Dei, & hoc vi, & virtute aſſiſtentiæ Spiritus ſancti, de qua alias copioſius dictum eſt cap. 3.

Punctum XII.

Regulariter præſupponitur, ſeruata fuiſſe cuncta ſeruanda in Sanctorum Canonizatione.

12 §. 1. AD interrogationem verò illorum, qui ſcire cupiunt, quando credendum ſit, quod fuerint ſeruata omnia ſeruanda in Sanctorum canonizatione, reſpondendum eſt, id eſſe ordinariè, ac regulariter præſupponendum, niſi conſtaret de manifeſto errore, quod nunquam accidit, neque timendum eſt, vt eueniat circa Canonizationes Sanctorum à Sancta Sede Romana celebratas, atque celebrandas tanta vigilantia, magna diligentia, atque repetito ſtudio, ideò in Bullis Canonizationis ſemper fit expreſſa mentio de obſeruantia eorum, quæ veniunt obſeruanda in conſimili actu per ſequẽtem clauſulam, ſiue aliam æquiualentem inſertam ordinariè, immediatèque ante decretum finale Canonizationis, videlicet:

Tandem ritè peractis omnibus, quæ Sanctorum Patrum authoritas ſacrorum Canonum ſtatuta, Sanctæquè Romanæ Eccleſiæ antiqua conſuetudo in re huiuſmodi peragenda præſcribunt, &c. Quæ diligentiæ in dies magis, ac magis in numero, & qualitate piè augentur, & rigoroſius cuſtodiuntur, Eccleſia enim vigil ſupra modum eſt, maturaque deliberatione, præhabita, diligenti examinatione cuncta ponderat, itaut ſit impoſſibile, vt erret. in ea quidem habitat Spiritus veritatis, à quo mirabiliter maximè in his regitur.

§. 2. Quod totum patet euidenter in Bullis Canonizationis omnium Sanctorum in ſpecie in illis ſupracitatis, præſertim in illis Sancti Caroli, ſanctæ Franciſcæ, & ſanctæ Thereſiæ nouiſſimè canonizatorum. Hic omitto ſermonem de Bulla canonizationis Sanctorum Philippi Nerij, Ignatij fundatoris Societatis Ieſu, atque ſancti Franciſci Xauierre, quia illas non vidi, & fortè adhuc non ſunt expeditæ. Ex actis tamen eorundē Canonizationum liquidò conſtat cuncta accuratè fuiſſe obſeruata, prout ſuprà immediatè dictum eſt, atque probatum de alijs, eorumque canonizatio ſimul celebrata fuit cum illa S. Thereſiæ, & S. Iſidori.

13 §. 1. Inſuper ſi diligenter, & attentè, (vt decet) conſiderentur quæ ſcripſit Caietanus, circa certitudinem canonizationis Sanctorum in præcitatis locis ad minus, per principia communia, vbi præſertim extollit authoritatem, & infallibilitatem Summi Pontificis Romani, ne-

dum

dum circa ea, quæ ſunt de fide, verum etiam circa illa, quæ pertinent ad bonos mores totius Eccleſię ſanctę Dei, nequit in veritate connumerari inter illos, qui liberè nimis, ne dicam temerariè loquẽtes proferunt ſine aliquo rationis fundamento poſſe Rom. Pont. errare in Sanctorum Canoniz. cum loquatur ſemper in hoc part. potius cũ magna reuerentia modo inſinuato; dũ de errore poſſibili mentionem facit, tanquam verus, ac fidelis S. Tho. diſcipulus, in hocq; pręſertim Pręceptoris ſui ſentẽtiam eſt ſequutus, de pietate ſcil. fidei, modo declarato *in 4. cap.* quo modo loquendi de pietate ſcilicet fidei, vſi ſunt nonnulli Authores etiam moderni in ſpecie citati *cap. 5. ad 5. & 6. concluſionem*.

Punctum XIII.

Caietani ſententia eſt conformis doctrinæ D. Thomæ circa infallibitatem actus Canonizationis.

§. 2. Caietanus enim tract. de Indulgen. *cap. 8. §. ad id vero.* expreſsè dicit ſe ſentire *in hoc particulari cum D. Thoma*, nam verba eius ſunt, *de Canoniz. SS. vt S. Tho. dicit.* Senſus itaq; ipſius coincidit cum illo Sancti ſui Præceptoris D. Tho.

§. 3. Cum quo S. Doctore pręſuppoſita canoniz. ritè facta per Eccleſiam Rom. ſeruatis, vdel. ſeruandis, de quibus ſupra in hoc cap. & alibi, non dubitat affirmare, Papam minimè poſſe errare in SS. Canonizat. & ſi aliquando trepidat in hoc Caiet. & videatur apparenter declinare ad affirmatiuam, & contrariam opinionẽ, ſermo eius abſq; dubio interpretandus eſt, non de actu vltimo diffinitiuo ſolemnis Canoniz. verũ de alijs præcedentibus, ſiue de aliquo illorũ, quæ præcedunt actum ſolẽnis Canoniz. in quibus poteſt accidere fallacia, vel error humanus; verba equidem ipſius Caiet. ſũt, quæ immediatè ſequuntur. *Poteſt interuenire error humanus in Canoniz. alicuius ſancti, vt S. Thom. dicit.* Se igitur palàm ſemper remittit circa hoc in omnibus, & per omnia diſpoſitioni doctrinæ Sancti Thomę, & proculdubio illi in ſpecie, quam tradit S. Tho. *quodl. 9. nu. 16.* cum ex profeſſo nõ tractet S. Tho. hanc quæſtionẽ de certitud. glor. & canoniz. SS. niſi loco citato. ſed in 3. *cap. copioſè quidem demonſtratum eſt*, qualiter S. Tho. nullum prorſus admittat errorem poſſibilem in actu ſolẽnis Canoniz. Licet aliqualiter circa atteſtationẽ miraculorũ id videatur concedere, quæ fit per homines, qui ordinariè falli, & fallere poſſunt ſpectata illorũ ordinaria conditionẽ, iuxta illud Dauid, *Omnis homo mendax*, ideò certiſſimus eſt ſẽſus ſuperius adductus ex Caiet. qui nunquam ſimpliciter dixit poſſe euenire fallaciam in Canoniz. SS. ſed conſequenter loquutus eſt in ordine, ſcilicet ad illos actus, in quibus poteſt interuenire error humanus, ſi ſub hac ratione formali tantum conſideretur, vt ab homine fallaci prouenitur.

§. 4. Eo magis, quia ipſemet Caiet. ſeipſum manifeſtè declarat in tractatu illo, quem poſt alium de Indulgẽtijs edidit, ac inſcripſit *de Concept. B. Virg. tract. 1. cap. 1. §. accedit, ſub num. 7. ſecundum impreſſionem Venetam 1596.* dum expreſsè inquit, *Miracula, quæ ab Eccleſia ſuſcipiuntur in Canonizatione Sãctorum, quæ tamen maximè authentica ſunt, cum humano teſtimonio innitantur, eorum ſcilicet, qui teſtantur non omninò certa ſunt,* hæc ille.

Quibus verbis clarè oſtendit, quod ſi quis eſt error poſſibilis inuenitur in actibus pręcedẽtibus vltimum, ſolemnemq; actũ Canonizationis, neceſſariò venit refundendus in hominũ fallacem cõditionem, modo iam explicato, ideò aſſignãs cau-

cauſam proximam ſui dicti de mente D.Thomæ, ſubdit immediatè, *Quoniam ſcriptum eſt, omnis homo mendax*, Ecce iam clara facta ſunt omnia ad veram Caiet. defenſionem adducta, & ex verbis ipſius ritè collecta.

Immò per illa verba ſuperius adducta ex Caietano tract. 1. de Concept. B. Virgin. *Miracula, quæ*, &c. vt apertius demonſtret ſe in omnibus verè ſentire cum ſuo Angelico Præceptore inſinuat aliud, & eſt, quod etſi attenta conditione fallaci hominum, in atteſtatione miraculorum adeſſe poſſit error humanus, ſi tamen conſiderentur illa miracula, vt ordinata ad canonizationem Sanctorũ per Eccleſiam celebrandam, non ſine maxima exaltatione fidei Catholicæ, fortè nullus eſſe poteſt error, neque in atteſtatione eorum, ſeruatis tamen ſeruandis, ſub quo reſpectu, & ratione formali, miracula, de quibus, ſupra appellat maximè authentica.

§. 5. Ne videar loqui abſque euidenti fundamento veritatis (Deo duce in omnibus, qui eſt ipſamet veritas) ex verbis D. Thomæ expreſſis, euidenter id omne demonſtrabo. Iam certum eſt Caiet. ſequi in hoc particulari S.Thomam, cuius verba ſunt *quodlib. 9. art. 16. ad 2. argumentum* dicendum eſt, *quod Diuina prouidentia præſeruat* Eccleſiam, *ne in talibus per fallibile hominum teſtimonium fallatur*. Hæc ille. Quibus verbis duo oſtẽdit. Primò, quod tota radix poſſibilitatis, vt ſequatur, ſiue oriatur error circa atteſtationem miraculorum, oritur ex fallaci conditione hominum. Secundò, dato, quod hominum malitia, vel alia humana cauſa in conſimili atteſtatione aliquando caderet error, vt ad initium huius cap. nu. 2. explicatum eſt, nihilominus, vt latius dicam *cap. 7. in reſponſ. ad vltimum argumentum*, Deus fidelis in verbis ſuis, nunquam in neceſſarijs derelinquit, vel in poſterum derelinquet Eccleſiam Catholicam Romanam, ſua diuina prouidentia, remediumq; iam attulit, ne Eccleſia in his fallatur, quod remediũ cõſiſtit in hoc, vt in actu ſolẽnis canonizationis dirigatur Sũmus Pontifex, inſtinctu, & aſſiſtentia Spiritus ſancti, quemadmodum copioſius probatũ eſt 3. cap. quod etiam in Bullis Canoniz. diuerſorum Sanctorum affirmant Pontifices Rom. etiam moderni, vti *Sixtus Quintus in illa S. Didaci*, & *Clemens in illa* S. R*aymundi*, ac *Pauli V. in illa Sanctæ Franciſcæ Romanæ*, & S. *Caroli*, quo caſu ſuperius explicato, error ſi quis eſſet; actus tamen vltimus canoniz. in quo formatur decretum Apoſtolicum diffinitiuũ Canonizationis Sanctorũ, nullam penitus haberet dependentiam ab illa fallaci depoſitione. Et hoc eſt etiam vna ex potiſſimis rationibus, quare vt demonſtratum eſt cap. 11. optimum eſt, ne dicam omninò neceſſarium, vt Canonizationes Chriſti Confeſſorum, diferantur in dies, & annos quamplures, prout aliàs frequentius factum eſt.

Punctum XIV.

De diligentijs præmittendis ante actum ſolemnis canonizationis.

14 §. 1. IDeò Clemens VIII. in Bulla Canon. S.Hyacinthi. §. *nullã igitur*; poſtquam recenſuit cuncta iam exactè completa fuiſſe, quæ ad prædicti Sancti Canoniz. erant neceſſaria, itaut nihil iam deſiderari videretur, *quia tamen* (inquit ille) *negotiũ canoniz. eſt magni momenti*; nõ ſtatim proceſſit, illis cõſuetis iam expletis, ad ſolẽnem S. Confeſſoris canoniz. ſed vt ipſemet idem fatetur *exemplo ſuorum Prædeceſſorum, pro rei grauitate indixit, alias preces, orationes, aliaſquè nouas diligentias prætermitti voluit, adhucq; negotiũ protraxit, vt ſecurius deliberare poſſet.*

Idem.

Digitized by Google

Idem quoad ſubſtantiam facti recenſetur (etſi non ita dilucidè) à Sixto V. in *Bulla canonizationis S. Didaci*, in qua inter multa dicitur, *ſummaquè diligentia abundantius exhibita ſunt omnia, & ſingula*, &c.

§. 2. Tertium, quod colligitur ex verbis S.Thomæ, vbi ſupra, dũ proponit 2. argumentum per ſequentia verba *Eccleſia in canonizando Sanctos, teſtimonio humano eum inquirat*, &c. Illud eſt, quod tandem concludit propoſitum ab eo argumentum his verbis, *Ergò cũ teſtimonium hominum ſit fallibile, videtur quod Eccleſia in canonizando Sanctos poſſit errare*. Cõſidero quod apud S.Thom. adeò fuerit certum, & indubitatum, quod Pontifex, & Eccleſia non poſſit errare in Sanctorum canoniz. modo iam ſæpè declarato, quod id vnquam auſus eſt, neque etiam per modum argumenti affirmare, ideò vtitur in argumento ab ipſo formato, voce, ſiue hoc termino, vel nomine. *Videtur*, eo quia *non omne, quod videtur eſt à parte rei, ſecundum quod videtur, ſiue apparet*.

§. 3. Diſcam itaque ex his fideles eximiam Doctoris Aquinatis prudentem modeſtiam imitari, præſertim cum ſuper hoc accedat mandatũ Vrbani V. de approbatione, cõmendatione, & proſecutione doctrinę S. Thomæ in ſua *Bulla ad Vniuerſitatẽ Toloſanã*, (quæ digna fuit in ſua nobili ciuitate recõdere preciosũ theſaurũ corporis S.Doctoris) incipiẽte *Laudabilis Deus*; in qua inter quãplura per modum pręcepti habetur; *Attendentes, quãtã ſcientia à Deo dotatus* [illegible] *Ordin. Prædic. & vniuerſam* [illegible] *uſtrauerit*. pręmiſſa iſta cauſali; ideò ſtatim ſubdit S. Pontifex, *volumus & tenore præſentium vobis iniungimus, vt præfati Beati Thomæ doctrinam, tanquam veridicam, & Catholicam Sectemini, eamquè ſtudeatis totis viribus ampliare*; iuxta igitur monitum Apoſtolicum, nos quoq; amplectamur doctrinam traditam à S.Thoma circa infallibilitatem iudicij Eccleſiæ in Sanctorum canonizatione, & pariter circa certitudinem beatitudinis, & gloriæ Sanctorum, modo præſertim in cap. 5. & 6. abundè declarato, & ad pręſcriptũ illius formemus noſtros diſcurſus, atque diſputationes ad hanc materiam pertinentes.

Punctum XV.

Continens vindicationem doctr. Caietani.

§. 1. SI quis verò dicat Caietanum apertè nimis declinaſſe ad partem affirmatiuam, quod Papa poſſit errare in Sanctorum canonizatione, in *illo tractatu de Indulgentijs ſuperius citato*, ſtatim duo occurrunt reſpondenda. Primum, quod cuncta illa ibidem à Caietano circa hanc materiam canoniz. adducta abundè correxit, atque declarauit ſufficienter, modo iam explicato, dum in hac materia apertè proteſtatur ſe velle loqui tantum ad mentem D. Thomæ, & non aliter, ſed ex copiosè adductis in 4. *cap & in 6.* etiam paulò ſuperius, mens D. Thomę certa, atque indubitata ab eo euidenter explicata, illa eſt, quod Papa non poſſit errare in actu canoniz. Sanctorum, ergo ita ſentit cum D. Thoma, alter Thomas Caietanus, fideliſſimus ſui pręceptoris interpres. Secundum eſt, quod more ſapientis, cuius eſt mutare conſilium, præſertim in melius, vel tutiorem eligere, ac ſequi ſententiam (vt latius declararunt nonnulli Theologi, in rebus fidei, & morum, ac Doct. Catholici, ne dicam fideles omnes relictis ambiguis, ac proprijs fantaſijs, præſertim in materia, de qua fit ſermo, vbi de ſalute animarum agitur in re valde graui) ſeipſum deniq; apertè correxit, atq; ſuam declarauit intentionem, ac mentem in

poſteriori tract. illo 1. *de Concept. B. Virginis poſt illum de Indulgentijs, ab eodem conſcripto, vti dictum eſt*.

Eandem quoq; expoſitionem verborum D. Tho. de qua hic, & fuſius cap. 4. inuenies etiam apud multos alios Authores, præſertim apud Caſtellanũ tract. *de Canoniz. Sanctorũ q. vlt. §. ideò S. Thomas*. Hoc volui addidiſſe, vt vndiq; appareat expoſitionẽ à me hic, & ibi propoſitam, eſſe veram, & ab alijs ante me excogitatam, ac etiam ſcriptis commendatam, nec dũ contra, neq; præter mentem S. Thomæ, ſed à me collectam, præcipuè ex vera, & germana intelligentia verborum S. Doctoris, ſenſui ipſius mirabiliter accommodatam.

Punctum XVI.

Continens animaduerſionem Card. Bellar.

16 §. 1. INſuper magna animi attentione legenda veniunt, quæ tradit Card. Bellarminus de Sanctorum Beatitud. lib. 1. cap. 9. ad initium, vbi expreſsè inquit, de tertio, ſunt duæ ſententiæ, prior eſt Hæreticorum, poſſe Pontificem Rom. errare in SS. Canoniz. conſidera, quod Card. Bellarm. in numero Hæreticorum palàm ſtatuit aſſerentes Papam errare poſſe in SS. Canoniz. Hocq; aſſerit desũpſiſſe ex *Thoma Vuald. tom. 3. de ſacram. cap. 122*. Et verè ſic eſt. Altera (ſubdit ille) eſt Catholicorum aſſerentium certum eſſe, (intellige de certitudine euidenter credibiliũ) Eccleſiam non errare in SS. Canoniz. ita vt ſine vlla dubitatione Sanctos ab Eccleſia canonizatos fideles venerentur, vbi *contrariã ſententiam appellat Hæreticorũ*; igitur noſtra ſententia expreſſa in 6. concl. erit credentium, & ex conſequenti ſaltem aliquo modo de fide, ideò omnino amplectenda, tenenda, ac defendenda.

§. 2. Hocq; ſuadet, quia aliàs liceret dubitare, an Sanctus ritè canonizatus ſit verè ſanctus, & colendus, quod eſt falſum, idque multis rationibus, & authoritatibus præcipuè ex doctrina S. Auguſtini ſuperius *adducta cap. 5. Epiſtola* 118. dicentis, *inſolentiſsima inſaniæ eſſe diſputare, an ſit faciendum, quod tota Eccleſia facit*, cui addit authoritatem quoque S. Bernardi in epiſtola illa notiſſima 174. *ad Canonicos Lugdunen.* vbi loquens de colendis feſtis Sanctorum canonizatorũ per Eccleſiam, inquit, *Ego quæ accepi ab Eccleſia, ſecurus teneo, atque trado.*

§. 3. Cum igitur Eccleſia in canonizatione Sanctorum pręcipiendo nobis, tradat veram, certamq; ſanctitatem, gloriam, venerationem, & canonizatorum imitationem, hæc ſecuri teneamus, hos veneremur, atque imitemur, cum Eccleſia vniuerſalis errare non poſſit in fide, & doctrina bonorum morum ad ſalutem fidelium pertinentium; quẽadmodum copioſius probatum eſt ſupra, præſertim cap. 3. & fuſius demonſtrat argumentis depromptis ex authoritatibus ſacræ Scripturæ. S. Auguſt. S. Thomæ, & Archidiaconi, Card. Turrecrem. *lib. 2. de Eccleſia cap. 91. per totum.*

17 §. 1. Quibus omnibus addi poteſt illud B. Laur. Iuſtin. ſerm. *in ſolemn. omniũ SS.* vbi de Sanctis per Eccleſiam canonizatis vniuerſaliter aſſerit, *Quomodo non veneremur illos, quos tanto Chriſtus ſublimauit honore?* ſubdẽs immediatè, *illos planè venerãtur Angeli, quãto magis et nos?*

§. 2. Et Gabriel Biel. *in Can. Miſ. lect.* 30. poſtquam dixit Sanctorum memoriam ſemper eſſe venerandam, ſubdens rationem, inquit, *vt nos fragiles, ac mortales, Sanctos immortales venerantes, ipſiſquè nos commendãtes, mereamur ipſorum meritis, & precibus adiuuari, quatenus ad Deum plenè glorificandum, eorum ſocietati coniungamur.*

Pun-

Digitized by Google

Punctum XVII.

De cauſa venerationis Sanctorum.

18 §.7. IOannes quoque Damaſcenus *lib. 4. cap. 7. aſsignans rationem quare Sancti, eorumquè reliquiæ ab hominibus ſint honorandæ*, inter quamplura, inquit, *Quia ſunt amici Dei, & filij Dei, hæredes Dei, & duces noſtri*, de primo *dicitur Ioan. 13. Non dicam vos ſeruos, ſed amicos, quia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis*. De ſecundo. *Ioan. 1. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*. De tertio *Rom. 8. Si autem filij, & hæredes*. Quartum verò probat multis argumētis, addens etiā quintum de mēte Diui Auguſtini, *quia* (ſcilicet) *fuerunt organa Spiritus ſancti*. Quibus addi poteſt ſextum, quod etiam ſunt timendi in vita, & poſt mortem, ne dum propter ſuperius relata in hoc eodem cap., verum etiam propter illa, quæ leguntur in vitis quorūdam Sanctorum, præſertim apud Surium *tomo 3. in vita* S. *Romualdi Abbatis* patria Rauennatenſis, quod deſumpſit ex illis, quæ ſcripſit in vita eiuſdem ſancti Abbatis *B. Petrus Damianus* S. R. E. *Cardinalis*, vbi narratur, Reynerum Tuſciæ Marchionem, vanitatibus, & potentia tumentem ſolitum dicere, nullum ſibi mortalium, neque Imperatorem poſſe tantum metum incutere, quantum ſe Romualdi terrebat aſpectus, ante eius quippè vultum, neque quid diceret ſcire, neque quibus ſe defenderet excuſationibus inuenire, habebat reuera vir ſanctus hanc ex diuino munere gratiam, vt quicumque peccatores, præſertim potentes ſæculi in eius præſentiam veniſſent, mox vt ante maieſtatem Dei territi formidarent, Sāctus nimirum Spiritus, qui pectori eius inſidebat hunc terrorem iniuſtis intentabat. Vbi ergo Deum habemus præſentem, ſi verè apprehendimus, docebit ipſa ratio, quid tanti Domini ſapientia, ac dignitas requirat, niſi velimus cōfundi.

§. 2. Vbi etiam non prætermittam breuiter narrare, quod recenſet Hieronymus *Rubeus lib. 3. hiſtor. Rauennaten.* de Theodorico Gothorum Rege, qui etſi valde iratus cōtra Cæſareum Antiſtitem Arelatenſem, ob quandam impoſitam eidē calūniam, ipſo Epiſcopo accerſito, corā illo non exclamauit, neque aſpera verba loquutus eſt, prout iam animo deliberato cōceperat; ſed ad ipſius Antiſtitis cōparitionem protinus commotus eſt totus, atq; nudato capite reuerenter inclinatus prædictū Antiſtitem ad ſe venientem comiter ſalutauit, & benignè illum recepit, & ad ſuos conuerſus, tantæ mutationis cauſam non eſſe aliam, quàm quod in eodē Antiſtite vultū nō humanū, ſed Angelicum conſpexiſſe aſſeruit.

§. 3. Ad maiorem quidē firmitatem eorū, quæ paulò ſuperiùs dicta ſunt de pœnis illatis detrahentibus Sanctis, referā quod docet Aloyſ. Lippom. D. Bonau. ac Sur. in vita S. Franciſci, de quodam temerario milite, qui verbis, & ſignis, propria obcæcatus malitia, priuatim, & publicè nō verebatur impudentiſſimè detrahere eximiæ ſanctitati, & miraculis glorioſi S. Franciſci Aſſiſiat. dum enim quadam vice blaſphęmaret contra prædictū Sanctum, inter alia dicēdo, quod ſi ille verè ſanctus erat, gladio corrueret illo die; Deus omnipotēs, cui cura ſingularis eſt, ne tangatur pupilla oculi ſui, videlicet honor, & gloria Sanctorum, ex hoc maledicto à milite prolato ira accenſus; mora enim modica interiecta permiſit, blaſphæmū militem à proprio nepote gladio tranſuerberari, ita vt eodē die infęliciter moreretur, & factus ſit inferni mancipium, filiuſq; tenebrarū, vt cuncti diſcerent miranda Sanctorū opera nō blaſphęmatorijs verbis impetere, ſed deuotis laudibus honorare: quid ſimile narrat Paulinus in vita S. Ambr. & Baron.

Digitized by Google

tom. 5. Annal. ad annũ Dñi 397. eadẽ occaſione eueniſſe cõtra Donatũ quẽdam memoriæ S. Ambroſij detrahentem, & ex Metaphraſte Surius Tomo 5. die 5. Septembris, de pictore detrahente ſanctitati ſancti Cornelij; & Sabellicus lib. 5. cap. 4. Mart. & Marulus lib. 2. cap. 11. de Sabiniano hæreſiarca, qui capite trũcatur ob iniuriam illatam S. Hieronymo; vt alia ferè innumera exempla, ad idem breuitatis cauſa prætermittam.

SVMMA APPENDICIS Ad Sextum Caput.

Sectio I.

1 *Declaratur quid ſit ſanctitas, & qualis ſit ſanctus.*

2 *Explicatur quomodo ſanctitas probetur in antiquis, & antiquiſsimis:*

3 *Oſtenditur quomodo incorruptio corporis ſit ſignum ſanctitatis.*

4 *Demonſtratur quare non fuerit conueniens, corpus Chriſti putrefieri, vel corrumpi.*

5 *Odor emanans à corpore defuncti, connumeratur inter ſigna ſanctitatis.*

6 *Liquor quoque odoriferus diſtillans à corpopore ſeruorum Dei, dicitur ſignum ſanctitatis.*

7 *Quemadmodum etiam conuerſatio cũ Angelis, & ſplendor, ſeu fulgor in facie ſerui Dei relucens.*

8 *Declaratur quomodo claritas animæ glorioſæ percipi poſsit à ſenſibus corporeis.*

9 *Explicatur quomodo Apoſtoli viderint in transfiguratione Chriſti, claritatem corporis eius.*

10 *Declaratur cauſa quare Chriſtus manifeſtam reddere voluit Apoſtolis claritatem gloriæ ſuæ.*

11 *Armonia cæleſtis connumerari poteſt, inter ſigna ſanctitatis quemadmodum eſtaſis, & raptus.*

12 *Eleuatio à terra computari ſolet inter ſigna ſanctitatis.*

13 *Donum prophetiæ ſtatui poteſt inter ſigna ſanctitatis famulorum Dei.*

14 *Miracula, præſertim poſt mortem indicant ſanctitatem virorum Dei.*

15 *Cantus auium ad imperium famulorum Dei, eſt indicium, ſiue argumentum ſanctitatis.*

16 *Martyrium paſſum pro fide Chriſti inter præcipuas ſanctitatis notas ſtatui debet.*

17 *Ebullitio ſanguinis iam defuncti famuli Dei, computari poteſt inter ſigna ſanctitatis.*

18 *Publicus cultus, & continuatus, meritò computatur inter ſigna, quibus cognoſci poteſt ſanctitas alicuius famuli Dei.*

Sectio Secunda.

19 *De prauitate, & grauitate mendacij diſſeritur.*

20 *Ex duobus præſertim mendacium habet rationem peccati.*

21 *Nunquam nec ſub quouis prætextu licet mendacium proferre.*

22 *Agitur de mendacio, quod periurium communiter appellatur.*

23 Periurium, *ſacrilegum, & mortale eſt. vbi etiam aſsignatur ethymologia nominis* periurij.

24 *Narrantur aliqua mala, quæ orirentur ex falſa depoſitionè teſtium examinatorum circa ſanctitatem, vel miracula alicuius.*

25 *Adducitur ſententia Diui Thomæ, qua explicatur, quomodo iurare falſum, ſit peccatum mortale.*

26 *Quæ dicuntur circa enormitatem periurij, habent veritatem præſertim in periurio commiſſo per teſtes examinatos in cauſa beatificationis, vel Canonizationis.*

27 Referuntur *verba Euthichiani Papæ, & aliorum, circa fugam periurij.*

28 Reſpondetur *ad quamdam obiectionem fundatam in capite* verum, *de iure iurando.*

Aliæ

29 *Aliæ difficultates ad eandem materiam pertinentes reſoluuntur.*

30 *Explicantur loca, in quibus Authores agũt de periurio.*

APPENDIX AD VI. CAPVT
In duas Sectiones diuiſa.

In prima. Agitur de ſignis, ac notis ſanctitatis canonizandorum.

In ſecunda. De prauitate mendacij omninò fugiendi, maximè in atteſtatione miraculorũ canonizandorum.

Sectio Prima.

Ex *traditis à Iacobo* Caſtellano *de canonizatione* Sanctorum *q. 4. principali, & annotationibus ad idem ſapientis viri Fælicis Contelorij Sacræ Theologiæ profeſſoris, & vtriuſque iuris Doctoris eximij, colliguntur pro maiori parte ſequentia, regulariter neceſſaria in Iuſtorum canonizatione, ad probandam canonizandorum ſanctitatem.*

1 SAnctitas autem, vt fuſius dictum eſt cap. 2. eſt ab omni immunditia libera, & perfecta, & omninò immaculata munditia. S. *Dyoniſius cap. 12. de diuinis nominibus*, quem ſequitur Rota, præſertim in relatione B. Aloyſij Gonzagæ, in fine proęmij. Vel ſecundum S. Thom. 2. 2. *q. 8. art. 8. in reſpon. ad primum, eſt quædam generalis virtus complectens omnium virtutum actus, quos per imperium ordinat in bonum diuinum, hoc eſt, refert in Deum omnium virtutũ opera*, quem ſequitur Rota, in relatione Beati Thomæ de Villa noua poſt mortem. Maluet. de Canonizatione Sanctorum, *dub. 1. num. 5.* Sicut Sanctus dicitur ille, qui in ſingulis virtutibus excellit, ſeu excellentiam habet modo explicato in Sectione prima Appendicis ad quartum caput, nu. 2. collect. in cap. 1. in princ. de reliquijs, & vener. Sanctorũ; ideò probato quod canonizandus ſe in virtutibus exercuerit, heroicis videtur probata ſanctitas, quæ ex virtutibus conflatur, & conſtat.

2 Sanctitas quoque probatur in antiquis, & antiquiſſimis per hiſtorias, & per teſtes de publica voce, & fama, *cap. 1. §. final. de Sacram. vnct. Gloſſa in capit. inter dilectos. §. ſed contra. verb. magis.* & ibi *Abb. nu. 23. in fin. de fide inſtrum.* Ioan. Andr. *in cap. ſine poſſeſſione, de regul. iur. in 6.* Felyn. in cap. *veniens, in 1. num. 26. de teſtibus*, & in *capit. 2. num. 49. de reſer.* Bald. in *l. Proprietatis, num. 3. C. de probation.* Bart. *in l. 1. nu. 22. vbi Iaſ. num. 25. Dec. num. 28. in fin. ff. ſi certum petat.* Alex. in *l. rem, quæ nobis, num. 18. ff. de acquir. poſſeſſ.* Mileſ. in verb. *Scriptura noui. verſ. quædã enim.* Socin. in *Regul. 238. incip. liber, ſeu ſcriptura, fall. 2.* Natt. *conſ. 336. num. 91.* Dacian. *conſ. 22. num. 29. lib. 1. & conſ. 19. num. 8. vol. 3.* Bellarm. *dec. 10. nu. 3. Verall. dec. 344. num. 3. & 347. nu. 4. par. 3.* Rota *dec. 171. num. 7. part. 1. diuer.* & in Relatione S. Raymundi *par. 2. art. 2. verſ. hic vero.* & in Relatione Sancti Iſidori, in *tit. de ſanctit. propè fin. & in 4. miracul. poſt mortem.* In Relatione Sancti Hyacinthi *cap. 2. verſ. & quamuis fol. 24.* quod maximè procedit, ſi alia adminicula concurrunt. In relatione B. Petri de Alcantara *par. 3. in princ. & 2. miraculo in vita.*

Tempus autem antiquum in teſte ſecundum Rotæ opinionem dicitur 60. *annorum.* Veral. *deciſ. 5. num. 3. & deciſ. 298. par. 3.* Put. *deciſ. 506. libro 2.* Seraph. *dec. 75.* Rota in relatione Beati Thomæ à Villanoua, *in tit. de fide, in princ.* In relatione Beati Petri de Alcantara, *in primo miraculo poſt mortem.*

3 Pariter ſignum ſanctitatis eſt incor-

ruptio

ruptio corporis præter conſuetum naturæ curſum. S. Auguſtinus in Confeſſ. *lib. 9. cap. 2. Rota in Relatione B. Paſchalis Baylon in 3. miraculo.* In *Relatione S. Iſidori in primo Miraculo poſt mortem*, Vbi multa afferuntur exempla *in Relatione S. Thereſiæ de Miraculis in tit. de exhumat. corpor. prope finem. In Relatione S. Xauerij in primo miraculo poſt mortem, cuius corpus per aliquot annos perſeuerauit incorruptum.*

Horum autem, ratio eſt, quia Corpus poſt mortem eſt putrefactioni corruptioniq; obnoxium, S. Thom. *3. part. q. 51. art. 3. & 4. in corp. 3. ſent. diſt. 21. quæſt. 1. art. 2. & 4. & opuſc. 2. cap. 134.* ſtatimq. poſt mortem, cum ſit compoſitum ex contrarijs incipit reſolui, atque corrumpi S. *Thom. in opuſc. 2. cap. 152.* & ad putredinem facillimè diſponitur quia, exhalante calido naturali ſuperuenit Calor extraneus, à quo putredo repente cauſatur S. *Thom. dicto articul. 3. & in reſponſione ad ſecundum argumentum* dicit, quod corpus Chriſti quantum ad conditionem naturæ paſſibilis, putrefactibile fuit, licet non quantum ad meritum putrefactionis, quod eſt peccatum, & hæc putrefactio, & corruptio prouenit homini vltra infirmitatem naturæ, in pœnam peccati primi parentis, S. Thom. 3. p. q. 51. art. 3. in princ. corporis, vbi expreſſis verbis aſſignans rationem propriam, & formalem quare non fuerit conueniens, vt corpus Chriſti putrefieret, vel quocumque
4 modo in cinerem conuerteretur, *quia putrefactio cuiuſcumq; corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius, quæ nõ poteſt amplius corpus continere in vnum; Mors autem Chriſti* (vt optime demonſtrauit S. Thom. q. 51. artic. 3. maximè ad argumentum) *non debuit eſſe ex naturæ infirmitate, ne crederetur non eſſe voluntariã & ideò non ex morbo, ſed ex paſsione illata voluit mori, cui ſe obtulit ſponte.*

quod totum magis declarans idem S. Doctor in reſponſ. ad primũ argumentum ait. *Chriſtus cum non eſſet ſubiectus peccato, neque morti erat obnoxius, neque incinerationi, voluntariè tamen mortem ſubſtinuit, propter noſtram ſalutem*, & poſt pauca ſubdit. *Si autem corpus eius fuiſſet putrefactum, vel reſolutum, magis hoc fuiſſet in detrimentum ſalutis humanæ, dũ non crederetur eſſe in eo virtus diuina. Vnde ex perſona eius in* Pſal. *29. dicitur. quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendero in corruptionẽ? quaſi dicat ſi corpus meum putreſcat, perdetur effuſi ſanguinis vtilitas*. hæc S. Thom.

Et cum eodẽ S. Doctore in Reſponſi ad ſecundum argumentum aſſero, *quod corpus Chriſti quantum ad conditionem naturæ paſsibilis, putrefactibile fuit, licet non quantum ad meritum putrefactionis, quod eſt peccatum, ſed virtus diuina* (inquit S. Doctor) *corpus Chriſti à putrefactione reſeruauit ſicut, & reſuſcitauit à morte.*

Quam rationem certè efficacem magis declarans Caietanus ad prædictũ art. 3. quæſt. 51. 3. partis inquit. *putrefactio cadaueris atteſtatur infirmitatem naturæ præſentis, & præteritæ.* Ex qua ratione D. Tho. adiuncta, & imputrefactione corporis Chriſti, infert idoneum teſtimonium voluntarię mortis Saluatoris noſtri.

Qua occaſione breuiſſimè dicam illud quod eſt commune Sanctorum patrum, & omnium Catholicorum, Humanum ſcilicet genus ex peccato Adæ, non ſolum fuiſſe cõdemnatum ad mortem, verum etiam corpora noſtra ad ſepulturam, reſolutionem in elementa, & corruptionẽ, iuxta illud gen. 3. *puluis, es, & in puluerem reuerteris*, cui peccato cum nullatenus fuerit obnoxius Chriſtus, neque pœnis ſubiacere debuit, ſed,

ſolum

Digitized by Google

ſolum voluntariè quaſdam ſuſtinuit, alias vero abiecit. Mortem ex rationabili voluntate amplexus eſt, incinerationem vero conuenienter volens reiecit.

5 Odor ſuauis pariter è corpore defuncti emanans ſignum ſanctitatis communiter appellatur. *Iacob Graff. conſ. lib. 5. de ſent. excom. conſ. 17. num. 30. verſic. Rurſus. Rota in Relatione B. Paſchalis Baylon in 3. miracul. in fine. In Relatione* S. *Iſidori in primo miracul.* poſt mortem, vbi hoc probatur, in Relatione quoquè S. Thereſæ *in tertio miraculo poſt mortem*. Vbi referuntur exempla, & probatur *ex* S. *Gregorio homil.* 38. quam ipſa corporis flagratia, & odoris ſuauitas oſtendit in illo corpore authorem ſuauitatis exiſtere, *& ex S. Thom. p. 3. q. 83. art. 5. ad 2. vbi ait bonus odor pertinet ad repreſentandum effectum gratiæ, quæ ſicut bono odore* Chriſtus *plenus fuit, ſecundum illud Geneſ. 17. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, etiam à Chriſto deriuatur ad ſuos fideles, & amicos; iuxta illud ad Corinth. 2. odorem notitiæ ſuæ ſpargit per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, &* S. Mater Eccleſia canit. *Sancti tui Domine florebunt ſicut lilium, & ſicut odor balſami erunt ante te.* In relatione B. Beltrandi in 6. miraculo, in relatione S. Xauerij in 2. Miraculo poſt mortem. idem habetur.

6 Liquor etiam odoriferus emanans è corpore Beati ſignum ſanctitatis dicitur, maximè ſi per longioris temporis ſpacium fluat, ex eoq; curentur infirmi. Rota *in relatione B. Paſchalis Baylon in 2. Miraculo in relatione S. Thereſæ in 3. Miraculo poſt mortem*, vbi ſimilia exempla referuntur. *In relatione B. Corſini, part. 2. §. 3. & Manna prodeunte continuo, quaſi ex corpore S. Nicolai Baren.* idem ſolidatur.

7 Inſuper Conuerſatio cum Angelis, eſt ſignum Sanctitatis. Rota *in relatione S. Raymundi p. 2. art. 2. verſ. prædictis omnibus. In relatione* S. *Fräciſcæ p. 2. ar. 14. & S. Iſidori de ſäctitat. in genere verſ. 4. arg.* vbi duo Angeli arabant pro ipſo dũ Miſſam audiret. Splẽdor etiam, ſeu fulgor in facie relucens, dum viueret canonizandus dari ſolet à Deo in ſignum ſpecialis amoris, & magnæ reuerentiæ, apud homines, vt in *relatione S. Ignatij in tit. de Temperantia, verſ. 2. fulgor. ex Toſtato in* Exodum, *cap. 34. In relatione B. Bertrandi in 4. miraculo, & multo magis ſi in facie canonizandi viſus fuerit poſt mortem*; Tunc enim eſt Clarius indiciũ ſanctitatis, vt de ſplendore, ſeu luce prodeunte ex ore *B. Bertrandi dum expiraret, & de ſplendore conſpecto in eius cadauere*, qui totum cubiculum illuſtrabat, *Rota in relatiõne B. Ludouici Bertrandi in 3. & 4. Miraculo*, & de *ſplendore oſsium, Iacob de Graff. conſ. lib. 5. de ſent. excom. conſ. 12. num. 3. verſ. eo magis*, ſi dictus ſplendor, ſeu Claritas fuerit ſimilis illi, quæ viſa eſt à Iudeis in vultu Moyſis, *Exod. cap. 34.* vel illi, quam aliqui affirmant fuiſſe condecoratam faciem B. Virginis à conceptu vſq; ad partum, & in alijs ſanctis viris, vt de S. Bernardo legitur in eius vita, apud Surium, lib. 5. cap. 1. ſiue fuerit claritas prædicta animæ gloriæ ad Cœlum aſcendentis.

Quemadmodum de glorioſo Patre Sancto Dominico ſcribunt eximij Doctores, præſertim Theodoricus, & Sanctus Antoninus, quod adhuc puer micantem ſtellam gerebat in fronte omnibus conſpicuam, per quod ſignificabatur nouum ſidus iam eſſe exortum, doctrina Euangelica hęreſum tenebras lõgius fugaturum, de quo S. Patriarcha inter quamplura canit Eccleſia in officio ſui feſti edito à S. Thoma Aquinate, & ſæpe ab Eccleſia approbato. Stella micans in frõte paruuli, nouum iubar præmonſtrat ſæculi.

Non

Digitized by Google

8 Non obſtat, quod Claritas animæ glorioſæ in rigore tamen, ac in ſui eminentia regulariter percipi non poſſit ab oculo nō glorificato, ſicut claritas naturalis ab oculo naturali percipitur, Claritas Beatorum eſt verè claritas ſecūdum aliquid ita Deo volente ſenſibilis, licet non ſit naturalis, poteſt ſentiri, & videri ab oculo non glorificato, ſicut Claritas naturalis, Abulen. in Math. cap. 17. q. 31. ad quartum argumentum.

9 Quod comprobatur, quia Sancti Apoſtoli fuerunt præſentes quando Chriſtus transfiguratus eſt ante eos, & reſplenduit facies eius ſicut ſol, & tamen ſplendor ille Chriſti ſe transfigurantis, quem viderunt Apoſtoli, erat claritas qualis eſt illa, qua glorificantur corpora Beatorum vt ibidem q. 33. affirmat Abulen.

10 Quibus neceſſario addi debet pro exacta intelligentia claritatis, quam oſtendit Chriſtus diſcipulis teſtibus ſuæ glorioſæ transfigurationis, illud Bedæ ſuper Math. 17. pia prouiſione id factum fuiſſe, vt contemplatione ſemper manentis gaudij ad breue tempus delibata, fortius aduerſa tolerarent, ſecundo, prædictam claritatem, extitiſſe claritatem gloriæ quantum ad eſſentiam, non tamen, quo ad modum eſſendi, vt fuſiùs docet Sanctus Hieronymus ad illa verba Matth. 17. *transfiguratus eſt ante eos*, & ad illa alia eiuſdem Matth. 16. *donec videant filium hominis venientem in regno ſuo*, & S. Chriſoſtomus ad eadem verba homil. 57. in Matthæum, & clarius idem expreſſit ex D. Dioniſio, & S. Auguſtino D. Thomas 3. p. q. 45. art. 1. & 2. ferè per totum, vbi reſpondens ad argumentum à quibuſdam fundatum in verbis Bedæ ad cap. 38. in Lucam dicentis, glorificationem corporis Chriſti extitiſſe imaginariam repræſentationē futuræ beatitudinis, inquit in reſponſione ad ſecundum *illa claritas dicitur imaginaria, non quin eſſet vera claritas gloriæ, ſed quia erat quædam imago repræſentans illam gloriæ perfectionem, ſecundum quam corpus erit glorioſum.*

Ad quem articulum ponderat Caietanus, claritatem Chriſti tempore transfigurationis relatam ad illius animam non fuiſſe miraculoſam, ſed naturalem, relatam tamen ad corpus eiuſdem Saluatoris, extitiſſe quidem miraculoſam, quia corpus illud tunc erat adhuc paſſibile. Addens ſi deriuaſſet totaliter gloria animæ ad corpus, minimè diceretur miraculoſa, ſed naturalis, reddidiſſetque corpus totaliter glorioſum, ſed quia deſcendit per modum cuiuſdam paſſionis à naturali fonte animæ Beatę, ideò corpus non reddidit glorioſum ſimpliciter, & ob id miraculoſum fuit, vt corpus nō glorioſum fulgeret.

11 Armonia quoq; Cœleſtis audita in locis, vbi defuncti corpus poſt mortem aſſeruatur, eſt ſignum ſanctitatis: Rota in relatione Beati Beltrandi miraculo quinto, & ſignum Sanctitatis cenſetur eſtaſis, ſeu raptus quando ſcilicet quis Spiritu diuino eleuatur ad aliqua ſupernaturalia, cum abſtractione à ſenſibus, iuxta illud Ezech. 7. *Spiritus eleuauit me inter Cælum, & Terram, & adduxit me in Hieruſalem in viſione Dei*; S. *Thom. 2. 2. q. 175. art. 1. in corpore, & ad ſecundum dicit*: Quod raptus non eſt contra naturam, ſed ſupra facultatem naturæ, & art. 2. in corpore ponit diſcrimen in quo differat eſtaſis à raptu.

12 Pariter eleuatio à terra eſt ſignum Sanctitatis illius, qui eleuatur, ratio eſt quia talis eleuatio à terra non poteſt fieri ab ipſo corpore, quod cum ſit graue tendit deorſum, & eſt contra inclinationem naturæ; vt not. S. *Thom. p. 3. q. 57. art. 3. ad ſecundum de Aſcenſ. Chriſti. Nec ab ipſa anima, quia anima mouet vnam partem per aliam, ita vt pars immota*

ſem-

ſemper innitatur alicui ſolido, in quo ſuſtentetur corpus. Vnde S.Thom. 22.*q.* 175. *art.* 5.*ad ſecundum ait. Quod potentia animæ, virtute naturali nõ eleuatur ſupra modum conuenientem eſſentiæ eius; Non ab Angelis malis, quia hoc non præſumitur, quando conſtat aliunde de ſanctitate illius, qui eleuatur, vel aliunde conſtat ex circumſtantijs, vt quia eleuatur dum orat, vel Miſſæ ſacrificium celebrat,* vt dixit Rota in relatione S. Franciſci Xauerij in 4. Miraculo, vel quia conſimilis eleuatio operatur, vt videntes, fidem Catholicam amplectantur, vel ad alium bonum effectum, qui tendat in ſalutem animarum. Reſtat igitur, vt potuerit fieri ab Angelis bonis, ſed hi cum in rebus humanis ſe non immiſceant, niſi ſpecialiter mittantur à Deo, cõcludendum eſt huiuſmodi eleuationem ſiue fuerit facta ab Angelis ex inſtinctu diuino, ſiue ab ipſo Deo, eſſe Miraculoſam.

13 Necnon inter ſigna ſanctitatis donũ prophetię cõnumeratur, quando ſcilicet datur propter propriam mentis illuſtrationem, nam quando hoc modo datur, Spiritus ſanctus per gratiam gratum facientem, transfert ſe in animas eorum, quibus datur, amicos Dei eos cõſtituendo, tangendo affectum eorum per charitatem, ſicut tangit intellectum per propheticam veritatem. Triumph. de poteſt. Eccleſ. q. 15. art. 5. & late *Rota in relatione B. Paſchalis, ſub titulo de prophet. S. Thom.* 22. *q.* 172. *art.* 4. *ad primum.*

14 Inſuper miracula sũt ſigna ſãctitatis, propter influentiam virtutis in facientẽ miracula, ſeu in impetrantem. Auguſtinus Triumph.*de poteſt.Eccleſ.quæſt.* 15. *art.*4.*verſ.*2.*illis, & q.* 16.*art.*3.*ad ſecundum* Bellarm.*in cap. nec mirum, num.* 10. 26.*q.*5. Molſ. *conſ.*46. *num.*42. *&* 43. quodue miracula poſt mortem ſint ſigna ſanctitatis, *S. Thom.p.p.q.* 110. *art.* 4. *ad primum &* 22. *quæſt.* 128. *art.*2. *in corpor.Bellarm.in cap. venerabili, nu.* 5. & ibidem Anchar.in 2.not.de teſt. Rota in relatione S. Hiacynthi *de Miracul. verſ. quibus addimus. fol.* 35. *in relatione B. Paſchalis Baylon in ſecundo miraculo.*

15 Et propter eandem rationem poni poteſt ſignum ſanctitatis, quod aues cãtantes, ad imperium hominis ſileant, vel quod congregentur, & canant, vel quod piſces extra fluuium, vel mare caput erigant, vt homini obediant, vel quod figuræ factæ ex ligno, lapide, auro, vel Argento, aliaq; materia moueantur, vel ambulent, ſicut legitur de duobus Angelis ligneis, qui iubente B. Iacobo de Marchia, incenſum Domino offerebant, vel quod lapides moueantur de vno in alium locum, ſicut legitur eueniſſe ad preces S.Benedicti, & alia ſimilia. Pauin. *in relatione S. Bonauenturæ, parte ſecunda, quæſt.*7. *in fine.* Vbi aſſerit non eſſe contra rationem miraculi, ſi miraculum fiat in re inanimata.

16 Præcipuè Martyrium paſſum in defenſione fidei, eſt ſignum, ſeu potius cauſa ſanctitatis. Thriumph. *de poteſt. Eccleſ. q.* 16. *art.* 3. *ad ſecundum. Viguer.in inſtit.Tholog.cap.*6.§.1.*num.*1. *vbi* illud diffinit, *Martyriũ eſt voluntaria mortis perpeſſio, ſiue tolerantia propter fidem Chriſti, vel alium virtutis actum in Deum relatum, vt late explicat Syluеſt. in ſumma verb. Martyrium.S. Tho.*2.2.*q.*124. *art.* 2. *&* 3. *in corpore.*

17 Ebullitio ſanguinis conumeratur inter ſanctitatis ſigna, vt notum eſt de ſãguine S. Ianuarij in Ciuitate Neapolitana Flexibilitas corporis videlicet, quod corpus defuncti poſſit in quamcumque partem flecti, ſicuti ſi viueret, vt legitur *de corpore* B. *Iacobi de Marchia*, & aliorum. ſanguis fluens de corpore illius, qui longe ante erat defunctus. *Rota in relatione*

tione

Digitized by Google

tione S. Xauerij in 4. miracul. poſt mortem, vt legitur eueniſſe triduo poſt mortem in corpore ſerui *Dei Andreæ Auellini Clerici Regularis*. Vnguium continua, (vt accidit in viuentibus) augmẽtatio, vt legitur euenire adhuc in corpore Beatæ Catherinæ Bononienſis.

Signũ quoq; dicitur Sanctitatis, quod quis loquens lingua ſua materna intelligatur ab aſtantibus diuerſarũ linguarũ, ac ſi loqueretur in lingua eorũ, v.g. quod Armeni audiant verba, illaque intelligant, ac ſi loquens eſſet Armenus, Indi audiant eadem verba, ac ſi eſſet Indus, & ſic de ſingulis, vt loquuti ſunt Apoſtoli; *Act. cap. 2. S. Thom. 2. 2. q. 176. art. 1. ad ſecundum*, & hoc linguarum donum habuiſſe S. Vincentium Ferrerium BB. quoque Ambroſium de Senis, ac Ludouicum Beltrandum Ordinis Prædicatorum, necnon, & S. Xauerium, legitur in eorum vita, & quod hoc donũ alij habuerint refert Tho. *Boſius de ſign. Eccleſ. lib. 6. cap. 5.*

Horum vniuerſalis ratio eſt, quia cum quodlibet ex ſupradictis ſit ſupra vires totius naturæ creatę, miraculo eſt adſcribendum. S. *Th. p. 1. q. 110. art. 4. & 22. q. 105. art. 8. & ibi Bannes, & q. 128. art. 2. idem* S. *Tho. contra gentil. lib. 3. cap.* 110. Rota in *relatione S. Raymũdi, art. 6. p. 2. in relatione* S. *Franciſci Xauerij, p. 3. verſ. 4. in relatione S. Caroli, p. 3. de Miraculis. in relatione B. Corſini p. 2. §. 7. in relatione S. Hiacynthi de Miraculis verſ. hinc ergo, fol. 42.* P*anuin. in relatione S. Bonauẽturæ p. 2. art. 1. gloſa in cap. 1. verb. ſedis Apoſtolicæ, de reliquijs, & venerat. SS. in 6.*

18 Deniq; publicus cultus eſt Argumentũ ſanctitatis, *Rota in relatione* S. *Hiacynthi verſ. & quamuis. in relatione* S. *Raymũdi, p. 2. art. 2. verſ. inſuper adeſt. in relatione S. Caroli, p. 2. arg. 24. in fin. in relatione S. Ignatij de temperantia prope finem. in relatione* S. *Iſidori de Sanctitate in genere, verſ. quæ ferè omnia.*

Tabellæ votiuæ appenſæ ad ſepulcra famulorũ Dei ſunt argumẽta ſanctitatis, *Rota in relatione S. Hiacynthi de miraculis, verſ. iſtis miraculis, fol. 38. in relatione S. Ignatij de temperantia, verſ. 6. continuata*, ſeruatis tamen illis, quæ copioſius ſcripſi, cap. 2. huius elucidarij, nu. 25. & ſeqq.

Sectio II.

De Mendacio ſiue periurio.

19 QVamuis cap. 2. & 6. quædam dixerim de prauitate, & grauitate mendacij, Cogor iterum occaſione eorũ quæ ſuperius adducta ſunt in præcedenti, cap. 6. præſertim nu. 2. reaſſumere aliqua de mendacio, non tamẽ ſub eadem ratione formali, neq; vt ordinata præciſe ad eundem finem, ad quem dirigebantur explicata in 2. & 6. cap. nam 2. 2. q. 110. art. 1. in corpore, *Mendacium* (inquit S. Tho.) *nominatur ex eo quod, contra mentem dicitur.* Cui arrident tradita à S. Aug. lib. contra mendacium, cap. 4. & ex SS. Patribus, & Theologis, vniuerſaliter colligitur eadem regula, quæ eſt, vt *nemo dubitet mentiri eum, qui falſum enunciant cauſa fallẽdi.*

Mendaciũ etenim, vt copioſe docet S. Th. vbi ſupra, art. 1. & ſeqq. innixus præſertim doctrinæ D. Auguſt. ſuperius relatæ, cap. 3. & 4. per ſe directè, & formaliter opponitur veritati, & vt frequenter, mendacium conſiſtit in verbis ſiue ſermone, *quo ſciens, & volens, homo vtitur ad fallendum.*

20 Hinc eſt quod dicebat S. Thomas, vbi ſupra art. 3. in corpore, & clarius in reſponſ. ad quartum argumentũ, quod mendacium ex duobus prę ſertim habet rationem peccati, ex damno ſcilicet,

quod

Digitized by Google

quod infert proximo, & ex ſua inordinatione, ex quo antecedenti colligit Diuus Thomas, ibidem. *Non eſt licitum mendacium dicere ad hoc, quod aliquis, alium à quocumque periculo liberet.*

21 Quibus verbis demonſtrat conſequenter numquam ſub quouis prætextu, vel quæſito colore licere, vt quis mendacium proferat, etiam bono fine, & ratio huius eſt, quam expreſſe adducit idem Sanctus Doctor ad initium corporis 31. præcit. articuli, dum inquit, *Quod eſt ſecundum ſe malum ex genere, nullo modo poteſt eſſe bonum, & licitum.* Et quibuſdam interpoſitis ſub illa maiori vniuerſali, ſtatuit minorem per ſequentia verba. *Mendacium eſt malum ex genere, eſt enim actus cadens ſuper indebitam materiam.* Ex quibus tandem infert concluſionem, quæ eſt etiam Philoſophi, quarto Ethicorum, capite ſecundo per ſequentia verba. *Vnde mendacium eſt per ſe prauum, & fugiendum.*

22 Abſquè dubio cuncta hæc veritatem habent præſertim in mendacio, quod communiter ab omnibus appellatur periurium, iuxta doctrinam traditam à Sancto Thoma *tertio ſententiarum, diſtinctione 39. quæſtione prima, articulo primo in corpore*, & in reſponſione ad tertium argumentum vbi interquam plura dicit: *Iuramentum in confirmatione veritatis completur, & periurium defectum iuramenti nominat.* Addens *ſignificat defectum, qui accidit in re, quæ iuramento confirmanda erat*, ſtatim ſubdens. *Defectus autem confirmationi veritatis contrarius, eſt mendacium, & ideò periurium propriè loquendo nominat defectum mendacij*, & in reſponſione ad tertium argumentum ait. *Iuramentum non eſt exhibendum niſi de eo, de quo quis certitudinem habet, vnde quicumque iurat aliquid, ſignificat ſe de hoc certum eſſe.* Statim addens, *De falſo autem certitudo eſſe non poteſt*; Ex his omnibus tamquam ex quodam verò, & indubitato antecedenti colligit per modum concluſionis ſiue verioris conſequentiæ. *Vnde, qui iurat falſum, quod putat eſſe verum, ex ipſo modo affectionis quodammodo mendacium incurrit, quamuis aſſertum ipſum ſecundum ſe, non ſit mendacium*, intellige formaliter, eadem latius tradit Sanctus Thomas *ſecunda ſecundæ, quæſtione 98. per totam*, & ibidem expoſitores ipſius antiqui, & moderni, præſertim Dominicus Soto, *Libro octauo de iuſtitia, & iure, quæſtione ſecunda præcipue, articulo tertio, & ad quartam concluſionem illuſtrat.*

23 Vbi addit ex principijs certioribus doctrinæ communis Sanctorum Patrum, & Theologorum, maximè verò ex traditis à Diuo Thoma locis ſupra citatis. Periurium, ſacrilegium mortale eſſe, peiorem Dei offenſam continens, magiſquè vllum crimen, quod aduerſum proximi charitatem admittitur, etiam, etiamquàm homicidium, vbi expreſſe aſſerit; *Concluſio hæc, eſt Diui Thomæ, quodlibet. 18. atquè aliorum plurium.*

(Quidquid dicat Leſſius, & cum illo aliqui alij licet numerò pauci, libro ſecundo de iuſtitia, & iure, capite quadrageſimoſecundo, numero ſeptuageſimoquinto) propter rationem ſuperius aſſignatam ex Diuo Thoma, quia periurium directe tendit contra diuinum honorem, vt late probatum eſt, ac probabitur fuſius. Homicidium
verò contra proximum, propter quod 24
cõnumerari poteſt inter peccata, quę di-

cuntur commitri in Deum ſpecialiter, quod à Diuo Thoma, ſpeciale genus peccati appellatur, & alijs grauius, vti eſt videre prima ſecundæ quæſtione 72. per totam, præſertim articulo primo, & quarto, in corpore, & in reſponſione ad argumenta, nam peccata, vt inquit Sanctus Thomas ibidem, diſtinguuntur penes obiecta, & finem.

Eſt autem *periurium falſa iuratio*, ſecundum Hoſtienſem, & alios Canoniſtas. Periurium enim deſcendit à peiero, quod eſt iuramentum infringo, vnde, qui eſt fractor præſtiti iuramenti, peierator appellatur.

Quis itaquè audebit negare grauitatem, atquè enormitatem valde exacrabilem eorum, qui in iudicio, præuio iuraméto examinati depoũnt ſcienter mendaciũ ſiue falſitatem circa Sanctitatem alicuius Beatificandi, vel Canonizandi, ne dum propter ſuperius adducta, quæ in hoc caſu veritatem omnimodam habent, ſed quia agitur de mendacio, & periurio in materia religionis, & fidei, vt latè dictum eſt, *Capite quinto ad ſextam concluſionem*? Ac etiam propter innumera mala, quæ oriri poſſunt, ex conſimili mendacio periurio maximè pernicioſo; Teſtis enim, qui in hunc grauiſſimum incideret errorem (quod Deus auertat) quantum in ſe eſt, molitur deceptionem Eccleſiæ, inſuper præbet anxam hoſtibus illius, deridendi Eccleſiam Chriſti ſanguine irrigatam, dilectam Agni inmaculati Sponſam, quæ eſt Columna, & firmamentum veritatis. Contra quos Sacri Canones meritò grauiſſimas pœnas, apud Deum, & homines decreuere, vt paulò inferius explicabo.

25 Qua occaſione cum Sancto Thoma, *tertio ſententiarum*, *diſtinctione 39. quæſtione prima*, *articulo quinto in corpore ad* initium *dico quoties*, *quis percipit*, *ſe iurare, tunc ſi falſum iurat, credo, quod ſemper peccet mortaliter, ſiue ſit iuramentum ſolemne, ſiue non ſolemne*, & Caietanus in ſua Summula, verbo *periurium*, *numero quinto*, *ſcito* (inquit) *Omne periurium aſſertorium eſſe mortale in quacumque materia ſit, & quibuſcumque verbis dicatur, & quacumque coactione, metu, ioco, leuitate, conſuetudine, vtilitate, aut excuſatione fiet*, Et reddens rationem ſui dicti ſubdit. *Quia Deo fit magna irreuerentia, inducendo ipſum in teſtem quaſi mendacem.*

26 Cuncta hæc propter ſuperius explicata, habent locum præſertim circa periurium, quod ſcienter, & voluntarie committitur à teſtibus ſolemniter examinatis circa Sanctitatem, vel miracula Canonizandorum, primo propter deformitatem actus, ſecundo propter grauitatem materiæ, tertio propter mala, quæ toti reipublicæ Chriſtianæ inde euenire poſſunt, quarto quia periurium de quo agitur quantum in ſe eſt, ſubuertit conſtantiam adminus fidei humanæ, & dictorum ſiue verborum hominum in materia valde graui, quinto quia modo quodam peculiari per conſimile periurium polluitur nomen Dei, iuxta illud Leuitici 18. *Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei, tui.*

Sexto propter rationem communiter ab omnibus Doctoribus adductam, quia cum teſtes de quibus ſupra, iurent per Euangelium grauius peccant, dicente Sancto Thoma ſecunda ſecundæ, quæſtione 98. articulo tertio in reſponſ. ad ſecundum argumentum circa finem, *eſt ergo grauius* pec-

peccatum ſi quis ſolemniter iuret per Euangelium, quàm ſi per Deum in communi ſermone iuret, propter maiorem deliberationem. Septimo, quia maiori cum diligentia, qua regulariter ſolet, in receptione teſtium veniunt examinandi teſtes de quibus ſupra propter rationem gloſſ. in capitulo. *Vbi periculum circa* exordium, de electione in ſexto, quia ſcilicet circa maiora, maius periculum vertitur, ideò cautius agendum eſt, eſt enim negotium Canonizationis, vt ſupra inſinuatum eſt, vnum de maioribus, quod inter fideles proponatur, vt aſſerit inter alios nonnullos authores gloſſ. cap. 1. de reliqu. & veneratione Sanctorum in ſexto, ideò, vt optime traditur in tex. capitis ſecundi de reliquijs, & veneratione Sanctorum, à periculo, ne vanis, & falſis figmentis decipiamur, vel teſtes decipiantur, ſummopere præcauendum eſt. ideò, cap. *venerabile*. Non plures ſimul debent examinari, ſed ſigillatim, & ſecreto, ne vnum alterum inſtruat, & ſequatur dictum alterius, & vt facilius illorum falſitas, ſi quæ interfuerit, deprææhendatur gloſſ. lege *nullum* cod. *de teſtibus* l. *ſi quis intra cod. de bon. præſcript.* Octauo quia periurium, quod committitur per teſtes iuratos in cauſa Beatificationis, vel Canonizationis alicuius ſerui Dei, non ſolum dicitur ſacrilegium, vt tradit S. Thom. 2.2. quæſtione 98. & alijs locis ſupra citatis propter rationem communem, quia ordinatur contra diuinum honorem, ſed etiam ſecundum rationem ſpecialem, atque formalem peccati ſacrilegij poteſt, & forte debet dici ſacrilegium propter tradita ab eodem Sancti Thom. vbi ſupra, quæſtione 99. (quam inſcribit de ſacrilegio) artic. 1. in corpore, dum inquit, *& ideò omne illud, quod ad inreuerentiam rerum ſacrarum pertinet, habet ſacrilegij rationem* ſed certiſſimum eſt, apud omnes periurium de quo agitur pertinere ad irreuerentiam rerum ſacrarum, & ad iniuriã Dei, vt patet ex paulò ante adductis in hac eadem ſectione ſecũda, igitur nedum dici poteſt tale periurium ſacrilegium in communi, verum etiam, & ſecundum rationem ſpecialem, qua conſtituitur peccatum ſacrilegij. Idque magis confirmatur, ex adductis ab eodem Sancto Doctore, vbi ſupra in reſponſione ad tertium argumentum, vbi explicans, quomodo ſacrilegium dicat violationem rei ſacræ, inquit. *Violatio hic large dicitur quecumque irreuerentia, vel exhonoratio rei ſacræ.* Quis enim dubitat periurium de quo ſupra continere irreuerentiam, & exhonorationem religionis Chriſtianę, & Eccleſiæ Catholicæ, quæ Sancta eſt ex Symbolo Niceno? Merito itaque tale peccatum reponi poteſt in genere ſacrilegij cum in illo reperiatur ſpecialis ratio deformitatis, per quam conſtituitur peccatum ſacrilegij, vt ab alijs diſtinctum. Quia ſcilicet, vt inquit, Sanctus Thomas, vbi ſupra, articulo ſecundo in corpore. *Violatur res ſacra per aliquam irreuerentiam, & ideò eſt ſpeciale peccatum, & opponitur religioni*. Immo ex eodem D. Thom. vbi ſupra ad calcem corp. præcit. art. habetur, quod ideò violatio rei ſacrę, inducit peccatum ſacrilegij ex hoc ipſo (inquit ille) *Quia contra Dei reuerentiam agitur*, ecce quomodo hæc aſſertio noſtra non ſolum conſequenter, ſed directe, & per ſe traditur à D. Thom. & ad obiectionem eorum, qui dicunt, vnam, & eandem rationem peccati non poſſe reperiri in pluribus pecca-

torum generibus, abunde ſatisfacit Sanctus Doct. vbi ſupra in reſponſ. ad tertium argumentum, dum inquit. *Nihil prohibet vnam ſpecialem rationem peccati in pluribus peccatorum generibus inueniri, ſecundum quod diuerſa peccata ad finem vnius peccati ordinantur prout etiam in virtutibus apparet*. Paucis interiectis ſubdens, *& hoc modo quocumque genere peccati aliquis faciat contra reuerentiam debitam ſacris rebus, ſacrilegium formaliter committit, licet materialiter ſint ibi diuerſa genera peccatorum*.

Verba tandem Euthiciani Papæ primi relata à Dominico Soto, vbi ſupra paruum ante quintam concluſionem, hic referam. Quæ refert ante Sotum, & alios, Gratianus in decreto quod allegat cauſa 22. quæſt. 1. *prædicandum*, quæ ſunt. *Prædicandum eſt vt periurium fideles caueant, & ab hoc ſummoperè abſtineant, ſcientes hoc grande ſcelus eſſe, & in lege, Prophetis, & Euangeliis prohibitum*. Cupientibus verò ſcire loca in particulari, in quibus periurium prohibeatur, reſpondendum eſt id prẹſertim fieri Leuitic. 6. & 19. Ioſuè 9. Exod. 8. & 29. Deuteronom. 5. & 11. Hierem. 7. & 9. Malac. 3. 5. & 13. Matth. 5. & p. ad Thimot. cap. 1.

Nec prædictis obſtat, quod in Cap. *Verum*. de iureiuran. quo ſtatuitur non eſſe puniendos, tanquam de peccato mortali, qui non ſeruauerint iuramenta per metum extorta, ſed tenendum eſt cum D.Thom. 2. 2. quæſt. 98. art. 3. in reſponſ. ad 1. argum. quod *coactio non aufert iuramento promiſſorio vim obligandi reſpectu eius, quod licitè fieri poteſt*. Subdens immediatè, *& ideò ſi aliquis non impleat, quod coactus iurauit, nihilominus periurium incurrit, & mortaliter peccat*. Et ſatisfaciens directè obiectioni propoſitæ ad calcem reſponſionis ait, *quod autem dicitur, quod tales non ſunt puniendi tanquam pro mortali crimine, non hoc ideo dicitur, quia non peccent mortaliter, ſed quia pœna eis minor infligitur*. Ac ſi diceret tex. Canon. de quo ſupra, eſſe neceſſario interpretandum non ſimpliciter, ſed comparatiuè, ad iuramenta non coacta, ſed liberè præſtita, quorum tranſgreſſio, procul dubio cum ſit grauior, rigoroſiori etiam pœna meritò punitur.

Qua occaſione ex doctrina Caietan. 2. 2. quæſt. 89. art. 7. §. *in eadem reſponſ. ad* 4. quam collegit ex D. Thoma, ibidem ad 4. arg. quamquè hauſerat D. Thomas ex Iſidoro, lib. 2. de ſummo bono, cap. 31. ex D. Gregorio, lib. 27. moral. cap. 7. reſoluitur alia difficultas non minus vtilis, quam altera præcedens de illo, qui coactè emittit iuramẽtum, ſimulatorijs tamen verbis, animo determinato non ſe obligandi, nec implendi, quod promittit, an iſte peccet læthaliter, vbi inter quamplura poſt recenſitas authoritates Sancti Hieronymi, Sancti Auguſtini, & Gratiani, tradit regulam generalem, per ſequentia verba, *& habeatur pro vniuerſali regula, quod mendacio interueniente, ſemper iuramentum eſt mortale*. Ex qua regula colligit aliam propoſitionem, per modum concluſionis, ſiuè conſequentiæ; & eſt. *Quia vbicumque deficit animus promittendi, aut obſeruandi in iuramento promiſſorio, interuenit mendacium, ideò ſemper eſt mortale*. Et ad vlteriora procedens ex adductis propoſitionibus infert adhuc aliam concluſionem, qua reſpondet cuidam tacitæ obiectioni ſequentis tenoris. Vbi autem deficit,

etiam

Digitized by Google

etiam animus iurandi, & ſolum exterioris iuramenti apparentia interuenit, mortale quoque peccatum eſt. Et reddens rationem huius aſſerti ſubdit: *Quia exterius iuramentum applicatur mendacio, quod eſt materia omninò contraria iuramento tam exteriori, quàm interiori.*

Denique periurium eſt adeò graue, & enorme, vt dicat S. Thom. 2.2. q.98. art. 3. in reſponſ. ad 2. & cum eo communis ſchola Theologorum, *quod ille qui iocosè, etiam periurat, non euitat diuinam irreuerentiam, ſed quantum ad aliquid, magis auget, & ideò non excuſatur à peccato mortali.* Statim ſubdens, *ille autem, qui ex lapſu linguæ falſum iurat, ſi aduertat ſe iurare, & falſum eſſe quod iurat, non excuſatur à peccato mortali, ſicut nec à Dei contemptu.*

Alia multa contra vitium periurij, & periuros leguntur in Concil. Ilerden. can. 7. adducto à Gratiano cauſa 22. quæſt.4. cap. *qui in ſacramento*, & pariter in Conc. Turonen. 3. can. 34. in Conc. Rhemen. can. 41. & ſequentibus, in Conc. Oxonien. in Anglia can. 1. & in Conc. Narbonen. can. 4. Iuſtinus quoque, lib. 14. hiſtor. meritò dicebat: *Dij ſunt periuriorum vindices*, & Cicero, lib. 3. de legibus, *periurij pœna diuina, exitium, humana dedecus*. Ideò Heſiodus in Teogon. ſermonem faciens de periuro inquit, huius obſcurior proles in futurum relinquetur; viri autem verè iurantis proles in futurum melior.

30 De materia periurij, præter Canoniſtas, titulo de iureiurando, & ſummiſtas omnes, & antiquos, & modernos, verbo ſiue titulo periurium, ſiue mendacium, ſunt complures doctores, quos in particulari recenſet Sanchez de præceptis decalogi, lib. 5. cap. 4. numero 16. 26. & ſequentibus, & Valerius Reginaldus, lib. 18. ſuæ praxis, numero 88. & 92. & ſequentibus, & Molfeſius in ſuo promptuario triplici, tract. 11. capit. 11. ſparſim per totum.

SVMMARIVM Septimi Capitis.

Punctum Primum.

1 *Proponuntur, pariterque reſoluuntur nonnulla argumenta, præſertim contra concluſiones propoſitas, declaratas, rationibuſque, & authoritatibus confirmatas in Quinto* Capite *huius tractatus, quibus argumentis frequenter adhibetur non vna tantum, ſed multiplex reſponſio ratione, & authoritate fulcita.*

2 *Oſtenditur magnum diſcrimen repertum inter adorationem hoſtiæ, quæ reputatur ritè conſecrata licet non ſit, & Canonizationem Sanctorum, vbi etiam aſſignatur, qua intentione, ſiuè animo, & conditione fideles adorare debeant hoſtias à Sacerdotibus in Miſſa eleuatas, ſiuè in pixide conſeruatas.*

3 *Eccleſia Romana, licet vtatur teſtimonijs hominum in Canonizatione Sanctorum, non tamen, poteſt in illa errare.*

4 *Aſſignatur ratio quare antiqui Theologi, pro maiori parte expreſſè non docuerint eſſe de fide, quod Papa nequeat errare in Canonizatione Sanctorum, licet id virtualiter docuerint, ac implicitè, alij verò explicitè.*

5 *Actio Canonizationis ordinatur ad ædificationem fidelium, & ad ampliationem, ſiue propagationem fidei Catho-*

lica, ideò cenſetur non factum ſpeciale, ſed vniuerſale.

6 *Adducitur diſcrimen repertum inter cognitionem ſanctitatis alicuius hominis in vita, & poſt mortem.*

7 *Interpretantur dicta quorũdam Doctorum Catholicorum aſſerentium Papam poſſe errare in canonizatione Sanctorum.*

8 *Occaſione ſecundæ reſponſionis ad vltimũ argumentum explicantur quatuor, quæ ordinariè requiruntur in Sanctorum canonizatione declarando, quomodo in actu ſolemnis canonizationis nequeat eſſe fallacia, dato etiam quod aliqui errores irrepſerint circa alia tria præcedentia actum ſolemnis canonizationis, quo caſu nullam haberet dependentiam ſolemnis canonizatio ab illis tribus fallacijs aſperſis.*

CAPVT VII.
Argumentorum, & Reſponſionum.

Punctum Primum.

Sanctorum canonizatio appellatur factum vniuerſale.

1 §. 1. IN hoc Cap. proponuntur pariterq; reſoluuntur dubia, & obiectiones contra determinata, & probata in concluſionibus ſuperioris Capituli Quinti; multa equidem argumenta breuitatis cauſa relinquuntur, vel quia non multum vrgeant, vel quia reſolui poſſunt ex reſponſionibus inferius adducendis, vt fugatis nubeculis argumentorum veritas clarius agnoſcatur, agnita ardentius diligatur, atque dilecta vehementius defendatur, cautiuſque cuſtodiatur.

Eſt itaque primum argumentum; Cum Sanctorum canonizatio ſit factũ ſpeciale in illa igitur, & circa illam poterit errare Summus Pontifex Rom.

Ad quod faciliimè reſpondetur per ea, quæ ſuperius frequenter præſertim in 3. cap. in 2. & 3. fundamento diffuſè dicta ſunt; vbi inter alia multa probatur authoritate, & ratione, etſi canonizatio huius, vel alterius Sancti ſecundum ſe conſiderata, dici poſſit, factum particulare, in rei tamen veritate, quo ad vtilitatem, ſeu damnum Eccleſiæ Vniuerſalis, quod pendere poteſt, ac ſolet ex illa, profectò factum commune, & vniuerſale appellari debet, cum pertineat ad cultum diuinum, ad fidei dilatationem, & ad imitationem vitæ Chriſtianæ, quod magis expreſſit inter alios, Cano, vbi ſupra, dum inquit, *licet iudicium canonizationis alicuius Sancti à peculiari eius vita teſtimonio pendeat, ad vniuerſalem nihilominus totius Chriſtianæ Religionis ſtatum manifeſtè pertinet, cum in ſe contineat profeſſionem, atque proteſtationem fidei noſtræ*, quemadmodum latè tradunt Corduba, Couarruuias, & alij, locis ſuperius citatis, maximè capite 3. & 5.

Punctum II.

Eccleſia nequit errare in veneratione reliquiarum Sanctorum.

§. 2. AD replicam verò illorũ, qui contẽdunt perſuadere, iudiciũ Eccleſiæ poſſe errare, ſaltẽ circa venerationẽ reliquiarũ, huius vel alterius Sancti iã ab Eccleſia ritè canonizati per ſuppoſitionẽ vnius corporis, loco alterius, vt forſitan aliquando ex hominum malitia accidit. Reſpõdetur Eccleſiam per diffinitiuam ſententiam ab ea latam in actu ſolemnis canonizationis decernere quidem reliquias Sancti, vel Sanctorum iam ritè canonizatorum eſſe publico cultu venerandas, vt frequentius dicitur, in Bullis eorum canonizationis; non tamen ſemper declarat hoc, vel illud corpus, ſiue reliquias in particulari eſſe huius,

vel

Digitized by Google

vel illius Sancti, quem canonizauit. Addo tamen quod ſi hoc quoque ſecundũ, Eccleſia Romana præuia cognitione, & diligenti examine diffiniat, vt puta, illa numero oſſa in particulari, quæ indubitanter honorificè ſeruantur Bononiæ in Eccleſia Prædicatorum marmoreo ſepulchro exiſtente in inſigniori ſacello redditibus pauperrimæ Religionis Dominicæ magnificè, atque ſuo Patri, & fundatori eximio D. Dominico nouiſſimè extructo, magna deuotione in honorem ſui Patris (poſt Deum optimum maximum) dicato; eſſe illa oſſa eiuſdem Sanctiſſimi Patriarchæ Dominici primi Inquiſitoris contra hæreticam prauitatem; idq; eſſe prorſus tenendum, neque vllatenus contradicendum, cum omnis talis contradictio inuoluat ad minus notam magnæ temeritatis, vt latius dicam. Ex quibus Virgineis etſi arentibus oſſibus Sancti Patris Dominici ſuauiſſimus, atque iocundiſſimus odor emanat, prout atteſtati ſunt inter alios, Archiepiſcopus Rauennas, Magiſtratusque Bononienſis, ac innumera ferè virorum, ac mulierum turba, quæ adfuit, quando de loco humili ad celſiorem locum in eadẽ Eccleſia Bononienſi Ordinis Prædicatorum, prçuia opportuna facultate, tranſlata fuere, die 24. Maij 1233. propter quod canitur in eiuſdem Sancti Patris Dominici officio ab Eccleſia ſemel, atque iterum approbato, (quodque officium edidit ſanctus Thomas Aquinas) *Plaude Bononia tanti Patris dotata gloria*, ac etiam illud, *fragrat odor de tumulo cum virtutum frequentia*.

§. 3. Ideò Gregorius IX. in Bulla Canonizationis eiuſdem Sancti Patris Dominici, circa finem. §. *Nos verò*, de præclariſſimo Confeſſore verba faciens, de eodemque ſepulchro, in quo continentur oſſa dicti Sancti Patris, in Eccleſia Sancti Dominici Ciuitatis Bononienſis expreſsè inquit, *Nos verò tanti Confeſſoris venerabile ſepulchrum, quod miraculorum fulgoribus generalem illuſtrat Eccleſiam, cupientes dignis Chriſtianæ deuotionis honoribus frequentari, verè pænitentibus confeſsis, illud in feſtiuitate eiuſdem Sancti, annis ſingulis cum deuotione, ac reuerentia debita viſitantibus, de omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum authoritate confiſi, annum vnum de iniuncta ſibi pænitentia miſericorditer relaxamus*, &c.

§. 4. Innocentius quoque Octauus, tertio Idus Octobris 1484. cõceſſit omnibus viſitantibus Eccleſiam Beati Dominici de Bononia, vbi corpus eius requieſcit, in die feſto illius eamdem indulgẽtiam, quam habent viſitantes Eccleſiam Beati Franciſci de Aſsiſio in feſto ipſius. Inſtituitque celebrari feſtum in honorem eiuſdem Beati Patris Dominici ſub prçcepto ab omnibus Chriſtifidelibus, quo feſtum Beati Franciſci fuit à Sixto Quarto inſtitutum: & horum originalia cõſeruantur in almo Conuentu S. Dominici de Bononia, prouinciæ vtriuſque Lombardiæ.

Ex quibus verbis neceſſaria conſequentia colligitur Sũmos Põtifices Roman. aliquo modo determinaſſe, & Eccleſiæ promulgaſſe, in eodem ſepulchro, ſiue arca ſita in Eccleſia Bononien. eſſe recõdita oſſa pretioſi corporis eiuſdem Sancti Patris Dominici: In hoc igitur facto ſingulari, de quo ſupra immediatè Summus Pontifex, ſiue Eccleſia non errat, ſed veritatem determinat ex aſſiſtentia, & prouidentia diuina modo, & ordine ſupra expoſito, & propter rationes ſæpius in prçmiſsis capitulis expreſſas, præſertim quando miraculis corruſcant in teſtimonium veritatis, prout in caſu relato, id enim inter alios docent Auguſtinus de Ancona in Summa

de

Digitized by Google

de Eccleſiā *quæſt.* 17. *art.* 3. ad calcem corporis articuli, & Andreas Molfeſius in ſua Summa morali Theologiæ, & caſuum tomo 1. *tract.* 11. *cap.* 6. *num.* 44. addens, *quod tenemur conſimiles reliquias ex præcepto fidei adorare, quoties ſcilicet authoritate Apoſtolica fuerint approbatæ, quod ſint huius, vel illius ſancti in particulari, iam ritè per* Eccleſiam *canonizati, ac in tali loco*, ideò in corpore eiuſdem præcitati articuli 3. idem Auguſtinus de Ancona colligit ex authoritate etiam Sanctorum Patrum, ſi in libris, vel legendis Sanctorum approbatis per Eccleſiam, ipſamet Eccleſia tradat fidelibus corpus Sancti alicuius determinatè venerari in aliqua Eccleſia, *temerarium* eſſet, nec poſſet abſque peccato alibi venerari, præcipuè quando per aliquos aſſereretur pertinaciter alibi eſſe, vbi Eccleſia contrariam informationem, ſuis tradidit fidelibus, ſubdens, quia vt dicitur 24. *quæſt.* 1. *rogamus, aliud quā Eccleſia Romana doceat, neque ſentire, neque velle alicui permittitur.*

Punctum III.

De miraculis operatis à Deo per reliquias Sanctorum.

§. 5. NE pariter ex his anſam permanendi in ſuis calumnijs præbeamus Nouatoribus ſtultè, ac temerè dicentibus, Catholicos, quibuſdam illuſiſſe præſtigijs, vt frequenter vnius Martyris, vel alterius Sancti corpus, diuerſis in locis ſitum eſſe traderent. Hi Nouatores, quos recent & inter alios Cardinalis Baronius *de Martyrologio Romano capit.* 4. *circa finē* §. *Sed ex his*; quod etiam tradit, ac approbat frequenter Philippus Ferrarius Seruita in Cathalogo Sanctorum Italiæ, præſertim in annotatione poſt Indicem, tit. *quomodo accipiendum ſit, corpora Sanctorum in diuerſis locis reperiri.* Idemque ſcripſit Pater Antonius Yepius Ordinis Benedictinorum *tom.* 1. dum *agit de corpore ſancti Mauri Abbatis*, & Zaccharias Lipeloo in diuerſis Sanctorum vitis ab illo conſcriptis, præſertim *tomo* 3. *in Epiſt. quam vocant dedicatoriam*, §. *ſed enim*, & §. *et quidem.* Qui Nouatores ignorantes, vel neſcire diſſimulantes Catholicos, nullatenus hoc affirmare, in diuerſis ſcilicet ſepulchris vnum, idemque integrum eſſe corpus, licet dicant in varijs ſepulchris vnius Martyris conſeruari reliquias, quibus eundem honorem impendendum eſſe, ac ſi integrum eſſet corpus, vel caput, iuxta ſententiam S. Gregorij Nazianzeni *in oratione* 1. *in Iulianum* dicentis, *eaſdem præſtare virtutes quaslibet Martyris ſanguinis guttas, & exigua paſſionis ſigna, quas integra corpora.* Et in Cign. Carm. *O rem prodigioſam.* (inquit) ſalutem *affert ſola Martyrum recordatio*; & de ſummiſſ. animi caſtit. & temp. *magna ſunt hæc, ſed quod ad reliquias ſpectat maiora his addimus, quod non tantum tenuis puluis ex oſsibus Martyrum, capillus, vel pānus vilis, aliaquè tenuiora eorumdem Martyrum monumenta, talia præſtent, ſed etſi ſuper illorum ſepulchra, flores, vel alia huiuſmodi amoueantur tantam ex his, quæ intus ſunt ſacris reliquijs virtutem hauriant, vt ad animarum, corporumquè ſalutem conſequendam, ac inſuper ad mortuos excitandos poteſtatem accipiant.*

§. 6. Cuncta hæc confirmantur ex traditis à S. Auguſtino *lib.* 22. *de Ciuitate Dei*, & S. Gregorius Nyſſenus *in oratione in laudem magni Martyris Theodori, ſi quis puluerem (inquit) qui conditorium vbi Corpus Martyris quieſcit obſitum eſt auferre permittat, pro munere pulueris accipitur, atque tanquam res magni pretij condenda terra colligitur, &c.*

Pun-

Digitized by Google

Punctum IV.

De miraculoſo puluere ſepulchri quorundam Sanctorum.

§. 7. QVot, quantauè miracula ex puluere tumuli Sanctorum collecto Deus operari conſueuerit, abundè nimis tradit Gregorius Turonenſis *lib. 2. & lib. 3. de miraculis ſancti Martini, præſertim lib. 4. cap. 2.* vbi de ſe ipſo narrat, *Cum lingua mihi grauiter obriguiſſet, & plerumque dum loqui vellem balbutire me faceret, quod mihi non ſine improperio erat, acceſſi ad tumulum* S. *Martini, ac per lignum cancelli linguam impeditam traxi, protinus tumore compoſito conualui, intumuerat enim valde, & totum palati impleuerat antrum, deinde poſt diem tertium, labium mihi exilire cæpit, acceſſi iterum quærere ſanitatem ad prædicti* Sancti *tumulum, tactuſquè à dependentibus velis, protinus ſtetit vena pulſus.* Idem refert Cardinalis Baronius *tom. 7. annal. ad annum Domini* 574. Qui Baronius tomo 11. ad annum 1085. quamplura miracula operata à Deo per contactum *mitræ Gregorij VII.* tranſmiſſæ ab eodē Sancto Pontifice, ad Anſelmum Tertiū Lucenſem Epiſcopum. Et modò quidem admiranda operatur Deus intra, & extra Italiam, ex puluere; qui deſumitur ex loco, in quo pro fide Chriſti occiſus fuit ſanctus Petrus Martyr, vbi proprio ſanguine Symbolum fidei ſcripſit, & pariter ex puluere collecto ex loco prioris ſepulchri S. Raymundi eiuſdē Ordinis Prædicatorum, de cuius miraculi veritate extant adhuc nonnulli homines, qui ſunt teſtes oculati.

§. 8. Hinc eſt, quod S. Ioannes Chryſoſt. *homil. vlt. in Epiſt. ad Romanos* affirmat ſe maximo deſiderio teneri Romam veniendi, vt ſepulchris Sanctorū Petri, & Pauli aduolui poſſet, inter alia expreſſis verbis, inquit, *Quis mihi dabit circumfundi corpori Pauli, & affigi ſepulchro, & videre puluerem corporis illius?* & poſt pauca ſubdit, *hoc corpus Vrbem munit, quamuis turribus, innumeriſquè mænibus, ac vallis ornata ſit, tutior eſt, & cum iſto corpus etiam Petri poſſidet, nam & Paulus viuentem honorauit* Petrum, *aſcendi Hieroſolymam, inquit Paulus, videre* Petrum *ad Galat. 2. Ex reuelatione conſulit* Euangelium *cū eodem* Petro, *Ioanne, & Iacobo.* De reuelatione diuina profecto hic agitur, de qua latius in appendice ad 4. cap.

Theodoretus quoque *in epiſt. ad Leonem* inter alia multa, quibus laudat Romam, hoc vnum eſt ſingulare, quod ibi Apoſtolorum ſepulchris mentes fidelium illuminantur.

Punctum V.

De clauibus poſt tactum ſepulchri Sanctorum Apoſtolorum.

SAnctus quoque Gregorius *in regeſt. Epiſt. lib. 1. indic. 19.* Epiſt. *15. ad finem,* de clauibus aureis, & argenteis, vel ex alio metallo compactis, per quas poſt tactum ſepulchri Sanctorum Apoſtolorum Petri, ac Pauli, Deus conſueuit mirabilia operari, inquit, ſcribens ad Anaſtaſium Patriarcham Antiochenū, *Amatoris autem veſtri Beati Petri Apoſtoli claues tranſmiſi, quæ ſuper ægros poſitæ multis ſolent miraculis coruſcare,* & *epiſt. 29.* conſcripta ab eodem ad Andream de Dibria ait, *præterea ſanctiſſimam clauem, à ſancti Petri Apoſtoli corpore vobis tranſmiſi, quæ ſuper ægros multis ſolet miraculis coruſcare;* addens, *nam etiam de eius catenis interius habet. Eadem igitur catena* (ſubdit S. Gregorius) *quæ illa ſancta colla tenuerunt, ſuſpen-*

ſpenſa, colla veſtra ſanctificant; idem prorſus repetit ad calcem *epiſt.* 30. *directa Ioann. exconſuli*, atque Patricio, & Quæſtori. Et *lib.* 6. *epiſt.* 23. narrat miracula, in particulari operata à Deo per clauem æneam, poſt contactum ſepulchri Apoſtolorum, contra quemdam ſuperbum irridentem virtutem dictæ clauis.

Punctum VI.

Bononiæ aſſeruatur corpus Sancti Dominici.

§. 9. CVm igitur Eccleſia, exempli cauſa ſtatuat corpus, ſiue reliquias corporis S. Patris Dominici eſſe venerandas Bononiæ, in Eccleſia aliàs nuncupata Sancti Nicolai in Vineis. Quam Eccleſiam olim Parochialẽ ex permiſſione Epiſcopi, illius temporis Ciuitatis Bononien. circa annum Domini 1218. tradidit S. Patri Dominico adhuc in humanis exiſtenti, Beatus Rodulphus de Fauentia Rector dictæ Eccleſiæ, & Doctor vtriuſque Iuris, qui ad prædicationem Beati Reginaldi Aurelian. ad Dei ſeruitium mirabiliter inflammatus, ſemetipsũ quoq; donauit Religioni Prædicatorum. In qua Religione tantum profecit, vt eligeretur in Confeſſorem à Sancto Patre Dominico, propter eius vitæ perfectionem, & raram humilitatem, interfuit miraculo multiplicationis panis à Deo optimo maximo patrato, meritis, & interceſſione Sancti Dominici, in eadem ciuitate Bononien. (Nam idem miraculum egit Deus omnipotẽs precibus eiuſdẽ ſancti Dominici, etiam Romæ, in Conuentu S. Sixti.) De ſanctitate viri Dei Rodulphi, qui glorioſè obijt circa annum 1259. multa ſigna dedit Deus, præſertim illud, quod reuelauit Lectori tunc Bononienſi, viro inculpatæ vitæ; parum etenim ante mortem Beati Rodulphi, vidit Patriarcham ſanctum Dominicum, ſcribentem in quodam libello litteris aureis ſequentes characteres R. R. L. quibus ſignificabatur glorioſa mors, ac fælix tranſitus ad cœlum BB. Rolandi de Cremona, Rodulphi de Fauentia, ac Lamberti de Bononia, tunc Prioris dicti Conuentus Ordinis Prædicatorum, qui eodem anno, & modico dierum interuallo, caduca huius Mundi relinquentes, ad cœleſtia profecti ſunt. Ex monumentis antiquiſſimis fundationis, & erectionis eiuſdem Conuentus Bononiẽſis ex Taegio, Leandro, Hieronymo Borſello, alijſque egregijs Scriptoribus, vitæ hominum illuſtrium præclariſſimi inſtituti Prædicatorum.

Bonaq; venia benigni Lectoris propter debitum Patriæ, omiſſa numeroſa multitudine SS. & BB. etiam Martyrũ, quibus Deus Prouinciam Emiliæ, quæ Romandiola cõmuniter appellatur, diuerſorum ſexuum, graduum, & ordinum decorare voluit, ad euitandam prolixitatem, liceat mihi hac occaſione pauca enũciare de Beato Reginaldo Fauentino, qui habitum Religionis Dominicanorum ſuſcepit de manibus ſancti Dominici, ſanctique ſui Patris, in nonnullis virtutibus veſtigia imitatus, præſertim in humilitate, & puritate, ob quas fuit adeò charus, atque gratus S. Dominico, vt illum ſemper vocaret filium dilectum. Interfuit & ipſe miraculo panis, de quo ſupra. Huic ſuccedit Beatus Iulianus eiuſdem Patriæ, & Ordinis, qui etſi ætate iuuenis, cor ſenile tamen gerebat, qui proximus morti, & iam plenus bonis, ac ſanctis operibus, ſecurus de futura gloria, vultu, & manibus, ſigna lætitiæ aſtantibus demonſtrabat, dixitque illis per modum deprecationis, longè aliquantulum à me, nam

Digitized by Google

nam anima mea vix poteſt capere ob maximam lætitiam in hoc meo corpuſculo, & oculis eleuatis ad cœlum repetitis vicibus dicebat, *Educ de carcere Domine animam meam, vt poſsit tuum ſanctum nomen ſemper laudare*, quo vix cõpleto, à ſomno arreptus, vidit Euangeliſtam ſanctum Marcũ, cellam ſuam ingredientem, audiuitque vocem clamantem. Quo pergis ſancte Marce? qui reſpondebat, ad viſitandum hunc infirmum, (ſcilicet Iulianum) & interrogatus, quare magis ille, quàm alius Sanctus ad illum veniret, replicabat, ob eximiam, & ſingularem deuotionem ipſius erga me. Omitto alios Beatos eiuſdem Ciuitatis, vtputà Neuolonē, & Iacobum Philippum Ordinis Seruorum, & Beatam Humilitatem Ordinis Vallis Vmbroſæ, de quibus fuſius tractat Philippus Ferrarius in ſuo Cathalogo Sanctorum Italiæ, die 15. Maij, folio mihi 285. & 22. eiuſdem menſis, fol. 365.

31 Ad Eccleſiam, in qua iacet corpus ſancti Dominici, in nobiliſſima Ciuitate Bononienſi iterum redeundo, dicam, vt omnibus notiſſimum eſt, (quæ modo verò communiter appellatur ſancti Dominici,) miror cur aliqui auſi ſint affirmare corpus integrum Sancti Dominici eſſe in ciuitate Aſſiſiaten. iuxta corpus ſancti Franciſci; eò magis, quia Bononiæ in eadem Eccleſia Sancti Dominici conſpicitur palàm caput dicti Sancti, in techa argentea honorificentiſſimè conditum, extra arcam conſeruatum in altari ſanctorum reliquiarum, & omnes Scriptores vitæ eiuſdem glorioſiſſimi Patris, præter Pontifices præmemoratos vnanimi conſenſu affirmant, quod corpus ipſius quieſcit Bononiæ in Eccleſia ſui Ord. miraculiſque eximijs coruſcat. præſertim Sanctus Antoninus, Vincentius Beluacenſis, Petrus de Natalibus, Laurentius Surius, Lipomanus, & alij, quorum authoritatem cõfirmant literæ Clementis IV. directæ Magiſtro, & Fratrib. Ord. Prę̨d. quibus concedit, vt in Eccl. eiuſdē Ord. ciuitatis Bononien. nobiliorem pro ſanctiſſimo corpore Diui Dominici in ſepulchro cõſtituendo, ad eorum voluntatem eligant locũ, in quem transferri poſſit corpus dicti Beati, harum litterarum expreſſam mentionem facit Leander Albertus de Viris Illuſtribus Ordinis Prędicatorum in vita S. Dominici, §. *aiunt me veritatem*.

§. 11. Frater Bartholomæus Epiſcopus Vicentinus Ordinis Prædicatorum in ſuis litteris datis Bononiæ *die 9. intrante Iunio 1267.* fidem facit, atque teſtatur in verbo veritatis, eodem anno, *die quinta Iunij, in feſto Penthecoſtes.* Congregatis Patribus dicti Ordinis Prædicatorũ Bononiæ pro celebratione Capituli Generalis, ſub generalatu Fratris Ioannis de Vercello interfuiſſe tranſlationi, ſecundo habitæ, de corpore eiuſdem Sancti Patris Dominici in eadem Eccleſia Bononienſi Ordinis Prędicatorum, affirmans ſe vna cum Archiepiſcopo Rauennaten. Philippo nuncupato, aſtantibus, & præſentibus Octauiano Epiſcopo Bonon. Thomaſio Immolenſi, Arnulpho Humanenſi, & Aegidio Torcelenſi, alijſq; ferè innumeris vidiſſe, & oſculatos fuiſſe oſſa corporis dicti ſancti, ac deinde clauſã fuiſſe per illos capſam, in qua erant, & aſportata in arcam marmoream pretioſiorem, prout latius in dictis litteris, ad extenſum relatis à Michaele Piò *libro 1. Virorum Illuſtrium Ordinis Prædicatorum, in nota a.* Idē habetur expreſsum in Annalibus Almæ Ciuitatis Bononienſis relatis ab eodē, vbi ſupra.

Idem affirmant nouiſſimè Franciſcus Hæreus, Zaccharias Lipeloo, Carthuſianus ad diem 4. Auguſti, inter hos extat Philippus Ferrarius Seruita, in Catalogo Sanctorum, in Indice Alphabetico

tico nominum Sanctorum ſub littera D. his verbis, *Dominicus Author Ordinis Prædicatorum*, Bonon. 4. *Auguſti, corpus ibidem in propria Eccleſia*; idem aſſerit in Indice typographico, verbo *Bononia*, in Emilia, vbi agit de translatione eiuſdem S. P. Dominici.

Punctum VII.

Continens veram intelligentiam quorumdam verborum S. Auguſtini.

§. 12. SEcundo obijciunt locum Diui Auguſtini aſſerentis, *multorum corpora venerantur in terris, quorum animæ cruciantur in gehenna*. Cui argumento reſpondetur cum Bellarmino, & alijs ante ipſum, quod prædicta verba nequaquam inueniuntur in operibus Diui Auguſtini, dato autem quod eſſent verba eiuſdem Sancti Auguſtini; vel alterius Doctoris Catholici animaduertendum eſt primo, quod in illis verbis non dicitur *Corpora Sanctorum, neque canonizatorum*, ſed indefinitè *multorum corpora*, non ſe determinando ad hæc, vel illa. Secundo, prædicta verba veniunt exponenda de corporibus impiorum hominum, qui antiquitus, ac etiam noſtris temporibus, ſuperbiſsimis honorantur ſepulchris, vel tertio interpretanda ſunt de corporibus fraude aliqua hominum, pro corporibus Sanctorum doloſè ſuppoſitis, vel quarto, de falſis Martyribus Donatiſtarum, qui malè honorabantur ab hereticis tanquam veri Martyres cum reuera, eorum animæ torquerentur in Inferno.

Punctum VIII.

Diſcrimen adducitur inter adorationem hoſtiæ, & Sanctorum canonizationem.

§. 13. TErtium videtur idem iudicium fieri poſſe de hoſtia non conſecrata, quæ tamen ex affectu veræ Religionis à fidelibus adoratur, ac ſi eſſet ritè conſecrata, & de canonizatione, ſiue gloria Sanctorum; igitur non eſt vndequaque certa gloria Sanctorum canonizatorum.

Ad quod argumentum reſpondendum eſt, communem conſenſum omnium Theologorum ſemper fuiſſe, latū, maximumque diſcrimen reperiri inter factum recenſitum de hoſtia non conſecrata, & illud canonizationis Sanctorum, quod apparet ex multis. Primò, quia error factus circa hoſtiam non cōſecratam prouenit à perſona priuata, vtputa à tali Sacerdote, qui ob defectum poteſtatis, vel malitiam intentionis ſuæ, qua recedit ab intentione Eccleſiæ, ideò non rectè conſecrauit; Canonizatio verò fit per Iudicem, atque Caput ſupremum totius Eccleſiæ, innumeris prius, vt copioſè dictum eſt adhibitis diligentijs, cui in tali actione aſſiſtit virtus, ac directio infallibilis Spiritus ſancti, præcipuè in actu diffinitiuæ ſententiæ de ſanctitate, & gloria illius Iuſti, qui tunc canonizatur. Secundo, apparet diſcrimen, de quo ſupra, quia factum de hoſtia non conſecrata prouenit ex particulari defectu illius, vel alterius Sacerdotis, & hoc non pertinet per ſe ad ſtatum communem totius Eccleſiæ, quēadmodum validiſſimis argumentis ex authoritatibus, & rationibus deſumptis euidenter probatum eſt pertinere Sanctorum canonizationem, ne dum in com-

Digitized by Google

communi, verum etiam in particulari huius, vel iſtius ſancti

§. 2. Hinc eſt, quod inter alios Ludouicus à Paramo Regni Siciliæ Inquiſitor, *lib. 4. de origine ſancti Officij Inquiſitionis, quæſtione 5. num.* 184. inquit, *Quoties Papa in Sanctorum canonizatione facit, quod in ſe eſt, Deus illum illuminat ne erret, cum ſit caput totius Eccleſiæ, & agatur de re maximi momenti, quæ ſtatum totius Eccleſiæ concernit.* Tertio, augetur idem diſcrimen, quia dum Pontifex canonizat aliquem Sanctum, aſſertiuè diffinit illum in particulari eſſe verè ſanctum, & in gloria beatum, ideò ab hominibus colendum, & adorandum, non tamen Eccleſia proponit, ſiue diffinit, hanc, vel illam hoſtiam ſingularem eſſe adorandam, ſed in communi tantum præcipit adorare omnem hoſtiam ritè, ac rectè conſecratam, nulla in actu adorationis appoſita conditione expreſſa. Diuus Thomas de hac materia diſſerit, 3. *ſententiarum, diſtinctione 9. quæſtione 1. artic. 2. quæſtiunc: 6. in reſponſione ad ſecundum argumentum,* vbi verbotim docet, *Qui adorat hoſtiam non conſecratam oportet eam adorare cum cõditione, videlicet ſi eſt rite cõſecrata, nõ eſt tamen neceſſe, quod hæc conditio ſemper ſit explicita, ſed ſufficit, quod habitu teneat illam.* Vnde non peccat adorans eam, (*ſcilicet hoſtiam non conſecratam, quia non adorat puram creaturam, ſed Chriſtum ſecundum intentionem, quem ibi eſſe credit realiter ſacramentaliter, quãuis Sacerdos quantum in ſe eſt, faciat populum idolatrare, quia offert ei puram creaturam ad adorandum.* Idem tradunt Riccardus 3. *ſententiarum, diſtinctione* 24. idem quoque docet Gabriel *lectione* 50. explicans Alenſem, & Sanctum Bonauenturam, quod ſolum loquantur de intentione habituali, quoties dicunt requiri intentionem adorandi hoſtiam, dummodo ſit ritè, ac rectè conſecrata.

§. 3. Ad illud verò, quod tangitur in eodem argumento, quod affectu veræ Religionis, mouentur fideles ad adorandũ hoſtiam non ritè conſecratam pro conſecrata. Reſponderi poteſt, quod hoc intereſt inter virtutem Religionis, ſiue prudentiæ etiam infuſæ, & pietatem fidei, quod pietas fidei nullo pacto poteſt inclinare ad falſum, neque practicum, neque ſpeculatiuum; Virtus verò Religionis, ſiue prudentiæ, quamuis inclinet fideles ad verum practicum, non tamen ſemper ad ſpeculatiuum. Hinc oritur quod longè facilior eſt error hoſtiæ, qui prouenire poteſt ex obliuione, vel malitia Sacerdotis, qui data opera non intendit conſecrare, quod nullo pacto habet locum in negotio, ſiue facto Canonizationis Sanctorum propter ſuperius relata. Inquit enim Bannes inter alios 2. 2. *quæſtione* 1. *artic.* 10. *dubio* 7. *circa finem*, §. *ad ſecundum argumentum, verſ. & ideò nulla via ſit credibile, quod Papa errare poſſit in canonizatione Sanctorum.*

Punctum IX.

Quomodo Eccleſia vtatur hominum teſtimonijs in Sanctorum Canonizatione.

3 QVartum eſt illorum, qui aſſerunt Eccleſiam Romanam, vt aliquem in numerum Sanctorum adſcribat, vti hominum teſtimonijs, de vita, ſanctitate, & miraculis Iuſti canonizãdi propter quæ teſtimonia, de ſe fallibilia errare poteſt.

§. 1. Ad quod breuiter reſpondetur primò cum Diuo Thoma quodlib. 9. art. 16. & alijs Theologis, negando conſequentiam, eo quia in tali caſu, ſiue facto canoni-

nonizationis Deus preſeruat Eccleſiam. atque Summum Pontificem, ne in conſimilibus per fallibile hominum iudicium fallatur. Secundo, pariter dicitur, quod diffinitio, ſiue iudicium, quod fit per Summum Pontificem, de ſanctitate, & gloria canonizandi in actu canonizationis non innititur ſolum, ac tantum teſtimonijs hominum, ſed principaliter diuinæ promiſſioni, tanquam cauſæ ſufficienti infallibilitatis; Chriſtus etenim pro Petro, & Succeſſoribus eius rogauit ne deficeret fides eius, neue in diffiniendo Summus Pontifex erraret, in his præcipuè quę pertinent ad fidem, & bonos mores, ad cultum diuinum, & imitationem vitæ Chriſtianæ; ideò cōmuniter Theologi aſſerunt cognitionē ſanctitatis illius, qui debet canonizari non pēdere ex diligentijs humanis, quæ paſſim fiunt, cum in illis, quæ reſpiciunt eſſentialia Canonizationis Spiritus ſancti virtus, aſſiſtentia, & impulſus adſint, per quæ omnis error longius excluditur, & ratio huius ea eſt, quia in eſſentialibus facti Canonizationis regitur Pontifex, ſecundum regulas à Sanctis Patribus traditas, quas ipſi collegerunt ex ſacra Scriptura, ſecūdum quam impoſſibile eſt errare.

Punctum X.

De cenſura propoſitionis contrariæ 6. Concluſ.

4 §. 1. QVintum, nonnulli dicunt nimis rigoroſè in ſexta concluſione fuiſſe qualificatam propoſitionem negantem omnimodam infallibilitatem ſummi Pontificis Romani, in Sanctorum Canonizatione, cum ab antiquioribus Theologis, atque Canoniſtis, non inueniatur condemnata tanquam hæretica, neq; formaliter pronūciata, vt de fide.

Ad quod argumentum, reſpondeo, quod ſatis erat temporibus illis, vt fideles ſcirent, atque docerent, Papam non poſſe errare in Sanctorum canonizatione ad hoc, vt certo crederent ſanctitatē, & gloriam Sanctorum canonizatorum, prout de facto credebant, illoſque venerabantur, atque diligētius imitabantur, quia tamen proximè præteritis temporibus fuerūt hęretici ſequaces Vvicleph, Lutheri, Eraſmi, & aliorum, qui ad tantū exceſſum diabolicæ temeritatis peruenerunt, vt ſuperbè nimis, furijs inuecti (more hæreticorum) irriderent Eccleſiam, negantes poteſtatem canonizandi Sanctos, gloriam, & adorationem eorum per Eccleſiam ritè canonizatorum; ideò nouis ſuperuenientibus, & diligentius re perpenſa moderni Theologi ex verioribus principijs Theologiæ, in rigore pōderatis, collegerunt concluſiones circa materiam Canonizationis Sanctorum, clarius explicātes, quod antea non erat neceſſarium vt declararetur; quemadmodum poſt ſubortas hæreſes, quomodo Concilia etiam in dies contra pullulantes hæreſes, multa explicarunt, & declararunt veritates eſſe de fide; Ideò aliqui dixerunt hæreſim ſapere Luthetanorum, & aliorum hæreticorum propoſitionem negantem certitudinem canonizationis Sanctorū. Alij verò ſuperaddiderūt, continere errorem in fide, ac inſuper eſſe propoſitionem hæreticam, prout latius dictum eſt ad 6. concluſionem præcedentis capituli, inhærendo principijs ſemper, & doctrinæ antiquorum Patrū Theologorum, Scholaſticorum, & Canoniſtarum.

§. 2. Reſpondetur ſecundo, quod etiam antiqui Theologi, vt Ioannes de Neapoli, Sanctus Antoninus, Syluester, & alij, quos ſupra retulimus cap. 5. ad ſextam concluſionem, & alibi præſertim cap. 3. eandem cenſuram, & qualificationem

tradi-

Digitized by Google

tradiderunt, quam nos adduximus in ſexta concluſione, ad quorum firmitatem adducam, quæ tradit Pitigianus, vbi ſupra, diſtin. 25. quæſt. 2. artic. 5. §. *Secunda Concluſio*, dum expreſsè inquit, *De fide eſt, Papam non poſſe errare in Sanctorum canonizatione, quia canonizatio annexam habet rem pertinentem ad fidem, proteſtationem, atque profeſſionem fidei noſtræ*, pro qua veritate adducit illud Sácti Hieronymi in epiſtola ad Philippenſes dicentis, *Sanctorum fides, & cultus terminatur in Deum, Deus enim creditur mirabilis in Sanctis ſuis*, ſubdés, *Deus autem non colitur abſtractè in Sanctis ſuis, aut metaphyſicaliter, verum in illo certo homine, in illo, inquam, de quo habita eſt cognitio tractatus, atque determinatio ab Eccleſia, vt ſit ſanctus, & qui probatus eſt ab ea tanquam ſanctus*, proſequitur ille, *igitur certus, puta Frãciſcus, Dominicus, ſiue quiuis alius colitur in diuinis myſterijs, aut Deus in illo, ex quo canonizatus eſt, neque conditionaliter colitur, ſed ſimpliciter, ac aſſertiuè, quia ſic ſimpliciter, ac firmiter creditur, ſicut ſimpliciter aſſeritur Sanctus, vel Beatus.* hæc ille. Et §. *Idem ſentit.* expreſſis verbis, addit quod Pater Corduba *libro 4. Quaſtionum Theologicarum quaſtione 12.* docet, quod etſi non ſit certè hæreticum, eſt tamen valde probabiliter hæreticum, & certè impium, & contra pietatem fidei dicere, quod Eccleſia, ſiue Pontifex errare poſſit in Canonizatione Sanctorum, quæ pro maiori parte colligit ex Catharino lib. 1. de certa Sanctorum gloria, §. *Status ergo*, Verſ. *Fides mea*.

✠

Punctum XI.

Quomodo determinanda de fide contineantur in reuelatis in ſacra Scriptura.

§. 3. COntra 6. Concl. iterum argumentatur. quidquid certa fide tenendũ eſt neceſſe eſt, vt ſit reuelatũ diuinitus Eccleſiæ, ſed nõ legitur hæc ſpecialis reuelatio circa infallibilitatem iudicij Sũmi Pontificis Romani in actu canonizationis, ergo videtur dicendum canonizationem non eſſe de fide.

Ad quod breuiter reſpõdetur, quamuis nõ legatur in ſacra Scriptura expreſſè reuelatio ſpecialis, atque explicitè, de qua in argum. attamen in ſacra Script. liquido apparet, tamquam diuinitus reuelatum, quod Petro, & Succeſſoribus eius data ſit neceſſaria poteſtas ad regẽdum, paſcendumque gregem Domini, non ſolum paſtu veræ fidei, ſed etiam circa mores neceſſarios ad Fidelium ſalutem, quemadmodum in ſuperioribus Capitulis pluries dictum eſt, atque probatũ, inter quæ connumeratur Sanctorũ Canonizatio, prout latius ibidem, & in reuelatione illorum continetur reuelatio pariter infallibilitatis, de qua in argumento, vel poteſt addi pro maiori claritate reſponſionis, quod hæc reuelatio ſpecialis, de qua in argumento fortè inuenitur expreſſa in Sacra Scriptura, & in diffinitionibus Summorum Pontificum, vt latius dictum eſt *Capite 5. ad ſextam Concluſionem*.

§. 4. Inſuper arguunt ex author. D. Aug. 15. de Trin. dicentis, quod ſola charitas diuidit inter filios Regni æterni, & filios perditionis æternæ, ſed nullus per certitudinẽ ſcire poteſt ſine ſpeciali reuelatione diuina hunc, vel illum hominem habere, ſiue habuiſſe charitatem, per quam aliquis inter Sanctos numeratur, igitur videtur cõcludendum, quod Pa-

pa poſſit errare in Sanctorum Canonizatione.

Cui argumento breuiter reſpondetur dicendo, quamuis Papa non poſſit ſcire ordinariè, & regulariter per certitudinem cauſæ, ſiue à priori hunc, vel illum hominem habuiſſe charitatem, & eſſe ſanctum, poteſt nihilominus hoc cognoſcere à poſteriori, ſiue ab effectu per opera bona ipſius de illo narrata, & ſufficienter, atque euidenter demonſtrata ſecundum formam Eccleſiæ Romanæ iuxta illud Chriſti, *Arbor bona bonos fructus facit*, quemadmodum arbor mala malos edit fructus, cum ſecundum Gregorium homil. de Spiritu ſancto, probatio dilectionis exhibitio ſit operis, & hoc ſufficit vna cum alijs ſuperius narratis, quod Papa non poſſit errare in Sanctorum canonizatione, præſertim autem propter impulſum Spiritus ſancti, antea priuatim, & publicè inuocati, ac etiam per euidentiam miraculorum, per conſtantiam bonorum operum, vſque ad mortem incluſiue, per bonam famam, & alia conſimilia.

Punctum XII.

Quomodo Papa poſſit eſſe certus de ſtatu canonizandorum.

ADhuc proponunt alia argumenta, præcipuè contra illa, quæ dicuntur in quinto, & ſexto capite, quod Papa non poteſt eſſe certus, dum viuit de ſuo ſtatu, ergò multò minus de ſtatu illorum, qui iam defuncti, canonizandi ſunt.

Reſpondetur, negando conſequentiam admiſſo antecedenti ordinariè, ac regulariter, ratio negationis ea eſt formaliter, quia in actu Canonizationis certificatur Papa de ſtatu hominis canonizandi, nedum per Inquiſitionem iuridicam vitæ, ac miraculorum illius, ſed quia regitur ſpeciali ductu, ſiue inſtinctu Spiritus ſancti, qui omnia veriſſime, ſcrutatur etiam profunda Dei, cum ibi agatur de actione, quæ omni ex parte dirigitur ad edificationem fidelium, ad ampliationem, exaltationemquè fidei Catholicæ, & Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ.

Punctum XIII.

De celebri fama ſanctitatis canonizandorum.

6 ALiud argumentum eſt. cognoſce-
§. 1. re ſanctitatem illius, qui reputatur iuſtus, dum adhuc viuit non concernit ſtatum fidei, cum de hora in horam (iuxta illud Chriſti, *nonnè duodecim horæ ſunt diei?*) poſſit de bono in malum mutari; Voluntas enim hominis eſt deambulatoria vſq; ad mortem, igitur declarare aliquem mortuum, eſſe in albo Sanctorum conſcribendum, non pertinet ad fidem.

Breuiter reſpondetur, conceſſo antecedenti, negando expreſsè conſequentiã, ratio negationis eſt, quia ſtatuere aliquẽ hominem laudabilis vitæ iam defunctũ in publicam, atque vniuerſalem Eccleſiæ venerationem, adorationem, inuocationem, atque imitationem, ſtatum fidei (modo ſuperius expoſito in 3. & 5. cap.) proculdubio concernit, quemadmodum inſinuant multi ibidem citati Authores, præſertim Baptiſta Epiſcopus Vintimilien. & Panuinus de Canoniz. S. Bonauenturæ, ideò cognoſcit Pontifex de tali canonizando quæ neceſſaria ſunt ad illius canonizationem, abſque errore; laudes enim Sanctorum, inſtinctu Spiritus ſancti promit, atque enarrat Eccleſia.

Hinc

Digitized by Google

Hinc eſt, quod Eccleſia nunquam conſueuit, quempiam canonizare, niſi prius certificata, de fama celebri ſanctitatis canonizandi, orta apud Sapientes, & apud illos conſeruata, ob multiplicitatem, atque continuitatem actorum excellentis virtutis, adiuncta patratione miraculorum atteſtantium vitæ ſanctitatem vſque ad mortem incluſiuè, illius; qui inter Sanctos referendus eſt (ſeclusa tamen reuelatione Diuina) ita communiter ſentiunt Theologi, & Canoniſtæ, præſertim Auguſtinus de Ancona, de poteſtat. Eccleſiaſt. quæſt. 15. artic. 3. (etſi neget aliquo modo miraculorum neceſſitatem,) idem colligunt nonnulli ex cap. *quatuor*, 12. quæſt. 2. Innoc. & Ioan. Andr. cap. 1. de reliq. & venerat. Sanctorum, Butrius ibidem num. 7. & Aret. cap. *Venerabili. de teſt.* num. 1. Felyn. ibidem, & Abbas num. 1. Franciſcus Panuinus in relat. Canon. S.Bonauenturæ quęſt. 10. & Iacobus Caſtellanus tract. de Canonizatione Sãctorum q. 4. artic. 1. parum poſt exordium, §. *nec ſufficit*, & q. 5. ideò rectè omnes concludunt ſolam fidem ſine operibus (quæ mortua dicitur) non ſufficere ad alicuius canonizationem. Et ad argumentũ de Innocentibus, quorum feſta ſolemnizat Eccleſia reſpondent, in illis eſſe rationem ſpecialem, quia ſcilicet vice Chriſti ab iniquo Rege occiſi ſunt, de quibus ait Sanctus Ioannes Chryſoſtomus homil. 3. in Matth. *Loquuntur ſanguine, quod lingua non poſſunt, paſſione canunt, quod ſermone non norunt, occiſi prædicant, quod viui non poterant*. Et poſt pauca ſubdit: *O beata lactentium gloria, quibus pro Chriſto contigit dedicare martyria*, quibuſdam alijs interiectis concludit. *Tranſmittit infantes, infans Chriſtus ad cœlum*.

Tandem arguunt dicendo, non deſunt quamplures Doctores Catholici aſſerentes, Papam errare poſſe in Sanctorum canoniz. igitur, &c.

Ad hoc argumentum reſponſum eſt ſæpè, præſertim ad calcem capit. 5. Sed additur ſecunda reſponſio præuia diſtinctione, ſiue numeratione illorum, quæ ordinariè requiruntur in canonizatione Sanctorum, quæ ſunt quatuor.

Punctum XIV.

De actibus præcedentibus actum ſolemnis Canonizationis.

8 §. 1. PRimum Inquiſitio per teſtes iuratos de ſanctitate, virtute, & fama, & miraculis illius, qui venit canonizandus. Secundum, relatio facienda per Commiſſarios Apoſtolicos. Tertium, diſcuſſio per Dominos Cardinales, reſultantium ex iam captis, & benè formatis proceſſibus. Quartum, & vltimum, determinatio, quæ fit ſolemniter præmiſſis præmittendis, de quibus alias dictum eſt; Reſponſio igitur in hoc præciſè conſiſtit, vt authoritates Doctorum, de quibus in argumento, interpretandæ ſint in ordine, nõ ad omnia quatuor iam adducta, ſed ſolum, ac tantum in ordine ad illa tria priora, vel ad vnum tantum illorum, in determinatione enim finali non poteſt errare Pontifex, vti euidentius, ſæpiùs demonſtratum eſt cap. 3. & cap. 5. præſertim ad ſextam concluſionem, & in hoc eodem cap. Ideò orationes priuatas, & publicas, cum alijs quoque præmittit Eccleſia, antequam deueniat ad quartum ſuperiùs recenſitum.

§. 2. Quibus addi poteſt, dato igitur, ſiue admiſſo errore vno, vel altero circa tria priora, vel alterum illorum, adhuc Papa non erraret circa determinationem finalem Canonizationis Sanctorum, propter ſuperiùs toties repetita, & optimè

firmata; manifeſtum eſt enim aliquando ex præmiſſis etiam falſis poſſe inferri veram concluſionem, quæ tunc non dependeret ab illis præmiſſis, ita quoque à ſimili, poſito caſu erroris, de quo ſupra, determinatio Papæ non dependeret à prioribus illis tribus iam enumeratis, ſed ab inſtinctu ſolo Spiritus ſancti, quo tunc dirigitur; ideò impoſsibile eſt omninò, vt Papa erret in Decretis fidei, ſiue morum, quæ concernunt ſtatum cõmunem totius Eccleſiæ, & fidelium ſalutem.

Punctum XV.

De Teſtibus examinatis ad effectum canonizationis.

§. 3. POteſt ſecundo reſponderi, quod ex ſingulari Dei prouidentia nunquã labefactata, neque infirmata eſt fides ab hominum teſtimonijs ſemel in iudicijs Canonizationis Sanctorum ritè, & in veritate ſuſcepta, credendum eſt in tali caſu, quod ſi ex malitia, vel aliqua alia humana paſſione deponerent teſtes aliquam falſitatem, Deus aliquo ſigno euidenti id patefaceret ante actum canonizationis, vt latiùs dictum eſt ſuperiùs, prȩſertim ad caput 6. num. 2.

Hinc eſt, quod aſſerit inter alios Petrus Galeſinius par. 3. de Canonizatione Sancti Didaci, Romæ impreſſa ex Typographia Vaticana, 1598. numero ſexto, §. *cuius ſingularis*. Vbi inter alia tradit, inde poſſe deſumi certiſsimum argumentũ de ſingulari Dei prouidentia, in negotio canonizationis circa veritatem teſtium, addens quod diſertiſſimi viri rẽ totam hanc, nõ probabiliter ſolùm, ſed neceſſario demonſtrant, non poſſe ſcilicet euenire errorẽ alicuius momenti in re tanti ponderis.

Punctum XVI.

Enumerantur quamplures Authores expreſsè aſſerentes, Papam non poſſe in Sanctorum canonizatione errare.

§. 4. NAm canonizatio, vt frequenter dictum eſt, videtur ad fidem pertinere, vt expreſsè aſſerit inter alios Iacobus Caſtellanus in ſuo tractatu de Canoniz. Sanctorum, quæſt. vltima, §. *Sed canonizatio*. Nam inquit, *Honor, quem Sanctis exhibemus, quædam profeſsio fidei eſt, qua Sanctorum gloriam credimus ſecundum S. Thom. quodl. 9. art. vltimo*, ſubdens immediatè, *Sancti proponuntur ab omnibus adorandi, & in neceſsitatibus inuocandi, vt exemplar fidei, & ſanctæ vitæ, ſecundũ Ioannem de Neapoli quodlib.* 11. Addit etiam tertiam rationem ſui dicti, *quia miracula, de quibus inquiritur in canonizatione, debent eſſe ad fidei corroborationem, ſecundum Gloſſ. in cap. 1. de reliqu. & vener. Sanctorum, libro 6.* ex quibus tandem concludit, *Ergo Eccleſia in canonizatione Sanctorum non poteſt errare*. Vt verò ipſemet Author magis declaret, ſe in hoc particulari ſentire cum D. Thom. ſubdit, *ideò S. Thom. in quodlib. 9. art. vlt. dicit, quod aliquid poteſt iudicari poſsibile, ſecundum ſe conſideratum, quod relatum ad aliquod extrinſecum impoſsibile inuenitur*. Ex qua doctrina colligit per modum conſequentiȩ, *Igitur iudicium eorum, qui præſunt Eccleſiæ; ſi perſonæ eorum tantum reſpiciãtur poteſt errare: ſi verò conſideretur diuina prouidentia, quæ Eccleſiam ſuam Spiritu ſancto dirigit, vt non erret, ſicut promiſit Ioan. 14. quod ſpiritus adueniens doceret omnem veritatem de neceſſarijs, ſcilicet ad ſalutem, certum eſt, quod iudicium Eccleſiæ vniuerſalis errare in his, quæ ad fidem*

dem pertinent, impoſſibile eſt. Et poſt multa ſubdit, *Ioan. de Neapol. quodlib.* 11. *ponit canonizationem in ſecundo genere eorum, quæ ſiunt per Papam, id eſt, in pertinentibus ad fidem, & vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum*.

§. 5. Eadem quo ad ſubſtantiam docuerat Auguſt. de Ancona, de Author. Eccleſ. q. 14. art. 3. S. Anton. in Summa par. 3. tit. 12. cap. 8. §. 2. Caiet. de Indulgen. cap. 8. Driedo de dogmatibus, & libris Apocri. cap. 1. Couarr. var. lect. lib. 1. cap. 10. num. 13. vbi reijcit opinionem Felyn. contrarium aſſerentis, Turrecr. in defenſorio reuelat. S. Brigittę cap. vlt. Thom. Vualden. de ſacramen. tomo 3. tit. 14. cap. 122. Sylu. in Summ. verb. *Canonizatio*, numer. 2. Canus de locis Theol. cap. 5. Viguer. inſtit. Theolog. de virtute fidei, cap. 10. §. 8. verſ. 14. Arag. 2. 2. q. 1. art. 10. tit. de Summo Pontifice, concl. 2. Bannes ibidem dub. 7. concluſ. 7. Card. Bellarm. lib. 1. de beat. ſanct. cap. 9. Turria. 2. 2. diſput. 16. de poteſt. Pontif. in ordine ad fidei doctrinam, dub. 4. & diſp. 17. dub. 5. & 6. Valen. ibidem q. 1. art. 10. Azor. inſtit. moral par. 2. lib. 1. cap. 16. & 17. Io. Baptiſta Signius de reliqu. capit. 4. Maluezius de canoniza. Sanct. dub. 3. num. 47. Panuinus in relat. S. Bonauen. Card. Tuſcus in repert. ver. canonizatio, num. 5. vbi citat inter alios Cather. de ſanct. glor. §. *venio nunc ad authoritates*. Et Angel. Rocha de canon. Sanct. cap. 39. & 40. Inter hos etiam enumerat Fęlix Contelorius in ſuis notationibus manuſcriptis ad tract. de canoniz. Sanct. Caſtellani, vbi ſupra, Seraphinũ Razium de locis Theolog. lib. 5. prælect. 8. & Felyn. in cap. venerabili, nu. 2. cum ſequenti additione, *licet ipſe teneat contrariũ de teſtibus*, videlicet Felyn.

Quapropter Cardinalis Turrecrem. ſacri Ordinis Prędicatorum, vbi ſupra, in Sum. de Eccleſ. capit. 108. & 109. innixus multiplici authoritati ſacrę Scripturæ, Sanctorumque Patrum, necnon validiſſimis rationibus ibidẽ ab eo adductis, & ritè explicatis, euidenter probat, tanta ſoliditate veritatis; Apoſtolicum Thronum clementia diuina eſſe confirmatum, vt Iudicium eius in his, quę fidei, ſalutiſque hominum neceſſaria ſunt, à veritate errare non poſſit, inter quæ proculdubio connumeranda eſt Sanctorum canonizatio propter ſuperius adducta, & ſufficienter demonſtrata. Hæc itaque cum alijs ſuperius adductis, atque euidenter demonſtratis cap. 1. 3. 5. & 6. ſufficere poſſunt, vt fiat ſatis ad propoſita argumenta, & ad alia eiuſdem generis, quæ breuitatis cauſa omiſſa ſunt.

SVMMARIVM APPENDICIS.

Ad Septimum Caput.

1 *De quibuſdam virtutibus neceſſarijs in canonizandis.*

2 *De virtute humilitatis, cui primus debetur locus, inter alias virtutes.*

3 *Humilitas dicitur ſimul fundamentum, & altitudo aliarum virtutum.*

4 *Oſtenditur via, qua peruenitur ad gradus humilitatis.*

5 *Deſcribitur quomodo temperantia ſit virtus connumeranda inter Virtutes Cardinales.*

6 *Diffinitur quid ſit fortitudo.*

7 *Explicatur quomodo fortitudo ſit potior inter virtutes Cardinales.*

8 *Declaratur quid ſit iuſtitia, & quomodo complectatur alias virtutes.*

9 *Aſſignatur ſubiectum illius.*

10 *Demonſtratur quomodo iuſtitia præemineat inter alias virtutes.*

11 *De iuſtis nonnulla dicuntur collecta ex ſacra Scriptura.*

De vir-

12 *De virtute prudentiæ neceſſaria in famulis Dei, adducitur diffinitio ſiue deſcriptio.*
13 *Oſtenditur quomodo prudentia ſit virtus ſpecialis diſtincta ab omnibus virtutibus.*
14 *Demonſtratur quomodo prudentia non præſtituat finem alijs virtutibus, ſed ſolum diſponat de illis, quæ ſunt ad finem.*
15 *Aſsignatur multiplex genus prudentiæ, & demonſtratur, quomodo vera, & perfecta prudentia ſit in bonis, & perfectis, non autem in peccatoribus.*
16 *Explicatur ſenſus verborum,* filij huius ſeculi, prudentiores filijs lucis ſunt.
17 *Proponitur, atque reſoluitur difficultas quædam apparens, in verbis D. Thomæ circa prædicta.*
18 *Aſsignantur loca in particulari, in quibus agitur de prædictis virtutibus in ſpeciali.*

APPENDIX AD SEPTIMVM CAP.

Sectio Prima.

De quibuſdam virtutibus neceſſarijs in Canonizandis.

1 FRequenter enim in Superioribus Capitulis, & appendicibus occaſione declarationis eorum de quibus ibidem agebatur, nonnulla adducta fuere circa virtutes hæroicas, quibus neceſſario ornati eſſe debent canonizandi, quamuis, vt plurimum in communi, nam de aliquibus, vt puta de fide, ſpe, charitate, perſeuerantia, & alijs in particulari etiam actum eſt. Quia tamen modo ſacra Congregatio rituum, Rotaquè Romana in examine ſanctitatis beatificandorum, vel canonizandorum, ad ſpeciales virtutes deſcendit, præſertim ad Theologicas, ac etiam Cardinales, & de annexis ad illas inquirit, vt clare habetur in relationibus nouiſſime editis ad effectum, vt ſupra, quemadmodum cunctis patet, præſertim in illa Beati Thomæ de Villanouà, Archiepiſcopi Valentini Ordinis Sancti Auguſtini, B. Andreæ Corſini Epiſcopi Fęſulani Ordinis Carmelitarum, in illa Sancti Bonauenturæ, Sancti Ignatij, S. Franciſci Xauerij, B. Aloyſij Gonzagæ; B. Ludouici Beltrandi, B. Paſchalis Baylon, Sancti Iſidori, & Sanctæ Thereſæ.

Sectio Secunda.

De humilitate.

2 CVm autem inter has virtutes neceſſarias in canonizandis primus locus debeatur humilitati, quæ dicitur; & eſt vera virtus, vt optime demoſtrat S. Thom. 2. 2. quæſt. 161. art. 1. per totum, maximè in arg. ſed contra. Dum ex authoritate Origenis hom. 8. in Lucam in expoſit. illorum verborum Lucæ 1. *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*, expreſſis verbis inquit, *humilitas propriè in Scripturis, vna de virtutibus prædicatur: Ait quippe Saluator diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* repetit in corpore eiuſdem, art. & in reſponſ. ad argum. & ad quintum argumentum ſatisfaciens cuidam obiectioni fundatæ in doctrina Philoſophi 2. Ethicorum, iuquit, *humilitas autem, ſecundum quod eſt ſpecialis virtus, præcipuè reſpicit ſubiectionem hominis ad Deum, propter quem etiam alijs humiliando ſe ſubijcit.* Et in reſponſ. ad 3. dicit: *Quod humilitas reprimit appetitum, ne tendat in magna, præter rationem rectam.* Denique in reſponſ. ad omnia argumenta, ſemper efficaciter concludit S. Thom. vt optimè ponderat Caiet. ad calcem cōmentarij præcitati art. eſſe principale in humilitate quatenus ſpecialis virtus eſt, vt dicat *ſubiectionem*, hinc eſt quod S. Bernardus de humilitate dicebat. *Eſt autem virtus,*

qua

qua verißima ſui cognitione, ſibi ipſi quilibet vileſcit, eſtquè contemptus propria excellentia.

3 Humilitas eſt fundamentum, ſimulquè altitudo aliarum virtutum, dicente S. Gregorio hom. 4. Domin. de Aduen. *qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerem portat.* Et S. Auguſt. de verbis Domini. *Cogitas magnam conſtruere fabricam celſitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis*, & S. Ambroſ. ſuper Lucam, *nihil excelſius humilitate, quæ quaſi ſemper ſuperior neſcit extolli, quia nemo id affectat, quod infra ſe iudicat*, hinc eſt quod Iob 5. dicitur, *qui ponit humiles in ſublime, & mærentes erigit ſoſpitate.* & Pſ. 112. *Suſcitans de terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem*, (ideſt humilem, ita omnes Sancti Patres interpretantur) *vt collocet eum cum principibus*, & Prouerb. 5. *gloriam præcedit humilitas.* Tandem Saluator noſter, qui cũ in forma Dei eſſet, pro noſtra ſalute ſemetipſum exinaniuit, & humiliauit, factus obediens vſque ad mortem crucis. Matth. 11. dicebat; *Diſcite à me quia mitis ſum et humilis corde*, & Matth. 23. *qui ſe humiliauerit, exaltabitur.*

De qua virtute humilitatis ex D. Gregor. 34. moral. cap. 6. & D. Auguſt. lib. de pœnit. cap. 1. & lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap. 9. inquit, S. Tho. vbi ſupra, art. 2. quod propriè eſt directiua motus appetitus, & art. 5. in corp. & in reſponſ. ad argum. innixus pariter teſtimonijs ſacræ Scripturæ, S. Io. Chriſoſtomi, & S. Auguſt. per modum concluſionis, inquit S. Thom. *Ideò poſt virtutes Theologicas, & virtutes intellectuales, quæ reſpiciunt ipſam rationem, & poſt iuſtitiam, præſertim legalem, potior cæteris, humilitas.*

4 Ad gradus vero multiplices humilitatis, quos paſſim Doctores antiqui, & moderni abundè referunt, & ad numerũ duodenarium illos reducit S. Benedictus, duplici via peruenitur principaliter, dono gratiæ, & humano ſtudio. Ex S. Tho. vbi ſupra, art. 6. in reſponſ. ad 2. argum. inter modeſtiæ, vel temperantiæ partes connumeratur. Origen. hom. 8. ſuper Lucam, & S. Thom. vbi ſupra, art. 4. in corp.

Sectio Tertia.

De temperantia.

5 DE hac igitur alia virtute neceſſaria in canonizandis, quæ temperantia ab omnibus appellatur, quod nomen temperantia Σωφροσύνη, ideſt temperatus dicitur. ideò S. Auguſt. lib. de moribus Eccleſiæ; *vir temperatus* (inquit) *in rebus huius vitæ habet regulam, vtroque teſtamento confirmatam, vt eorum nihil deligat, niſi per ſe appetendum putet*, & S. Thom. ex D. Dioniſio de diu. nom. cap. 4. colligit vti videre eſt 2. 2. quæſt. 141. art. 1. in corp. & in reſponſ. ad argum. temperantiam eſſe virtutem, quę inclinat ad id, quod eſt ſecundum rationem, dicens: *nam in eius nomine importatur quædam moderatio, ſeu temperies, quam ratio facit.* Ex quibus infert per modum neceſſariæ cõſequentiæ, *& ideò temperantia eſt virtus.* Quod ante illum expreſſe docuerat S. Auguſt. lib. 6. muſicæ cap. 15. dicens: *ea eſt virtus, quæ temperantia nominatur*, & S. Greg. lib. 2. moral. cap. 36. ponit temperantiam inter virtutes principales, & S. Thom. vbi ſupra, art. 7. in corp. poſtquam diffiniuit virtutem principalem, & Cardinalem, reputando pro vno, & eodem virtutem eſſe principalem, & Cardinalem, ait, quod virtus principalis, ſeu Cardinalis illa dicitur, *Quæ principalius laudatur ex aliquo eorum, quæ communiter requiruntur ad rationem virtutis,*

Digitized by Google

tutis; Tandem concludit, *ideò temperantia ponitur virtus principalis ſeu Cardinalis*, & art. 8. eiuſdem quæſt. præſertim in reſponſ. ad 3. argum. ex quampluribus propoſitionibus in eodem art. ab ipſo adductis, & ſtabilitis, tandem concludit, *vndè ſimpliciter fortitudo eſt potior, licet quoad aliquid poſsit dici temperantia potior, non ſolum fortitudine, ſed etiam iuſtitia*.

Sectio quarta.

De Fortitudine.

6 DE fortitudine itaquè neceſſaria, & ipſa in canonizandis, præſertim in Martyribts, de quibus multa dicentur in ſequenti capite, cuius nomen deriuatur à græco ἀνδρεία, quod ſignificat fortem, ſiue virilem. fortitudo quidem inter virtutes neceſſariò connumerari debet, ex teſtimonio S. Auguſt. lib. de moribus Eccl. cap. 15. & clarius, ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 123. art. 1. ad calcem corp. dum inquit, *Vnde manifeſtum eſt, quod fortitudo eſt virtus, inquantum facit hominem ſecundum rationem eſſe*, quam etiam virtutem ſpecialem appellat, vt potè materiam determinatam habentem art. 2. eiuſdem quæſt. innixus præſertim authoritati S. Greg. lib. 22. moral. cap. 1. ideò Prouerb. 8. dicitur; *Mea eſt æquitas, mea eſt prudentia, & mea eſt fortitudo*. Hoc eſt, à Deo virtutum datore conferuntur. Conuenit virtus hæc cum magnanimitate in modo, & forma; differt tamen in materia ex D. Thom. 3. ſenten. diſt. 3. quæſt. 33. art. 3.

7 De qua etiam inquit S. Thom. 2. 2. quæſt. citata, art. 12. innixus præſertim authoritati S. Ambroſij, lib. 1. de offic. cap. 35. & cap. 28 & ex Ariſtotele 1. Rethor. *inter virtutes Cardinales potior eſt prudentia, ſecunda iuſtitia, tertia fortitudo, quarta temperantia, & poſt has cæteræ virtutes*. Et in reſponſ. ad 1. argum. eiuſdem art. *magis*(inquit) *eſt menſuranda magnitudo virtutis ſecũdum rationem boni, quàm ſecundum rationem difficilis*, & in reſponſ. ad 3. *Laus fortitudinis dependet quodammodo ex materia.* Vbi referens authoritatem S. Ambr. loco ſupra citato, addit, *quod fortitudo ſine iuſtitia, iniquitatis eſt materia.* Statim ſubdens, *quo enim validior eſt, eo promptior, vt inferiorem opprimat*. Fortitudo etenim, vt colligit D. Thom. Ex Andronico, & D. Auguſt. lib. de mor. Eccleſiæ, cap. 22. virtus fortitudinis eſt circa timores periculorum mortis, & art. 6. ad calcem corp. concludit. *Principalior actus fortitudinis eſt ſuſtinere, ideſt immobiliter ſiſtere in periculis, quam aggredi*. Et in reſponſ. ad 1. argum. eiuſdem art. aſſignat triplicem rationem, ob quam ſuſtinere eſt difficilius, quam aggredi; prima eſt, præſuppoſito quod ſemper, aut frequenter inuadens ſit fortior, quia difficilius eſt pugnare cum fortiori, quàm cum debiliori; ſecunda quia ille, qui ſuſtinet, iam ſentit pericula imminentia, tertia quia ſuſtinere importat diuturnitatem temporis, ſed aggredi poteſt aliquis ex ſubito motu.

Sectio Quinta.

De Iuſtitia.

8 PAriter de iuſtitia, per quam iuſtorum operationes fiunt, originem habet à nomine græco δικαιοσύνη, quod iuſtè ſignificat, ideò Cic. lib. 1. de offic. magnum ſplendorem illam appellat, ex quo viri boni nominantur, & lib. 3. Rethor. iuſtitia eſt æquitas, ius vnicuiq; rei tribuens pro dignitate cuiuſcumquè, & S. Ambroſ. lib. de offic. malè ſe re-

ctum

Digitized by Google

ctum putat, qui regulam ſummæ rectitudinis ignorat. & S. Hieronym. ad Demet. *Omnes virtutum ſpecies vno iuſtitia nomine continentur*. & S. Bernardus, Iuſtitia eſt reddere vnicuique, quod ſuũ eſt. Caſſiod. in Pſal. Iuſtitia non nouit patrem, non nouit matrem, veritatem nouit, perſonam non accipit, Deum imitatur. Et Lactan. Firm. de diuin. inſtit. lib. 5. cap. 3. Iuſtitia quamuis omnes ſimul virtutes amplectatur, duæ tamen ſunt omnium principales, quæ ab illa diuelli, ſepararique non poſſunt, *pietas, & æquitas*. His enim duobus fontibus conſtat tota iuſtitia, merito itaque dicebat Regius Vates: *Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius*.

9 Hinc eſt quod D. Tho. 2. 2. q. 58. art. 3. Ex D. Greg. lib. 2. moral. cap. 36. ex Cic. de offic. & alijs, concludit iuſtitiam eſſe virtutem, maximum in ſe continẽs ſplendorem, cuius ſubiectum eſt voluntas, ideò à Sancto Anſelmo in dial. de ver. cap. 13. appellatur rectitudo volũtatis, & Philoſophus 5. Ethic. eam diffinit per actum voluntatis. Et S. Thomas idem ſentit, vbi ſupra art. 4. & in reſp. ad primum argumentum, ſatisfaciens obiectioni eorum, qui dicebant, iuſtitiam ſignificare veritatem, cuius ſedes eſt, non in voluntate, ſed in intellectu, dicit, *Quia voluntas eſt appetitus rationalis, ideò rectitudo rationis, quæ veritas dicitur, voluntati impreſſa, propter propinquitatem ad rationem, nomen retinet veritatis, & inde eſt, quod quandoquè iuſtitia veritas vocatur*. & art. 1. in reſponſ. ad 2. dixerat, quod iuſtitia non eſt eſſentialiter rectitudo, ſed cauſaliter tantum. *Eſt enim* (inquit ille) *habitus ſecundum quem aliquis rectè operatur, & vult*. Et art. 1. eiuſdem quæſt. poſtquam in corpore dixit, proprium actum iuſtitiæ nihil aliud eſſe, quam reddere vnicuique quod ſuum eſt, in reſponſ. ad primum argumentum, inquit, *Iuſtitia cum ſit virtus Cardinalis, quædam aliæ virtutes ſecundariæ adiunguntur, ſicut miſericordia, liberalitas, & aliæ huiuſmodi virtutes*, de quo latius S. Thom. 2. 2. q. 80. artic. 1.

10 Ex prædictis quoque infert S. Thom. vbi ſupra, quæſt. 58. art. 12. Iuſtitiam præeminere inter virtutes morales, & pro ratione aſſignat, quoniam iuſtitia eſt vtilis in bello, & in pace, & in reſp. ad primum argumentum, comparans iuſtitiam liberalitati, ait, *etſi liberalitas de ſuo det, tamen hoc facit, inquantum in hoc conſiderat propriæ virtutis bonum: Iuſtitia autem dat alteri quod ſuum eſt, quaſi conſiderans bonum commune*. Et in reſpon. ad ſecundum argumentum aſſerit, magnanimitatem ſuperuenientem iuſtitiæ augere bonitatem illius, hac tamen cautela, quod magnanimitas ſine iuſtitia, virtutis rationem non habet. Ideò Ariſtot. lib. 5. Ethicorum cap. 3. affirmabat, quod omnium virtutum ſola iuſtitia in bonis alienis diceretur, quia non ad ſuum commodum, ſed ad aliorum, omnia confert. Et poſt multa concludebat, & *Hæc ipſa iuſtitia non eſt pars virtutis, ſed virtus vniuerſa, & iniuſtitia ei oppoſita, non pars vitij eſt, ſed vniuerſum vitium*. cap. 1. & 2. *quod iuſtitia eſt communis virtus*. Hinc eſt, quod S. Thom. 2. 2. quæſt. 59. artic. 1. in reſponſ. ad ſecundum argum. *Iniuſtitia* (inquit) *etiam particularis opponitur indirectè omnibus virtutibus, inquantum ſcilicet exteriores etiam actus pertinent ad iuſtitiam*, & Sanctus Hieronymus ad Demetriadem, *Omnes virtutum ſpecies, vno iuſtitia nomine continentur*, quod copioſius declarauerat ſanctus Thomas q. 58. art. 9.

11 De Iuſtis dicitur, Prouerb. 4. *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem*.

Pro-

Prouerb. 10. *memoria iuſti cum laudibus; & nomen impiorum putreſcet*, item Prouerb. 30. *fructus iuſti lignum vitæ*, & Ezechiel 18. *iuſtitia iuſti ſuper eum erit & impietas impij ſuper illum erit*, ac Matth. 45. *Iuſti autem ibunt in vitam æternam*. Ideò iuſti diliguntur à Deo iuxta illud Pſalm. *Dominus diligit Iuſtos*, à Domino proteguntur iuxta illud Prouerb. 10. *Iuſtia liberabit à morte*, tandem ad vitam æternam perducuntur iuxta illud Pſalm. iuſti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.

Sectio Sexta.

De Prudentia.

12 DE virtute prudentię diſſerendum eſt, neceſſaria in Canonizandis, præſertim ad ordinem Confeſſorum, & virginum, quam iuſti, amicam, dilectam appellant iuxta illud Prouerb. 6. *Dic ſapientiæ ſoror mea es, & prudentiam voca amicam tuam*. Et de vnoquoquè iuſtorum dicitur Lucæ 12. *Fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam*, & Prouerb. 9. *ſcientia ſanctorum prudentia*.

Hæc enim virtus, qua vniuerſa ad rationis normam diriguntur, eſt per quam nociua vitantur, & vtilia procurantur ex Iſidoro, lib. Ethymolog. duplexque munus amplectitur, recordationem ſcilicet præteritorum, & ordinationem præſentium. Addunt aliqui tertium, futura ſcilicet præcauere. Ideò Prouerb. 2. dicitur: *prudentia ſeruabit te, vt eruaris à via mala*, & ibidem cap. 14. *Qui patiens eſt multa gubernatur prudentia*, & Eccleſiaſtici 21. *Ornamentum aureum prudenti*, & Sapientiæ 6. *Melior eſt ſapientia quam vires, & vir prudens quam vir fortis*. Hinc eſt quod Chriſtus Matth. 10. in perſona Apoſtolorum, ac Diſcipulorum ſuorum iuſtos, quoſcumque monebat dicendo: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut Columbæ*. Super quibus verbis dicebat S. Hieronymus aſſignans rationē moniti, ſeu mandati Saluatoris ſecundum aliquos, *quia prudentia abſq; bonitate, malitia eſt, & ſimplicitas abſque ratione, ſtultitia nominatur*.

13 Eſt enim prudentia virtus ſpecialis diſtincta ab omnibus virtutibus intellectualibus, & moralibus, vt optime demonſtrat ratione, & authoritate S. Tho. 2. 2. quæſt. 47. art. 5. in corpore & in reſponſ. ad ſecūdum argum. eiuſdem art. poſtquàm dixit prudentiam adiuuare omnes virtutes, & operari in omnibus, ſatisfaciens obiectioni eorum, qui dicebant prudentiam propter hoc non poſſe dici virtutem ſpecialem ait, *Nihil prohibet in aliquo genere eſſe aliquam ſpeciem, quæ aliqualiter operetur in omnibus ſpeciebus eiuſdem generis. Sicut ſol aliqualiter influit in omnia corpora*. Quà propter dicebat S. Greg. lib. 2. moral. cap. 26. prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iuſtitiam eſſe quatuor virtutes. Intellige ſpeciales, & diſtinctas inter ſe formaliter. Ad claritatem horum reduci poſſunt aliqualiter illa, quæ tradit Caietanus ad art. prædictum circa reſponſ. ad tertium argumentum dum inquit. *Prudentia habet, vt reſpiciat verum, vt verum, & propterea ponitur inter intellectuales virtutes, & reſpicit verum, vt bonum, & propterea connumeratur virtutibus moralibus, & ponitur prima uirtus Cardinalis, & ne duas rationes formales uni habitui tribuas, quas uni potentiæ non licet tribuere. Memento quod non ſecundum idem hæc verificantur, ſed prudentia ſecundum cognitionem, reſpicit verum, ſecundum præceptum, ſeu applicationem reſpicit bonum, & ſimiliter prudentia ſecun-*

cundum id quod habet ex intellectu reſpicit verum: ſecundum id quod habet ex appetitu reſpicit bonum. Eſt enim perfectio intellectus, vt ſubeſt appetitui recto. Commune eſt autem ſubordinatis poſſe habere plures rationes. Optimè ergo poſita eſt differentia inter prudentiam, & moralem virtutem. *Quia illa veri, iſta boni, neque enim obſtat, quod illa boni, & veri, iſta autem boni tantum.*

14 Querenti vero, an prudentia præſtituat finem virtutibus moralibus. Reſpondendum eſt negatiue cum Diuo Thoma, vbi ſupra articulo ſexto in corpore, & in reſponſione ad primum argumentum, hoc vno addito, quod prudentia ſolum diſponit de illis, quæ ſunt ad finem. Et declarans idem Sanctus Doctor, quomodo prudentia ſit principalior inter alias virtutes, præſertim Cardinales, prima, ſecundæ quæſtione ſexageſimaprima, articulo ſecundo in reſponſione ad primum argumentum, inquit. *Prudentia eſt ſipliciter principalior omnibus* (Scilicet virtutibus Cardinalibus). *Sed aliæ ponuntur principales, vnaquequa in ſuo genere;* Declarans pariter Sanctus Thomas quomodo prudentia reſpiciat futura, ſecunda ſecundæ, quæſtione quadrageſimaſeptima, articulo primo in reſponſione ad ſecundum argumentum ait. *Prudens conſiderat ea, quæ ſunt procul inquantum ordinantur ad adiuuandum, vel impediendum ea, quæ ſunt præſentialiter agenda.*

Nam idem Diuus Thomas vbi ſupra articulo quinto in reſponſione ad tertium argumentum declarans quomodo agibilia ſint materia prudentiæ, inquit; *Agibilia ſunt quidem materia prudentiæ ſecundum, quod ſunt obiectum rationis, ſcilicet ſub ratioue veri. Sunt autem materia moralium virtutum ſecundum, quod ſunt obiectum virtutis appetitiuè ſcilicet ſub ratione boni.*

Et art. 12. eiuſdē queſtionis in copore poſtquàm dixit prudentiam in ratione conſiſtere, regere vero, ſeu gubernare propriè rationis eſſe, tandem concludit, quod *prudētia in principe eſt ad modū artis architectonicè, in ſubditis autem admodum artis manu operantis.* Vt in 6. Ethic. cap. 8.

15 Deniquè Sanctus Thomas vbi ſupra poſtquàm diſtinxit Prudentiam in triplici ordine, in illam ſcilicet, qua diſponuntur ea, quæ ſunt congruentia alicui fini, etiam mala, quam Apoſtolus ad Romanos octauo, prudentiam carnis, quę mors eſt, appellat, quæuè propriè non eſt, ſed ſolo nomine, vel ſimilitudine prudentia dicitur. In ſecundo genere ſtatuit illam prudentiam, quæ etſi vera prudentia nuncupetur, quia adinuenit vias acomodatas ad finem verè bonum, eſt tamen imperfecta. Primo quia bonum, quod ſibi præfigit pro fine, non eſt communis finis totius humanæ vitæ, ſed alicuius ſpecialis negotij. Secundo quia deficit in principali actu prudentiæ (qui eſt præcipere, vt docet Ariſtoteles ſexto Ethicorum, capitulo decimo; & vt latius demonſtrauit Sanctus Thomas multis argumentis in hac eadem quæſtione præcitata quadrageſimaſeptima, articulo octauo per totum) cum aliquis rectè conſiliatur, & bene iudicat de ijs, quæ pertinent ad totam vitam, ſed non efficaciter præcipit, intellige executione eorum. In tertio deniquè ordine collocatur prudentia illa, quæ dicitur &, verè, eſt perfecta prudentia, quæ ad bonum finem totius vitæ rectè conſiliatur iudicat, & præcipit; *Et hac ſola* (inquit Diuus Thomas, vbi ſupra quæſtione 47. articulo 13. in corp.) *dicitur prudentia ſimpliciter, quæ in pec-*

peccatoribus eſſe non poteſt, prima autem prudentia eſt in ſolis peccatoribus, prudentia autem imperfecta eſt communis bonis, & malis, maxime illa, quæ eſt imperfecta propter finem particularem, ſubdens immediatè; *Nam illa, quæ eſt imperfecta propter defectum principalis actus, etiã non eſt niſi in malis.*

16 Et in reſponſ. ad primum argumentum ſatisfaciens obiectioni eorum, qui opponebãt dictum Saluatoris Lucæ 16. *Filij huius ſeculi prudentiores Filijs Lucis in generatione ſua ſunt*; Quæ priora verba à Sanctis Patribus interpretãntur de peccatoribus, ideò dicit quod verba illa Saluatoris intelligi debent de prudentia primi ordinis ſuperius explicata, & in ſignum huius ſubdit Sanctus Thomas. *Vnde non dicitur ſimpliciter, quod ſint prudentes, ſed in generatione ſua.* Et Caietanus ad eundem art. mouet dubium illudquè reſoluit, quòmodo ſcilicet prudentia vera, & perfecta nõ inueniatur in peccatoribus, cum ſuperius determinauerit S. Thomas virtutes morales poſſe eſſe, abſquè charitate.

17 Cui difficultati ſatiſfacit dicendo, quod ſermo literæ articuli S. Doctoris formaliter intellectus eſt veriſſimus, ſubdens, *Quod ſcilicet prudentia infuſa nõ poteſt eſſe in peccatoribus ſimpliciter.* Et poſt aliqua animaduertit. *Memento quod peccator reſpectu prudentiæ acquiſitæ, & infuſæ, non eodem modo ſumitur: quia vnicus actus imprudentiæ tollit infuſam, non autem acquiſitam.* Statim addens; *Et quia author* (ideſt Sanctus Thomas) *Theologicè loquitur de prudentia infuſa, & peccatoribus ideſt, exiſtentibus in mortali peccato, ideò, &c.* Ac ſi diceret, ſimpliciter profert concluſionem de prudentia vera, & perfecta, quæ nequit poni in peccatoribus. Hinc eſt quod S. Thom. in reſponſ. ad tertium argumentum eiuſdem citati articulo 13. poſtquam dixit peccatores poſſe eſſe bene conſiliatiuos ad aliquem finem malum, vel ad aliquod particulare bonum, ſubdit immediatè. *Ad finem autem bonum totius vitæ non ſunt bene conſiliatiui, quia conſilium ad effectum non perducunt*, addens. *Vnde non eſt in eis prudentia, quæ ſe habeat ſolum ad bonum; ſed ſicut Philoſophus dicit in 6. Ethicorum, eſt in talibus dynotica, ideſt naturalis induſtria, quæ ſe habet ad bonum, & malum, vel aſtutia, quæ ſe habet ſolum ad malum, quàm ſupra diximus falſam prudentiam, vel prudentiam carnis.*

Ideò Beatus enunciatur, qui abundat prudentia, intellige ſemper de perfecta iuxta illud Prouerb. 3. *Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia*, & Eccleſiaſtici 21. *verba prudentum ſtatera ponderabuntur.*

18 De prædictis pertractant expoſitores D. Thomæ locis ſuprà citatis, & omnes Summiſtæ in proprijs titulis, & de fortitudine tractant Ariſtoteles libro tertio Ethicorum, Gregorius de Valentia, tomo tertio, diſputatione octaua, Ioannes Vitalis in ſuo ſpeculo morali, & Iodoc Lorichius in Theſſaro nouo Theolog. verbo ſiue titulo fortitudo. Pelbertus in Roſario, Peraldus in ſumma virtutum, tomo primo, Philo Hebræus, tomo ſecundo, Sanctus Auguſtinus, tomo decimo, ſermone decimotertio ad fratres in heremo, Theatrum vitæ humanæ volumine octauo, libro primo, & ſequentibus.

De humilitate, Tritemius libro primo, homilia decimanona ad Monachos. Sanctus Auguſtinus, tomo decimo, ſermone 12. & 20. ad fratres in heremo. Sanctus Baſilius homilia 22. Sanctus Bernardinus, tomo quarto, ſermone decimonono, Granata Dominica decimaſexta poſt Pentecoſten, concluſione ſecunda, & in Sylua locorum;

Tho-

Digitized by Google

Thomas Bozius de ſignis Eccleſiæ ſigno 49. Thomas à Chempis tom. 2. p. 1. opuſc. 5.

De iuſtitia vltra præcitatos agunt S. Aguſtinus tomo 10. ſermone 237. de tempore, & ſermone 14. ad fratres in heremo. Thomas Bozius de ſignis Eccleſiæ, ſigno 34. Ludouicus Granaten. in Sylua locorum, Gregorius de Valentia tomo 3. diſputatione 5. Thomas Stapletonus lib. 5. Ludouicus Molina tomo 1. & tomo 3. Petrus Fabrus in coment. de iuſt. & iur. Sotus, & Bann. in eiſdem cõmẽtarijs. S. Bernard. tom 3. ſerm. 2. & ſerm. 5. Sanchez de regno Dei libro 6. cap. 7. Martinus Becanus opuſc. 6. & 7. tomi primi.

De prudentia agunt S. Auguſt. tom. 10. ſerm. 4. ad fratres in heremo. S. Baſilius oratione 21. Leonardus Leſſius de iuſti. & iur. lib. 1. Granat. in Sylua locorum. Deraldus in ſumma virtutum tom. 1. Greg. de Valentia tom. 3. diſputatione 4. Theatrum vitæ humanę volumine 7. lib. 2.

De temperantia tractant Ariſtoteles, libro 3. Ethicorum Sanctus Ephrem libro primo, Gerſon p. 2. Sanctus Baſilius oratione 8. Ludouicus Granaten. in Sylua locorum Theatrum vitæ humanæ volumine 9. lib. 1. 2. 3. & 4. & in Biblioteca veterum patrum tom. 5. inueniuntur nõnulli tractatus celeberrimorum authorum de eadem virtute, vt alios innumeros omittam, qui paſſim citantur à Lorico, Pelbalto, & alijs, qui de virtutibus tractatus ediderunt.

SVMMARIVM VIII. CAPITIS.

De Miraculis.

1 *Adducitur diſcrimen inter Miraculum, Signum, & Prodigium, & inſuper explicatur ſignificatio nominis miraculi, ſecundum communiorem ſenſum Theologorum præſertim D. Thomæ.*

2 *Declaratur quænam ſit cauſa omnibus ſimpliciter occulta à qua ſolum procedunt vera miracula*

3 *Referuntur duo in particulari, quæ ſunt ſimpliciter neceſſaria, vt opus aliquod in ſe admirabile propriè, & formaliter appellari poſſit miraculoſum, ſiue miraculum.*

4 *Vera miracula ſunt ſemper à ſolo Deo tanquam ab Agente Principali, licet miniſterialiter Deo volente poſsint fieri per homines, idem habetur clarius num. 7. §. qua occaſione.*

5 *Deſcribuntur in particulari quænam ſint vera miracula, & declaratur quomodo per illa non tollitur totus ordo vniuerſi, ſed curſus tantum particularis vnius rei ad aliam, explicatur quoque quomodo vera miracula à Deo ſemper ordinantur ad vltimum finem vniuerſi.*

6 *Adducuntur plures notæ, vel ſigna quibus mortales, cognoſcere poſſunt vera miracula à falſis.*

7 *Veriſsima eximiaque fuerunt miracula fere innumerabilia à Chriſto per ſe ipſum, vel per Apoſtolos patrata.*

8 *Agitur de poteſtate faciendi miracula, quam Deus confert hominibus, non tamen ordinariè per modum habitus.*

9 *Explicatur quomodo miracula vera dicantur magna, non tamen in comparatione diuinæ potentiæ, ſed quia magis, aut minus excedunt facultatem naturæ creatæ.*

11 *Aſsignatur diſcrimen inter ſigna, & miracula.*

12 *Declarantur in ſpecie quænam ſint illa, ad quæ ordinantur à Deo vera miracula.*

13 *Deo volente poſſunt etiam mali operari miracula Inſtrumentaliter non tamen illa, quæ dirigũtur ad teſtificationem Sanctitatis perſonæ facientis, ſiue ad falſæ doctrinæ confirmationem.*

Digitized by Google

14 *Explicatur magis authoritas Sancti Auguſtini ibidem adducta, ex traditis à Caietano pro clariori intelligentia doctrina Sancti Thomæ.*

15 *Aſsignatur cauſa, quare* Chriſtus *nobis dederit documentum cognoſcendi ſanctitatem hominum, non à miraculis præcisè, ſed potius ab eorum rectis operibus.*

16 *Adducitur ratio quare Deus iuſtè omnino ſpoliatos eſſe ſēper voluit Hæreticos. quoſcumque patratione miraculorum, narrantur etiam aliqua facta ſcitu digna, idem quoque confirmantia.*

17 *Declaratur ratio, quare Hæretici tam acriter impugnare contendant veritatem miraculorum.*

18 *Proponitur argumentum efficax, quo, magna facilitate probari poteſt falſitas doctrinæ Hæreticorum.*

19 *Inſinuatur ratio, & modus efficaciter confutandi hæreſes Vigilantij, Pauperum de Lugduno, & aliorum Hæreticorum, proteruè contendentium impugnare veritatem miraculorum, præſertim Chriſti, & Apoſtolorum.*

20 *Demonſtratur in ſpecie veritas, & euidentia maxima miraculorū quæ refulſit inter alia, miraculum reſuſcitationis Lazari.*

21 *Tanta fuit euidentia, & efficacia miraculorum* Chriſti, *vt de ſe potuerint conuertere ne dum Iudæos, verum etiam Dæmones ipſos, niſi obſtinati omnino exiſterent poſt eorum primum peccatum.*

22 *Quamuis Sancti aliquando orando, aliquando præcipiendo miracula faciant, vtroque tamen modo eadem miracula operatur ſemper Deus tamquam agens principale.*

23 *Agitur de neceſsitate miraculorum, vt quis ritè* Canonizari *poſsit per* Eccleſiam *Romanam.*

24 *Adducuntur quædam animaduerſiones pro maiori claritate concluſionum, & reſponſionum ad argumenta contrariorum circa eandem neceſsitatem*

25 *Oſtenditur qualiter miracula non ſint ſimpliciter neceſſaria, etſi valde vtilia ad effectum* Canonizationis Sanctorū *Martyrum, quod etiam probatur ratione, & multiplici authoritate.*

26 *Aſsignatur ratio ſpecialis, quare in Martyrum Canonizatione nō ſint neceſſaria ſimpliciter miracula.*

27 *In Sanctorum vero Confeſſorum Canonizatione, præter Sāctitatem vitæ, requiruntur quoque neceſsariò miracula ſaltem poſt mortem, quæ veritas demonſtratur multiplici argumento in rationibus, & authoritatibus fundato.*

28 *Etſi mali homines Deo permittente, & volente poſsint ad Inuocationem nominis* Chriſti, *&* Sanctorum *facere miracula, illis tamen non attribuuntur, ſed Chriſto, vel Sanctis ad quorum Inuocationem hæc fiunt.*

29 *Non ſatis eſt ordinariè, & regulariter loquendo vnum miraculum, ſed requiruntur plura ad* Sanctorum *Confeſsorū Canonizationem.*

30 *Igitur miracula operata in vita Canonizandi, non erunt neceſsaria ſimpliciter ad illius Canonizationem, licet valde vtilia ſint.*

31 *Miracula de quibus ſupra, propriè, & formaliter loquendo non dicuntur probari per teſtes directè, & per ſe, ſed indirectè, & per accidens.*

32 *Occaſione reſponſionis ad primū argumentum explicantur quædam verba Capituli,* Audiuimus, *de reliq. & vener. Sanctorum, quæ occaſionne adducuntur aliqua mirabilia operata quidem à Dæmone, quæ tamen in rei veritate non ſunt vera miracula, ex doctrina* S.Patris *Auguſtini, &* S.*Thomæ, ac Gloſsa in eodem Cap.*

33 *Ex reſponſione data ad ſecundum argumentum, explicatur quomodo Sancti Confeſſores fecerint mirabilia in vita ſua, quemadmodum de vnoquoque illorum prædicat* Eccleſia, *& aſsignatur ratio ob quam*

Digitized by Google

quam Ioann. Baptiſta nullum omnino miraculum fecerit in vita ſua.

34 *Oſtenditur quomodo eximia Sanctitas vitæ, & adeptio virtutum hæroycarum ſit quid pluſquam mirabile.*

35 *Reſpondetur ad argumentum quorumdam modernorum, aſſerentium non eſſe neceſſaria miracula, neque etiam poſt mortem in Sanctorum Confeſſorum Canonizatione. Licet eorum verba poſſint admittere ſenſum pium, & verum ibidem inſinuatum.*

36 *Tandem fit ſatis ad argumentum fundatum in verbis Pij Papæ Secundi, quæ habentur in offitio Sanctæ Catherinæ Seneuſis, ab eodem Pontifice edito, poſt celebratam ab eodem ſolemnem ipſius Virginis Canonizationem.*

37 *Ad exactiorem cognitionem eorum, quæ tractantur in hoc. 8. Cap. explicantur dubiola quædam, non minus vtilia, quàm curioſa. quorum Primum eſt, an de ratione veri miraculi ſit, vt fiat ſemper in inſtanti. Secundum, an ſit contra rationem miraculi, vt in actu patrationis miraculi, qui operatur illud vtatur miniſterio naturali. Tertium, an ſit pariter præter, aut contra rationem miraculi, vt quis iam perfectè ſanatus, vel illuminatus, miraculosè, iterum incidat in eandem cæcitatem, ſiuè infirmitatem. Quartum, an ille, qui fuit alias infidelis, vel natus eſt ex parentibus infidelibus ſiue Hæreticis, ſi concurrant neceſſaria in illo ad Canonizationem ſolitam fieri per Eccleſiam debeat Canonizari. Quâ occaſione aliqua loca ſacræ Scripturæ, & Patrum, ac Scolaſticorum authoritates, ibidem adductæ explicantur, quibuſdam adhibitis exemplis in facto fundatis.*

CAPVT OCTAVVM.

De veris miraculis, quæ fiunt à ſolo Deo.

Punctum Primum.

De diſcrimine inter miracula, ſigna, & prodigia.

1 §. 1. AGitur in hoc capit. principaliter de generibus miraculorum, & de conditionibus requiſitis ad vera miracula: Inſuper de neceſſitate miraculorum in ordine ad Canonizationem Sanctorum tractatur. Priuſquam adducantur notæ, & ſigna quibus dignoſci poſſunt vera miracula à falſis.

§. 2. Ponderandum ſe offert in primo limine, diſcrimen repertum inter miraculum, mirabile, prodigium, portentum, & ſignum, Nam miraculum eſt illud, quod excedit facultatem naturæ, vt copioſius dicam inferius, & ſecundum hoc miracula appellantur virtutes, vt ex expreſſe docet S. Thom. 2. 2. quæſt. 178. art. 1. in reſponſione ad tertium argumentum. Id vero propter, quod miracula fiunt, ſcilicet ad manifeſtandum aliquid ſupernaturale, efficit, vt miracula ſub hac ratione formali, de qua inmediate, communiter dicantur ſigna. Propter vero eorum excellentiam dicuntr eadem miracula, portenta, vel prodigia, *quaſi procul aliquid oſtendentia*; Vt expreſſis verbis aſſerit Sanctus Thomas, vbi ſupra immediatè, & copioſius 2. ad Theſſalonicenſes lect. 3. circa finem, vbi poſtquam diffiniuit miraculum mendax illud eſſe, quod defficit à vera ratione facti, vel à vera ratione miraculi, vel à debito fine miraculi, diſtinguit inter mi-

Digitized by Google

ra, miracula, ſigna, & prodigia; per mira intelligit facta illa, quæ habent occultas cauſas, non tamen præter, neque ſupra ordinem naturæ, Per ſigna verò intelliguntur illa mira, de quibus ſupra, etiam parua, Prodigia verò appellat magna, quæ aliquem prodigioſum oſtendunt quaſi procul à digito, iuxta illud Apocal. 13. *Fecit ſigna magna, ita vt & ignem faceret deſcendere de cælo in terram in conſpectu hominum*, & Matth. 24. *Dabunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poteſt, etiam electi*. De eiſdem diffusè tractat Beatus Albertus Magnus par. 2. ſuæ Summæ Theolog. tract. 8. quæſt. 32. art. 2. part. 1. & Toſtatus in Exod. capit. 7. quæſtione 15. & Rota in relatione B. Corſini parte ſecunda, §. octauo. Et D. Thomas 1. par. 1. quæſtione 105. art. 7. in corpore, nomen miraculi ab admiratione deriuatur, & originem trahit, miraculum enim dicitur, quaſi admiretione plenum, miraculum itaque illud erit, quod ita admiratione plenum eſt, vt habeat cauſam omnibus ſimpliciter occultam.

§. 3. Præterea Sanctus Thomas quæſt. 6. de potentia, quæ inſcribitur de miraculis art. 2. in corpore, poſtquã dixit, quod miraculi nomen, à mirando eſt deſumptum, ex verbis quoque Philoſ. libro primo Metaph. capite 2. *Ad admirationem*, inquit, *duo concurrunt, quorum vnum eſt, quod cauſa illius, quod admiramur ſit occulta: Secundum eſt, vt in eo, quod miramur appareat aliquid, per quod videatur contrarium eius debere eſſe, quod miramur*.

Punctum II.

De cauſa miraculorum cunctis occulta.

2 §. 1. Cauſam verò omnibus ſimpliciter occultam, appellant Theologi, præſertim Diuus Thomas, vbi ſupra, Alex. de Ales 2. par. q. 42. Gabriel in 2. ſenten. diſtin. 8. q. 2. art. 4. Ferrar. contra Gent. lib. 3. cap. 100. & 101. Bannes 1. par. q. 105. art. 7. §. *Cauſam autem*, virtutem diuinam, ſiue incomprehenſibilem Dei potentiam, quapropter, quæ fiunt ſecundum ordinem naturalium cauſarum, etiam quod illorum virtus nobis occulta ſit, nequeunt propriè appellari ſimpliciter miracula, ſed ſigna, vel mira.

Punctum III.

De neceſſario requiſitis ad verum miraculum.

3 §. 1. Duoque potiſſimè ſunt de eſſentia illius operis, vel facti, quod verè, & propriè appellari poteſt, ac debet miraculoſum, ſiue miraculum. Primum eſt, quod ſit omninò arduum, & inſolitum. Secundum, quod ſit ſupra omnes vires naturæ, ac præter ſpem admirantis, ex Sancto Auguſtino lib. 3. de Trinitate cap. 5. ex eodem libro de vtilitate credendi, cap. 16. idem tenet Aleſis in ſumm. part. 2. q. 42. membr. 5. Sanctus Bonauentura in comp. Theol. lib. 1. cap. 28. Albertus Magnus in Sum. Theolog. tract. 8. q. 32. art. 1. ex Diuo Thoma 1. 2. q. & art. citato, & 1. 2. q. 113. art. 10. Expoſitores illius ibidem. Item libro 3. ſentent. diſt. 12. quæſt. 1. art. 3. in reſponſione ad ſecundum argumẽtum eiuſdem ſeptimi articuli, inquit Diuus Thomas, *Arduum dicitur mira-*

Digitized by Google

miraculum, non propter dignitatem rei, in qua fit, ſed quia facultatem naturæ excedit, ſubdens: *appellatur quoque inſolitum non quia frequenter non eueniat, ſed quia eſt præter naturalem conſuetudinem, ſupra quam facultatem naturæ, dicitur aliquid non ſolum propter ſubſtantiam facti, verum etiam ſecundum modum, atque ordinem faciendi.* hæc ille; ideò ipſemet Sanctus Thomas q. 6. de potentia, artic. 2. ad ſecundum argumentum aſſerit, quod inſolitum, dicitur miraculum, *quia eſt contra conſuetum curſum naturæ, etiamſi iteraretur quotidie, ſicut tranſubſtantiatio panis in corpus* Chriſti, *quotidie frequentatur, nec tamen ceſſat eſſe miraculum.*

Punctum IV.

Vera miracula à ſolo Deo fiunt.

4 §. 1. MIracula vera, & propria à ſolo Deo ſunt, tanquam ab agente principali, docet enim ſanctus Auguſtinus relatus ab Auguſtino de Ancona in Summa de Eccleſiaſtica poteſtate, *q. 15. art. 4. in corpore, & in reſponſione ad primum argumentum*, quod miracula facere principaliter ſolius virtutis diuinæ eſt, miniſterialiter tamen fiunt per Sanctos Deũ deprecantes, dicitur enim Pſalm. 71. de Deo, *qui facit mirabilia ſolus*, ideſt vera miracula propria virtute ſolus Deus operatur, ita interpretantur locum citatũ ſancti Patres, & Theologi, Scholaſtici, præſertim S. Thomas *3. par. q. 43. art. 3. ad tertium argumentum*, & in Pſalm. 85. *Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus ſolus*, & clarius idem Sanctus Thomas 3. *lib. contra Gentes cap.* 102. Vbi ſex rationibus efficaciſſimis euidẽter demonſtrat, quod ſolus Deus poteſt facere vera miracula, quas vberius declarat Ferrarienſ. ibidem.

§. 2. Quæ rationes ad maximam breuitatem redactæ, ſunt. Primo, quia creatura, cum ſit virtutis limitatæ, non poteſt ſupra ordinem ſuum operari; nam miraculum eſt præter ordinem totius naturæ creatæ, vt docet idem Sanctus Thomas 1. *part. q.* 110. *art.* 4. & Ferrarienſis in præcitato *cap.* 102. *tertij contra Gentes.* Secundo, quia potentia creata nedum eſt limitata ſub ordine, quem Deus in rebus ſtatuit, ſed eſt limitata ad aliquem, ſiue ad aliquos determinatos effectus; ideò ſimpliciter nequit extendi ad vera miracula. Tertio, quia creatura nequit agere in aliqua re, niſi id, quod eſt, vel educi poteſt de potentia naturali illius rei, circa quam agit. Multaque ſunt genera miraculorũ diuinitus operata, quæ nequeunt educi de potentia naturali illius rei, circa quam agitur; quemadmodum quod verè mortuus reuiuiſcat, quod ſol retrocedat, & quod duo corpora ſint ſimul. Fateor equidẽ hanc rationem non demonſtrare vniuerſaliter, quod creatura nequeat operari miracula, ſed de quibuſdam tantũ; verùm intentio D. Thomæ in præcitato cap. non eſt, vt ſingulæ rationes ab eo adductæ concludant vniuerſaliter, ſed collectiuè id demonſtrent, & aliquæ earum etiam ſint adeò efficaces, vt hoc idem euidenter, & vniuerſaliter concludant. Quarto, quia potẽtia naturalis reſpicit ſolum illum, vel illos actus, qui non ſunt ſupra ordinem naturalium, & habẽt pro principio actiuo aliquod agẽs quod neceſſario continetur intra limites agentium naturalium. Quinto, quia virtus creaturæ neceſſe habet in omni ſua actione non ſolum vti ſubiecto, ſed nec facere poteſt quicquam, niſi ad quod ſubiectum eſt in potentia naturali. Sexto denique, quia ſubſtantiæ incorporeæ creatæ, virtute propria nequeunt miracula efficere; ergo multo minus ſubſtan-

ſtantiæ corporeæ, Ex quibus omnibus, & alijs ibidem cumulatis concludit, *Solius igitur Dei eſt, Miracula facere, ipſe enim eſt ſuperior ordine, ſub quo vniuerſa continentur, ſicut à cuius prouidentia totus hic ordo fluit, eius etiam virtus cum ſit omnino infinita non determinatur ad aliquem ſpecialem effectum, neque ad hoc, quod effectus illius producatur aliquo determinato modo, vel ordine.*

Hinc eſt quod in ſequenti cap. 103. eiuſdem tertij libri cõtra gentiles Diuus Thomas proſequitur demonſtrare efficaciſſimis rationibus contra quoſdam Philoſophos, ſubſtantias ſpirituales non poſſe operari propria virtute vera miracula, ſed tantum mirabiles effectus quoad nos, quem ſequuntur omnes Theologi, ac etiam Canoniſtæ, vt Maluetius de Canonizatione Sanctorum, dubio 3. num. 42. Rota Romana in relatione Beati Andreæ Corſini par. 2. §. 9. Panuinus in relatione Sancti Bonauenturæ, par. 2. art. 3. verſ. *Deus tamen.* Et ante hos idem docuerat Magiſter Sententiarum lib. 2. diſt. 18. vbi diffiniens, *Miraculum,* inquit, *eſt opus diuinæ potentiæ oſtenſiuum*; quam diffinitionem amplectuntur omnes Scholaſtici ibidem, præſertim Beatus Albertus Magnus art. 3. qui docet, prædictæ diffinitioni eſſe neceſſario addendam particulam, ſiue clauſulam reſtrictiuam, *tantum*, vt ſit perfecta, & completa; ideò Ægidius Romanus 2. ſentent. diſtinct. 12. quæſt. 2. dub. 13. litter. *Miracula omnia*, inquit, *vel ſunt ſupra naturam, vel contra naturam.* Idẽ docuit S. Bonau. in Cõpen. Theolog. verit. lib. 1. cap. 18. Gloſſa cap. 1. de reliquijs, & veneratione Sanctorum in 6. Archidiac. in cap. *nec mirum* 26. q. 5. verſ. *& dicitur miraculum.* Bellam. num. 3. verſ. *& dicitur miraculum*. Et communiter Doctores in locis prædictis. Troylus Maluet. tract. de Canonizatione Sanctorum, dubio 3. numer. 40. verſ. *ſecundo requiritur.* Caſtellanus de Canonizatioue Sanctorum, q. 6. art. 1. Caſſaneus Cathal. glor. Mundi par. 3. conſider. 49. verſ. *ſecundo requiritur.* & Hoſtienſis in Summâ de reliquijs, & veneratione Sanctorum, numero 2.

Punctum V.

Quæ ſint vera miracula.

§. 1. Etenim per vera miracula intelligere debemus facta miraculoſa, quæ ſunt contra, vel præter ordinem non alicuius, ſed omnis naturæ creatæ, excedentia omnem, & quamcumque facultatẽ totius creaturæ quoad ſubſtantiam, vel quoadmodum operandi, prout latius declarabitur inferius ex Diuo Thoma *par. 1. q. 110. art. 4. in corpore, & q. 114. art. 4. per totum*, quæ enim fiunt per Angelos, quamuis ſint præter ordinem naturæ corporalis, non tamen poſſunt virtute ſuę naturę aliquid efficere prętер ordinem totius creaturę, quod neceſſariò adminus requiritur ad rationem miraculi; ideò facta mirabilia per Angelos, de quibus ſupra immediatè propriè, & formaliter nequeunt appellari miracula ſimpliciter, ſed ſolum quoad nos.

§. 2. Ex Sancto Thoma 3. *contra gentes cap. 103. & par. 1. q. 110. art. 4. in corpore*; ſed clarius in reſponſione ad quartum argumentum; ideò nequeunt vocari vera miracula ſimpliciter loquendo, ſed quo ad nos tantum, qui ignoramus qua virtute fiant, virtus quidem naturalis Angelorum nobis ignota eſt, idem Sanctus Thomas *quæſt. 6. de potentia artic. 1. in reſponſione ad 19. 20. & 21. argumentum*, inquit, *quod nullum eſt inconueniens, ſi ex Diuina prouidentia*

præ-

præter rerum naturalium operationem producitur aliquis effectus, qui ſit præter actionem cauſæ ad ſuum effectum, in igne enim fornacis Babyloniæ remanebat ordo ad comburendum, licet non combureret tres pueros in camino ignis.

§. 3. Pariter quoque, quando Deus agit aliquid contra curſum naturæ non auſertur totus ordo vniuerſi, ſed curſus, qui eſt ex ordine vnius particularis rei ad aliam; vnde non eſt inconueniens, ſi aliquando cõtra curſum naturæ aliquid fiat ad ſalutem hominis, quæ conſiſtit in ordinatione ipſius ad finẽ vniuerſi.

Punctum VI.

De notis, quibus cognoſcuntur vera miracula.

6 §. 1. PRima nota, ſiue ſignum dignoſcendi vera miracula à falſis, illud eſt, vt opus illud quod propriè, & formaliter appellari debet miraculũ, nullo modo produci poſſit, vel quoad ſubſtãtiam, ſiue quoad modum, niſi per virtutem infinitam Dei, quo ſigno excluduntur ſingula fantaſtica facta, quibus ludificatur homo in parte ſenſitiua, oſtendendo illi tanquam ens reale, quod non eſt in rei veritate, vel quod eſt realiter, & à parte rei naturaliter, tanquam quid ſupernaturale, dicẽte S. Aug *lib. 18. de Ciu. Dei cap. 5. quod enim homines coloribus, & corporibus veris, hoc Dæmones figuris fictis facillimè poſſunt.*

§. 2. Ægydius quoque Romanus Cardinalis, *per fictionem* (inquit) *colorum, vel per immutationem ſenſuum, Diabolus hominis ſenſum ludificat, ita vt quod non eſt, ei appareat.*

Hinc eſt, quod vera miracula debent habere veram exiſtentiam quoad effectum, ac etiam longam durationem non ſine magna vtilitate eorum circa quæ fiunt, ad differentiam falſorum, ſiue fictorum miraculorũ, quæ operari poſſunt per Magos, quorum opera regulariter, & ordinariè loquendo, aut præſtigioſa ſunt, aut parum durantia.

§. 2. Secundum ſignum ad idem, deſumitur à fine, vera quidem miracula ſemper ordinantur ad bonitatem hominibus patefaciendam, & ad illius gloriam, ad veritatem fidei Catholicæ corroborandam, & augendam, omni ex parte valde vtilia. legentes enim annalia Sanctorum præcipuè Martyrum facilè inuenient infinitam hominum multitudinem, ex miraculorum operatione fidem Chriſti ſuſcepiſſe. miracula ſanè, quaſi quædam viuæ voces Religionem Chriſtianam prædicant, ac reſurrectionem mortuorum confirmant, quorum ſcilicet miraculorum verorum ſplẽdore perpetuò colluſtrata exiſtit Eccleſia, ſiue ad manifeſtationem ſanctitatis alicuius famuli Dei, qui in iuſtitia, & veritate Deo ſeruiuit, ſiue actu inſeruit, concludunt Theologi, quod vera miracula ſemper diriguntur ad bonum commune totius Reipublicæ Chriſtianæ, & fidei Catholicæ corroborationem, vt tradunt poſt Theologos omnes, Gloſſ. cap. 1. de reliq. & veneratione Sanctorum in 6. Hoſtienſ. in Summa eodem titulo num. 3. Bellam. in cap. nec mirum, 26. quæſt. 5. num. 8. circa finem. Troylus Maluetius de Canonizatione Sanctorum, dub. 3. num. 41. Caſſan. Cathal. glor. Mund. par. 3. conſider. 49. Idem habetur in relatione ſancti Iſidori *de excellentia fidei*, ad finem, & in relatione Beati Thomæ de Villanoua, *de magnitudine fidei.*

§. 3. Tertium ſignum eſt deſumptum ex modo, quo fiunt vera miracula per miniſtros Dei; ad illa enim ſolent præmitti orationes, vigiliæ, ieiunia, & conſimiles actus, longius abiectis omnibus, & qui-

& quibuſcumque habentibus ſpeciem, vel ſuſpicionem aliquam ſuperſtitionis cuiuſcumque generis, tam ſimplicis, quàm qualificatæ.

Punctum VII.

Quando homines ex Dei virtute operentur vera miracula.

7 §. 1. EX eodem quoque Sancto Thoma *1. ſenten. diſt. 7. q. 3. art. 1. ad 2.* colligitur multiplex modus cognoſcendi quando homines miniſterialiter operantur vera miracula; Primus eſt, quando ſunt bonæ, & inculpatæ vitæ. Secundus, quando curioſa, & vana fugientes gloriam Dei, & dilatationem fidei Catholicæ apertè procurant. Tertius quando mediantibus miraculis ſtudent homines reducere in Deum. Nam ſi mala arte, vtputa dæmonis fiant, non ſunt vera miracula, ſed tantum mira, qualia fuerunt opera Magorum ad æmulationem Moyſis facta. S. Thom. 1. par. q. 110. art. 4. & 2. 2. q. 178. art. 2. Caſſaneus Cathalog. glor. Mund. par. 3. conſid. 49. verſ. 1. Sed mira per Magos operata dicuntur præſtigia, ita prçcitati Authores, ac etiam Archidiac. in cap. *nec mirum*, num. 426. q. 5. Maluetius de Canonizatione Sanctorum dub. 3. numero 39.

Iamque dictum eſt ad rationem miraculi requiri, vt cauſa, ſiue virtus eorũ ſit occulta, quod explicantes S. Thomæ interpretes, præſertim Bannes *1. par. quæſt. 105. art. 7. in reſponſione ad 2. argumentũ propoſitum, ab eodem* inquit, *ad rationem miraculi requiri cauſam occultam, eſſe intelligendum, non quod illa ſit omnino ignorata, ſed ſufficit, vt ſecundum ordinem, & curſum rerum naturalium nõ ſit cognita,* quod colligunt ex reſpõſione ad 2. argum. præfati articuli.

Punctum VIII.

De veritate miraculorum, quæ Chriſtus operatus eſt.

QVapropter miracula, quæ in magnitudine, ac multitudine facta ſunt per Chriſtum erant abſque dubio verè, ac proprijſſimè miracula etiam reſpectu animæ ipſiuſmet Chriſti, quáuis euidẽter cognoſceret lumine gloriæ mediante, eorundem cauſam eſſe diuinam omnipotentiam, ſatis eſt, vt ipſa cauſa miraculorum incomprehenſibilis ſit à creatura; ideò ſemper remanet ratio admirationis in creatura, habito prçcipuè reſpectu ad ordinem cognitionis naturalis illius. Ideò S. Thomas 2. 2. *q.* 180. *artic.* 3. *ad tertium argumentum* diffiniens admirationem eam appellat: *Speciem timoris conſequentem apprehenſionem alicuius rei excedentis noſtram facultatem.*

Punctum IX.

Quomodo Sancti, inſtrumentaliter tamen operentur miracula.

§ 2. QVa occaſione compendioſè referam, quæ adducuntur à fideliorib us D. Thomæ interpretibus 1. *par. quæſtione* 110 *art.* 4. quamuis certum ſit ſecundum fidem, Deum ſolum propria virtute operari vera miracula, non tamen neganda eſt virtus inſtrumentalis ſupernaturalis collata à Deo creaturis ad facienda miracula, non per modum quidem habitus, ſiue permanenter, ſed ſolum per modum tranſeuntis ex S. Thoma 2. 2. *q.* 178. *art.* 1. *ad* 1. probabiliter etiam ſuſtineri poteſt, quod talis poteſtas cõferri valeat per modum etiam habitus.

Ideò

Digitized by Google

8 Ideò Bannes vbi ſupra quæſt. 105. ar-
§. 1. tic. 7. §. *Eſt autem vnum argumentum.* Verſ. *Reſpondetur*, docet innixus ſemper doctrinæ D. Thomę, quod ad miracula facienda, poterat Deus conferre hominibus aliquam poteſtatem, quę ſit qualitas inhęrens, & inſtrumentaliter cócurrens ad miracula peragenda, quia verò poteſtas faciendi miracula modo explicato non erat futura ordinaria in miniſtris Eccleſię, propterea Deus non contulit illam per modum qualitatis inhærentis, cum autem poteſtas conſecrandi eſſet futura, vt ordinaria in Sacerdotibus; idcircò voluit Deus characterem imprimere in illis ad hoc miraculum conſecrationis corporis, & ſanguinis Domini ordinariè exercendum in Eccleſia, quare doctrina ſuperius relata ex Diuo Thoma 2. 2. habet locum circa miracula non ordinariè futura, quale eſt illud conſecrationis panis, & vini in ſacrificio Miſſę, & ſanguinem Chriſti; ſed in his, quę raro fiunt modo ſupra declarato; ideò non eſt intelligenda de miraculo conſecrationis.

Punctum X.

Quot ſint genera miraculorum.

9 QVapropter Theologi redigunt ve-
§. 1. ra miracula ad triplex genus. Primum eſt, quoad ſubſtantiam facti, quando videlicet effectus miraculi eſt talis, quod non poſſit effici per quamcumque virtutem naturæ creatæ, vti quod duo corpora quanta, ſimul ſint in eodem loco, eodemque tempore, quod Sol ſiſtat, ſiue retrocedat, vel quod corpus humanum glorificetur, & alia eiuſdem ordinis ſupernaturalis.

§. 2. Secundum genus eſt, non quantum ad id, quod fit, ſed quantum ad id, in quo fit, queadmodum illuminatio cæci nati, & reſurrectio mortuorum, quamuis natura poſſit videntem producere, ac animal viuum generare, non eſt autem tantæ virtutis, neque inuenitur tanta poteſtas apud illam, vt in iam effecto cæco lucem inducere valeat, ſicut nec in mortuo vitam producere poſſit: ex communi enim conſenſu Philoſophorum *à priuatione ad habitum naturaliter non datur regreſſus*.

§. 3. Tertium, ac vltimum genus miraculorum illud eſt, in quo collocantur facta illa miraculoſa, quæ excedunt naturæ facultatem quantum ad modum conſuetum, & ordinarium ipſius naturæ, vti ſanatio inſtantanea à graui, & periculoſa infirmitate, vel ſanitas, quæ inducitur ſine opere, & adiutorio medicamentorum, quemadmodum de ſocro Simonis, Matth. 7. & Luc. 4. quæ magis detenta febribus ad Imperium Saluatoris ſtatim liberata, ac ſanata fuit, & quod amplius eſt, continuò ſurgens miniſtrabat Chriſto, & Diſcipulis eius, vbi S. Chryſoſtomus inquit, *Quod enim morbus curabilis erat per modum medendi, poteſtatem ſuam declarauit Dominus faciens quod minime ars medicina facere potuiſſet*, poſt febris enim ſedationem, qui febre laborarunt, multo tempore adhuc perſeuerat in illis debilitas, antequam priſtinæ reſtituantur ſanitati; tunc autem in ſanatione ſocri Simonis, ſimul omnia facta ſunt; ideò Sanctus Hieronymus ibidem, *Sanitas, quæ confertur à Domino tota ſimul reddit*.

§. 4. Cuncta hæc de notis, & generibus miraculorum, expreſsè colliguntur ex doctrina Theologorum, præſertim D. Thomæ, & ſuorum Interpretum par. 1. q. 115. art. 8. & q. 11. art. 4. & q. 114. art. 4. præcipuè iu reſponſione ad 3. argumentum, & 1. 2. q. 113. art. 10. 2. 2. q. 178. art. 1. & 2. 3. p. q. 43. art. 1. & ſequentibus.

Hinc

Digitized by Google

§. 5. Hinc eſt, quod Canoniſtæ, Miracula propriè dicta aſſerunt illa excedere vires naturæ. Primò, quoad factum. Secundo, quoadmodum facti, ad quod probandum inducunt illud Gregorij Neocæſarienſis, ad cuius preces, mons quidam magnæ altitudinis, & quantitatis retroceſſit, & locum dedit, vt in priori loco, in quo ipſe iacebat cóſtrueretur Eccleſia, in honorem SS. Primi, ac Feliciani, ac illud Principis Apoſtolorũ, quod ſuſcitauit, Act. 9. Tabitam iam demortuam, quia via naturali, non eſt regreſſus à priuatione ad habitum.

Quo verò ad modũ facti ponit exemplum Archidiac. de febricitante, ſi in inſtanti, precibus, vel meritis alicuius Sancti inuocati totaliter liberetur. Sed vt verbis vtar cuiuſdam celebris Theologi, aliàs citati, ſimulque Iuriſperiti, in notis ad art. 6. q. 6. Caſtellani de Canonizatione Sanctorum; id omne verius, profundius, & clarius explicauit D. Thomas locis immediatè citatis, cuius doctrinam, vt teſtatur ipſemet Author; ſequitur Sacra Rota Romana in relatione Sancti Hyacinthi, titulo *de miraculis*, verſ. *ſed vobis magis*. fol. 33. in relatione Beati Thomæ de Villa noua, *de miraculis poſt mortem*, in principio, in relatione Sanctæ Franciſcæ par. 3. artic. 1. verſic. 4. in relatione S. Caroli Boromęi part. 3. *de miraculis in genere*: & in relatione B. Andreæ Corſini part. 2. §. 7. & addit ipſemet Author, de quo ſupra, quod idem ſentit, ac tenet Bartholus in tract. teſtimoniorum, verſic. *Qualitas*, num. 57. vbi ferè verba omnia D. Tho. refert. Quamuis in tertio ordine miraculorum collocet miraculum de multiplicatione panis, circa quod particulare à multis reprobatur, præſertim à Rota Romana in relatione ſanctæ Thereſiæ, in 1. miraculo. Idem ſentit Maluet. de Canoniz. Sanctorum dub. 3. num. 5.

Et Viguerius in inſtit. titulo *de gratia diuina*. cap. 9. §. 2. verſ. 2. inter quamplura, inquit; Notandum eſt, quod Deus in miraculis principaliter operatur, aliquando ſupra naturam, aliquando contra naturam, aliquando præter naturam. Primo, ſupra naturam, inquantum producitur effectus, quem natura producere non poteſt; quod contingit dupliciter. Primo, quando forma inducta à Deo nullo modo poteſt à natura induci, ſicut forma gloriæ, quam inducet Deus corporibus electorum, & incarnatio Verbi. Secundo, quando natura poteſt ſimilem formam producere in aliquam materiam; ſed non in iſtam particularem. Natura enim poteſt cauſare vitam per generationẽ, ſed nõ in mortuo; & ideò reſurrectio mortuorum eſt ſupra naturam. Secundo, contra naturam operatur Deus, quando in natura manet contraria diſpoſitio ad effectum, quem Deus facit, ſicut quando ſeruauit pueros illæſos in camino ignis, remanente virtute comburendi in igne, & quando aqua Iordanis ſtetit, remanente grauitate eius. Tertio, operatur Deus in miraculis præter naturam, quando producit effectum, quem natura producere poteſt, nõ tamẽ illo modo, quo Deus producit, videlicet ſubito, ſine inſtrumentis, quibus natura operatur; de primo, vt in ſocru Simonis Petri, de quo ſupra; de ſecundo, ſicut cum Chriſtus Ioan. 2. conuertit aquam in vinum, quod natura aliquo modo facere poteſt, dum aqua in nutrimentum vitis aſſumpta, ſuo tempore in ſuccum vuæ prædigeſta in vinum tandem conuertitur.

Pun-

Digitized by Google

Punctum XI.

Quomodo miracula dicantur maiora.

10 §. 1. EX doctrina pariter S. Thomæ art. 8. quæſt. 105. prima parte, euidenter colligitur, nullum dici poſſe magnum, ſiue maximum miraculum in comparatione diuinæ potentiæ, quia quodcumque factum diuinæ potentiæ comparatum, minimum eſt.

§. 2. Idcircò vnum miraculum dicitur maius altero ſemper, ſecundum quod magis, aut minus facultatem naturæ excedit, maxima itaque miracula illa erunt, quæ prædictam naturæ facultatem excedunt, quantum ad ſubſtantiam facti: in ſecundo loco reponuntur miracula, quę naturæ virtutem excedunt, quantum ad id, in quo fiunt; vltimum verò locum ſibi vendicant illa miracula, quæ facultatem ipſius naturæ excedunt quantum ad modum, & ordinem faciendi, quas tres propoſitiones probat ibidem Sanctus Thomas multiplici authoritate ſacræ Scripturæ, ac etiam rationē valde patenti, illiuſquè fideliores expoſitores animaduertunt, qualiter differentia miraculorum ſecundum magis, ac minus non eſt cenſenda ſpecifica, ſiue eſſentialis, ſed apertè accidentalis, quemadmodum inter ſe differunt magis album, & minus album.

§. 3. Inſuper ex Diuo Thoma 2. 2. quæſtione 178. artic. 1. ad tertium, eadem opera miraculoſa, quæ miracula propriè nuncupantur, ideò miracula vocitantur, quia ſunt ſupra naturam; Signa verò quia aliquid ſupernaturale indicant, ſiue manifeſtant; Prodigia autem, ſiue portenta propter illorum excellentiam, vt latius ad initium huius capitis dictum eſt. Vera itaque miracula ordinantur à Deo ad duplicem hominum vtilitatem, quarum prior eſt, veritatis Catholicæ iam prædicatæ confirmatio; poſterior verò. atteſtatio, ſiue demonſtratio ſanctitatis alicuius famuli Dei; quam ſanctitatem Deus ipſe hominibus vult proponere in exemplum virtutis, vt publicè in Eccleſia honoretur, ac fideles illam imitentur.

Punctum XII.

Per quos Deus faciat miracula inſtrumentaliter.

12 §. 1. HInc eſt, quod Sanctus Thomas 2. 2. quæſt. 178. art. 2. inquit, primo modo iam immediatè explicato, fieri poſſunt miracula inſtrumentaliter, ſiue miniſterialiter per quemcumque, qui veram fidem prædicat, & nomen Chriſti in veritate inuocat, ſiue bonus, ſiue malus ſit. Secundo autē modo nequeunt fieri miracula, niſi in Sanctis, vel per Sanctos, ad quorum veram ſanctitatem enunciandam, ſunt ordinata. rationem huius aſſignat Bartholomæus Medina ad tertiam partē Sancti Thomæ quæſt. 43. art. 1. ſecunda Concluſione, *Miraculum enim verum*, inquit ille, *quod ſola diuina virtute fieri poteſt, eſt veluti quoddam ſigillum Dei, quo vtitur in teſtimonium, & confirmationem veritatis*. Certiſſimum eſt autem Deū haud preſtare velle teſtimonium falſitati, ſiue errori, quo argumento demonſtratiuo vſus eſt Nicodemus, Ioann. cap 3. quando aſſeruit ex ſignis, ſiue miraculis à Chriſto inferri, doctrinam illius eſſe veram, cęleſtem, & diuinam dicens, *Scimus, quia à Deo veniſti Magiſter, nemo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit Deus cum illo.* Et mulier Sarepta, 3. Reg. 17. dixit ad Eliam, *nunc cognoui* (ideſt ex miraculis) *quod vir Dei es tu, & verbum Dei manet in ore tuo.*

Explicat prædicta Auguſtinus de Ancona in ſua Summa de Eccleſiaſtica poteſtate, quæſtione 17. articulo 3. in reſponſione ad tertium argumentum, dum inquit, quod Deus principaliter facit miracula, inſtrumentaliter tamen facit, mediante Sanctorum oratione, quandoque manifeſta, ſicut ſcribitur Act. 9. Quod Petrus præcedente oratione, Tabitam mortuam ſuſcitauit, quandoque ſolo interiori motu, ſicut Petrus Ananiam, & Saphyram morti increpando tradidit, quandoque autem mediante exteriori voce, ſicut ſcribitur Ioſue decimo, quod *obediente Deo voci hominis ſtetit Sol contra Gabaonitas*, & quandoque mediante contactu corporum ipſorum Sanctorum, ſcribitur enim quarto Regum capite 13. Quod quidam proiecerunt cadauer mortui in ſepulchrum Eliſæi, & ſtatim cum tetigerit oſſa Eliſæi, *reuixit homo, & ſtetit ſupra pedes ſuos*, non tantum arctatur diuina virtus, quin ſine tali tactu corporis, Sancti poſſint miracula facere. His ſuperaddit Ioannes Viguerius in ſuis Inſtitutionibus ad Chriſtianam Theologiam, titulo *De gratia diuina*, capite nono, §. ſecundo, verſiculo ſecundo, ad exordium. Alio modo operatur Deus in miraculis, alio modo Sancti, alio modo Magi, alio modo mali Chriſtiani. Vnde Diuus Auguſtinus dicit libro 83. qq. Aliter Magi faciunt miracula, aliter boni Chriſtiani, aliter mali; Magi per priuatos contractus cum Dæmonibus, nec facta illorum poſſunt dici miracula, vt dictum eſt. Boni Chriſtiani per publicam iuſtitiam, mali verò Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ. Deus enim vtitur malis hominibus in bonum aliorum, ſicut ad prophetandum: ideò mali ad confirmationem veritatis fidei, aliquando mouentur à Deo, ad inuocationem nominis Chriſti, vel alicuius Sancti, ad quem Deus operatur. Vnde Matth. ſeptimo, *Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & virtutes multas fecimus?* Et Apoſtolus primo ad Corinthios 13. *Et ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero*, &c. Et quamuis fides ſine charitate, & operibus mortua ſit, quantum ad ipſum credentem, qui per eam non viuit vita gratiæ; nihil tamen prohibet, quin res viua per inſtrumentum mortuum operetur, ſicut enim homo operatur per baculum, ita Deus per fidem peccatoris inſtrumentaliter operatur ad facienda miracula.

13 §. 1. Quapropter Sanctus Thomas vbi ſupra, ſecunda 2. quæſtione 178. in reſponſione ad quartum argumentum, eiuſdem ſecundi articuli, ex authoritate Sancti Auguſtini libro 83. Quæſtionum quæſtione 79. circa medium, *Admonet nos Dominus*, inquit Auguſtinus, *vt intelligamus quædam miracula etiam ſceleratos homines facere, qualia ſancti facere non poſſunt; ſed ideò non omnibus Sanctis iſta attribuuntur, ne pernicioſiſſimo errore decipiantur infirmi, exiſtimantes in talibus factis eſſe maiora dona, quàm in operibus iuſtitiæ*.

14 §. 1. Eandem authoritatem S. Auguſtini magis explicat Caietanus in Comment. 2. præcitati articuli, dum inquit, *Pernicioſiſſimus error eſt eorum, qui exiſtimant in miraculoſis operibus maiora eſſe dona Dei, quam in operibus iuſtitiæ, qui error popularis efficit, vt multi credant, homines, qui miracula faciunt, Sanctos, & quodammodo Deos eſſe, verè autem ſimplices, & Iuſtos quaſi pro nihilo habentes*. Tandem concludit per ſequentia verba, *totum enim oppoſitum debet exiſtimari*.

Pun-

Digitized by Google

Punctum XIII.

Quibus notis famulorum Dei ſanctitas dignoſcatur.

15 §. 1. IDeò Chriſtus docuit nos cognoſcere ſanctitatem vitæ alicuius, non à miraculis tantùm, ſed præcipuè ab operibus iuſtitiæ, quæ faciunt homines rectos, dixit enim, *A fructibus eorum cognoſcetis eos*. Hinc eſt, quod mos antiquus Eccleſiæ adhuc viget, vt in Canonizatione Iuſtorum; primò, agatur de virtutibus, & ſanctitate illorum, deinde de miraculis, *ad ſtabiliendam enim fidei veritatem, eiuſmodi ſigna, atque prodigia Deus oſtendit*, vt docet inter cæteros Sanctus Auguſtinus libro vigeſimoſecundo de Ciuitate Dei, capite nono, & decimo, *à qua Chriſti fide, cum Hæretici ſemel exciderint, his carere neceſſe eſt, ideò ad calumnias, prout de more confugientes, & verum ſenſum Scripturarum peruertentes, ſigna*, inquiunt, *non Fidelibus, ſed infidelibus dantur, vt olim dicebat, Sceleſtus ille Vigilantius*, contra quem clamat Sanctus Hieronymus, *Nolo* (ait) *mihi dicas, ſigna infidelium ſunt, ſed reſponde, quomodo in viliſſimo puluere, & fauilla, neſcio qua tanta ſit ſignorum, virtutumquè præſentia, Sentio (infeliciſſime mortalium) quid doleas, quid timeas, ſpiritus eſt immundus, qui hæc te cogit ſcribere, ſæpè hoc viliſſimo tortus eſt puluere*. Hæc ille, & alia plura ad idem.

§. 2. Proſequitur: *Eſto ſigna ſint infidelium, quales nos eſſe iactatis certè nobis illa debentur, qui falſis dogmatibus veſtris, non credentes adeò aduerſamur, veſtroſquè Pſeudomartyres execramur, exhibeātur ab illis illa diuina miracula, quæ olim à Sanctis Martyribus Gentilibus non credentibus deteſtantibus, ac perſequentibus, vt crederent, benedicerent, atque adorarent, ſunt exhibita, ſi tantoperè conamini, vt vobis aſſentiamur, vel vnum ſaltem ex tanta Pſeudomartyrum turba, diuinum miraculum editum demonſtrate; ſed quid? numquid colligere poterunt ex ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? certè ex ſententia Domini, non poteſt arbor mala bonos fructus facere.*

Punctum XIV.

Quare Deus iuſtè priuatos eſſe velit Hæreticos patratione miraculorum.

16 §. 1 HInc quoque colligitur ratio potiſſima, quare Hæretici, & eorum ſectæ inueniantur nudæ, & omninò priuatæ patratione miraculorum, præſertim eorum, quæ ſunt ordinata ad confirmandam eorum fallacem, & Diabolicam doctrinam, immò quoties tentarunt ſua mendacia, miraculis confirmare, pelle ouina cooperti, more filiorum Chriſti, contrarium omninò ſucceſſit, & ita ſemper eueniet, propter rationes ſuperius immediate adductas.

17 §. 1. Quemadmodum quamplures fideliſſimi Scriptores referunt eueniſſe in confinibus Poloniæ, & Hungariæ, vbi exortus quidam nouus Policronius hæreticus, & ipſe falſitatis Concionator, qui arroganter volens ſuam falſam doctrinam, miraculis comprobare, conuentione facta cum Matthæo quodam Villi, ac vxore eius, ſilentij prius ſtipulatione interpoſita, ſolutioneque fortè antea iam adhibita mercedis, vt ipſe Matthæus quaſi mortuus, ad ſepulturam efferretur, Vxore de morte mariti implacabiliter publicè lugente, ac funus etiam proſequente,

Digitized by Google

qui cum eſſet delatus ad Eccleſiam Pagi Bietagiæ non procul à Cracouia, ibi nouus iſte Policronius, conſcenſo ſuggeſtu ampliabat ſuam falſam doctrinam, conſtanter affirmans, ſe nihil dubitare Deum mox ad illam magis illuſtrandam, vitam mortuo præſenti reſtituturum; ideò in nomine Chriſti (cuius veritati falsò ſe iactabat teſtimoniũ perhibere) præcepit illi, qui fingebat ſe mortuum, repetens alta voce, Matthæe ſurge, &c. qui cum nunquam ſurrexiſſet, neque loqueretur, expectato aliquo tẽpore, acceſſerunt ad pheretrum, in quo iacebat ſimulatus mortuus, & diſcooperientes illius faciem, inuenerunt ipſum verè mortuum, re delata ad vxorem, vbi antea fictè plangebat, cœpit veras lachrymas emittere, eiulando, & totam fictionem coram omnibus patefaciendo.

§. 2. Quid ſimile eueniſſe legitur tempore Arrianorum in Aphrica; in perſona cuiuſdam Cirolæ, qui falsò ſe Epiſcopum appellabat, vt refert Sanctus Gregorius Turonenſis in ſua hiſtoria *libro ſecundo, capite tertio*. Conſimile quoque factum Romæ etiam accidiſſe, refert Paulus Diaconus, de quodam Iconomacho, *libro vltimo rerum Romanorum*.

§. 3. Aliud factum ſimile narratis, recenſet Lucas Tudenſis *libro tertio contra Hæreticos Albigenſes capite nono, verſic. fuerat ibi ſepultus*, cuius opera habentur tomo decimotertio, Bibliothecæ Veterum Patrum. Ibidem enim narrat de quodam Arnaldo Hæretico Albigenſi, poſt cuius mortem publicè, ac priuatim Hæretici eiuſdem ſectæ illum prædicabant, & commendabant de excellenti ſanctitate, & de admirabili miraculorum patratione, ita vt in errorem perduxerint, nedum Catholicos illius Ciuitatis, in qua erat ſepultum corpus illius, verum etiam deceperint eiſdem falſitatibus, habitatores vicinarum Ciuitatum, qui error perdurauit, vſquequo Fratres Prædicatores, & Minores, veram, & Catholicam doctrinam prædicantes, detexerunt iniquitatem prędicti Arnaldi, & falſitatem miraculorum, ob quam cauſam Populus fidelis his illuminatus, vbique & palam prædictos Religioſos appellabat Fratres ſanctæ prædicationis, & Magiſtros veritatis. Alia conſimilia facta referuntur capite primo, numero ſecundo, §. *Qua occaſione*; & hæc eſt ratio, quare Hæretici implacabili odio, atque ingenti inuidia miracula execrantur, cum per miracula Deus confundat, & confringat illorum diabolicam arrogantiam.

Punctum XV.

De Confutatione Doctrina Hæreticorum.

28 §. 4. QVo etiam argumento facillimè confutari poteſt doctrina quorumcumque Hæreticorum, quod non ſit à Deo, *qui eſt veritas, & vita*; ſed à patre mendacij, & falſitatis, qui eſt Diabolus, cuius ſunt filij, eo quia non confirmatur veris miraculis, quemadmodũ Deus ſemper veram doctrinam ſequentibus ſignis, & miraculis confirmauit, quod certiſſimum habemus ex ſacra Scriptura, ex Concilijs, & Sanctis Patribus, quorum doctrina extitit vitæ ſanctitate illuſtrata, & miraculis corroborata.

§. 5. Ideò Expoſitores Diui Thomę ad 3. partem eiuſdem *q. 43. artic. 2. & 4.* inter quos vnus eſt Medina, *vbi ſupra, art. 2. poſt 2. concluſ.* ex ſupra latè adductis colligunt omnem nouam doctrinam, atque Religionem Deo verè acceptam, veris ſemper cõfirmari miraculis.

Quod

Quod oſtendunt euidenter exemplo Moyſis legiſlatoris, de quo & eius miraculis Sacra Scriptura diſſerit *Exod.* 4. quæ res omnibus notiſſima eſt, quoadmodum etiam notiſſima ſunt ſigna, quę fecit Ioſue, & Elias, vt oſtenderent Prophetas Iezabel eſſe falſos. Pariter quoque notiſſimum eſt, quod lex Euangelica fuit innumeris miraculis confirmata, & in dies confirmatur, atque corroborabitur vſque ad finem ſæculi.

19 Vbi non omittam animaduertere ex
§. 1. ſupradictis, etiam deſtructos remanere errores, certè intolerabiles, ac hęreſes Vigilantij, Pauperumq; de Lugduno (quorum caput poſt diabolum omnium malorum fontem, fuit Vualdus Gallus) temere dicentium miracula Chriſti, & Sanctorum non eſſe vera miracula, quorum hæreſes apertè nimis confutantur, Marc. capit. 7. vbi de Chriſto dicitur, *Bene omnia fecit, ſurdos fecit audire, & mutos loqui.* Et *Marc. vlt. Signa verò eos, qui crediderunt, hæc ſequentur, in nomine meo dæmonia eijcient*, &c. quod totum habuit executionem; nam ſubdit ſanctus Marcus ibidem, *Illi autem*, (ſcilicet Apoſtoli, ſecundum Chriſti mandatum profecti) *prædicauerunt vbique Domino cooperante. & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis*; nam S. Gregor. *homilia 29. ad ſupradicta verba Marci vltimo*, inter alia multa, ait, *Quid autem in his conſiderandũ eſt, niſi quod præceptum obedientiæ; obedientiam verò ſigna ſecuta ſunt.* Theophylactus ibidem, *Sciendum eſt hic*, (inquit ille) *quod ſermo per opera confirmatur, ſicut in Apoſtolis tunc operationes confirmabant ſermonem ſequentibus ſignis, &c.*

§. 2. Sanctus quoque Pater Auguſtinus *Epiſtola* 80. *ad Epechium*, ſuper illa verba Saluatoris Marc. vlt. *Euntes prædicate Euangelium*, &c. inquit, *Quomodo ab Apoſtolis eſt completa iſta prædicatio, cum vſque adhuc inueniantur gentes, in quibus nondum cœpit impleri?* Reſpondet, *Non vtique hoc ita à Domino mandatum eſt Apoſtolis, tanquam ipſi ſoli, quibus tunc loquebatur tantum munus fuerint impleturi, ſed eo modo, quo eiſdem Apoſtolis tunc præſentibus dictum eſt, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi, quod tamen vniuerſæ Eccleſiæ promiſiſſe, quæ alijs morientibus, alijs naſcentibus hic, vſque in ſæculi conſummationem futura eſt, quis non intelligat? Locus enim Scripturæ alium eiuſdem Scripturæ ſacræ aperit, & declarat.*

20 Lucæ quoque *Capite quarto* habetur,
§. 1. quod Chriſtus, *Singulis imponens manus ſanabat omnes*, ad quæ verba, inquit Cyrillus, *quamuis autem Deus potuiſſet omnes verbo repellere morbos, tamen tangit eos, oſtendens propriam carnem efficacem ad præſtanda remedia; nam caro Dei erat.* Et Origenes vbi ſupra; *Ideò circa Solis occaſum, quia verecundabantur, vel timebant Phariſæos, vel quia de die intenti erant circa alia, vel quia putabant non licere ſanare in Sabbatho.* Et *Ioann.* 11. Vbi narratur miraculoſa reſuſcitatio Lazari quatriduani, de quo excellenti miraculo loquens Sanctus Auguſtinus *tractatu* 50. *in Ioannem*, inquit, *Quia tantum mi-*
21 *raculum, Domini tanta erat euidentia diffamatum, tanta manifeſtatione declaratum, vt non poſſent*, (intellige impij hoſtes Saluatoris,) *vel occultare, quod factum eſt, vel negare. Quid inuenerunt? ideò cogitarunt, vt Lazarum interficerent.* Et in eodem tractatu diſputans contra illos, qui putabant Lazari reſurrectionem fuiſſe phantaſticam *Lazarus* (inquit) *erat vnus ex recumbentibus, viuebat, loquebatur, epulabatur, veritas oſtendebatur: Denique infidelitas Iudæorum confundebatur.*

§. 2. Et Ioan. vlt. expreſsè dicitur, *Multa, & alia ſigna fecit Ieſus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc*, *quod* (vt inquit Chryſoſtomus) *referendum eſt ad eius potentiam qui faciebat virtutem, ſicut enim nobis facilè eſt loqui, ita & illi*, (ſcilicet Chriſto Domino) *multò faciliùs erat facere quæcumque volebat, quia ipſe eſt ſuper omnia Deus*. Et Ioan. 14. dicitur de Sanctis, *Et maiora horum facient*, ideò ait Chryſoſtomus, quia Dominus dixerat, *propter opera credite*, oſtendens, quoniam non ſolum hoc poteſt, ſed multo maiora, & quod eſt mirabilius, alijs poteſt facultatem concedere, vt eadem, ac maiora fiant. Quare prædictas hæreſes merito confutauit Eccleſia in Concilio primo Nicæno, ſub ſancto Sylueſtro Papa celebrato, quemadmodum videre eſt in actis eiuſdem Concilij.

Punctum XVI.

Incarnatio Verbi, dicitur Miraculum Miraculorum.

§. 3. ET S. Thomas q. 6. de potentia, artic. 2. in reſponſione ad nonum argumentum, inquit, Quod Incarnatio Verbi eſt miraculum miraculorum, vt Sancti omnes dicunt, quia eſt maius omnibus miraculis, ad quod miraculum omnia alia ordinãtur, propter quod non ſolum eſt inducens ad alia credendum, ſed etiam alia miracula inducunt ad hoc, quod ipſum credatur, nihil enim prohibet vnum miraculum inducere ad fidem alterius, quemadmodum reſuſcitatio Lazari inducit ad futuram reſurrectionem credendam.

21 §. 1. Hinc eſt, quod multi Expoſitores D. Thomæ, præſertim ex Ordine Prædicatorum, inter quos vnus eſt Bartholom. Medina *ad tertiam partem q. 43.* in expoſitione articulorum eiuſdem quęſtionis, in reſponſione ad dubium ab eo motum contra primam Concluſionem. §. *Ad huius dubij expoſitionem*. Verſic. *Certè tanta eſt*; poſtquam demonſtrauit ex teſtimonijs Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum, Chriſtum Dominum ſtupenda, & innumerabilia ferè miracula feciſſe, tàm per ſe ipſum, quàm per Sanctos ſuos, quorum aliqua enumerat in particulari. Tandem euidenter concludit, *Certè tanta eſt multitudo, & efficacia miraculorum Chriſti, vt poſſent dæmones ad ſalutem conuerti, ſi obſtinati non eſſent*; & Iudæi miraculorum multitudine, qualitate, ac efficacia ſtupefacti, dicunt Ioan. 11. *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit; ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum*. Et Sanctus Lucas in Actis Apoſtolorum, reputans quaſi impoſſibile enumerare multitudinem miraculorum in particulari, quæ fiebant per Apoſtolos, per clauſulam generalem, inquit, *Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna multa, & prodigia in populo*.

Punctum XVII.

Semper miracula fiunt à Deo principaliter, & tanquam ab Authore proximo.

22 §. 1. CIrca hęc neceſſariò animaduertenda ſunt, quæ inſinuantur ab eodẽ ſanctiſſimo Præceptore in præcitata *q. 178. art. 1. & 2. in corpore*, & in reſponſione ad argumenta, quorum primum eſt; etſi vt inquit Sanctus Gregorius *lib. 2. Dialog. cap. 30.* Sancti aliquando ex poteſtate, aliquando ex poſtulatione, ſiue deprecatione miracula exhibeant; Vtroq; tamen modo Deus ſemper principaliter operatur miracula, quod probat facto *illo Ioſue cap. 10.* Vbi cum ex poteſtate, Ioſue dixiſſet, *Sol contra Gabaon ne mouearis*. Subdit Scriptura, *non fuit*

Digitized by Google

fuit antea, & poſtea tam longa dies obediente Deo voci hominis; Ideò fideliſſimus Interpres Diui Thomæ Cardinalis Caietanus in reſponſione ad primum dubium, ab eo motum in Commentario eiuſdem articuli primi, poſt recenſitum factum Ioſue, de quo ſupra immediatè, inquit, *Vbi manifeſtè patet, Deum ſemper ſtatui debere proximum Authorem miraculi, ſiue miraculorũ, & vocem hominis inter remotiora, ſcilicet principia computari*: ſubdens, *ideò Deus, dicitur vti priori effectu inſtrumentaliter, quia ordinauit ſe executurum effectum miraculi; quandoquè mediatè, quandoq; immediatè, mediante ſemper illo priori effectu, ex parte hominis, ſiue ille effectus ſit oratio, ſiue vox, ſiue locutio, ſiue contactus*.

§. 2. Secundum eſt, licet à malis, qui nihilominus veram, & Catholicam doctrinam enunciant fieri poſſint vera miracula, ad confirmationem tamen veræ doctrinæ, modo ſupra explicato, nunquam tamen per illos fieri poſſunt vera miracula ad confirmationem ſuæ falſæ doctrinæ; vt latius explicatum eſt paulò ſuperius numero 15. Puncto 14. & ſequentibus.

Punctum XVIII.

De Miraculorum neceſsitate pro Canonizatione Sanctorum.

23 §. 1. Cvm non ſemel facta ſit mentio in præcedentibus Capitulis de Miraculis, præſertim in ordine ad Sanctorum Canonizationem requiſitis occurrit, determinandum, quomodo ſcilicet, qualiauè miracula exigantur ad ſolemnem Sanctorum Canonizationem.

Ad exactam reſolutionem huius nonnullas concluſiones adducam cum ſuis probationibus; deinde faciam ſatis ad argumenta contrariorum, quibuſdam tamen prius annotatis. quorum

24 Primum eſt illud Sancti Gregorij homilia Aſcenſio. Domini noſtri dicentis, *Miracula hominem ſanctum non efficiũt, ſed illius ſanctitatem demonſtrant*, quæ ſententia exponi debet de miraculis, præſertim operatis à Deo per interceſſionem Iuſtorum, poſt eorum obitum, ſuperius etenim in hoc eodẽ cap. oſtenſum eſt, Signa, ſiue miracula facta à Deo per aliquem hominem viuentem, regulariter ordinari, & dirigi ad confirmationem veritatis fidei Catholicæ; illa verò patrata poſt mortem, ordinantur regulariter ad approbationem, & commẽdationem ſanctitatis vitæ Iuſtorum, vbi ſemper ſermo noſter exponendus venit de veris miraculis, & non aliter.

§. 2. Secundum, vera miracula requiruntur ſecundum aliquos ad Sanctorum Canonizationem, iuxta praxim, & ſtylum Curiæ Romanæ tantùm; at ſecundum communiorem, & veriorem ſententiam Theologorum, & Canoniſtarum ſunt neceſſaria ad Sanctorum Canonizationem, etiam attento vſu, & praxi Eccleſiæ Romanæ ſimpliciter, & abſolutè.

§. 3. Ideò poſt Theologos docuerunt Canoniſtæ in Sanctorum canonizatione, vel beatificatione requiri miracula, quia regulariter, & ordinariè nequit cognoſci aliter ſanctitas, vel beatitudo canonizandorum, niſi ſcilicet per miracula (hocque intelligendum eſt ſemper ſecluſa vera, & probata reuelatione diuina) inter hos connumeratur Bellam. in cap. *venerabili de teſtibus*, numero 2. verſic. *quarto nota*. Butrius num. 2. Aret. num. 1. & Felyn. num. 1. ibidem, & Abb. num. 1. & Innocentius in cap. 1. de reliquijs, & veneratione Sanctorum, ibidem Hoſtienſis num. 5. Ioannes Andreas num. 4. Butrius num. 7. Ancharanus numer. 5. Archidiaconus in cap.

vnico

Digitized by Google

Vnico de reliquijs,& venerat. in 6. nu. 5. Maluet.de canonizatione Sanctorum, dub. 3. nu. 1. & ſequentibus, & nu. 73. Sylueſter in ſumma verb. canonizatio primo; quæſtione 2. verſ. inquiritur. Angelica eodem verbo numero primo. Caſſaneus in Cathalogo glor.mundi, par. 3. conſiderat. 50. idquè expreſſum inuenitur in Cæremoniali Romano, libro primo, ſect. 6. Idem quoque ſentiunt Domini Auditores Rotæ, vt aſſerit Fœlix Contelorius in ſuis notationibus manuſcriptis, ad articulum primum. *Quæſtionis quartæ, Caſtellani de Sanctorum Canonizatione.* In relatione Beati Thomæ de Villanoua poſt prohemiũ. Verſ. *quod autem.* Et in illa B. Aloyſij Gonzagæ in fine prohemij, in relatione B. Paſchalis Baylon *de miraculis. In exordio*; Et in illa Sancti Hyacinthi Poloni, *titulo de fide proceſſus.* Verſic. *Tertium, & poſtremum eſt*, Et in 3. cap. eiuſdem relationis. Verſic. *Et quantum ad Sanctitatem.* Et Verſic. *præmiſsis addimus.* Fol. 34. quodquè Eccleſia non debeat canonizare quempiam abſquè miraculorum patratione, habetur ex Diplomate canonizationis Sancti Homoboni, edito ab Innocentio III. Ex Panuino in relatione Sancti Bonauenturæ, parte prima, articulo octauo, & nono. Ex relatione Sancti Iſidori *de Miraculis in principio.* In relatione Sanctæ Thereſiæ *de Miraculis ad exordium*, & in illa Beati Beltrandi, & in illa pariter Beati Petri de Alcantara par. 3. *de miraculis in principio.*

Punctum Decimumnonum.

De falſo Martyrio.

25 §. 1. TErtium. Ratio ob quam neceſſaria dicuntur vera maricula poſt mortem in Canonizatione alicuius famuli Dei (exceptis tamen Martyribus propter rationes inferius adducendas) Ea eſt, cum Sanctitas vitæ præſentis poſſit eſſe ficta, & ſimulata non ad bonum finem, ſed potius ad appetitum inanis gloriæ, vel ad alium non rectum finem ordinata, iuxta *illud Matth.* 7. de hipocritis verba faciens Chriſtus, *incedunt inquit induti pellibus ouium, intrinſecus vero ſunt Lupi rapaces*, Qui cuncta faciunt, non propter Deum, *Sed vt videantur ab hominibus*, contra quos exclamat Paulus. *Secunda Corinth. cap.* 13. *ſi linguis hominum loquar, & Angelorum, &c. Etſi tradidero Corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt*; Quibus verbis apertè excluditur falſum martyrium illorum præſertim, qui cupiunt, ideò Mortem pati propter famam ſuę conſtantiæ inter mortales cõſeruandam, vel vt eorum reliquias homines venerentur, quibus, & ſimilibus pro tali opere non præmium, ſed pœna debetur, quibus etiam tormenta, ſunt non Corona Victoriæ, ſed debita pœna perfidiæ, nam in peccato proculdubio moriuntur, ideò pereunt, ex Sententia Sanctorum Cipriani, & Auguſtini relata à Cardinali Baronio in notis ad Martyrolog. Rom. *ſub die 2. Aprilis*, §. *Sanctorum numero*, verſ. *cum ex ſententia*, quę vt inquit idem Baronius, *eſt omnium Ortodoxorũ, quicquid aliquis extra Eccleſiam patitur non Martyrium cenſendum eſt, ſed pœna perfidiæ dicenda.*

§. 2. Ad quos falſos Martyres reijciendos inquit Baronius vbi ſupra, *erat per neceſſaria de Martyribus inquiſitio.*

Pun-

Punctum XX.

Quando Miracula ſint neceſſaria in Sanctorum Canonizatione.

26 §. 1. SIt itaque prima concluſio in Sanctorum Chriſti, Martyrum Canonizatione, non ſunt neceſſaria ſimpliciter, & abſolutè miracula, nec ante, nec poſt mortem, quamuis vtilia ſint, ſed ſufficit, vt in veritate conſtet euidenter de Martyrio ſuſcepto, & de cauſa illius, vt ſcilicet propter fidē catholicam, quemadmodum de Sancto Petro Martyre, vel propter defenſionem Eccleſiaſticę libertatis, vt de Sancto Thoma Cantuarenſi mortem ſubierit.

§. 2. Hæc concluſio colligi poteſt ex illis, quæ dicuntur à Summis Pontificibus in Bullis Canonizationis quamplurimorū Martyrum, eſtquè communis Sententia omnium Theologorum, & Canoniſtarum.

Eandem concluſionem expreſsè docet Auguſtinus de Ancona in ſumma de Eccleſiaſtica poteſtate, *quæſtione 13. articulo 3. in corpore*, vbi ex authoritate ab eo adducta Sancti Patris Auguſtini colligit per viam neceſſariæ conſequentiæ, quando aliquis denunciatur Papæ canonizandus pro Martyre, *cauſam quare paſſus ſit debet diligenter inquirere*, quæ cauſa Martyrij finaliter, & terminatiuè eſt defenſio, confeſſioquè veritatis fidei Chriſtianæ, & Catholicæ, ac eorum, quæ annectuntur fidei, quia ſecundum Sanctum Patrem Auguſtinum, ibidem ab ipſomet Authore citatum, S. Ioann. Baptiſta Martyr Chriſti dicitur, non quia cogeretur negare Chriſtum, vel fidem eius directè, ſed quia cogebat illū Herodes negare veritatem, & Iuſtitiam eius, volebat enim Herodes audire ab ore Ioannis, *Licet tibi habere vxorem fratris tui*, ſed quia Præcurſor, & vox veritatis, tantum mendacium renuit eructare, ideò decollatus Martyr Chriſti effectus, eſt *cui luce ipſa carior veritas fuit, ex Sancto Maximo homil. 2. de Sancto Ioann. Baptiſta*; Et Sanctus Bernardus in ſuis Epiſtolis Selectis in illa de Machabeorum ſolemnitate, §. *ſed quoniam*. *Quoniam*, inquit, *arguebat Ioann. Herodem propter Herodiadem vxorē Philippi fratris ſui, ideò victus, ideò, & decollatus eſt, paſſus quidem, & ipſe pro veritate, ſed quam zelare videretur, non negare cogeretur*.

Denique ad finem corporis præcitati articuli 3. & ex antedictis concludit idem Auguſt. de Ancona per ſequentia verba, *talis ergo cauſa debet eſſe motiua Canonizationis illius, qui debet pro Martyre venerari*, ne quis vero credat, quod loquatur ibi non de cauſa totali, & adæquata, ſed de motiua tantum, ſtatim, & immediate ſubdit, *qua exiſtente abſquè alia diſcuſſione debet pro Martyre venerari, & canonizari*. Ecce quomodo miracula non ſunt neceſſaria ſimpliciter ad Canonizationem Chriſti Martyrum.

§. 3. Et in reſponſione ad ſecundum argumentum aſſignans rationem, quare miracula non ſint neceſſaria in Canonizatione Martyrum inquit. *Quamuis miracula ſint ſigna atteſtationis Sanctitatis, non tamen ſunt per ſe cauſa Sanctitatis, ſed pati pro Chriſto, & pro confeſſione fidei Catholicæ, eſt per ſe cauſa Sanctitatis*. Deinde immediatè ſubdit, *vnde ipſa exiſtente abſque omni ſigno miraculoſo debet aliquis pro Martyre Canonizari*. Quid quæſo clarius pro confirmatione prioris cōcluſionis? Eadem concluſio probatur authoritate Hoſtienſis in ſua ſumma, *lib. 3. tit. de reliquijs, & venerat. Sanctorum, num. 3.* & Caſſaneus *cathalogo gloriæ mundi par. 3. conſidrat. 49. §. & ad*

pro-

Digitized by Google

probationem. Verſ. *in Martyribus enim*. Hæc concluſio in eiſdem terminis probatur argumentó deſumpto ex textu quorumdam Canonum, quos ibi citat in particulari Caſſaneus, & ex auctoritate Sancti Auguſtini *in cap. teneamus* 1. *quæſtione prima*. Eandem concluſionem tradiderunt Ioannes Franciſcus Panuinus in ſecunda parte relationis Canonizationis Sancti Bonauenturæ ad finem primi quæſiti, & Baptiſta Epiſcopus Vintimilienſis in tractatu ab eo edito de canonizatione eiuſdem Sancti Bonauenturæ ad Sixtum Quartum, & Caſtellanus in ſuo tractatu de Sanctorũ Canonizatione, *quæſtione quinta, numero ſexto* addens poſt adductas authoritates text. Canonum, & diuerſorum Authorum. *non inuenitur expreſſum alicubi, quod in Canonizatione Martyris inquiratur de miraculis*.

Superaddit tandem authoritatem Innocentij cap. 1. de reliquijs, & veneratione Sanctorum dicentis, *facilius expediri conſueuit canonizatio Martyrum propter rationem adductam*. Ideò in officio Martyrum Eccleſia non recenſet miracula ſicut in illo Confeſſorum.

§.4. Ideò Ioannes Viguerius in inſtitut. Theolog. titulo de virtute fortitudinis, cap. 6. §. 1. verſ. 1. diffiniens Martyrium, poſtquam dixit inter ſuſtinentias, & actus fortitudinis principatum tenere, ponit diffinitionem Martyrij per ſequentia verba. Martyrium eſt voluntaria mortis perpeſſio, ſiue tolerantia propter fidem Chriſti, vel alium virtutis actum in Deum relatum, ex qua diffinitione deſumpta ex traditis à D. Tho. 2. 2. quæſt. 124. ab omnibus communiter approbata infertur primo. Quod illi, qui non patiuntur mortem corporalem non ſunt Martyres conpletiue. *Et ideò ad perfectam rationem Martyrij requiritur, quod aliquis mortem ſuſtineat propter Chriſtum*. Et in reſponſione ad argumentum repetit. *Et ideò nec Martyrium propriè dicitur pro ſola tolerantia Carceris, vel exilij, vel rapinæ diuitiarum niſi forte ſecundum, quod ex ijs ſequitur mors*. Hæc ille, & Caietan. ad eundem art §. Ad huius rei euidentiam inquit. *Tota ſiquidem res in hoc ſtat, quod Martyrium eſt Chriſti teſtimonium, facto, ſeu opere, quo ponitur vita pro Chriſto*.

Quapropter dicebat S. Maximus in quodam ſermone de Martyre (quem refert S. Thom. in præcitato art. Arg. ſed contra) quod vincit pro fine moriendo, qui vinceretur ſine fine viuendo, & S. Auguſtinus ſerm. de S. Cipriano Martyre dicebat: *Ad precioſam mortem, iuſte Viuendo venit, ad glorioſam verò vitam iniuſte moriendo perrexit*.

Eſt enim Martyrium actus virtutis iuxta illud Matth. 5. *Beati qui perſequtionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum*. Ex qua authoritate colligit D. Thom. vbi ſupra art. 1. in corpore. *Vnde manifeſtum eſt quod Martyrium eſt actus virtutis*. Et in reſponſione ad primum argumentum interquamplura, inquit. *Nam effuſio ſanguinis propter Chriſtum vicem gerit baptiſmatis*. Et art. 3. eiuſdem quæſt. 124. authoritatibus ſacræ Scripturæ, & S. Auguſtini ibidem in particulari relatis, tandem concludit. *Martyrium dici, & eſſe actum maximæ perfectionis*. Et authoritatibus addens rationem dicit: *Martyriũ autem, inter omnes actus virtuoſos, maxime demonſtrat perfectionem charitatis iuxta illud Ioann. maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. Et gloſſa ad illa verb. Matth. 5. *Beati qui perſequtionem patiuntur, &c. in hac octaua Beatitudine, quæ ad martyres pertinet, omnes aliæ perficiuntur*. Maiora quoque circa hæc traduntur ab expoſitoribus D. Tho. vbi

ſupra

ſupra ex eadem, ſecundo ex eadem diſſinitione,& vſque modo adductis infertur vera,& propria ſignificatio nominis martyrij, quod denotat teſtimonium, & martyr idem eſt, qnod teſtis, quemadmodum communiter docent omnes catholici præſertim D. Thom. 2. 2. quæſtione 124. articulo 4. & 5. in corpore dum inter alia multa dicit: *Martyres dicuntur quaſi teſtes: quia ſcilicet corporalibus ſuis paſſionibus, vſque ad mortem teſtimonium perhibent veritati, non cuicumque, ſed veritati, quæ ſecundum pietatem eſt, quæ per Chriſtum nobis innotuit*. Vbi non omittam ponderare ad maiorem confirmationem eorum, quæ à me dicta ſunt cap. 4. huius Elucidarij, quod per ea, quæ ſunt ſecundum pietatem frequenter D. Thomas intellexit idem, ſiue ea, quæ ſunt ſecundum fidem, vt optime ſe declarat in verbis immediate relatis, vbi pro eodem ſtatuit, quod aliquid ſit ſecundum pietatem, & ſecundum fidem, nam in præcitato artic. 5. concludit, martyrium eſſe pro veritate fidei, vel annexis ad illam, ideò dicit: *Sed veritati, quæ ſecundum pietatem eſt, quæ per Chriſtum innotuit*. At veritas, quæ per Chriſtum nobis innotuit, eſt veritas fidei, & per D. Thom. vbi ſupra immediate, hæc eadem veritas ſecundũ Pietatem eſt, igitur in doctrina D. Tho, aliquando ſaltem pro eodem habetur, quod aliquod dicatur ſecundum fidem, vel ſecundum pietatem.

Tertio ex ante dictis de martyrio colligitur quod illi, qui dormientes occidũtur, nõ ſunt perfecte martyres (niſi materialiter) S. Thom. eadem citata quæſt. articulo 1. in reſponſione ad primum argumentum reijcit ſententiam illorum, qui dicebant, quod Innocentes ab Herode pro Chriſto occiſi, miraculoſe liberi arbitrij vſum accelatum, habuerint ex quo inferebant, quod voluntarie poſſi fuerint martyrium, cum id non habeatur in ſacra Scriptura, & Sanctus Auguſtinus in quodam, ſerm. de Epiphania dicat alloquens ipſoſmet Innocẽtes, *Non habebatis etatem, qua in paſſurum Chriſtum crederetis, ſed habebatis carnem in qua pro Chriſto paſsionem ſuſtineretis*.

Et Caietanus ad eundem art. ponderans verba præcitata D. Thom. *aduerte* (ait) *Quod martyrium Innocentium apud authorem eſt meritorium Cæleſtis palmæ, ſicut Baptiſmus paruulorum eſt meritorius vitæ æternæ. Nam ſicut paruuli ratione Baptiſmi merentur premium vitæ æternæ, non ex aliquo proprio merito, ſed merito Ieſu Chriſti, eis per baptiſmum communicato; ita innocentibus, & ſimiliter quibuſdam infantibus pro Chriſto occiſis, etiam in utero matris, effuſio ſãguinis eſt meritoria æternæ palmæ, non proprio merito, ſed merito paſsionis Chriſti eis communicato per baptiſmum ſanguinis.*

Punctum Vigeſimumprimum.

De miraculorum neceſsitate in Confeſſorum Canonizatione.

27 §. 1. SEcunda concluſio. in Sanctorum vero cõfeſſorum Canonizatione aliorumquè inferioris ordinis Sanctorum vltra excellentiam Sanctitatis vitæ, requiruntur etiam neceſſario vera miracula legitimè probata, præſertim facta poſt mortem ſecundum vſum, & praxim Eccleſiæ Romanæ, cum vera miracula poſt mortem ſint teſtificantia vitæ Sanctitatem.

§. 2. Cardinalis Baron. in not. ad marty. Rom. *die 2. Ianuarij* §. *& Confeſſoris*, ex doctrina Tertuliani, & Sancti Cipriani colligit, *etſi in principio naſcentis Eccleſiæ illi ſoli dicerentur Confeſsores, qui Chriſti fidem interpellati coram fidei hoſtibus confeſsi eſsent, nec tamen martyrio occubuiſ-*

eubuiſſent; obtinuit poſtmodum vſus per Eccleſiam approbatus, vt homines, qui laudabili vita vixiſſent, Sanctoque, & approbato fine demum in Domino quieuiſſent Confeſſores appellarentur. Idem animaduertit Gabriel Albaſpini Epiſcopus Aurelianenſis de veteribus Eccleſię ritibus, *lib. 1. obſeruat. 21. ad initium.*

§. 3. Ideò Petrus Galeſinius in notis ad ſuum Martyrolog. 17. *Kalen. Februarij* §. *S. Fælicis Confeſſoris.* Ex S. Cipriano, Tertulliano, & Euſebio colligit morem antiquum, Martyres Chriſti Confeſſores appellari, quemadmodum euenit de S. Euſebio Vercellarum Epiſcopo, qui necem acerbiſſam pro Chriſto paſſus eſt, hunc tamen S. Maximus *in ſerm. die eadem* appellat Confeſſorem. Idem quoque euenit de S. Zenone Veronę Epiſcopo quamobrem concludit, *certum, ac exploratum eſſe omnibus, qui antiquitatis Eccleſiaſticæ vſu literæ periti ſunt olim nomen Martyris, & Confeſsoris nominum fuiſſe, præſertim apud multos*, ſubdens, *hodie tamen, his ſolum, qui pro Chriſto cruciatus necemquè perpeſsi ſunt, martyris nomen tribuitur, Confeſsoris autem nomen illis tantum accomodatur, qui ſola vitæ ſanctitate Chriſti nomen confeſsi ſunt, &c.*

§. 4. Hæc concluſio iam declarata, quo ad omnes ſui partes probatur euidenter ex traditis in Bullis Canoniz. Sanctorum Confeſſorum, quemadmodum videre eſt in illa præſertim Canonizationis Sãctorum Dominici, & Franciſci, tempore Gregorij IX. S. Homoboni, tempore Innocentij III. S. Oſmundi, tempore Calixti III. S. Catherinæ Senenſis, tempore Pij II. S. Didaci, tempore Sixti V. Sanctorum Hiacynthi, & Raymundi, tempore Clementis VIII. S. Caroli, & Sanctæ Franciſcæ Romanæ, tempore Pauli V. idem clarius habetur in proceſſibus, & relationibus reſpectiuè formatis à RR. DD. Auditoribus S. Rotę Romanę, ſiue à Iudicibus deputatis per Sanctam Sedem in canonizat. S. Didaci, S. Hiacynthi, S. Raymundi, S. Franciſcæ Romanæ, S. Caroli Borromei, S. Frãciſci Xauerij, S. Philippi Nerij, & Ignatij Societ. Ieſu fundatoris, & S. Thereſiæ numquam ſatis laudatæ, vti eſt videre in relationibus canonizationis eorundem, per eoſdem reſpectiuè factis Sixto V. Clem. VIII. Paulo V. & Gregorio XV. titulis *de ſanctitate, & miraculis eorumdem*, & pariter in relatione canonizat. S. Franciſci de Paula facta à Iacobo Simoncta §. *verum quia* cuius verba ſunt. *Verum, quia, vt ſupra commemorauimus, miracula ad Canonizationem Sanctorum maximè Confeſsorum ſunt neceſsaria.* Idem habetur in relat. B. Thomæ de Villanoua Archiepiſcopi Valentini, facta ab Auditoribus Rotæ Franciſco Sacrato, Ioanne Baptiſta Coccino Decano, & Alphonſo Manzanedo, titulo *de miraculis poſt mortem ad initium*, vbi inter alia multa ſtatuũt, miracula poſt mortem comprobare vitæ ſanctitatem, quod demonſtrant multis argumentis authoritate, & rationibus fundatis prout ibidem latius. Hocque ſingulariter colligunt ex traditis à Sancto Thoma 2. 2. quæſt. 81. in reſponſione ad primum, & in relatione Beatificationis B. Aloyſij Gonzagæ titulo de *miraculis* §. *neque enim*, inter alia multa ex quamplurimis argumentis concludunt B. Aloyſij ſanctitatem, morum candorem, vitæquè integerrimæ puritatem ſequentibus miraculis rerum conditor Deus demonſtrauit, &c.

§. 5. Hanc ſententiam tenuiſſe, atque docuiſſe Innocentium Tertium in diplomate canonizationis Sancti Homoboni, ac D. Thomam 2. 2. quæſt. 178. articulo 1. & 2. Caſſaneum in Catalogo gloriæ mundi parte 3. conſiderat. 49. idquè expreſsè affirmant Franciſcus Pegna

Deca-

Decanus S. Rotæ Romanæ Alexander Iuſtus, & Horatius Lancellottus Auditores Rotæ, ac Iudices à Sancta Sede Apoſtolica deputati in cauſa canonizationis Sancti Caroli Borromei, quemadmodum eſt videre in relatione canonizationis, eiuſdem Sancti Caroli 3. *par.* §. *quinto præmittendum eſt*, verſ. *veritas tamen eſt*.

§. 6. Idem clarius habetur in relatione canonizationis Sancti Franciſci Xauerij titulo de miraculis ad initium, vbi doctiſſimi Patres S. Rotæ Romanæ ad hoc ſpecialiter deputati à Sancta Sede Apoſtolica vniformiter tradunt, cum ad canonizationem Sanctorum, præter virtutum excellentiam requiratur, vt is qui canonizari debet, miracula patrarit, vt tenent communiter Doctores ad *cap.* 1. *de reliquijs, & veneratione Sanctorum in* 6. & in cap. *venerabili de teſtibus*, & nouiſſimè, (vt ipſimet aſſerunt) ſequuti ſunt maiores ſui in relatione S. Raymundi, Sanctæ Franciſcæ, Sancti Caroli Borromei, & ipſimet in relatione canonizationis B. Corſini, B. Thereſiæ, &c. idem omnino habetur in relatione canonizatiunis Sancti Iſidori, *art.* 3. *de miraculis ad initium*.

§. 7. Quæ ſecunda concluſio traditur cõmuniter à Canoniſtis, & ſummiſtis aſſerentibus, certi Iuris eſſe ad Sanctorum canonizationem (intellige Confeſſorũ) claris, atquè perſpicuis probationibus conſtare debere de virtutibus, ſanctitate, & miraculis canonizandi, quod eſt intelligendum præſertim de miraculis poſt mortem, ratio huius eſt præter illam aſſignatam in animaduerſione tertia ſuperius adducta, quia miracula, poſt mortem magis certa, & indubitata videntur eſſe Sanctitatis indicia, quàm miracula, quæ fiunt in vita, namquè gratia miraculorum eſt gratis data, iuxta illud Apoſtoli 1. *Corinth. cap.* 12. enumerantis inter alias gratias gratis datas illam miraculorum dum inquit, *alij datur gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, &c.* Ideò in vita poſſunt fieri à peccatoribus modo alias latè explicato, poſt mortem verò nequeunt fieri vera miracula ad interceſſionem, & per meritum illius, qui nõ ſit in gratia Dei cõſtitutus.

Hanc ſententiam tradunt Auditores Rotæ ſuperius immediatè citati in relatione canonizationis Sancti Caroli Borromei, 3. *par.* §. *ratio autem*. Vbi etiam expreſſis verbis aſſerunt eandem ſententiam fuiſſe amplexos S. Rotæ Auditores Iudices Commiſſarios in cauſis canonizationis Sanctorum, Hiacynthi, & Raymundi Ordinis Prædicatorum ſub Clemente Octauo.

§. 8. Quod enim ſufficiant miracula poſt mortem, reputatur ſẽtẽtia communis, ac etiam verior, & prçſertim D. Th. 2. 2. q. 178. ar. 2. in corpore, §. 2. *autem modo*, ac etiam Innoc. III. in deplomate canonizationis S. Homoboni. Caſſanei in cathalogo glor. mundi, p. 3. conſid. 49. ad exordium, ac etiam præſtantiſſimorum patrum Auditorum Rotæ Romanæ in relat. canoz. S. Hiacynthi titulo de miraculis, verſ. *ceterum*.

Imò, quod de per ſe non ſit neceſſariũ quod canonizãdus miracula ediderit in vita, tradunt Domini Auditores Rotæ in relat. S. Thereſiæ tit. de miraculis ad exordium, verſ. *& quamuis*, in relat. S. Raymundi, p. 2. art. 7. verſ. *non licet*. In relatione S. Ignatij de miraculis, in relat. S. Franciſcæ Romanæ, p. 3. art. 1. titulo de miraculis in genere, verſ. 5. *præmittendũ*, & in relatione S. Caroli, par. 3. ad initium, Maluetius de canonizatione Sanctorum dubio 3. num. 1. & 73. verſic. *tamen quoad canonizationem*. Dominicus Anfoſſius de reliquiarũ cultu, §. 23. num. 41. Panuinus in relatione S. Bonauenturæ, p. 2. art. 3.

Digitized by Google

Inſuper ſententiam, qua dicitur, miracula in vita edita non ſufficere ad famulorum Dei canonizationem, tuentur præfati Domini Auditores Rotæ, fundati præſertim in doctrina D. Thom. vbi ſupra, & Panuini in relatione Sancti Bonauenturæ, par. 2. & 3. Caſſanei in Cathalogo glor. mundi, par. 3. conſideratione 50. quemadmodum videre eſt in relationibus canonizationis Sanctorum Raymundi, par. 2. art. 7. verſ. *non licet*, Sanctę Franciſcę Romanæ, par. 3. art. 1. Caroli Borromei, par. 3. verſ. *veritas eſt*, Sancti Hyacinthi, cap. 3. verſ. *quibus addimus*. Sanctæ Thereſiæ in principio proceſſus, & Sancti Iſidori, titulo de miraculis ad exordium, & in illa B. Beltrandi, titulo de miraculis, verſ. *eſt igitur*, & B. Corſini, §. 11.

Fœlix Contelorius in ſuis notationibus manuſcriptis ad art. primum, quęſtionis 4. Iacobi Caſtellani de Sanctorum canonizatione, num. 33. proponit, ac reſoluit illam difficultatem, an copulatiue requirantur ad canonizationem alicuius ſerui Dei, miracula operata in vita, & poſt mortem, dicendo ſecundum Canoniſtas, communiter eſſe tenendam ſententiam affirmatiuam, hocquè probat ex gloſa in cap. vnico verſ. *Sedis Apoſtolicæ* circa finem. verſ. *quærendum etiam eſt*. De reliquijs, & veneratione Sanctorum, lib. 1. Bellam. in cap. venerabili, nu. 2. verſ. 4. *nota de teſtibus*. Hoſt. in ſumma de reliquijs, & veneratione Sanctorum, n. 3. verſ. *item quærendum eſt*. Goffred. in ſumma, nu. 2. eodem titulo Sylueſt. in ſumma verb. canonizatio numero 1. quæſt. 2. Maluet. de canonizatione Sanctorum, dub. 3. nu. 73. verſ. *ſed dato ex aliorum ſententia*. Dicit requiri miracula in vita, & poſt mortem, Maſcard. de probationibus, concluſ. 262. numero 42. & 49. tomo primo quamuis illi placeat, ſententia negatiua paulò ſuperius explicata, ſed vtraquè poteſt conciliari, vt mihi videtur dicendo, quod doctores ſuſtinentes ſententiam affirmatiuam modo dicto, ſunt interpræ-tandi non de rigore, nequè de neceſſitate ſimpliciter, ſed potius ad vtilitatem, & ad bene eſſe, ad facilius tutiuſq; procedendum circa actum canonizationis.

28 Hinc eſt, quod Auguſtinus de Ancona in ſumma de Eccleſ. poteſtate

§. 1. quæſtione 15. art. 4. in reſponſione ad ſecundum argumentum, *Licet mali homines*, inquit, *ille*, *poſsint miracula facere ad Chriſti*, *& Sanctorum nominum inuocationem*, *non tamen ipſi dicuntur facere miracula*, *ſed magis ille*, *cuius*, *vel quorum Sannctitate fiunt*. Et in reſponſione ad tertium argumentum eiuſdem articuli docet, *quod miracula facta ad confirmationem doctrinæ veritatis*, *innituntur fidei Catholicæ*, *ſed quæ fiunt ad teſtificationem ſanctitatis*, *requirunt fidem formatam charitate*, *cuiuſmodi eſt fides Sanctorum*.

§. 2. Eandem ſecundam concluſionem tradiderunt poſt innumeras ferè allegationes, & citationes text. & Doctorum celeberrimorum, Ioann. Baptiſta Coccinus Decanus ſacræ Rotæ, Alphonſus Manzanedo, & Iacobus Caualerius Iudices Commiſſarij in cauſa canonizationis B. Ludouici Beltrandi in relatione facta per illos Gregorio XV. quemadmodum apparet cap. 1. eiuſdem relationis ad finem, & tit. *de miraculis ad initiũ*, vbi expreſsè affirmant. Primo ſanctitatẽ vitæ probari per miracula poſt mortem; Secundo quod ſacroſancta Eccleſia non conſueuit abſq; miraculis aliquẽ in ſanctorum albo deſcribere. Tertio quod ſatis eſt, vt conſtet de miraculis factis poſt mortem, ad quorũ confirmationẽ poſt relatam authoritatem S. Thomæ 2. 2. quęſt. 178 art. 7. in corpore, & Caſſanei in Cathal. gloriæ mundi, *parte tertia*,

conſi-

conſideratione 49. in Exordio, & Ceremonialis Romani, *lib. 1. ſect. 6.* hanc eandem ſententiam, quo ad tria illa prædicta dicũt fuiſſe amplexos ſuos maiores in relatione canonizat. S. Hiacynthi, S. Franciſci Xauerij S. Thereſiæ, & B. Paſchalis Bailon.

Punctum XXII.

Iterum ratione probatur neceſsitas miraculorum in confeſſorum canonizatione.

§. 3. PRobatur eadem concluſio ratione; poteſt enim quis in vltimo vitæ amiſiſſe gratiam Dei, & incidiſſe in aliqua peccata, vti Regum cap. 3. de illo Propheta miſſo ad Roboam, qui apud illum fecit tria miracula, deinde ſeductus ab alio falſo Propheta contra Dei mandatum, apud eundem falſum Prophetam, qui Regi Roboam ſeruiebat manducauit, propter quam inobedientiam paulò poſt in itinere fuit occiſus. Inſuper ſuppoſita veritate, & perſeueranti ſanctitate, vſquè ad mortem incluſiuè, Deus tamen non vult omnes Iuſtos decorare priuilegio, ac honore canonizationis in Eccleſia militante, dicente Clemente VI. *in ſerm. vltimo de canonizatione Sãcti Iuonis Britannici*, relato à Baptiſta Epiſcopo Vintimilienſi in ſuo tractatu de canonizatione S. Bonauenturæ, non omnes, qui habent opera meritoria venerari debent, vt Sancti, ſed qui ipſa poſſident, cum excellentia, vna cum virtutibus heroycis, ſecundum conditionem ſui ſtatus; iſti canonizari poſſunt, *ne tam inſignia priuilegia vileſcant neue contingat in infinitum ſanctos multiplicari, & ſic deuotionem refrigeſcere, & ſanctitatem in contemptu redigi.* cap. Epiſcopi, 80. diſt. & in cap. legimus ad finem, queſtionis 98. Hoſtienſis in primo cap. de reliquijs, & veneratione Sanctorum, num. 10. Gloſa in cap. vnico eodem titulo in 6. §. *Sedis Apoſtolicæ*, verſic. *quinto*; Sed has difficultates remouet Deus per miracula ab eodem operata, ad interceſſionem Iuſti, qui iam vita functus eſt. Igitur, &c.

Eandem concluſionem inuenio determinatam expreſſis verbis à Gregorio Nono in Bulla canonizationis Sancti Antonij de Padua, §. *vt ſanctus*, inquit, *habeatur apud homines in Eccleſia militanti, duo ſunt neceſſaria, virtus morum, & veritas ſignorum, merita ſcilicet, & miracula*, ſubdens immediatè, *vt hæc, & illa ſibi ad inuicem conteſtentur, cum nec merita ſine miraculis, nec miracula ſine meritis plenè ſufficiant ad perhibendum inter hominines teſtimonium Sanctitatis*, quæ duo dicit plenius Pontifex colligi ex Euangelio, *Marci 16. illi autem profecti prædicauerunt vbiquè, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Ideò Sanctus Gregorius, *lib. 4. Dialogorum, cap. 6.* tradit, *quemadmodum vita animæ in corpore exiſtentis cognoſcitur per motum membrorum, ita quoq; vita animæ de corpore egredientis ex miraculis* (intellige præſertim de factis poſt mortem) *cognoſcitur.*

Cum igitur ſecunda concluſio colligatur nedum ex communi conſenſu Doctorum, & Pontificum, verum etiam ex Euangelio Marci, neceſſaria illatione modo explicato dicendum eſt illam eſſe non ſolum veram, & certam ſed eandem pertinere aliquo modo ad fidem, iuxta illud Pauli ad Hebr. 2. *conteſtante Deo ſignis, & prodigijs.*

Punctum XXIII.

De multiplicitate miraculorum ad effectum Canonizationis.

29 §.1. TErtia concluſio.non ſatis eſt vnum miraculum, etiam operatum poſt mortem, ſed requiruntur plura miracula in Sanctorum Confeſſorum canonizatione. Hanc concluſionem tanquam certam, & communem præcipuè inter Canoniſtas tradunt Archidiaconus in cap. *nec mirum* 26. quæſt. 5. num. 7. Bellam. ibidem num. 4. verſ. *& nota*. Troilus Maluetius de canonizatione Sanctorum, dub. 3. num.60. idem tradiderunt Iudices Commiſſarij alias ſuperius relati in relatione Canonizationis S.Hiacynthi, titulo de miraculis §. *Iure etiam meritò*, ratio huius eſſe poteſt, quia in geminatis ordinariè nõ cadit error, quemadmodum de facile euenire poteſt in vno ſolo actu, vel circa veritatem facti,vel circa qualitatem illius,ita communiter omnes vltra quotidianam experientiam, quæ eſt lucerna veritatis, hoc eſt etiam ſecundum praxim, & vsũ Eccleſiæ Rom. quemadmodum eſt videre in proceſſibus formatis authoritate Apoſtolica circa canonizationes quorumdam Sanctorũ Confeſſorum ab exordio naſcentis Eccleſiæ, vſquè ad præſentem diem,& pariter in Bullis canonizationis eorumdem Sanctorum Confeſſorum,vel inferioris ordinis,ideò cõcluſio certa,& indubitata remanet.

§.2. Eandem ſententiam expreſſis verbis tradiderunt Franciſcus Sacratus, Ioann. Bap.Coccinus,& Alphonſ.Manzanedo in relatione ſuper proceſsũ canoniz. B.Andreę Corſini Epiſcopi Feſulani,p.2.tit.de miraculis canonizandorum, §. *Occurrit etiam dubitare*;Quam aſſerunt tenuiſſe maiores ſuos in relatione ſuper proceſſu canonizationis S.Hiacynthi,tit.de miracul. verſ.*Iure etiã meritò*, & inter quamplura extant ſequentia verba. *Quidquid de iure dici poſſet, placuit Praxis, quod debeant expectari plura miracula*.

Quod enim requiratur pluralitas ſiue multitudo miraculorum, etiam cum aliquali frequentia, docet inter alios Archidiac.in cap. *nec mirum* 26. q.5.nu.7. verſ. *& nota ſecundũ Vincentiũ*. Bellam. ibidem num. 4. Maluetius de canonizatione Sanctorum, dub.3.numero 60. ver.ſ. *numquid verò*. Malcard. de prob. concluſ.262.nu.45.

Quod vero frequentia miraculorum, non ſit neceſſaria, ſed requiratur ad tutius,& ſecurius procedendum in negotio canonizationis,tradunt Domini Auditores Rotæ Romanæ in relatione canonizationis S.Hiacynthi, titulo de miraculis,verſ.*ſed eſt aduertendum*, & in illa B. Corſini *p.2. dub.* 10. & Panuinus in relatione Sancti Bonauenturæ, *par. 2. art.2.*

Punctum XXIV.

Miracula in vita non ſunt abſolutè neceſſaria.

3 §.1. QVarta Concluſio, miracula in vita non ſunt neceſſaria ſimpliciter,& abſolutè ad Sanctorum Confeſſorum canonizationem,ſed abſq;illis poteſt eſſe locus canonizationi, prout in 2. concluſione dictum eſt, addo ego,tamen ſufficiunt miracula in vita ad Sanctorum canonizationem.

§.2. Additum huius cõcluſionis latè proponunt,atq; probant præſtantiſſimi Patres Sacræ Rotæ Romanæ Auditores Franciſcus Sacratus, poſtea Cardinalis Ioannes Baptiſt. Coccinus Decanus, & Alphon-

& Alphonſus Manzanedo Patriarcha Hieroſolimitanus in relatione facta per ipſos (tanquam per Iudices deputatos à Sancta Sede) Paulo V. ſuper Proceſſu canonizationis B. Andreæ Corſini Epiſcopi Fęſulani, celeberrimi inſtituti Carmelitarum, *parte 2. titulo de miraculis canonizandorũ §. rurſus diſputari ſolet*; quam doctrinam eſſe D. Thomæ 2. 2. quæſtione 178. artic. 2. illamquè tenuiſſe maiores ſuos in relatione canonizationis S. Hiacynthi, cap. 3. Verſ. *quibus addimus*; ac in illa Sanctæ Franciſcæ, par. 3. art. 1. verſ. *Quinto præmittendum*, palam affirmant, ideò ex authoritatibus, & rationibus ab ipſis fideliter adductis, merito concludit nequaquam eſſe ſufficientem rationem ſanctitatis, miracula facta in vita, nam potuere eſſe illuſiones, vti de Simone Mago, & de Antichriſto; poſt mortem verò inquiunt illi, & optimè ceſſat iſtud periculum, addentes illa reputari vera miracula, quoties fiunt per aliquem, qui vltra bonam, & laudabilem vitam, nullum dixit, vel reliquit dogma malum, vel quid ſimile, per quod poſſint fideles in errorem adduci, in relatione de qua ſupra B. Andreæ Corſini p. 2. §. *qua occaſione*.

§. 3. Eadem quarta Concluſio præſertim, quoad vltimam ſui partem, ſiue quoad additum, nouis argumentis iterũ probatur contra Gloſam in cap. vnico *de reliq. & vener. SS. in 6.* & Sylueſtrũ, Bellameram. & alios ibidem in particulari relatos p. 2. eiuſdem relationis B. Andreæ, §. *qua occaſione*.

§. 4. Hæc quarta concluſio poteſt iterum probari; quandoquidem Innocentius III. in Bulla canonizationis S. Homoboni, & Calixtus III. in Bulla canonizationis S. Oſmundi, ac in alijs quamplurimis non recenſent miracula de illis facta in vita, ſed tantum poſt mortẽ, & in hymno, quẽ canit Eccleſia in feſtis Confeſſorũ, cuius initium eſt, *Iſte Confeſſor Domini*, qui reputatur communiter S. Ambroſij, non fit mentio niſi de ſanctitate vitæ, & de miraculis poſt mortem, & omnes Theologi idem docuerunt, igitur concluſio vera.

Punctum XXV.

Qmomodo vtilia ſint miracula facta in vita canonizandi.

§. 5. QVinta concluſio vtilia tamen ſunt miracula operata in vita canonizandi ad effectum canonizationis, vt latius dictum eſt paulò ſuperius nu. 27. § 8.

Fundatur hæc cõcluſio in illo Ioann. cap. 9. *Scimus quia peccatores non exaudit Deus*, & authoritate Bedæ relata in cap. *quærendum de pœnitentia diſtinctione ſecunda* dicentis, quod *Spiritus ſanctus illa operatur* (ſcilicet miracula) *ad interceſsionem Iuſtorum, vt interceſſores quales intus ſunt, foris appareant*; Ideò dicebat, & rectè Ancarranus innixus placitis Sanctorum Patrum in *cap. venerabilis num. 1. de teſtibus. quando operationes non diſcrepant à vita, ſunt magnum argumentum Sanctitatis*. Quod ante, & poſt illum quaſi omnes affirmarunt.

Punctum XXVI.

Quomodo probentur miracula.

31 §. 1. CIrca prædicta ponderandum venit, quod miracula propriè, & formaliter loquendo non dicuntur probari per teſtes directè, & per ſe, ſed indirectè, & per accidens tantum, cùm enim homines vidẽt aliquod opus, quod nequeat ad principia, ſiue ad cauſas naturales vllatenus reduci, rectè concludunt,

per conſequentiam neceſſariam, illud profectò eſt miraculum, ordine ſuperius explicato, & hoc modo indirectè, & per conſequentiam, ſiue per accidens probatur miraculum.

§. 2. Ex quibus infertur non ſufficere, vt teſtes dicant N. feciſſe tale miraculum, vel talem rem reputatam miraculum, ſed debent etiam non requiſiti referre circumſtantias facti, ex quibus arbitrari poteſt, an verè illud factum fuerit miraculum, ita communiter Canoniſtæ ſentiunt, præſertim Archidiaconus in cap. *nec mirum*, 26. q. 5. num. 6. Caſtellanus in tractatu de Canonizatione Sanctorum q. 7. ad initium. Gloſſa in cap. *Audiuimus*, extra de reliqu. & veneratione Sanctorum, verbo *miracula*, Simoneta in proceſſu Canonizationis S. Franciſci de Paula, & Domini Auditores Rotæ Iudices Commiſſarij in omnibus ferè relationibus, præſertim in illa Canonizationis B. Andreæ Corſini p. 3. *de ſecunda conſideratione* circa finem, idem Simoneta in relatione Canonizat. S. Franciſci de Paula, tit. *quid ſit miraculum*, §. *ſed ante omnia*, ad confirmationem prædictorum; adducit doctrinam Ioan. Monach. Ioan. Andr. & Gemin. in cap. 1. de confeſſ. lib. 1. ac etiam Bald. in l. *ſolam*, §. *de teſt. quærit*, & Bart. tract. de teſtib. verbo *qualitas*, & pariter Archidiac. cap. *nec mirum*, 26. q. 5. cum alijs multis Authoribus Canoniſtis ad idem ab eo cumulatis.

§. 3. Et Iacobus Caſtellanus de Sanctorum Canoniz. q. 7. art. 1. inter quamplura adducit doctrinam Bartholi in tract. de teſtibus, cap. *qualitas*, paulò ante citato, dicentis; cũ miraculum ſit id, cuius effectus manifeſtus eſt; Cauſa verò omnibus ſimpliciter occulta, liquet miraculum oportere probari per aliquod naturæ, ita quod vires noſtræ naturæ excedantur, vel in ſubſtantia eius, quod fit, vel in ſubiecto eius, in quo fit, vel in ordine faciendi. Nam ſi illud poſſet, ad cauſas naturales reduci, clarè probaretur, ſed non eſſet miraculum. Hinc eſt, quod communiter Canoniſtæ, ac Theologi dicunt, Miraculum non poſſe directè probari, quia ſubiectum in quo fit, principia non habet (intellige naturalia) ſed indirectè tantum. Quoties enim reperitur miraculum, quod naturæ vires excedat, quoad factum, vel quoadmodum, & verè conſtat de illius exiſtentia, & realitate, & pariter quod non dependeat à cauſa naturali, indirectè, ſed neceſſariò infertur miraculũ eſſe operatũ, & dependere à cauſa ſupernaturali, quæ eſt Deus, S. Thom. par. 1. q. 105. art. 8. in corpore, & q. 110. art. 4. & 2. 2. q. 178. art. 2. Gloſſ. in cap. 1. de reliq. & veneratione Sanctorum in 6. Archid. in cap. *nec mirum*, num. 6. in fin. 26. q. 5. ibidem Doctores communiter, præſertim Bellam. num. 3. Panuinus in relatione S. Bonauenturæ p. 2. art. 1. Rota in relat. S. Hyacinthi de miraculis, Verſic. *Hinc ergo.* & in illa S. Thereſiæ, de miracul. art. 1. & in illa B. Corſini par. 3. §. 2. Maluet. de Canoniz. Sanctorum, dub. 3. num. 57. vſque ad 72. Gemin. cap. 1. num. 7. de confeſſ. in 6. ibidem Ioannes Monachus num. 52. & in relat. S. Franciſci de Paula, §. *illud tamen.* & Felix Contelorius in præcitatis notationibus ad Caſtellanum de canonizat. Sanctorum q. 7. art. 3. nũ. 38. aſſerit ex authoritate infraſcriptorum Doctorum aliquando ſufficere in probatione miraculi teſtimonium vnius teſtis fide digni, quod colligit ex Specul. tit. de teſt. §. 11. num. 9. Ex Nello de teſtibus par. 1. §. *ſed an credatur*, ex Caſſan. de conſuet. Burg. Rub. 1. §. 6. ex Gabr. de teſtibus concl. 1. & 2. ex Gram. conſil. 13. nu. 15. & 51. ex Iaſ. l. *properandum*, §. *ſin autem.* C. de iudic. poſt quos adducit ad idem

con-

conſtabiliendum relationes canonizationis quorundam Sanctorum, præſertim illam S. Hyacinthi in 8. miraculo, verſ. *occurrunt*; illam S.Franciſci de Paula circa finem, §. *videndum eſt*. Illam quoque S. Raymundi par. 2. art. 8. verſ. *non tamen*, ac illam S. Franciſcæ Romanæ par. 3.art. 2. miraculo 8. verſic. *Et quamuis*, ac illam S.Caroli par. 3. miraculo 4. & 9. ac etiam S. Ignatij, miraculo 2.& 3. in fine. Et ratio,quæ mouit Rotam, ea fuit, quia quoties ex natura miraculi habetur,vt non poſſit probari, niſi vnico teſte,vt ſunt reuelationes, apparitiones, & ſimilia, tunc vnico teſte hæc probantur, dummodo tamen teſtis ſit fide dignus, & non aliter. Rota in relatione S.Thereſiæ loco immediatè citato, & in illa B.Petri de Alcantara par. 2. de aliquibus apparitionibus in fine. Quamobrem hæc doctrina non eſt generalis ad omnia miracula, ſed ad aliqua tantum, ad illa videlicet, quæ non poſſunt ex ſui natura probari,niſi vnico teſte tantum.

Punctum XXVII.

Continens reſponſiones ad argumenta contra Concluſiones ſuperius adductas in hoc capite.

32 §. 1. Argumentum primum, in cap. *Audiuimus, de reliq. & veneratione Sanctorum*, aſſerit Summus Pontifex, quendam in ebrietate mortuum, fuiſſe tanquam ſanctum veneratum, deinde ſubdit, *Et ſi miracula per ipſum fiant*, &c. Ex quibus verbis aliqui colligunt, ſiue colligere contendunt, Deum operari miracula, etiam ad inuocationem malorum, poſt eorum mortem, cui argumento facillimè reſpondetur, quod nomine miraculi, ibidem non intelliguntur vera miracula, ſed illuſoria, & falſa miracula, quæ poſſunt fieri per dęmones, ad inuocationem malorũ, permittente Deo, vt fideles decipiant, modo latius ſuperius in hoc cap. explicato. nos autem in concluſionibus loquimur de veris miraculis; dico in opere, & qualitate; nam, vt plurimum mirabilia quę dicuntur fieri à dęmonibus,nec dum ſunt vera miracula, ſed neque aliquando vera opera; ſed tantum apparẽtia,vel ſi ſunt vera opera,nunquam ſunt vera miracula, quia non excedunt totius naturę creatę ordinem, ſed cognitionem humanam tantum; ideò dicebat Sanctus Pater Auguſtinus *libro 3.de Trinitate cap.*8. de prędictis falſis miraculis verba faciens, *Non eſt putandum iſtis tranſgreſſoribus Angelis ad nutũ ſeruire hanc viſibilium rerum materiam,ſed Deo potius, à quo hac poteſtas datur*; & lib. *de ſpiritu, & anima, cap.*28. *Damones*, inquit, *acrimonia ſenſus,hoc eſt, ſubtilitate cognitionis, & celeritate motus aerei corporis, terrenorum corporum ſenſum facile pracedunt, & quadam cogitata pronunciant, de quibus homines mirantur, quibus homines alliciunt, & ſeducunt*, & ex D.Thoma 1. 2. *q.* 110. *art.*4. *ad* 2. & *q.* 105. *art.* 7. *in corpore*, colligitur, quod Dęmones mirabilia quędam efficiũt,quę tamen miracula nõ ſunt, quia *cauſã omnibus omninò occultã nõ habent*, addens, *& niſi rabies Damonum à Deo comprimeretur ob naturalem omnibus ſpiritibus inditam facultatem, tot, tantaquè mala nobis inferrent, quot, quantaquè nos excogitare non poſſumus.*

§. 2. Poſt editum Capitulum de miraculis ad manus meas peruenitrelatio ſuper proceſſus Canonizationis Beati Andreę Corſini Epiſcopi Feſulani, in qua magna animi mei lętitia, legi quaſi ad verbum reſponſionem hanc priorem, abſque tamen doctrina à me adducta, Sanctorum Auguſtini, & Thomę, ibi enim ſapientiſſimi Patres Sacrę Rotę Romanę Auditores, atque Iudices in illa

illa

illa cauſa ſpecialiter per ſanctam Sedem nominati aſſerunt, quod in capite citato in argumento, Pontifex accipit miraculum largo modo pro *portento*, ſiue *illuſione diabolica*, quæ videntur, licet non ſint miracula, ordinata tamẽ ſunt ab inimico generis humani, vt perſuadeat hominibus ebrietatẽ non eſſe peccatũ, quẽadmodum eſt videre in dicta relatione *par.* 2. §. *Rurſus.* Verſ. *Ad illud autem.*

§. 3. Secundo reſpondetur, quod Summus Põtifex aſſignat diſcrimẽ inter Eccleſiã particularem. & Eccleſiam Rom. fidelium omnium matrem vniuerſalem, quod præſertim conſiſtit in hoc ſingulari, quod Eccleſia particularis poteſt de facili errare, circa vera miracula, & canonizationem virorum, Eccleſia verò Romana, non errat, neque errare poteſt, præſertim in Sanctorum Canonizatione propter rationes fuſius adductas *in cap.* 3. 5. *&* 7. *præcipuè in reſponſione ad vltimum argumentum eiuſdem cap.* 7. *Notum enim Dominus faciet, qui ad ſe pertineant.* iuxta illud Num. cap. 18.

§. 4. Tertio reſpondetur, quod Papa in cap. relato in argumento. Vtitur vocabulo miraculorum, nedum propter rationes iam adductas in priori reſponſione; ſed ad tollendas omnes, & quaſcumque cauillationes, circa canonizationes non amplius de cætero celebrandas ab Epiſcopis, prout antea, ſub quouis prætextu, & colore, etiam miraculorum quorumcumque, ſed negotium canonizationis in omnibus, & per omnia reſeruatum eſſe voluit Sedi Apoſtolicæ, hoc eſt, Summo Pontifici Rom. quod enim facit Papa, dicitur fieri per Eccleſiam Romanam, ita communiter omnes Theologi, & Canoniſtæ, præſertim Ægydius Romanus in Epiſtola ad Romanos cap. 7 lect. 24. Huic reſponſioni fauẽt verba Gloſſæ in cap. *Audiuimus* tit. de reliq. & vener. Sanctorum.

Punctum XXVIII.

Quomodo Sancti fecerint mirabilia in vita ſua.

§. 5. SEcundum argumentum eſt. Eccleſia in officio, quod celebrat de Sanctis Confeſſoribus aſſerit illos feciſſe mirabilia in vita ſua; ergò videtur, quod miracula facta in vita à famulis Dei ſint neceſſaria ad canonizationem illorum, vel ſecundum aliquos, infertur, Secundo, quod omnes canonizandi de neceſſitate fecerint miracula in vita, & tamẽ de multis Sanctis, etiam de maioribus legimus, quod nulla fecerint miracula in vita, quemadmodum de Ioanne Baptiſta ſanctificato in vtero matris, de quo dixit Veritas ipſa, *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*, qui nullum omninò miraculum in vita fecit, vt docet D. Thomas 3. *par. q.* 38. *artic.* 2. *ad ſecundum argumentum*; vbi etiam reddit rationem, *ne ſcilicet homines ex æquo crederent illi, & Chriſto*, ideò vt homines principaliter Chriſto Saluatori intẽderent, (vt par erat,) non eſt datum Ioanni, vt faceret ſignum, hoc eſt, miraculum in vita.

Reſpondetur ad argumentum, negando primam illationem; aliud eſt enim, quod canonizandi fecerint miracula in vita, aliud valde diuerſũ, quod patratio miraculorum in vita ſit abſolutè, & ſimpliciter neceſſaria ad Sanctorum canonizationem, primum poteſt concedi. Secundum autem omninò negatur.

33
§. 1. Ad ſecundam verò illationem, ſiue conſequentiam deductam ex eodem argumento reſpondetur, quod ideò Eccleſia in officijs, quæ decantat in honore Sanctorum Martyrum, & Confeſſorum rectè dicit illos feciſſe mirabilia; nam ſan-

ſanctitas vitæ, & poſſeſſio virtutum heroicarum, cum finali perſeuerantia, eſt quid pluſquam mirabile, vt ſacra pagina docet, & Sancti omnes, & hoc eſt commune omnibus Sanctis canonizandis, quemadmodum ſæpè dictum eſt, & probatum, præſertim in hoc vltimo capite.

34 Secundò reſpondetur, dato quod per

§. 1. mirabilia debeamus intelligere miracula facta in vita à canonizandis, dum de Sancto præſertim Confeſſore canit Eccleſia, quod *Mirabilia fecit in vita ſua*, illud exponendum eſt de Sanctis in cõmuni, & in vniuerſali; non autem neceſſariò de ſingulis in particulari; illud enim reſpicit genera ſingulorum Sanctorum, vtputà, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, &c. Sed non ſingulos generum, ideò, &c.

Punctum XXIX.

Quomodo ſanctitas canonizandorum cognoſcatur per miracula.

35 VLterius reſpondendum eſt ad ar-

§. 1. gumentum quorumdam modernorum Theologorum, & Canoniſtarum, inter quos vnus eſt Angelus Roccha, in ſecunda editione ſui Commentarij, de Canonizatione Sanctorum cap. 8. num. 4. & aliqui Canoniſtæ, vti eſt videre in relatione Beatificationis, & Canonizationis viri Dei Andreæ Auellini Clerici Regularis preclariſſimi inſtituti Teathinorum 3. parte dictæ relationis, tit. *de miraculis*, dicentes veram vitæ ſanctitatem, ſine miraculis pro aliquo canonizando ſufficere, & capit. 30. ad finem aſſerit ſolam vitæ ſanctitatem clariſſimam, cum perſeuerantia vſq; ad finem valere ad celebrandam canonizationem, vel quod non ſunt ſimpliciter neceſſaria, ſed ad maiorem firmitatem rei, aſſerentes tamen requiri ex vſu, & praxi Eccleſiæ miracula in Sanctorum Confeſſorum Canonizatione.

§. 2. Prædicta eorum ſententia ordinariè, & regulariter non eſt, nec ſequenda, nec admittenda; propter ſuperius adducta ad ſecundam conuclſionem iſtiuſmet capitis; non enim poteſt perfectè ſanctitas canonizandi cognoſci ordinariè, niſi per miracula, præſertim poſt mortem; cum autem munus ſit Scriptoris Eccleſiaſtici, Doctorũ Catholicorum placita ad pium ſenſum interpretari, ſiue reducere, quotieſcumque id rationabiliter fieri poteſt; ideò dicimus, ſi illorum ſenſus ſit de Canonizatione Confeſſorum extraordinariè, ritè ſuſtentari poteſt, cũ Deus poſſit alia via, & alio modo certiorem reddere Eccleſiam de vera ſanctitate, & gloria canonizandorum abſque miraculis, noſtra autem cõcluſio ſecunda exponi debet ordinariè, & regulariter tantum.

§. 3. Poteſt reſponderi, ſecundo, quod ſenſus illorum eſt in hac materia excludere non ſimpliciter miracula; ſed illa tantum, quæ fiunt in vita, vel dicamus. Tertio, quod eorum intentio, vbi ſupra eſt loqui nõ abſolutè de omnibus canonizandis, ſed reſtrictè de Martyribus tãtum, ſecundum ſenſum, & formam ſuperius adductam in probatione prioris concluſionis.

§. 4. Quarto tandem reſpondetur, quod ordinariè vix nequit cognoſci vera ſanctitas Confeſſorum Chriſti, niſi per miracula poſt mortem, dum itaque dicunt requiri cognitionem veræ ſanctitatis cũ perſeuerantia, vt quis Confeſſorum canonizetur, implicitè, ac virtualiter, admittunt etiam miracula poſt mortem.

36 Quartum argumentum, in officio

§. 5. edito à Pio Papa Secundo, & ab eodem approbato, quod recitatur in Ordine

Præ-

Prædicatorum, in feſto S. Catherinæ Senenſis, præſertim in tertio reſponſorio, incipiente, *Vitam Beatæ Catherinæ*, &c. expreſsè inquit ipſemet Pontifex, *Vitam innocentiſſimam dictæ Virginis liquido demonſtrari per miracula, quæ fecit in vita, & poſt mortem*; ex quo colligitur neceſſitas miraculorum in vita, & poſt mortem ad probationem veræ ſanctitatis, & per cõſequens ad canonizationem Sanctorum.

Cui argumento breuiter reſpondetur negando illationem, ſiue vtramque conſequentiam; ratio verò negationis eſt, quia nullatenus rite colligi poteſt ex antecedenti illo, in quo Pontifex non dicit miracula in vita, & in morte facta, eſſe neceſſaria ſimpliciter, ad perfectam probationem ſanctitatis alicuius, neque ſanctæ Catherinæ, & hoc eſt, quod negatur præcisè in ſecunda, & quarta Concluſione; immò verba ipſius Pontificis ſuperius adducta diligenter ponderata, euidenter confirmant aſſerta in eiſdem concluſionibus; certum eſt enim, quemadmodum ibi clarius dicitur, etſi ſufficiant in rigore, miracula tantum facta poſt mortem ad manifeſtationem, ſiue approbationem ſanctitatis canonizandi ſi tamen iſtis iungantur, etiam quæ facta fuerunt in vita, tantò magis, & euidentius demonſtrabitur ſanctitas canonizandi, ideò, &c.

Punctum XXX.

An ſit de ratione miraculi, vt ſtatim fiat.

37 §. 1. TAndem affirmatiuè reſpondendũ eſt, quærentibus an ad rationem veri miraculi exigatur neceſſariò, vt fiat ſtatim, & illicò, diſtinguendo de illo, in quo præcisè completur, ſiue conſiſtit ratio miraculi præcisè, ac de alijs poſtea ſequentibus ad factum miraculoſum; prout inferius exemplo magis explicabitur.

Veriorem eſſe putant Theologi, atque Canoniſtæ ſentẽtiam affirmantem, ad naturam, & eſſentiam veri miraculi requiri, vt fiat in inſtanti, præſertim propter ſequentia. In Act. enim Apoſt. cap. 3. de viro illo claudo ex vtero matris ſuæ dicitur, & apprehẽſa manu eius dextera eleuauit eũ S. Petrus Apoſtolorum caput, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius; & cap. 9. idem Petrus inquit, *Aenea, ſanet te Deus noſter Ieſus Chriſtus, ſurge, & ſterne tibi, & continuò ſurrexit*; &c. & Marc. cap. 5. de muliere ſanata à fluxu ſanguinis, & Luc. cap. 8. *Acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius, & confeſtim ſanata eſt*; & Matth. 8. de leproſo dicitur, *Et confeſtim mundata eſt lepra eius*, & eodem capit. 8. de puero Centurionis, *Et ſanatus eſt puer in illa hora*, idem Luc. 7. de adoleſcente mortuo; & Ioann. 11. de Lazaro, ſtatim reſuſcitatis.

§. 2. Et Matth. 20. circa finem, de duobus illis cæcis ſedentibus ſecus viam, & Chriſto tranſeunte, clamantibus, *Domine miſerere noſtri fili Dauid*, dicitur, quod *miſertus eorum Ieſus, tetigit oculos eorum; & confeſtim viderunt*. Et Marc. 10. de illo cæco filio Timæi Bartimæi clamante *Ieſu fili Dauid miſerere mei*: Quem Chriſtus illuminauit, de quo inquit Euangeliſta, vbi ſupra; *Et confeſtim vidit*. Et pariter de illo ſurdo, & muto, quem ſanauit Chriſtus, de quo dicitur Marc. 7. *Et ſtatim apertæ ſunt aures eius, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius: Et loquebatur rectè*; Et Gloſſ. ſuper Matth. 8. de liberatione illorũ, qui habebant dæmonia, inquit, quos vno verbo ſtatim curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem cæcitatis humanæ oſtẽdat.

Ex quibus infertur primo, quod miracu-

Digitized by Google

racula quædam, illa ſcilicet, quæ dicuntur miracula, quò ad modum, fiunt in inſtanti. Secundo, de ratione miraculorum in communi non eſt, vt neceſſario fiant ſemper in inſtanti, vt paulò ſuperius inſinuatum eſt, & vt colligitur ex authoritate Gloſſæ immediatè citatæ, quam ſequitur Bellam. in c. *nec mirum*, ſuperius citato num. 5. verſ. *ſed quæro.* & Panuinus in relatione S. Bonauenturæ par. 2. art. 5. Troylus Maluetius de canonizatione Sanctorum dubio 3. num. 31. verſ. *numquid autem*, Rota in relat. S. Frãciſci de Paula circa finem. verſ. *ſed profectò in his*, in relatione ſancti Didaci, ſuper miraculo facto in perſona Dom. Mariæ della Penuela, in relatione S. Hyacinthi, de miraculis, verſ. *ſit miraculum.*

Vtquè miraculum dicatur fieri in inſtanti, ſatis eſt, vt in inſtanti tollatur malitia morbi, ſeu infirmitatis validiſſimæ, quæ naturaliter auferri non poterat, tuncque nihil obſtat, & ſi effectus perfectæ ſanitatis ſucceſſu temporis ſubſequatur, Rota in relatione Sancti Franciſci de Paula art. 6. miraculo 5. in fin. in relat. S. Caroli in 3. par. miracul. 13. in relat. S. Ignatij, in 4. miraculo. Rota in relatione B. Corſini part. 2. §. 4. in princ.

Ad authoritatem Gloſſ. in cap. Matth. 8. quam ſequuntur iiſdem ferè verbis Archidiac. Bellam. & Caſtellan. patet reſponſio ex dictis ſupra per Toſtatum in cap. 8. Matth. q. 15. & ex Maluet. de Canonizatione Sanctorum dub. 3. num. 25. & 52. in quibus locis ait, quod ad hoc, vt illud quod poteſt fieri naturaliter, dicatur miraculum, neceſſe eſt, quod fiat incontinenti, & quod ea, quæ dicta ſunt per Archidiac. procedũt in ijs, quæ fiunt contra naturam, hanc eandem diſtinctionem ſequitur Rota in relat. B. Corſini, p. 2. §. *in princ.*

§. 3. Eandem ſententiam tuetur Alphonſus Toſtatus apud Matth. cap. 8. q. 15. eandem, tenuere præſtantiſſimi Patres Sacr. Rotę Romanæ Auditores in relatione canonizationis multorum Sanctorum, præſertim in illa S. Raymundi Ordinis Prædicatorũ, vti videre eſt ibidem *art.* 5. §. *cæterum omnibus.* Eandem inſinuat Caſtellanus in ſuo tractatu de Sanctorum Canonizatione quæſt. 6. art. 3. §. *Quæro an ſit neceſſe miraculum fieri in inſtanti.* Quod ſi quandoque ſucceſſio quædam temporis in miraculis eſſe videatur, non facit ceſſare rationem veri miraculi, quia ſemper illud in quo conſiſtit natura veri miraculi fit in inſtanti; licet quædam alia, ipſum miraculũ ſubſequentia fiant tractu temporis, vt verbi gratia in vulneribus, & alijs infirmitatibus lęthalibus, ex quibus ordinariè, & neceſſariò curſu, & ordine naturali expectato moriendum eſſet, miraculũ conſiſtit in tollenda malitia morbi, mortis inductiua, quæ naturaliter etiam potentiſſimis remedijs naturalibus auferri non poterat, neque medicamentis vllatenus ſuperari, ne moreretur æger; Quod autem poſtea ſucceſſu temporis claudantur labia vulnerum, obducantur cicatrices, & imbecillitas corporis ex graui infirmitate orta depellatur, non facit ceſſare rationem miraculi.

§. 4. Hoc multis miraculorum exemplis demonſtrari poteſt, *Eſaiæ cap.* 38. Ezechias ad mortem ægrotauit, & quia vulnus erat læthale, niſi diuina miſericordia ſubueniſſet, omninò mortuus fuiſſet Ezechias, cuius malo nullum aderat naturale remedium, quamuis per miraculum fuerit liberatus à morte; non tamẽ confeſtim ſanatum eſt vulnus, ſed adhibitis medicamentis, & conſueto ordine naturæ ſeruato, ait enim Scriptura, in pręcitato loco, *Et iuſſit Eſaias, vt tolleret maſſam de ficis; & cathaplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur.* Hæc ibi

ibi, & Marc.8. de cæco illuminato, qui ſtatim vidit,non tamen perfectè cognoſcendo,ſed paulatim augebatur vſus rectè videndi, vbi Gloſſa inquit, *Quem vno verbo ſtatim curare poterat, Chriſtus paulatim curat,vt magnitudinem humanæ cæcitatis oſtendat, quæ vix, & quaſi per gradus ad lucem redeat, & gratiam ſuam nobis indicat, per quam ſingula perfectionis incrementa adiuuat,* hancq; Gloſſam ſequuti ſunt inter alios Archidiac. Bellam. *de reliquijs, & veneratione Sanctorum,cap.* 1. & Franciſcus Panuinus in relatione Canonizationis S. Bonauenturæ *par.* 2. *q.* 5. Pro indubitato ſtatuendum eſt igitur, in omni vero miraculo, illicò, atque ſtatim illud fieri à Deo, in quo principaliter conſiſtit natura, & ratio miraculi, quamuis ſequentia ad miraculum conferantur aliquando omnia etiam ſimul, aliquando cum ſucceſſione temporis, ſecundum beneplacitū Altiſſimi;ideò cæcus ille apud Marcum cap.8. ſtatim illuminatur, licet non ſtatim diſtinctè omnia viderit, atque cognouerit

Punctum XXXI.

Non tollit rationem miraculi miniſterium alicuius rei naturalis.

2 §. 1. Certum eſt etiam, præſertim apud Theologos non eſſe contra rationem miraculi. Etſi Deus in patratione miraculi vtatur (aliquando volens) miniſterio aliquo naturali, ſiue rei naturalis, à qua tamen nullatenus poſſit virtute naturali produci effectus miraculoſus, de quo agitur, quemadmodum videre eſt, 4. Regum cap. 5. Vbi Eliſæus miſit Naham Principem militiæ Regis Syriæ, ad lauandum ſe ſepties in aqua Iordanis; & de filio viduæ,ſuper quo,incuruatus Propheta, inſuflauit in os illius, 4. Regum cap.4. Item Ioan. 9. de luto facto ex ſputo à Chriſto; deinde impoſito ſuper oculos cæci nati, quem poſtea miſit ad abluendos oculos ad natatoriam Siloe. Chryſoſtomus homilia 56. exponens illa verba, *Spuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, qui autem maiores ſubſtantias*, inquit, *de nihilo adeſſe produxit, multo magis oculos abſque materia feciſſet, ſed voluit docere ſe eſſe Creatorem, qui in principio vſus eſt luto ad hominis formationem; ideò autem non aqua vtitur ad lutum faciendum,ſed ſputo, vt nihil adſcribatur fonti, ſed diſcas, quoniam virtus oris eius oculos aperuit, ac plaſmauit, vtq; non videatur eis,ex virtute terræ eſt curatio, iuſſit lauari,*ſubdēs, *non enim erat timendum, vt Siloe ſumeret hanc gloriam, quia ibi multi lauarunt oculos, nulluſquè tale beneficium eſt aſſecutus, niſi iſte.*

§.6. Eandem concluſionem ſtatuit Ioan. Franciſcus de Panuinis multis argumentis corroboratam,in relatione canonizationis Sancti Bonauenturæ 2. part. q. 6. & Caſtellanus vbi ſupra, §. *Quæro an ſit contra rationem miraculi*. Dū enim quis miraculoſè liberatur ab aliquo ingenti morbo, ſiue malo, & ſi ſentiat in actu ſanationis dolorem, id nullo pacto aufert rationem miraculi; nam Marc.cap. 9. legitur de illo ſurdo, muto,& obſeſſo à Dæmonibus miraculoſè liberato per Chriſtum, quod exclamans,& multum diſcerpens eum, exiuit Diabolus, ita vt præ dolore factus ſit velut mortuus,quo loco inquit Chryſoſtomus, *Nō enim voluit mortem Diabolus inferre propter veræ vitæ aduentum*. Et Beda, *Quem autem hoſtis impius morti ſimilem reddidit, hunc Saluator pie,dextera tactu ſaluauit*, ideò ſequitur, *Ieſus autem tenens manum eius eleuauit illum, & ſurrexit*, declarans (inquit Beda) *Sicut verum ſe eſſe Deum, potentia*

tentia ſaluandi docuit, ita & veram ſe habuiſſe carnis naturam more tactus humani, contra Manichæos declarauit, ſubdens, *tot languentes Chriſtus ſuo contactu ſanauit, atque erexit, mundauit, atque illuminauit, hæreſim Manichæorum, antequam proderet damnauit*.

§. 7. Hoc idem magis, magiſquè declarat miraculum à Deo operatum per interceſſionem, & merita Sancti Franciſci de Paula, qui ſigno crucis facto ſuper quemdam contractum, ſtatim ſanatus ſurrexit. *Inſonuerunt autem oſſa renum illius audientibus multis, velut cum ligna ſicca franguntur*, Surius, & alij in Vita S. Franciſci de Paula.

Punctum XXXII.

Non eſt contra rationem miraculi, si quis de nouo incidat in eandem infirmitatem.

§. 8. DEnique tanquam certum ſtatuo non eſſe contra rationem miraculi, vt quis verè ſanatus miraculosè in proximo tamen propter aliquod nouũ accidens, ſiue propter ſalutẽ, vel animæ ſuæ periculum euitandum, reincidat in eandem ſpecie infirmitatem, vel in aliam conſimilem, aliquando etiam grauiorem; legitur enim ex reuelatione diuina multos Sanctos poſt obtentam à Deo ſanationem miraculoſam, in perſona huius, vel alterius, intuentes periculum ſalutis eorum imminere, oraſſe Deum, vt de nouo immitteret eandem infirmitatem in illis iam miraculosè ſanatis, prout factum eſt, præſertim in perſona Sanctæ Petronillæ filiæ Diui Petri Apoſtoli, quæ cum eſſet incredibilis pulchritudinis de voluntate Patris, febre, & paralyſi laborabat, membrorum omnium corporis officio deſtituta, accidit, quadam die, dum Petrus inter ſuos diſcumberet diſcipulos, cumquè inter ſe, de rebus diuinis colloquium haberent, Titus inter alios non ſine magna adſtãtium admiratione dixerit Beato Petro, quid quæſo cauſæ eſt, quod alijs optata ſanitatum largiretur beneficia, nec propriã filiam, à tam graui infirmitate liberaret? cui Petrus. ſaluti equidem animæ illius, (quæ corporis longè præferenda venit) ita expedit.

§. 10. Verumtamen his dictis, ad tollendam quamcumque ambiguitatis vmbram, ſtatim, ad filiam conuerſus dixit. *Surge Petronilla, nobiſquè miniſtra*, ad quam vocem protinus ſanata ſurrexit, ac diſcumbentibus diligenter miniſtrauit, quo expleto miniſterio iuſſit iterum ad lectum redire, & inde cœpit febribus, grauioriquè ægritudinis moleſtia conflictari, quod totum ſumma patientia, hilariterquè ſuſtinuit, deinde tandem integræ ſanitati per Deum reſtituta eſt, Petrus de Natalibus in Cathalogo de Sanctis menſis Maij, libro 5. cap. 69. Surius die 31. Maij, Cardinalis Baronius tomo primo Annal. Et in notis ad Martyrologium Romanum, die 31. Maij, & alij in vita ipſius Sanctæ Petronillæ Virginis.

§. 11. Hanc concluſionẽ adducit, & quamplurimis argumentis copiosè demonſtrat Panuinus in relatione Canonizationis Sancti Bonauenturæ par. 2. q. 6. idem probarunt Perilluſtres, ac Reuerendiſſimi Domini Auditores Sac. Rotæ Romanæ in relatione beatificationis, atque canonizationis viri Dei Andreæ Auellini, & Caſtellanus vbi ſupra, §. *Quæro an sit contra rationem*; idem prorſus demonſtratur in vita Beati Beltrandi Ordinis Prædicatorum ex Proceſſibus iam Romæ ex ordine Sanctiſſimi examinatis ad effectum canonizationis collecta, & Romæ impreſſa 1623. apud Alphõſum Ciaconum *lib. 3. cap. 7. pag.*

pag. 395. *ſub littera* K. dum refertur, quod Catherina Alegre Hyſpana, cum grauι vlcere, in altera mamnilarũ acriter torqueretur, poſt innumera medicamenta, iam de conſilio Medicorum adhibita, penituſquè amiſſa omni ſpe recuperandæ ſanitatis, fama ſanctitatis, & miraculorum ipſius Beati permota, magno deuotionis affectu ſe commendauit Beato Ludouico, cuius dum viueret, extitit valde deuota, vt ſuis precibus à Domino impetraret illi ſanitatem, quod quidem obtinuit, non ſine maxima admiratione Medicorum; ſtupefacti enim inter ſe, & cum alijs frequenter dicebant, illam infirmitatem fuiſſe omninò incurabilem, vereque à Deo ſanitatem illius mamillæ effectam fuiſſe, & non aliunde, ex quo perfectè obtinuerat ſanitatem, omnibuſquè plenè nota, cum eſſet valde deuota, ſalutiſquè animæ ſuæ cupidiſſima, neſcio quo ſcrupulo excitata, quia petierat liberari (dicebat illa) ab incurabili infirmitate, de qua ſupra, qua mediante, poterat ſibi facilius acquirere meritum vitæ æternæ; iterum deuotè orauit eundem Beatum Ludouicum, quod ſi redundaret in ſalutem animæ ſuæ, (vt ipſa credebat,) apud Deum intercedere dignaretur, vt idem vulnus, eamdem pectoris partem, vel alteram mamillam denuò crudelius inficeret, quod meritis Beati viri fuit eidem cõceſſum, & inde ſpacio vnius anni plus minus, quo vixit, patienter propter Deum in pœnitentia ſuorum criminum ſuſtinuit validiſſimos dolores, exinde prouenientes, totum corpus ipſius crudeliter affligentes: Nec mirum, ob ſpirituale etenim bonum, licitè poſſumus proximo deſiderare aliquod malum corporale, vt infirmitatem corporis, & ſimilia propter ſalutem animæ, inde prouenientem, quemadmodum etiam zelo iuſtitiæ, licet deſiderare malefactorum punitionem propter bonum commune Reipublicę, vt criminibus via intercludatur, ita communiter omnes Theologi, pręſertim Diuus Thomas 2. 2. *quæſtione* 25. *articulo octauo, et nono, &* *Nauarrus in ſuo Manuali cap.* 14. *numero* 15.

His additur, quod Panuinus parte ſecunda relationis Sancti Bonauenturæ quæſtione ſexta (quem locum citat inter alios Caſtellanus de Sanctorum Canonizatione, quæſtione ſexta, articulo quinto ad exordium) expreſsè aſſerit, & probat, quod ſanatus miraculosè, & de proximo poſt realem ſanationem, denuò incidat in eamdem, vel conſimilem infirmitatem non eſt contra rationem miraculi, vt patet (inquit ille) in legenda Sanctæ Petronillæ paralyticæ, iuxta notata in l. Martius, ff. locat. & l. prima, C. de emend. ſeru. & in cap. *Præterea de cler. percuß.* & in quæſtion. Domin. 83. de qua per Ioannem Andream in Mercurial. in Regul. contractus, de regulis iur. in ſexto, & capite *Presbyter*, & capite *Significaſti*, *de homicid.* & per Bartholum l. prima, §. *Si in rixa*, ff. de Sicarijs, & Molfeſius conſil. 46. num. 58.

Punctum XXXII.

Non obſtat verè ſanctitati alicuius conditio parentum.

§. 12. INſuper animaduerto, quod non obſtat veræ ſanctitati, nec canonizationi, vt quis canonizandus iam Sanctus, ac in omnibus virtutibus heroicis excellens, & ſi alias fuerit infidelis, vel de infidelibus parentibus, aut Hæreticis natus: ad hanc veritatem Caſtellanus quæſtione quarta, articulo tertio, ſui Tractatus de Sanctorum Canonizatione

tione, §. *Quæro quid ſi conſtat*, & §. *Adde quod* citat multos textus, præſertim cap. *Eam te*, de reſcript. & cap. *Innocent. XXI.* diſt. Doctores ibidem, idem tenuit Franciſcus de Panuinis in relatione Canonizationis Sancti Bonauenturæ quæſt. 9.

§. 13. Neque obſtat canonizando, vt aliquando peccauerit, dummodò poſtea ſit emendatus in melius, ſemper præſuppoſita ſanctitate vitæ prouenienre ex virtutibus heroicis, cap. *Venit*, cap. 45. de pœnitent. diſtinctione prima, Collect. capite primo, numero ſecundo, de reliquijs, & veneratione Sanctorum, quodvè aliquis canonizandus non peccauerit mortaliter probatur ex dicto cõfeſſarij òrdinarij, prout in canonizatione Sancti Petri Martyris, vt aſſerit Sanctus Antoninus tertia parte Hiſtor. tit. 23. capite ſexto, §. primo, & in Canonizatione Sancti Thomæ Aquinatis, §. 4. & Rota Rom. in relatione Beati Aloyſij Gonzagæ paulò ante titulum de fide.

§. 4. Addunt alij grauiſſimi Authores illud, quod refert Sanctus Hieronymus in vita Sancti Hylarionis, qui cum haberet parentes, idolis ſeruientes (quemadmodum euenit etiam de Sancta Margarita, & alijs quamplurimis Sanctis, præſertim in principio naſcentis Eccleſiæ) ipſe tamen Hylarion tanquam roſa de ſpinis floruit, qui Sanctus Hylarion ex teſtimonio Sancti Hieronymi innumeris miraculis poſt mortẽ ſcatet, apud Palæſtinos, & Cyprios valde celebris fuit, addens quod Sancti Antonij Abbatis magnus imitator extiterit. Idem legitur de ſancto Angelo Carmelita, & martyre. Idem de ſancto Petro Martyre Ordinis Prædicatorum narratur, de quo canit Eccleſia in officio ipſius approbato per ipſam, *De fumo lumen oritur, & roſa flos de ſentibus Doctor, & Martyr, naſcitur Petrus de infidelibus*, de quo glorioſo Martyre, certò dicitur ex ſingulari Dei, maximoquè dono non paſſim omnibus collato, quod *nullum mortalis criminis ſenſit vnquam contagium*. Hoc idem priuilegium creditur fuiſſe conceſſum S. Patri Dominico, ac D. Thomæ Aquinati, vt referunt Authores grauiſſimi in eorum vita per Eccleſiam approbata, idq; inſinuat Grrgor. IX. & Ioan. XXII. in Bullis Canoniżationis eorundem Sanctorum, ac alijs Sanctis. Hoc tamen non eſt affirmandum, neque paſſim prædicandum de omnibus Sanctis, quia priuilegia hæc ſunt paucorum, & non omnium. Qua occaſione non poſſum calamum cohibere, ne zelo veritatis accenſus, cum innumera piorum fidelium, ac ſapientum multitudine, modeſtè tamen, vt decet animaduertam, abſtinendum eſſe omninò, nè fideles voce, & multò minus ſcripto ad extollendam alicuius etiam viri Dei virtutem, & bonitatem affirment, præſertim publicè, hunc, vel illum fuiſſe, nedum ab omni peccato mortali, verum etiam & peccato veniali penitus immunem, niſi id euidenter conſtet iam approbatum, & certò declaratum per Eccleſiam. Quod peccatũ veniale, peccatum voluntarium & ipſum, appellatur, dicente S. Thoma 1. 2. quæſt. 71. art. 6. ad initium corporis, *quod peccatum nil aliud eſt, quàm actus humanus malus*, ſubdens, quod *autem aliquis actus ſit humanus habet ex hoc, quod eſt voluntarius*, & in reſponſione ad primum argumentum eiuſdem articuli ait, *Prima cauſa peccati eſt in voluntate*; loquitur de omni peccato indifferenter, & Caietanus eodem artic. 6. ſupracitato expreſsè dicit *Peccatum in moralibus importat actum voluntarium malum*.

Digitized by Google

Punctum XXXIII.

De immunitate à peccato actuali veniali.

I*Mmunitas enim à peccato actuali veniali eſt priuilegium ſolius Beatæ Virginis matris Dei, itaut hoc priuilegio caruerit etiam Hieremias, etſi in vtero matris ſanctificatus, & quod amplius eſt, illud,* (ſcilicet priuilegium immunitatis à veniali) *nec habuit Ioannes Baptiſta in vtero matris ſanctificatus, quamuis præconio veritatis de illo dictum ſit, quod inter natos mulierum non ſurrexit maior*. Caietanus vbi ſupra.

§.14. Id enim docet expreſſis verbis, ac in proprijs terminis Sanctus Thomas *tertio ſentent. diſt. 3. quæſtione prima, artic. 2. quæſtiuncula 1. in reſponſione ad quartum argumentum, & 4. ſenten. diſt. 6. quæſtione prima, art. 1. quæſtiuncula ſecunda in corpore*. Vbi poſtquam dixit; *Sanctificatio Beatæ Virginis excellentior fuit ſanctificatione aliorum, etiam qui fuerunt ſanctificati in vtero, eo quod in Hieremia, & Ioanne Baptiſta poſt eorum ſanctificationem remanſerit fomes inclinans ad peccatum veniale (addens) qui* ſcilicet *Hieremias, & Ioannes, peccatum actuale habuerunt non mortale, ſed veniale,* ſtatim ſubdit, *ſed in Beata Virgine inclinatio fomitis omninò ſublata fuit, & quantum ad veniale, & quantum ad mortale, & quod plus eſt gratia ſanctificationis, non tantum repreſſit motus illicitos, ſed etiam in alijs efficaciam habuit, itaut quamuis pulchra eſſet corpore, à nullo vnquam concupiſci potuit*, hæc Sanctus Thomas, quam doctrinam colligit, vt mihi videtur ex Sacra Scriptura dicente, *Septies in die cadit etiam Iuſtus*, & Sanctus Ioannes prima Canonica, cap. 1. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*, & ex Sanctis Patribus, præſertim ex Auguſtino *tomo 9. titulo de Symbolo, vel regula fidei ad Cathecumenos lib. 1. cap. 6.* inter alia multa dicente, *Cum baptizati fueritis, tenete vitam bonam in præceptis Dei, vt baptiſmum cuſtodiatis vſque in finem,* addens, *non vobis dico, quod ſine peccato viuetis, cum ſint venialia, ſine quibus vita iſta non eſt.*

§.15. Pariter ex Sancto Gregorio tomo primo ſuper *caput 25. Iob libro 17. Moralium, in antiquis capite octauo. Sed eſt cap. 10. in impreſſione Romana nouiſſima* 1614. Vbi exponendo Sanctus ille Pontifex, illa verba, *Numquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo?* &c. Expreſsè inquit, *Nullus tamen eſt, qui ſine culpa, vitam tranſeat, quouſque carnem corruptionis portat*, vtquè ſe magis explicet in eodem capite, ad illa verba eiuſdem Iob, *Quanto magis homo putredo,* &c. ait, *Ac ſi apertè diceretur, ſi ipſi quoque eſſe ſine contagio non valent, qui inter vitæ præſentis tenebras virtutibus lucent,* (vbi palam loquitur de Iuſtis in hac vita) *quanto reatu iniquitatis obſtricti ſunt, qui carnaliter adhuc viuunt?* ſubdens, *Si à peccato eſſe liberi nequeunt, qui iam in cæleſtibus deſiderijs conuerſantur,* quanto minus illi, *qui peccatorũ pondera tolerant, qui carnis voluptatibus vacant?* ſtatim addens teſtimoniũ S. Petri Apoſtoli 1. ſua Epiſt. capite quarto dicentis, *Si Iuſtus vix ſaluabitur, impius, & peccator vbi parebunt?* ac illud Eſaiæ cap. 52. *Super humum populi mei ſpina, ac vepres aſcendent, quanto magis ſuper omnem domum gaudij Ciuitatis exultantis?*

Idem clariſſimis verbis docuit Sanctus Bonauentura, *tertio Sententiarum, diſtinctione 3. parte prima, articiculo 2. quæſtione prima, in corpore, dicendo, quod*

Bea-

Digitized by Google

Beata Virgo Maria per ſanctificationis gratiam copioſam, immunis fuit ab omni actuali culpa tam mortali, quàm veniali, & reſponſione ad quartum; ſubindicat omnes alios Sanctos habuiſſe aliquod peccatum actuale, pro quo citat illud. 1. Ioan. 1. *Si dixerimus, quia peccatum,* &c. & Sanctum Auguſtinum de natura, & gratia, ibidem quæſtione ſecunda in corpore, ponit tres gradus ſanctificationis hac ratione. In prima ſanctificatione datur poteſtas, & facultas vitandi omne peccatum mortale, in 2. datur etiam facultas vitandi frequentiam venialiũ; in 3. datur etiam nihilominus facultas vitandi omne peccatum, non tantum particulariter, ſed etiam vniuerſaliter, & in his tribus gradibus patent tres gradus ſanctificationis, videlicet Ieremiæ, Ioannis Baptiſtæ, & Virginis Mariæ; nam prima conditio fuit Ieremiæ. Secunda verò Ioannis; ſed illa tertia Virginis Mariæ, quæ plus ad filij acceſſit puritatem per vitæ meritum.

§. 17. Et Scotus in ſecundo diſt. 20. quæſt. 1. §. *Dico ad quæſtionem, quod aliquis poteſt dici confirmatus in iuſtitia, vel quia poteſt peccare, eo modo, quo non poſſe peccare poteſt creaturæ competere. Alio modo poteſt dici confirmatus, quod non peccat, vel non peccabit, ſicut de multis viatoribus ſanctificatis in vtero, & fortè omnes peccauerũt venialiter, quia ſi dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.*

Ibidem diſtinctione 21. quæſtione prima, §. *Contra quia, ait,* quod cum gratia quacumque, poteſt ſtare veniale etiam in perfectiſſimis, vnde Ioann. *Si dixerimus, &c.*

Punctum XXXIV.

De immunitate à peccato veniali, ex Concilio Tridentino.

Tandem ad horum exactam intelligentiam, & probationem ſatis eſt teſtimonium Concilij Tridentini, Canon. 33. Seſſione ſexta ſequentis tenoris.

§. 18. *Si quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit amplius peccare non poſſe, neque gratiam amittere, atque ideò, eum qui labitur, & peccat, numquam verè fuiſſe iuſtificatum, aut contra, poſſe in tota vita peccata omnia etiam venialia vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit.*

Cauendum eſt igitur ab huiuſmodi aſſertionibus, quas (vt piè creditur) rectà fortè intentione aliqui prædicant, vel docent verbo, atque ſcripto, hunc, vel illum Sanctum abſolutè immunem fuiſſe in vita ſua mortali peccato actuali, etiam veniali, quod eximium priuilegium non conceſſit Deus Apoſtolis, & hoc præſertim cauendum eſt reſpectu illorum, qui nondum canonizati, nec per Eccleſiam beatificati exiſtunt, iuxta illud Apoſtoli, *nolite ante tempus iudicare*, equidem circa ſublimia hæc priuilegia non ſunt admittenda quorumcumque teſtimonia, præcipuè verò illorummet, ſi dicant ſe immunes fuiſſe à peccato veniali, propter authoritatem Sancti Ioannis ſuperius relatam, & alia multa latè ibi adducta, ſed inter hæc vigilanti ſtudio antiqui hoſtis inſidiæ cauendæ ſunt, qui quanto maiora in hominibus dona conſpicit, tanto hæc auferre, ſubtilioribus inſidijs exquirit, vt Latrunculi, qui in via capere viatores

Digitized by Google

expetunt non vacuos, ſed aurum, & pretioſa ferentes. Quamuis enim ex bonæ conſcientiæ, & bonorum operum ſtudio, bonā poſſimus concipere in Domino fiduciam, quod illi placeamus, qui eſt ſcrutator renum, & cordium; inde tamen nullatenus præſentis iuſtitiæ abſoluta omninò oriri poteſt certitudo; ſed adhuc cum Apoſtolo dicere debemus 1. Corinth. cap. 4. *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum, qui autem iudicat me, Dominus eſt.* Ideò Sanctus Petrus 1. cap. 3. *Cum modeſtia, & timore conſcientiam habeamus bonam*, dicente Sancto Gregorio lib. 11. Moral. cap. 29. *Neq; enim ſimul conuenire queūt peccata, & iuſtitia.*

Punctum XXXV.

Quomodo in hac vita iuſti ſemper timidi eſſe debeant.

§. 19. AD prædictorum maiorem firmitatem poſt verba S. Iacobi cap. 3. *In multis offendimus omnes*, adducā, quæ ſtatuit circa hoc Concil. Triden. Seſſ. 6. cap. 16. *De fructu iuſtificationis*, vbi inter quamplura habentur, quæ immediatè ſequuntur, *Vnuſquiſque ſicut miſericordiam, & bonitatem Dei, ita ſeueritatem, & iudicium ante oculos habere debet, neque ſe ipſum aliquis, etiam, ſi nihil ſibi conſcius fuerit iudicare* (ſubdens rationem) *quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt, ſed Dei, qui (vt ſcriptum eſt) reddet vnicuique ſecundū opera ſua*; nam ſecundum Apoſtolum, *Non enim, qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed, quem Deus commendat*, Vera quidem humilitas, vt virtus eſt, ex Iſidoro lib. Ethymolog. citato à Diuo Thoma 2. 2. q. 161. *art.* 1. in reſponſione ad primum, & ſecundum argumentum in ſui ratione, importat quamdam laudabilem deiectionem ad ima; & art. 6. in corpore, & in reſponſione ad argumentum ex Sanctis Anſelmo, Auguſtino, Benedicto, Gregorio, & alijs, inter gradus veræ humilitatis enumerat ſextum, & ille eſt, *Vt homo verè humilis coram Deo, & hominibus, non ſe alijs, verum alios ſibi præferat*; ſed contrarium euenit, dum quis dicit, ſe neque veniale commiſiſſe, quo caſu cōſtituit ſe maiorē quoq; Prophetis in vtero ſanctificatis, ac ſanctis omnibus, etiā Apoſtolis, etſi *primitias ſpiritus habuerint*, ſeq; declaratū, ned ſimilē, ſed æqualem aliquo modo ſanctiſſimæ Dei Genitrici, igitur abſque certa Eccleſiæ præcedenti declaratione, vel vera reuelatione, per Eccleſiam prius approbanda, tale priuilegium nequit attribui huic, vel alteri, circa quod magna cautela venit adhibenda.

§. 20. Ad cuius rei maiòrem claritatem occurrit mihi celebre, & inſigne illud Exemplum Sancti Gregorij Papæ lib. 7. ex regiſt. Epiſt. ipſius Sancti in Epiſtola quam reſcripſit ipſemet Sanctus Pontifex Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi, quæ eſt in ordine 126. *Multum fateor* (inquit) *exterius proficiendo, interius cecidi, mequè de eorum numero pertimeſco, de quibus ſcriptum eſt, deiecisti eos, dum alleuarentur, cum alleuaretur enim deÿcitur, qui honoribus proficit, & moribus cadit*, & poſt pauca recenſitis verbis illis Pſalmi 83. *Aſcenſus in corde ſuo diſpoſuit*, & inquit, *vt videlicet tanto verius intus aſcenderem, quanto per conuallem lachrymarum foris humilius iacerem.*

§. 21. De quo Sancto Pontifice inter alios ſcripſit Ildephonſus Toletanus, de viris illuſtribus, *Sanctus Gregorius ita cunctorum meritorum claruit perfectione ſublimis, vt excluſis omnium virorum illuſtrium comparationibus, nihil illi ſimile antiquitas demonſtraret*, ſubdens, *Vicit enim*

ſan-

ſanctitate Antoniũ, *eloquentia Cyprianũ*, *& ſapientia Auguſtinum*, nihilominus audiuimus quid de ſeipſo dicat.

Et ad homines continendos intra limites veræ humilitatis mirabile eſt illud, quod idem S. Gregorius *Epiſt.* 127. *ad Recaredum Regem Viſigothorum ſcripſit*; *oportet ergo* (inquit Sanctus Pontifex) *excellentiam veſtram in tanto hoc, de conuerſionis gentis ſubdita munere, quod accepit, ſummopere cuſtodire humilitatem cordis, cum enim ſcriptum ſit, omnis, qui ſe exaltat humiliabitur, qui verò ſe humiliat exaltabitur*. Quomodo verò ſanctum hoc præceptum obſeruat ille, vel illi, qui ſe iactant à Deo conſecutos fuiſſe præſeruationem, ſiue immunitatem à peccato omni actuali, etiam veniali, quod Deus omnipotens tanquam monile pretioſum, filij ſui genitrici, tamquam ſingulare priuilegium eſſe voluerunt (cum alijs eximijs fauoribus.)

Hinc eſt, quod Sanctus Gregorius libro 11. Moral. cap. 19. de patientiſſimo Iob differens, in cuius laudem ſacra Scriptura inter quamplura ad ipſius laudem prædicat, quod fuit *vir ſimplex, rectus, timens Deum, & recedens à malo*, de quo Deus ipſe teſtatus eſt, quod *non eſſet ſimilis illi ſuper terram*, ad illã verba Iob dicentis, *ſi fuero iudicatus, ſcio quia iuſtus inueniar*, inquit S. Pontifex Gregorius, *humiliter igitur de ſemetipſo ſenſit, qui dum Iuſtus ſine comparatione extitit, non ſe præ cæteris, ſed iuſtum tantummodo inueniri poſſe memorauit*. hæc ille.

Quo præclaro exemplo egregiè erudiuntur homines etiam verè Iuſti, de quorum, ſiue innocentia, à Deo ipſo teſtimonium receperunt, ſemper & vbique de ſe humilia nedum ſentire, verũ etiam, & coram alijs loqui; *nam beatus vir, qui ſemper pauidus eſt*, quanto magis id obſeruare debebunt homines illi, quorum vita, recta quidem reputatur; ſecundum tamen quamdam exiſtimationem potius communem, quam valde excellentem, quæ nullo patenti cœleſti teſtimonio, adhuc confirmata fuerit?

Punctum XXXVI.

Quomodo regulariter etiam iuſti in hac vita non ſint immunes à peccato veniali.

§. 12. IGitur ante iudiciũ Eccleſiæ de qualitate vitę, & ſanctitatis alicuius, vel aliquorum, verbo, atque ſcripto omnino abſtinendum eſt ab encomijs de illorum pręſeruatione à peccatis actualibus, pręſertim à venialibus, ob aſſignatas rationes, præcipuè ad hæreticorum ora obſtruenda, neue irriſioni, atque contemptui eximia omnipotentis Dei munera, paucis quidem, ne dicam ſoli Dei Genitrici, conceſſa tradantur.

Memores inter cætera verborũ Sancti Bernardi *lib. de præcepto, & diſpenſatione cap.* 14. in quo ex profeſſo tractat, *vtrum aliquis hominũ in hac vita mortali poſſit eſſe abſque peccato veniali*, cui quęſito reſpondet per ſequentia verba, *minimè quidem cuiquam hoc dederim, cũ ipſi quoque de ſe fateantur Apoſtoli, in multis offendimus omnes*, & alibi, *ſi dixerimus, quod peccatum non habemus nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*.

Et cap. 16. §. *Fateor*, inquit, *fateor ſanè impoſſibile, cuius mortalium, vel venialiter interdum non delinquere*; intellige ſemper pręter immaculatiſſimam Virginem Dei matrem.

Idem habetur expreſsè ex S. Cypriano *ſermon. de Eleemoſyna*, & *Nazianz. oratione* 2. *ad Iulianum*, Ambroſio *ſermone* 6. *in Pſalm.* 118. *& in primum caput* Eſaia, *& lib. de fuga ſæculi*, quibus duobus vltimis teſtimonijs S. Ambroſij

vtitur Sanctus Auguſtinus tanquam validiſſimis argumentis, *lib. 2. contra Iulianum*.

Idem habetur ex S. Hilario *ad Pſ.* 118. *in expoſitione illorum* verborum, *aufer à me opprobrium, & contemptum*, ex S. Gregorio 21. *morali, cap.* 9. Vbi diſtinguens inter peccatum, & crimen docet, crimen importare peccatum mortale, nomen verò peccati ſe extendere ad venialia, quo ſtabilito ad vlteriora procedens, cōcedit, hominem poſſe eſſe ſine crimine non tamen ſine peccato, quod deſumpſit ex Auguſtino, *lib. 1. contra duas Epiſtolas Pelagij, cap.* 14. *num.* 2. Paralipo. cap. 6. 3. Regum, cap. 8. *non eſt enim homo, qui non peccet*.

Hanc veritatem inuenio iam aliquo modo determinatam de fide in Concil. Mileuitano Cano. 7. huius Canonis verba ſunt, Pl*acuit, vt quicumq; dixerit in oratione Dominica, ideò dicere Sanctos, dimitte nobis debita noſtra, vt non pro ſe ipſis hoc dicant, quia non eſt eis iam neceſſaria iſta petitio, ſed pro alijs, qui ſunt in ſuo Populo peccatores, & ideò non dicere vnumquemque Sanctorum dimitte nobis debita mea, ſed dimitte nobis debita noſtra, vt hoc pro alijs potius; quàm pro ſe iuſtus petere intelligatur, anathema ſit*, et *Cano.* 8. *Placuit, vt quicumq; verba ipſa Dominicæ orationis, dimitte nobis debita noſtra, à Sanctis dici, vt humiliter, non autem veraciter, hoc dicatur, anathema ſit*. Quam veritatem determinauit de fide Concilium contra Pelagium.

Breuiter ad argumentam Hæreticorum, & aliorum dicitur, verum quidem eſſe Deum nobis præcipere perfectionē vitæ Chriſtianæ iuxta illud Matth. 5. *Eſtote perfecti, &c.* quæ perfectio procul dubio conſiſtit in vnione cum Deo, per charitatem, ſed perfectio, hæc triplex eſt. Prima qua excluditur omne illud, quod poteſt charitatem auertere, & à Deo hominem ſeparare, & hæc quidem ne dum poſſibilis eſt in hac vita, ſed neceſſaria, atq; debita dicitur, cum ſine illa, nullus ſaluari poſſit. Secunda eſt, qua non ſolum excluduntur peccata, quæ à Deo hominem ſeparant, verùm etiam impedimenta cuncta retardantia, quominus in Deum toto feramur corde. hoc quoque poſſibile eſt in hac vita, non vt debitum, ſed tantum, vt de conſilio. Tertia illa eſt, qua homo inſeparabili affectu, actu continuo, Deo coniungitur, quæ non eſt poſſibilis in hac vita, ſed à Deo confertur tantum Beatis in Patria.

Prima, ac ſecunda non excludunt venialia, tertia vero illa penitus excludit, de prima, iam dictum eſt, quod intelligitur illud Matth. 5. *Eſtote, &c.* de ſecunda illud, *Matth.* 19. *ſi vis perfectus eſſe vende omnia, & da pauperibus*, de tertia tandē intelligitur illud Pauli ad *Epheſ.* 5. *non quod iam perfectus ſim*.

Ad illud verò Sancti Ioann. Baptiſtæ de quo canit Eccleſia, *Ne leui ſaltem maculare vitam, famine poſſet, ideò antra deſerti petijt*. Reſpondetur hoc deſideraſſe Ioannem, non tamen legitur, quod conſequutus fuerit illud, quod cupierat, quemadmodum non omnes habentes gratiam, recipiunt auxilium ſpeciale Dei ad euitanda præſertim venialia.

Cupientibus verò ſcire cauſam quarè modo ſigna, & miracula non ſint ita frequentia quomodo erant in exordio naſcentis Eccleſiæ. Reſpondetur ex doctrina Sanctorum Patrum maxime verò S. Gregorij, tom. 2. homilia 29. Quēadmodum nouæ plantæ iugi egent irrigatione, quamdiu teneræ ſunt, nec dum in terra fixas habētes radices; at vbi adoleuerint, atq; creuerit, fructuſq; multos attulerint, & continuo afferunt, inutile atq; puerile profectò reputatur (ne dicam omnino ſuperfluum) illas cōtinuis aquis irri-

irrigare, ita quidem in principio naſcẽtis Eccleſiæ ad plantandam conſolidandamq; veram Chriſti fidem, neceſſe erat ſignis crebris, atq; prodigijs frequentioribus veritatem illius, mentibus credentium, inherere atq; firmiter inſerere.

Nunc autem cum in omnem terram exiuerit ſonus fidei catholicæ, cuius veritati aſſentiunt omnes ferè nationes intuentes illam, tot Martyrum ſanguine ſtabilitam, tot hęroicorum ſanctiſſimorumq; hominum partu fęcundatam, ac Spiritus ſancti diſtributionibus decoratam. Rurſus continuis ſignis, ac miraculis eamdem irrigare, quid aliud eſſet, niſi illam ad primam infantiam reducere, eamq; quodammodo infirmam pronunciare?

Verumtamen ſcire oportet, qualiter miracula nequaquam defecerint in Eccleſia, tametſi non ſint adeò crebra, vt olim fiebant propter aductam rationẽ; Nam in Eccleſia Sancta Dei vſq; ad conſumationem ſeculi diuiſiones gratiarũ, operationes virtutum, poteſtates curationum, & omnia Spiritus ſancti munera cum opus fuerit, nunquàm deerunt, ſed Deus omnipotens per ſanctos ſuos miracula ſemper efficiet, vbi quando, & quoties iudicauerit expedire, ad laudem, & gloriam ſui ſancti nominis, ad fidem catholicam conſeruandam dilatandamq; & ad infirmos imbecilleſq; in ſuſcepta fide alendos, & ſtabiliendos.

Spiritus ſanctus enim ſufficiẽter prouidit, prouidet, & prouidebit Eccleſiæ, in ijs præſertim, quæ ſunt neceſſaria ſiue vtilia ad ſalutem, vt tradunt quamplures Sãcti Patres ad illa 1. Corint. cap. 12. alij datur gratia ſanitatum, alij operatio virtutum, &c. præſertim D. Th. 2.2. q. 128. arg. ſed cõtra, & ar. 1. in corpore ad exordiũ, & 3. p. q. 44. ar. 1. in reſpõſ. ad 4. arg. vbi tradit, quod miracula prę ſertim propter animæ humanæ ſalutem.

Deniquè materiam miraculorum concludam verbis S. Auguſt. ad Pſ. 76. ſuper illis verbis; *Tu es Deus, qui facis mirabilia ſolus*. Vbi poſtquàm dixit *tu verè magnus Deus, mirabilia in corpore, in anima ſolus faciens*. Quibuſdam interpoſitis iterum repetit. *Tu es Deus, qui facis mirablia ſolus*. Et ſtatim ſubdit, *fecit, & Moyſes, ſed non ſolus. Fecit, & Elias, fecit, & Eliſeus, fecerunt, & Apoſtoli, ſed nullus eorum ſolus. Illi cum facerent, tu cum eis, tu quando feciſti, illi non tecum*, tandem concludit, *non enim tres Dij, ſed vnus Deus facis mirabilia ſolus*.

Quorum aliqua magis explicans Sanctus Thomas 3. p. q 43. art. 4. in reſponſ. ad 3. argum. inquit. *Quando aliquod particulare opus, proprium eſt alicuius agentis, tunc per illud particulare opus probatur tota virtus agentis. Sicut cum ratiocinari ſit proprium hominis, oſtenditur aliquis eſſe homo ex hoc ipſo, quod ratiocinatur, circa quodcumquè particulare propoſitum*, ſtatim ſubdens, *& ſimiliter cum propria virtute miracula facere ſit ſolius Dei, ſufficienter oſtenſum eſt, Chriſtum eſſe Deum ex quocumquè miraculo, quod propria virtute fecit*. Ideò dicitur in præcitato, Pſ. 76. *notam feciſti in Populis virtutem tuam*; hoc eſt per mirabilia ſiue miracula à te Deo propria virtute operata, ita ſancti Patres, præſertim S. Auguſtinus vbi ſupra. Et Chriſtus Ioann. 5. de miraculis verba faciens ab eo patratis ex propria virtute dicebat. *Opera quæ dedit mihi pater, vt faciam, ipſa teſtimonium perhibent de me*.

Hinc eſt, quod Sanctus Thomas in corpore præcitati, art. 4. quæſt. 43. 3. p. demonſtrat miracula à Chriſto Domino operata ſufficientia extitiſſe ad manifeſtandam diuinitatem ipſius. Primo ſpectata conditione ſiue ſpecie operum, quæ tranſcendebant omnẽ virtutis creatæ

tæ poteſtatem, ideò de cęco illuminato Ioannis 9. dicitur *à ſeculo non eſt auditum quia aperuit quis, oculos ceci nati; niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquam.* Secundo ex modo, quo miracula Chriſtus faciebat, videlicet propria virtute, iuxta illud, Lucæ 6. *virtus de illo exibat, ſanabat omnes.* Ob id Cyrillus, inquit, *quod non accipiebat alienam virtutem, ſed cum eſſet naturaliter Deus, propriam virtutem ſuper infirmos oſtendebat, & propter hoc, innumerabilia miracula faciebat.*

Quapropter S. Chriſoſtomus homilia 28. in Matth. ad illa verba eiuſdem, Matthei 8. *eijciebat ſpiritus verbo, & omnes male habentes curauit,* dicit: *Intende quantam multitudinem curatam tranſcurrunt Euangeliſtæ, non vnumquodq; curatum enarrantes, ſed vno verbo, Pelagus ineffabile miraculorum inducentes, ex quo oſtendebatur, quod haberet virtutem coequalem Deo Patri, ſecundũ illud Ioann. 5. quæcumquè Pater facit, hæc, & Filius ſimiliter facit,* & ibidem, *ſicut Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic, & Filius hominis, quos vult viuificat.* Tertio ex ipſa doctrina, quia ſe Deum dicebat, quę niſi vera eſſet, non confirmaretur miraculis diuina virtute factis, & ideò dicitur, Matth. 1. *Quæ nam doctrina, hæc noua, quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei?*

Quam D. Thom. doctrinam traditam, artic. 4. quæſt 43. par. 3. ponderans Caietanus ad prędictum art. inquit, *hæc tria benè conſiderata, maximam continent efficaciam,* & poſt pauca, *per modum concluſionis,* ſubdit, *ita quod ſi hæc tria ſimul ponantur impoſsibilè eſt, quin Deum fateamur Chriſtum.* Propter ſcilicet miracula per ipſum operata modo, iam explicato. Ideò cecinit Regius vates in perſona Saluatoris. *Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus.*

INDEX APPENDICIS
ad vltimum Cap. elucidarij.

Sectio I.

1 *Declaratur ſignificatio nominis* Cathalogus Sanctorum.
2 *Adducitur ad idem ſententia Gulielmi in ſuo rationali diuinorum officiorum.*
3 *Refertur ſententia Cardinalis Baronij, qua demonſtratur idem eſſe Martyrologium, & Catalogum Sanctorum.*

Sectio II.

4 E*xplicatur quomodo Pontifices Romani habita notitia ſanctitatis famulorum Dei, ante illorum canonizationem, aliquando concedant facultatem celebrandi diuinum offic. & Miſſam in honorem illorum.*
5 *Narrantur quædam exempla, idem confirmantia.*
6 *Inſinuatur controuerſia, quæ eſt inter ſcriptores circa tempus, quo præciſe incepit* Ec*cleſia* Romana *ſolemni ritu, ac publica pompa Sanctos canonizare.*
7 *Deſcribitur numerus in particulari multorũ Sanctorum, qui ſub hac forma ſolemni, honoreque publico canonizationis fuere, per Eccleſiam condecorati.*
8 *Adducitur quædam animaduerſio circa indicem, vel Catalogum Sanctorum canonizatorum.*

Sectio III.

9 *Adducitur ratio, & cauſa quare per extenſum non referantur ſingulæ Bullæ canonizationis quarum teſtimonio in particulari frequenter vtitur author, huius elucidarij.*
10 *Deniquè referuntur loca in ſingulari, in quibus habentur exemplaria prædictarum Bullarum.*

AP-

Digitized by Google

APPENDIX
Ad vltimum Caput elucidarij.

De Antiquitate ſolemnis canonizationis.

Sectio Prima.

1 CVm in hac appendice ſim relaturus Indicem ſiue Catalogum Sanctorum canonizatorum, per Eccleſiam Romanam præſertim ritu publico, atq; ſolemni, vt modo obſeruatur, vtile duxi explicare in prima ſectione ſignificationem, nominis *Catalogi*. Eſt igitur *Catalogus* ſermo, nomina aliquorum ordinate continens, vt tradit Hoſtienſis in ſua ſumma, titulo *de reliquijs, & veneratione Sanctorum*. Ad finem, vel ſecundum Plautum in milite, ſignificat ſermonem, vel Scripturam, quę numerum, & ordinem recenſet. Quid ſimile habetur 34. diſ. *quorumdam*, ibi de *Clericali Catalogo*.

2 Ideò Gulielmus in ſuo rationali diuinorum officiorum, titulo *de feſtiuitatibus Sanctorum*, interquàm plura inquit. Kalendariũ, & Litanię in quibus enumerantur Sancti, per Romanam Eccleſiam approbati, poſſunt appellari *Catalogi*. ſecũdũ Hoſtien. vbi ſupra nu. 4. *Catalogus* dicitur à Cata, quod eſt iuxta, & logos, quod eſt ſermo, quod deſumpſit Hoſtienſis ex Hug. vt ipſemet ibidem teſtatur, & idem ferè habetur, quemadmodũ dicitur in additionibus ad prædictum locum Hoſtienſis in cap. *quoniam* 19. q. 3. & Gloſſ. cap. *quorumdam* 34. diſtin. ex quibus omnibus ritè, ac rectè colligi poteſt, Catalogum Sanctorũm eſſe ſermonem, ſeu ſcripturam continentem, ſiue in qua enumerantur ordinatè nomina Sanctorum, iam per Eccleſiam Romanam approbatorum, per canonizationem, vt ſæpe dictum eſt præſertim, cap. 1. 2. & 5. iuſti canonizati in Sanctorum Catalogo adſcribuntur. Iubet enim Summus Pontifex, vt viri Dei, per Eccleſiam Romanam canonizati ab omnibus Chriſtifidelibus toto terrarum orbe diſperſis, priuatim, & publicè, vt Sancti habeantur, & nominentur, dieſquè feſtos in ipſorum honore publicè, & ſolemniter celebrentur.

3 Quapropter Cardinalis Baronius in præcapitulatione ad Martyrologium Romanum, cap. 4. ex authoritate S. Auguſtini, S. Cypriani, Tertuliani, Pamelij, & aliorum (vti eſt videre ibidem) demonſtrat *Martyrologium* ſignificare notam ſiue Catalogum in tabulis Eccleſiæ redactum, nomina Martyrum, eorumquè natalitia continens, aliorumquè Sanctorum, quorum memoria leta ſolemnitate colenda eſt.

Sectio Secunda.

4 REfertur Index, ſeu Catalogus Sanctorum, quorum canonizatio, publico, ac ſolemni ritu celebrata fuit per Eccleſiam Romanam, Collectus ex Martyrologio Romano ex notationibus ad illud, & ex varijs ſcriptoribus de vitis Sanctorum.

Ante quem Indicem duo breuiter ponderabo. Primum eſt, quod mos, & conſuetudo fuit, vt Summi Pontifices iuſtis de cauſis animum ſuum mouentibus concederent licentiam, ſeu facultatem recitandi diuinum officium, Miſſaſquè clebrandi, & conſimilia peragendi in honorem quorumdam eximiorũ famulorum Dei, Martyrum, Confeſſorum, vel alterius ordinis. Qui tamen ex hoc (quemadmodum explicatum eſt in primo, & ſecundo capite nequeũt dici verè, & propriè canonizati) vt continuo oſtendit praxis, & vſus Eccleſiæ Roma-

Digitized by Google

Romanæ,vt accidit de S. Hiacyntho Polono, de quo legitur, Clementem Septimum conceſſiſſe in eius honorem officium recitari, & Miſſam celebrari, qui tamen à S. D. N. Clemente Octauo canonizatus fuit anno 1594.

5 Idem etiam apparet in B.Raymundo de Peniaforti, de quo Paulus,Tertius de eius rebus geſtis certior factus, viuæ vocis oraculo omnibus Prouinciæ Aragoniæ prædicatorum conuentibus conceſſit, vt ſingulis annis maxima cum ſolemnitate die poſt Epiphaniam, feſtum B. Raymundi publicè, & ſolemniter celebraretur. Idem ſimiliter indulſit de Beatis Martyribus Ordinis S. Franciſci Daniele, Samuele, & Socijs, Leo X. vt conſtat ex eiuſdem Papæ diplomate. Idem etiam de Beato Caſimiro Caſimiri Polonię Regis Filio, vt ex eius nationis hominibus nouimus. Hoc ipſum etiam de B. Guidone Franciſcano Gregorius XIII. de B. Gonzaluo Pius IV. de B. Andrea Feſulano, Eugenius Quartus, de B. Verdiana, & B. Agneſe Politiana, Clem.VII. & de Martyribus, (vt aliosquè plures prætereamus) Bardo, Petro, & Socijs è Franciſcanorum familia Sixtus Quartus.

6 Non modica controuerſia reperitur inter Scriptores eximios, etiam huius noſtræ ætatis, circa tempus præciſe, quo cæpit vſus (nõ dico canonizationis ſimpliciter, quia vt probaui in primo, & ſecundo capite eſt antiquiſſimus in Eccleſia Catholica, & à tempore Apoſtolorum incepit ritus canonizandi Iuſtos eximijs virtutibus à Deo ornatos) ſed ſermo meus intelligendus eſt de vſu illo publico, ac ſolemni canonizationis,quo nunc vtitur Eccleſia Romana; quidam enim aſſerunt ortum habuiſſe pręfatum ritũ à Leone III. alij vero Stephano III. à quibuſdam nominato Secundo circa annum Chriſti 770.Nam in vita ſancti Suitberti habetur poſtulatam fuiſſe à Pipino Francorum Rege canonizationem eiuſdẽ ſancti Suitberti à Stephano Secũdo, qui primis diebus aſſumptionis ſui Pontificatus mortuus eſt, ideò credunt aliqui ſcriptores, hunc virum Dei fuiſſe canonizatũ à Stephano Tertio. Quamuis, vt refert author notationum ad Caſtellanum de canonizatione Sanctorum quæſt.4. art.1. nu. 27. canonizatio ſecundum formam, quæ hodie ſeruatur exordium habuit de anno 804. quo tẽpore, inquit ille, Leo Tertius ſanctum Suitbertũ Epiſcopum Vuerdenſem, Carolo Magno ſupplicante in Sanctorum numerum retulit. Surius tom.2. in vitis Sanctorum prima Martij. Card. Baron. tom. 9. annal. anno Chriſti 804. Leonis Papæ Tertij verſic.9. altera vero die, fol. 507. Bellarm. in 7. controuerſ. gener. de ſanct. beatitud. lib. 1. cap. 8. verſo *dies* Azor inſtit.moral.lib.5.cap.6. par.2.verſ.2. & Angelus Rocha in Cathalogo Sanctorum,quorum canonizationes inueniri potuerint, & poſt illum Abrahamus Bzouius in Põtifice Romano,cap.32. quibus addit Molfeſius conſilio 46. n. 15.quod Stephanus Papa III. anno 770. Beatum Trudpertum adſcripſit numero Sanctorum,quicquid tamẽ ſit in hac controuerſia nolo quicquam iudicare, ſed indicem promiſſum fideliter hic inſeram.

7 Non me latet quoſdã alios Sãctos relatos extitiſſe eadem forma,ritu, & ſolẽnitate, qua ſupra, in Sanctorum numerum, quemadmodum de S. Rodulpho, de ſancto Chiliano Epiſcopo, Columano Presbytero,Tetnano diacono,& alijs, ſed quia clarè non potui inuenire ſub quo Pontifice,ideò illos omiſi: Sigonius enim lib: 2.de Epiſcopis Bononien.inter Sanctos canonizatos modo prędicto cõnumerat quoſdam, præſertim ſanctum Bononium Abbatem Locedenſem.

Trite-

8 Tritemius de viris illuſtribus ſui Ordinis Sancti Benedicti (vt latius dicam inferius in indice Sanctorum Canonizatorum) maximam Sanctorum eiuſdem inſtituti enumerat multitudinem, creditque, ac reputat cunctos extitiſſe canonizatos, quamuis non omnes publico illo ritu, quo nunc Eccleſia vtitur in Sanctorum ſolemni canonizatione.

INDEX FAMVLORVM DEI, qui publico, atq; ſolemni ritu ab Eccleſia Diuorum albo adſcripti fuere, vt fert ſententia comunis præſtantiſsimorum Auctorum.

Preludia neceſſaria ad prædictum indicem in §§. diſtincta.

§. I.

IN ſequenti indice prætermittuntur quamplures alij Sancti, quamuis ritè, ac verè canonizati, ſeu vt tales per eccleſiam recepti, vel approbati; quemadmodum indicant Martyrologia antiqua, & moderna, communia, & particularia diuerſarum eccleſiarum: prȩſertim verò verba illa, quæ quotidiè repetuntur ad calcem lectionis Martyrologij Romani, quæ ſunt. *Et alibi aliorum plurimorum Sanctorum Martirum, & Confeſſorum, atq; Sanctarum Virginum.* Illorum tamen ſanctorum nomina in ſequenti Indice deſcripta, pro maiori parte oſtendunt illos extitiſſe Monachos, ſeu regulares. Numerus equidem ſimpliciter iuſtorum, quorum animæ gaudent in cœlis æterna beatitudine fruentes, extat infinitus, iuxta illud *Apoc. cap. 7. vidi turbam magnam, quam dinumerare nemò poterat.* Quæ verba non, ſolum à Sanctis Patribus, verum ab ipſamet eccleſia applicata inueniuntur iuſtis cum Deo regnantibus: ideò in officio ſolemni omnium ſanctorum pluriès repetuntur. Sanctus quoq; Gregorius *hom. 27. in Euang.* de ſanctis Martiribus tantum verba faciens, inquit. *Ipſi ſancti Martires Deo numerabiles, nobis ſuper arenam multiplicati ſunt.* ſubdens. *quia quot ſint, à nobis comprehendi non poſſunt; nouit enim eòs tantum ille, qui* (vt in Pſalm. 146.) *numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Hinc eſt, quod innumeri ferè prȩtermittuntur alij ſancti. & ipſi cōmuniter canonizati, etiam plures illorū ritu ſolemni, de quibus ſeparatim, & in veritate hiſtoriæ eccleſiaſticæ optimè fundati edidere nō nulli egregij Auctores Regnorum, ſeu Prouinciarum; vel Religionum, atque eccleſiarum martyrologia, indices, vel prolixiores tabulas famulorum Dei præclariſſima geſta cōtinentes, eorumq. canonizationes, quibus addam illud Philippi Ferrarij in ſuo *Cathalogo ſanctorum Italiæ die 29. Ianuarij in annotatione ad vitam ſanctæ Seueræ Romanæ pagina mihi 61. dicentis. Aliquis fortaſſe mirabitur, cur in Martyrologio Romano neq; Seuera, neq; ſupra memoratorum ſanctorum Martirum vlla fiat mentio; ſed minimè mirandum eſt, quia ſi*

Sancti omnes, quorum acta probata extant in Martyrologia deſcriberentur, illud in immenſum creſceret; & licet Cardin. Baronius multos addiderit ex facultate ſibi à Romano Pontifice conceſſa; multos tamen omiſit, quorum geſta in ſuis eccleſiis probauit. Et vt verbis vtar celeberrimorum Auctorum, præſertim illorum, qui libros, atque volumina edidere de viris ſanctitate illuſtribus Almi Ordinis S. Benedicti *Quis multitudinem Sanctorum eiuſdem Ordinis, vel ſolo etiam nomine enumerare valeat? quorum tantus fertur numerus, vt iuxta Tritemij, & aliorum ſententiam millenarium quintum decimum; iuxta Petrũ Meſsiã, millenariũtrigeſimũ ſecundum, vel ſecundum alios millenariũ trigeſimum ſeptimum, & iuxta Petrum Bugianum millenarium quinquageſimum excedere feratur. Quod ſi alicui hac multitudo incredibilis videatur ſolius Caſsinenſis Monaſterij Sanctos deuotos intueatur, & vnde admirari deſinat, inueniet. Fuerunt enim Sacratiſsimi illius Cœnobij ſancti Canonizati, & in ſanctorum numerum relati quinque millia quingenti quinquaginta quinque*; Idq; comprobatur maximè ex authenticis manuſcriptis, & Probatiſſimis Auctoribus. De Viris ſanctitate illuſtribus ordinis ſãcti Benedicti, inter complures Ioannes Tritemius Abbas ſpanheimenſis lib. 1. de viris illuſtribus cap. 4. ad exordium, quod inſcribitur, *De Sanctis, & Canonizatis ex ordine ſancti Benedicti.* Poſtquam dixit; *per ſeptingentos fermè annos nunquam ſine viris ordo fuit illuſtris*; ſtatim ſubdit. *Et quidem nobis impoſsibile eſt omnium ſanctorum huius ordinis vel ſola nomina deſcribere, quorum tantus eſt numerus, vt multis in ſumma videatur incredibilis.* Vbi apertis verbis ſe loqui teſtatur de ſanctis iam Canonizatis Inſtituti S. Benedicti. Hos omnes ſanctos Monachos certò Canonizatos, ſeu in canonem redactos, expreſsè affirmat poſt Tritemium, & alios *Proſper. Stellartius ordinis Eremitarum S. Auguſtini in libro ab eodem inſcripto. Fundamina, & Regulæ omnium ordinum Monaſticorum, & militarium*, poſt paginam mihi 336. in Tabula, quam vocat *ordinis Nigrorum Monachorum* ad initium. Hoc idem in particulari repetit de ſanctis Almi Monaſterij Montis Caſſini, eodẽ libro poſt paginam mihi 404. in alia Tabula ab eodem Auctore pariter edita, quam *Typus maieſtatis, ac poteſtatis ſacri Monaſterij Caſsinenſis appellat* circa finem. Sacer quoque ordo Eremitarum Camaldulẽſium Diui Romualdi Rauennaten. ſanctos ſui ordinis habet 22. Beatos verò habet 80. ſanctimoniales ſanctas habet octo; Miraculis diuinis claros multorum auctorum communis conſenſus fidem facit, ſatis fideli credere. Mea opinio eſt, quod in ſcriptis inuenimus hoc teſtamur. Ex Martino Baronio, & alijs auctoribus. Petrus, quoque Galeſinius in ſuo Martirologio Romano in notatiobus, ad diem 6. Aprilis; poſt quam dixit de Ciuitate Mediolani, quod ſit Galliæ Ciſalpinę Metropolis, populi mulitudine refertiſſima, quod prima fidei Chriſtianæ elementa ſuſceperit à ſanctiſſimo Apoſtolo Barnaba ſtatim ſubdit. *Archiechiepiſcopos ſanctitatis laude claros in cæleſtiumq; Ciuium numero adſcriptos 36. habuit:* Iner quos non computatur ſanctus Carolus Borromeus, qui tunc viuebat, quando prædictas notationes edidit auctor de quo ſupra, anno ſcilicet 1578. Addens. *Habet præterea nobiles eximia virtute Martires Geruaſiũ, Prothaſium, Calimerum, Naborem, Felicem, Celſum, Narzarium, Sebaſtianum, Victorem, & Socios, Vitalem, & alios quamplures.* Innumeri ferè Auctores præclariſſimi, antiqui, & moderni eximias laudes atque egregia encomia cecinerunt voce, & ſcri-

& ſcriptis S.Patris Dominici primi fundatoris ordinis Prædicatorum, ac etiam virorum dicti ordinis, Nouiſſimè vero prestantiſſimi patres ſacræ Rotę Romanæ Auditores Io.Baptiſta Coccinus, Rotæ Decanus, ſacræquè Pœnitentiariæ ſanctiſſimi Domini noſtri vigilantiſſimus Regens, Alphonſus Manzanedo Patriarcha Hieroſolymitanus, & Iacobus Cauallerius nunc Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ in relatione per ipſos facta Gregorio Papæ XV. *De ſanctitate vitæ, & miraculis B. Ludouici Bertrandi*, ad exordium. ibi enim poſt enumeratos Pontifices ex eadem familia ad apicem Pontificatus Romani eucctos, & Cardinales ex eodem ordine aſſumptos de viris ſanctitate inſignibus, expreſſis verbis recenſent quæ ſequuntur.

Exiuit in omnem terram prædicantium ſonus fundatore B. Dominico, qui innumerabiles filios ſanctitate, & doctrina præſtantes ad orbis peperit ornamentum, inter quos clariori lumine fulgent D. Thomas Aquinas, s. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, s. Raimundus, s. Vincentius Ferrer: s. Hiacynthus Polonus, s. Petrus Martyr, BB. Albertus Magnus Epiſcopus Ratisbonenſis, Iordanus, Venturinus, Henricus Suſo, Simon Ariminenſis, Iacobus Venetus, Io. Teutonicus, Petrus Gonſaluus, & Egidius. Inter fæminas vero ſanctitate conſpicuas elucet Catarina *Senenſis, B. Sibillina Papienſis, B.* Mar*garita à Caſtro,* B. *Agnes à Monte Poletiano, Beata Margarita Filia Regis Vngariæ. Martirij vero corona nobiles, qui proprio Chriſtianæ Religioni ſanguine gloriam peperunt, inter alios celebratur F. Paulus de Vngaria, et Socij 90. qui diuerſo mortis genere ab infidelibus interempti sũt; eodem ferè tempore triginta duos huius ordinis Milites in flumen ſubmerſos, & viginti ſex palis confixos, & ſex ab hæreticis capite obtruncatos, qui proprium caput vt fertur, ad monaſterium detulerunt, ſummis laudum præconijs hiſtoria venerantur. Longum foret huius ordinis commilitones doctrina, martirio, & ſanctitate præclaros recenſere, quorum triumphos integra teſtantur volumina, ſuſpicit orbis terrarum, & vniuerſalis decantat Eccleſia.*

§. II.

COllectus ſanè fuit ſequens Index ex Bullis Canonizationis ipſorum, ex Breuiario Romano, ex Martyrologio pariter Romano, Adonis Vienenſis Epiſcopi, quod meritò appellatur Vetuſtatis monumentum, Fons, & origo aliorum Martyrologiorum, de quo ipſemet Auctor poſtquam dixit in præfatione ad illud, iuſſu Sanctorum virorum conſcriptum, in quo memorias Martyrum, eorumque geſta latius enarrauerat; tandem circa finem inquit. *Huic operi, vt dies Martyrum veriſſimè notarentur, qui confuſi in Calendis ipſis inueniri ſolent, adiuuit venerabile, & perantiquum Martyrologium ab Vrbe Roma Aquilegiam, cuidam Sancto Epiſcopo à Pontifice Romano directum, & mihi poſtmodum à quodam religioſo Fratre aliquot diebus præſtitum, Quod diligenti cura tranſcriptum apud Rauennam in Capite eius paſſiones ſanctorum Paulo longius ponendas curaui.*

Hoc eſt illud Martyrologium valdè deſideratum à ſancto Gregorio Pontifice Maximo, quemadmodum apertè demonſtrant verba epiſtolæ ipſius Sancti Pontificis, quam ſcripſit ad Eulogium Alexandrinum Epiſcopum, *libro ſeptimo epiſtola vigeſimanona*. Ipſum namque Martyrologium fuit deinde auctoritate Apoſtolica ſæpe auctum, & additionibus, ſeu notis, vel notationibus,

Digitized by Google

& appendicibus illuſtratum per Vſuardum Molanum, Cardinalem Baronium, Monſadrum, & Petrum Galeſinium. Deſumitur quoque hic index ex Cathalogo Sanctorum Petri de Natalibus, & Philippi Ferrarij, ex Surio, Lippomano, ſancto Antonio, Voragine, Petro Ribadenera, Tritemio, Mombritio, Arnoldo. Vuion, Auctore ligni vitę totius Religionis s. Benedicti, ex Enriquez, Hortenſio, Auctore faſciuculi ſanctorum ord. Ciſtercieñſium, ex Petro Caniſio, Vincentio Beluacenſi, Bernardo Britone, Peralio Vallisbonæ, Platina, Panuino, Flaminio alijſq; ſcriptoribus vitæ Sanctorum, atq; Pontificium Romanorum.

§. III.

Ritus etenim ſolemnis Canonizationis modo quò (licet auctus) vtitur nunc Eccleſia Romana iuxta cōmuniorem, ac veriorem ſententiam ortum habuit circa annum Domini 768. ſeu 770. tempore Pontificatus Stephani Quarti, Dicti Tertij (eò quod Stephanus Secundus, qui tres dies tantum ſedit, à multis non computatur inter Pontifices Romanos (Hic Stephanus Quartus aſſumptus fuit ad Pontificatum *Nonis Augusti, anno* 768. Natione extitit Syracuſanus, & Monachus Sancti Benedicti, & ob vitæ ſanctitatem communiter ſanctus reputatur. *Ex Tritemio libro* 4. *cap.* 6. *ex Pannino in Epitomis, & Cronicis, ex Platina, & alijs in vita ipſius; præſertim ex Thoma Faſello Ord. Prædic. lib.* 4. *cap. primo Decadis prioris rerum ſiculorum, ex Cardin. Baronio in annal. ad annum Chriſti* 768. *ex Anaſtaſio Bibliotecario in vita ipſius. Et ſanctus Lugderus Monaſterienſis Epiſcopus in vita S. Suiberti capit.* 3. aſſerit, Canonizationem ipſius ſancti poſtulatam fuiſſe à Pipino Rege Francorum Anno Domini 655. ab Stephano Papa Secundo, & anno ſequenti impetraſſe Canonizationem dicti ſancti, vt ſcribit *Democheres in tabula Epiſcoporum Herbipolenſium.* Idem tradit Auctor indicis omnium Germaniæ Epiſcopatuum *cap.* 9. Et s. Brucardus Herbipolenſis Antiſtes, qui ſedere cœpit anno 750. anno ſequenti impetrauit à Summo Pontifice Zaccharia Canonizationem B. Kiliani Epiſcopi, & Colomani Presbyteri, & Totnani Diaconi, qui pro iuſtitia ſanguinem feliciter fuderunt anno 684. Ita tradit *Auctor hyſtoria S. Brucardi lib.* 1. *cap.* 10. Ex quibus conijci pòteſt, quod non à tempore Leonis Tertij; ſed multo antea incèperat ritus ſolemnis Canonizationis in Eccleſia Romana ſancta, & Apoſtolica Canonizatio enim ſancti Trudperti Martyris ex familia ſancti Ruperti Epiſcopi Salisburgenſis ab omnibus ferè exiſtimatur prima inter illas ſolemni ritu à Pontifice Romano celebratas, quæ incidit, vt non nulli teſtantur, in annum Domini 770. tempore Stephani Quarti communiter Tertij appellati. *Ita tradunt, inter alios, tabula eccleſiæ, Conſtantienſis, Kalendarium German. Kalend. eccleſiæ Salisburgenſis, Auctor Indicis cunctorum Epiſcoporum Germaniæ, Andreas Molfeſius conſil.* 46. *num.* 15. *& Philippus in Cathalogo generali ſanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, quinto Kal. Maij, hoc eſt, die* 27. *Aprilis,* & multi aſſerunt *hanc primam extitiſſe ſolemnem Canonizationem, vt communiter traditur; antequam fortaſſe fuerunt, & aliæ, de quibus non plenè conſtat.* Et vt refert Cardinalis Baronius *tomo* 10. *ſuorum annal. ad annum Chriſti.* 993. *§. non eſt autem prætermittendum, ſub littera. C. inter alia ab eo adducta circa ſanctorum Canonizationem, inquit. Non eſt autem prætermittendum canoni-*

zatio.

zationis Sanctorum vſum hoc tempore in eccleſia frequentem reperiri. Nam Petrus Damianus in epiſtola ad Henricum Rauẽnatem epiſcopum, hæc habet de pluribus, qui tunc Floruere ſanctis epiſcopis. Noſtra quippe ætate, inquit, Beati viri, videlicet Romualdus Camerinenſis, Amicus Ramibonenſis, Guido Pompeſianus, Firmanus Firmenſis, & quam plures alij ſanctæ conuerſationis ſtudio floruerunt, ſuper quorum videlicet veneranda cadauera, ex Sacerdotalis Concilij auctoritate ſacra ſunt altaria erecta, vbi nimirum diuina myſteria miraculis exigentibus offeruntur. Et paulo poſt meminit de B. Arduino Presbytero his temporibus miraculis claro. Concedere autem licentiam ex ſynodali decreto, vt ſupra corpus defuncti erigeretur altare, hoc ipſum erat inter ſanctos annumerare, vt anniuerſaria memoria de eis agi poſſet, quod idem narrat de s. Romualdo Rauennate in fine vitæ ipſius. Ex verbis Card. Baronij colligitur anno 993. extitiſſe vſum in Eccleſia ſanctos ſolemni ritu canonizandi, quod tunc, vt aſſerit ille, erat frequens igitur antea introductus.

Ex eiſdem etiam ſcriptoribus, de quibus ſupra, colligitur primo antiquitas ſolemnis, ac publicæ iuſtorum Canonizationis, qui ritus, atque ſolemnis ceremonia poſt Alexandri Tertij tempora multo celebris extitit, & in dies maiora incrementa ſolemnitatis ſuſcepit *ex Rit. Romano*. Secundo. Præbent modum ſatiſfaciendi interrogationi illorum, qui cupiũt ſcire, quomodo veteres iuſti, ſanctiq; Confeſſores Cathalogo Diuorum fuerint adſcripti, dicendo, quod poſt illorum fœlicem obitum propter maximam euidentiam vitæ ſanctitatis, & patrationis miraculorum cœperunt coli, eorumque memoria celebrari de ſcitu, conſenſu, & facultate Apoſtolica, quam tunc habebant Epiſcopi, vt latius dictum eſt *cap. 1. huius elucidarij num. 33. & ſeqq.* accedente inſuper licentia, vel approbatione s. Sedis Apoſtolicæ, qua inſtitutus fuit annuus dies feſtus in ipſorũ honore, erecta altaria, atque Templa, in quibus ad eorum reuerentiam, & laudẽ ſacrificia offeruntur Deo, & diuina officia decantantur.

Namq; de ſanctorum Martyrum canonizatione communiſſimum, & indubitatiſſimum extat apud omnes præſertim fideles, idq; innumeri ferè auctores præter communem eccleſiæ traditionẽ apertè nimis aſſerunt, probant, atq; demonſtrant. Singulos tamen breuitatis cauſa prætermitto contentus eximij teſtimonij circa hoc *Menſurij Epiſcopi Carthaginenſis, qui floruit circa annum Domini 296. S. Auguſtini in Breui. cap. 5. & lib. 20. contra Fauſtum cap. 21. Optati Milleuitani lib. 1. contra Parmenianum. Victoris Vticenſis lib. 1. non procul à fine*, id apertè demonſtrantis. *S. Cipriani epiſtola 37. Troilus quoq;* Maluetius *Iuris Conſultus*, qui inter alia multa *tratratu de Canon. Sanct. tom. 14. dub. 4. num. 46.* recenſet Canonizationem s. Appolionis Eremitæ natione Græci, qui tempore Chriſti Redemptoris noſtri dum aliquibus paſtoribus in quadam ſilua prædicaret Chriſtum eſſe verum Mesſiam, & Saluatorem generis humani, impiè à Iudæis clauis ligneis fuit occiſus, qui tandem à Nicolao Papa Primo cui s. Eremitæ Martyrium à Deo fuerat reuelatũ, in ſanctorũ numerum refertur.

Denique in celeberrima totius orbis Bibliotheca Vaticana conſeruantur manuſcripta fidelisſima, & vetuſtisſima, in quibus leguntur non ſolum vitæ, & acta ſanctorum Martyrũ; verũ etiam inter illa inueniuntur Lectionarij, & Antiphonarij Martyrũ, in quibus pariter videre licet ſæpius repetitũ, quod infideles, maximè tiranni, rigoroſius præcipiebant, curabantq; vt ss. Martyrum corpora, vel

Digitized by Google

reliquiæ in mare proijcerentur, ſeu alibi conculcarentur, aut occultarentur (aſſignata huius impietatis cauſa ſeu ratione) ne deificarentur, hoc eſt ne per Romanos Pontifices in ſanctorum Cathalogũ redigerentur.

Nõnulla alia ſcitu digna ad idẽ pertinentia inueniet Lector apud ſcriptores Martyrologij Romani, præſertim apud *Card. Baroniũ Titulo de Martyrologio Romano c. 4. inſcripto de antiquo cultu Sanctiſsimorum Martyrum, & ſeqq. cap. eiuſdem tituli.*

§. IV.

SVpradicti Auctores, ex quorum placitis ſequens index decerptus eſt, optimè quidem cognouerunt, quinam inter famulos Deis appellari debeant ſancti, eò quod ſolemni ritu fuerint albo ſanctorum per eccleſiam Romanam adſcripti, & pariter, qui ex viris Dei dicantur Canonizati non tamen ritu ſolemni, quod diſcrimen dilucidè ſæpius explicarunt, expreſsè de aliquibus dicendo illos eſſe Canonizatos per Sedem Apoſtolicam addentes ſequentia, vel ſimilia verba, *non tamen ritu publico, vel ſolemni*; Quemadmodum de S. Brunone Auctore ſacri Inſtituti Carthuſianorũ, de quo ſcribunt, in Cathalogum ſanctorum Confeſſorum à Leone Decimo relatum eſſe, non ſimpliciter; ſed cum ſequenti additione. *abſq; tamen ſolemni ritu, qui in Sanctorum Canonizatione adhiberi ſolitus eſt*. Ita præſertim *Philippus Ferrarius in ſuo Cathalogo Sanctorũ Italiæ in annotatione ad vitam eiuſdẽ s. Brunonis die ſexta Octobris.* Cuius ſancti Cõfeſſoris officiũ *Gregorius Decimus Quintus, vt apponi poſsit in Breuiario Romano, præmiſſo ſuper hoc Illuſtriſsimorum DD. Cardinalium ſacræ Rituum Congregationis facultatem conceſsit* 1623.

De Sancto quoq. Arduino Præsbytero Ariminenſi ſcribit *Card. Baronius in Annal. ad annum Domini* 993. quod in albo ſanctorum ſit deſcriptus: *abſque tamen conſueta eccleſiæ ſolemnitate.* Quod videtur approbare Ferrarius in ſuo Cathalogo in Annotatione ad vitam ipſius ſancti ad diem 16. Auguſti.

Auctor quoq; ligni vitæ totius Religionis S. Benecti *par. 2. lib. 3. die 26. Iulij de s. Simeone Monacho, & Eremita. Connumeratus eſt (inquit) in numerum ſanctorum à Benedicto Papa Octauo petente, ac rogante Illuſtriſsimo Duce, & Marchione Bonifacio Tedaldi Filio.* Cuius Canonizationis Breue per modum Epiſtolæ directum eidem Bonifacio ad integrum ibidem refert, quod libuit hic cum ſua inſcriptione appoſuiſſe, videlicet.

Incipit Epiſtola Benedicti Papæ de Canonizatione, & Conſtructione Eccleſiæ Sancti Simeonis Monachi.

B*Enedictus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Bonifacio Gratia Dei Marchioni inclito ſalutem cariſsimam cum benedictione Apoſtolica, requiſiſtis Iudicium noſtrũ ſicut dignum fuerat vtrum in honore Simeonis nuper ſanctificati, quod opera probant, & innumera, ac diuina miracula teſtificantur liceret vobis eccleſiam conſtruere, & eius venerabile corpus honorificè collocare ibidem. De quo reſpondemus; ſi ita corruſcat miraculis, vt veſter homo nobis aſſeruit, ædificate eccleſiam, collocate in ea eumdem, iuxta quod altare cõſecrari rogate. In quo reliquiæ antiquorum ſanctorum recondantur cum ſacratiſsimo Corpore D. N. Ieſu Chriſti, & ſic demum diuina miſteria celebrantes, tractate eum, vt ſanctum, ſanctus ſanctorum reddat vobis mercedem Sancti, ſicut ipſe dixit: Qui recipit prophetam in nomine Prophe-*

Digitized by Google

ta mercedem Prophetæ accipiet. Ipſe inſpector eſt rerum, & cordium, & ipſe illi dignam compenſationem remuneret, & vobis pro tanto deſiderio ſuam indulgeat gratiam. Amen. Ex verbis cuius Bullæ liquidò conſtat de illius Canonizatione non tamen ſecuta publicè, ac ſolemni ritu. Refert quoque idem Auctor vbi ſupra aliud Breue Leonis huiuſmodi directum Epiſcopo Mutinenſi circa eleuationem corporis dicti S. Simeonis, & veneratione reliquiarum ipſius.

Inſuper prædicti Auctores diſtinctè tradunt de alijs famulis Dei reputatis ſanctis, & Canonizatis, adhuc non eſſe Cathalogo ſanctorum per Eccleſiam adſcriptos ſolemni ritu, ſed tantum Beatificatos; vti de ſancto Bernardo Epiſcopo Parmenſi ordinis Vallis Vmbroſæ *die 4. Decembris*, & de S. Philippo Confeſſore ordin. Seruorum *die 23. Auguſti*. De s. Syro Epiſc. Patauino *die 31. Auguſt.* & de S. Alberto Confeſſore Beſutio omnino diuerſo à B. Alberto Carmelita, & alijs eiuſdem nominis, & de Sancto Petro Parentino Martire apud Vrbem veterem de quo ſcribit *Ferrarius vbi ſupra ad diem 20. Maij, etſi inter ſanctos non dum quod ſciatur repoſitus eſt; ab eccleſia tamen Vrbe Vetana Natalis illius duplici ritu celebratur.*

Et quod amplius eſt, alios quoq; viros Dei recenſent à multis appellatos ſanctos, qui ſolum Beatificati inueniuntur: Ideò cenſent illos veriùs referendos eſſe, non inter Sanctos; ſed inter Beatos tantum, vti de s. Petro Damiano viro doctiſſimo Rauennatenſi Cardinali S. R. E., qui arctioris vitæ deſiderio Cardinalatui vale dixit, & in habitu Monaſtico ſanctiſſimè vixit, qui proextinguenda Nicolaitarum hæreſi valde laborauit: Eccleſiam Mediolanenſem ad Romani Pontificis obedientiam, Ciuitatemque ſuam Rauennatenſem ab Epiſcopo ſuo ſeductam ad Eccleſiæ Romanæ gremiũ reduxit. Plura, & magna miracula Deus per ipſum edidit, inter quæ illud fuit, quod bis ad illius interceſſionẽ, aquam in vinum conuertit. Cuius ſacri Corporis depoſitio Fauentiæ celebratur, & ſolemni Proceſſione honoratur *die 23. Februarij*, quem eadem Ciuitas tamquam Patronum, & Protectorem vna cum B. Sabino Epiſcopo, & Martyre. S. Emiliano, & B. Terentio Confeſſore ſummoperè colit. *ex vita eiuſdem ſancti per Ioannem Monachum eius diſcipulum conſcriptam, & pariter ex vita eiuſdem per Ioannem Antonium Flaminium Foro Corneliensem, & ex Auguſtino Fortunio Monacho Congregationis Camaldulenſis, & ex Hieronymo Rubeo in hiſtoria Rauennatenſi lib. 5.*, De quo inter alios ſcribit Philippus Ferrarius in Annotatione de S. Petro Damiano Epiſcopo Oſtienſi, & Cardinali. *Non dum in ſanctorum numerum relatus eſt; illum tamen Ciuitas Fauentina vti Protectorem ſuum hac die ſcilicet 23. Februarij præcipuo honore veneratur*; Eius etenim corpus reconditum eſt in eccleſia Abbatiali S. Mariæ Angelorum ord. Ciſtercienſium. Et de ſancto quoque Henrico Daniæ Regis Filio Tertij ord. Minorum S. Franciſci, cuius corpus Peruſiæ miraculis coruſcans venerationem habet. De quo animaduertit Ferrarius in Annotat. ad vitam ipſius *die 13. Martij. Etſi hic ſanctus in Cron. Ord. Min. par. 3. lib. 1. cap. 31. nominetur ſanctus; inter Beatos tamen illum reponimus, quod non dum in Martyrologio ſit adnotatus, neque officio aliquo eccleſiaſtico de Apoſtolicæ Sedis conceſſione colitur.* Idem etiam proportionaliter dici poteſt de ſancta Humilitate patria Fauentina prima Abbatiſſa Cœnobij ſancti Ioannis Euangeliſtæ propè Florentiam, cuius corpus euerſo iam prædicto Monaſterio in Eccleſiam s. Antonij in Vrbem Florentinam

tran-

Digitized by Google

tranſlatum fuit. Demum in Cœnobium S. Saluij non longè ab eadem Vrbe *die* 14. *Auguſti* 1534. honorificè conditum fuit. Et de Sancta Margarita Patria, & ipſa Fauentina diſcipula eiuſdem ſanctæ Humilitatis, de quibus agũt *die* 22. *Maij*, & 26. *Aug. præſertim Auctor ligni vitæ ord. S. Benedicti p. 2. lib. 3. pag. mihi* 172. *&* 285. *& Ferrarius in ſuo Cathalogo in Annot. poſt vitam ſanctæ Humilitatis ad prædictam diem* 22. *Maij*; *& Auctor vitæ Sanctorum, & Beatorum ordinis Vallis Vmbroſæ*. Pariter quoque idem profe-runt de S. Guidone Confeſſore Cortonenſi Ord. Minim. ad diem 12. Iunij, etſi Gregorij Decimi Tertij Pontificis Maximi conceſſione de illo officium eccleſiaſticum recitetur. Et de ſancta Clara Virgine apud Montem Falcum, de qua celebratur feſtum, & recitatur Diuinum Officium in toto Ordine Auguſtinianorum, vt latius in Breue conceſſionis Sanctiſſimi D. N. Vrbani Papæ Octaui relato *cap.* 1. *huius elucidarij pagina* 35. vt alios quamplures breuitati ſtudens omittam.

§. V.

INſuper prænominati Auctores cognouerunt, ſuiſq; ſcriptis demonſtrarunt quoſdam alios viros Dei nondum Beatificatos, habere tamen venerationem apud aliquas eccleſias, vt puta de famulo Dei Hieronymo Aemiliano Sũmaſchenſium Inſtitutore: ſcribit *Ferrarius in ſuo Cathalogo ſanctorum Italiæ in Annotat. ad illius vitam ſub die* 7. *Martij* per ſequentia verba. *Officio nondum colitur Eccleſiaſtico. Et licet nulla hactenus Sedis Apoſtolicæ conceſſione eum vti Beatum venerari datum ſit, multo tamen eius ſepulchrum ob patrata miracula habetur in honore*. Et de B. Torello Eremita Vallis Vmbroſæ idem Auctor poſt illius vitam die 17. Martij ita ſcribit. *Et S. Torellus in Diuos relatus non eſt: neq; illum Religio Vallis Vmbroſana officio eccleſiaſtico veneratur. Pupij tamen*, (quod eſt Caſtrum Etruriæ, in quo natus, & mortuus, & ſepultus eſt Vir Dei) *dies feſtus illius ſolemniter celebratur*. Pariter quoq; de viro Dei Alexandro Saulio Generali Clericorum Regularium s. Pauli decollati poſtea Alerien. inde Papien. Epiſcopo conſtat, quod publicam habet venerationem Papiæ, & alibi ob miraculorum claritatem, & vitæ ſanctitatem, vt colligitur ex proceſſibus, non ſolum auctoritate ordinaria; ſed etiam Apoſtolica fabricatis, ac ſacræ Congregationi Rituum iam præſentatis: & ex alijs auctoribus eius vitam conſcribentibus. Inter hos connumerari etiam poteſt Vir Dei Iacobus Philippus Fauẽtinus ord. Seruorum multis clarus miraculis, cæcis enim, mutis, & alijs diuerſi generis infirmis, Deus ipſius meritis contulit ſanitatem: qui teſte eodem *Ferrario in Annot. ad vitam ipſius die* 15. *Maij præcipuè die prædicta habuit, & habet venerationem in eadem* Ciuitate *Fauentina, & Papienſi*. His quoque addi poteſt famula Dei Maxima Virgo, quæ apud Forum Iulium, & Aquileiam venerationem obtinet. *Ex Petro in ſuo Cathalogo ſanctorum lib.* 5. *cap.* 7. Vir quoque Dei Ieiunius Monachus S. Baſilij, qui apud Hieracenſes in Calabria magnam habet venerationem. *Ex Paulo Regio, & Dauid. Rom. in* Cathalogo *SS. Regni Neapolitani*. De Beato quoque Donato Monacho Petinenſi Congregationis Montis Virginis animaduertit *Ferrarius in Annot. ad vitam ipſius die* 18. *Auguſti*, quamuis aliqui illum ſtatuant inter ſanctos Canonizatos: non dum tamen extat ritu ſolemni per Eccleſiam Cathalogo Sanctorum adſcriptus. Verba eius ſunt. *Arnoldus Vuion lib.* 3. *ligni*

vi-

Digitized by Google

vitâ hunc Sanctorum numero adſcriptū aſſerit; quod tamen incertum eſt, cum non dum illum Monachi Montis Virginis officio eccleſiaſtico colant. Pariter de ſancta Margarita pœnitente ſcribit Ferrarius in annot. ad vitam ipſius die 23. Februarij: *nondum in ſanctas Mulieres relata eſt, ſed tamen præcipuam venerationem apud Cortunenſes habet.* De S. Eberardo Epiſcopo Aprutino tradit idem Ferrarius vbi ſupra in annot. ad vitam ipſius: *an in ſanctos relatus ſit mihi incōpertum. Celebratur tamen eius memoria, vt accepimus ab eccleſia Aprutina ſolemniter.*

Neque concludit quorumdam argumentum, Beatus vt puta Eberardus appellatur ſanctus etiam in Martyrologio Romano, igitur pro Canonizato haberi debet, cum hæc nomina, *Sanctus*, & *Beatus*, aliquando confundantur, quamuis inter ſe ſint diuerſa, atque diſtincta: vt copiosè demonſtraui ſuperius in hoc elucidario, *ad initium cap. 2.* Ideò Ferrarius vbi ſupra in annot. ad vitam ſanctæ Margaritæ Viduæ Septempedanæ *die 28. Auguſti* (quæ Vrbs nunc ſancti Seuerini appellatur) inquit. *Nondum in ſanctas Mulieres ſolemni ritu relata eſt; diem tamen natalis ipſius ex Apoſtolica Sedis licentia celebratur, ſanctaq; in Martyrologio, paſsim nominatur.* Et in annot. ad vitam Beatæ Agnetis Virginis Aſſinatis ord. Min. *die 29. eiuſdem menſis Auguſti,* ait. *Et ſi in ſanctarum numerum nō relata ſit: ſancta tamen paſsim nominatur Aſsiſij, ac in Cron. ord. min. p. 1. lib. 8.*

§. VI.

PRænominati ſanè Auctores diſcrimen ab eis largiter cognitum inter Iuſtorum depoſitionem, eleuationem, tranſlationem, relationem; & Canonizationem, præſertim ſolemnem eximiè explicarunt. Quamobrem, quos ipſi optimè ſuam fundantes intētionem certò pronunciant ſolemni ritu Canonizatos, ita eſſe credendum eſt: etiam ſi aliquando omittatur tempus, vel nomen in ſpecie Pontificis Romani per quem extiterunt Canonizati.

In hoc denique Indice conſultò prætermiſſus fuit dies, & annus Canonizationis, propter non modicam diuerſitatem, circa hoc, ſcriptorum, qui tamen, vt plurimum concordes extiterunt circa actum ſolemnis Canonizationis, & Pontificem. Ideò certa pro certis, dubia pro dubijs referuntur.

Ex his enim neceſſarijs præludijs colliguntur ſequentia.

Primo, Finis ſequentis Indicis.

Secundo, Ex quibus Auctoribus præcipuè deſumptus fuerit ſequens index.

Tertio, Tempus, quo in eccleſia incepit vſus, ſiue ritus ſolemnis Canonizationis iuſtorum.

Quarto, Quod non omnes appellati, vel habiti tanquam Sancti, eorum nomina recenſentur in eodem indice: ſed eorum tantum, de quibus certò conſtat, vel eſt conſtans traditio, ſiue extat auctoritas grauiorum Doctorum, quod fuerint ſolemni, ac publico ritu ab eccleſia Canonizati.

Quinto, Quomodo multi iuſtorum gaudent nomine Sancti, qui tamen non dum ſunt, nec ſecreto, nec pubitco ritu adhuc per eccleſiam Romanam Canonizati; ſed tantum Beatificati.

Sexto, Diſcrimen inſinuatur inter iuſtorū depoſitionem, eleuationem, tranſlationem, relationem; & Canonizationem, & pariter inter Canonizationem priuatam, & publicam, ſeu ſolemnem.

Septimo, Per quos Pontifices Romanos quilibet eorum in album Sanctorū fuerint relati.

NV-

Digitized by Google

NVMEROSVS CATHALOGVS illorum Iuſtorum tantum, qui publico, ac ſolemni ritu ab Eccl. Romana Diuorum albo adſcripti fuere, in tanta amplitudine (quod ſciam) nondum æditus.

A

SAnctus Adalbertus Epiſcopus Pragenſis, deinde Gneſnenſis Martyr, ad inſtantiam Imperatoris Otthonis, Ruffi, & Boleslai Regis Poloniæ fuit ſolemniter Canonizatus, vt fertur, per Gregorium Quintum, cuius brachium dono collatum à Boleslao Otthoni præfato valde deuoto erga ſanctum Præſulem, ob maxima beneficia ipſius interceſſione à Deo obtenta, modo conſeruatur in Eccleſia s. Bartholomei in Inſula Tiberina de Vrbe, cui donatum eſt ab eodem Otthone. *Scrptores rerum Bohemorum, & Polonorum; præſertim* Martinus *Cromerus lib. 3. & Ioan. Dlugoſch Canonicus Cracouienſis ad annum Domini. 997. & 1001. &* Martyrologium *Romanum die 23. Aprilis, & 13. Calendas Nouembris.*

S. Adelmus, ſeu Ædelmus, vel Ædhelmus (ita diuerſimodè appellatur) Epiſcopus Schiburnenſis in Anglia neſcitur per quem; videlicet Pontificem Romanum, de quo, etſi non extent (quod ſciatur) Bullæ Canonizationis; apud tamen nonnullas particulares Eccleſias Breuia ſpecialia de illius Canonizatione memoriam facientia inueniuntur. multæque Bullæ conſimiles varijs accidentibus deperdite fuere.

S. Ælfelgus Vuitonæ Epiſcopus, ac Martyr. Non dicitur per quem.

S. Ælredus Abbas Rieualis in Anglia mortuus 1566. magna de ſe opinione ſanctitatis relicta, ſucceſſu temporis Cathalogo ſanctorum adſcriptus dicitur: *Auctor Faſciculi ſanctorum Ciſtercienſium lib. 2. diſt. 26. cap. 23. circa finem. Tacetur per quem Pontificem Romanum.*

Qua occaſione cogor animaduertere, quod non ſolum hic Auctor, & ille pariter ligni vitæ ſanctorum ord. s. Benedicti; ſed alij quoque, ex quibus deſumptus eſt hic Index pro certo, atque indubitato de his, ac alijs in hoc Cathalogo enumerandis ſcribũt, illos eſſe certo Canonizatos ritu publico, & ſolemni, & ſi aliquando omittatur per quem Põtificem Romanum.

S. Albericus Abbas ſecundus Ciſtercij, cuius nomen adſcriptum eſt Cathalogo ſanctorum. *Brito in vita ipſius, & Auctor Faſciculi ſanctorum dicti ordinis, lib. 1. diſt. 2. cap. 5. circa medium.* Tacetur nomen Pontificis.

S. Albertus, vel ſecundum alios, Adelbertus Monachus s. Maximini Treuerenſis primus Archiepiſcopus Madeburgẽſis, certo Canonizatus, ſed neſcitur per quem, intellige Pontificem Romanum.

Sancti illi ſuperius in hoc Cathalogo adducti, ac inferius adducendi, tanquam certo ſolemni ritu Canonizati, quamuis ignoretur à quo, ſeu per quem Pontificem Romanum determinatè, pro maiori parte ne dicam omnes, vt tales referuntur ab Auctore ligni vitæ Benedictinorum *tom. 2. in* Martyrologio, *vel à Ferrario in vtroq. ſuo Cathalogo ſanctorum.* ſæpius memoratis, niſi aliter caueatur.

* S. Al-

Digitized by Google

*S. Albertus, ſeu potius B. Albertus de monte Drepano ord. Carmelit. per Calixtum Tertium, ſiue Sixtum Quartum ita (licet non rectè) aſſerunt Galeſinus, Rocca, & Turrigius, cum in rei veritate quemadmodum ſuperius demonſtratum eſt euidenter. *cap. 1. huius elucidarij num. 41. puncto* 18. Fuerit hic famulus Dei per eoſdem Pontifices Beatificatus tantum. Nam ex indulto Calixti Tertij cõfirmato à Sixto Quarto, vt animaduertunt *Baronius, Ferrarius, & alij ad diem 7. Auguſti* conceditur, vt de illo poſſit coli feſtum, & recitari officium Eccleſiaſticum; licet non dum in ſanctorum Cathalogum ſit redactus: quemadmodum nec B. Albertus Beſucius Confeſſor apud lacum Verbanum, vt animaduertit Ferrarius in ſuo Cathalogo ſanctorum Italiæ die 3. Septembris. Inter quos non Canonizatos cõnumerari etiam debent B. Andreas Corſinus. B. Laurentius Iuſtinianus primus Patriarcha Venetus, Reginaldus Epiſcopus Nucerinus, Petrus Abbas Peruſinus, Ioannes de Capiſtrano, Eberardus Epiſcopus Aprutinus, & alij multi, quos breuitatis cauſa omitto, de quibus, & ſi colatur feſtum, & recitetur Diuinum Officium ex ſpeciali facultate Apoſtolica: quamuis etiam in Martyrologio Romano inueniantur deſcripti, & ab aliquibus vt Sancti Canonizati reputati; non tamen propter hoc debent poni in numero ſolemniter Canonizatorum; ſed Beatorum tantum, vel ſaltem in numero eorum ſanctorum, de quibus non eſt compertum, an inter ſanctos ſolemni ritu Canonizatos adhuc relati fuerint.

S. Albertus Ianuenſis ordinis Ciſtercienſis Conuerſus per Alexandrum Quartum. ex *monumentis eccleſiæ Ianuen. ex hiſtor. & martyrolog. eiuſdem ordinis*.

S. Aldrebandus in Æmilia natus, Canonicus Regularis, ac Epiſcopus Foroſempronienſis egregius Prædicator, & multorũ miraculorum Patrator. Vixit parũ ante confirmationem ordinum ſanctorum Dominici, & Franciſci. Tacetur per quẽ. *ex monumentis dictæ eccleſiæ.*

S. Alferius Monachus Cluniacenſis diſcipulus S. Odilonis, & primus Abbas Monaſterij Cauenſis, qui 6. die poſt obitum in ſepulchro genuflexus, quaſi orans repertus eſt. Per Victorem Tertium. *ex Paulo Regio lib. de ſanctis Regni Neapolitani, & Ferrario in ſuo Cathalogo die 12. Aprilis.*

S. Aamicus Camerinenſis Monachus S. Benedicti Caſſinenſis, certo canonizatus, ſed neſcitur per quem. *ex martyrologio ſanctorum Bibliotheca Caſsinenſis. ex Petro Damiano, & Card. Baronio in Annal. ad annum Domini 993.*

S. Amon Aſca, & Aantimundus mart. in Ciuitate Caulenſi in Gallia. Neſcitur per quem.

S. Ampelius Epiſcopus Mediolanenſis; per Ioannem Octauum. alij per Ioannem Quintum.

S. Amadeus Epiſcopus Luiſanen. ordinis Ciſter. certò ſolemniter canonizatus licet non exprimatur per quem. *Chriſoſtomus Perales in vita S. Bernardi lib. 1. capite 19. & Angelus Manrinquenz in Cathalogo ſanctorum eiuſdem ordinis Ciſtercienſis.*

*S. Andreas Corſinus Carmelita ab aliquibus (licet non rectè) ponitur inter Canonizatos, quia à quinque Cardinalibus, vt ſanctus fuit acclamatus tempore Eugenij Quarti, qui moti fuerunt illius excellenti ſanctitate, & miraculorum multitudine. Hodie tamen in Vrbe agitur negotium Canonizationis iſtius magni Præſulis Feſulani, vt notum eſt omnibus.

*S. Angelus ord. Carmelitarum, qui ob veritatis defenſionem, à publico peccatore ab eodem ſancto pro ſua ſalute reprehenſo martyrium pertulit 3. Nonas Maij, hoc

Digitized by Google

ij, hoc eſt quintæ die. Per Honorium Tertium. Qui poſt habitam publicam concionem in ſacroſancta Diui Ioannis, Lateranenſi Baſilica cui interfuere inter alios ſancti Patriarchæ Dominicus, ac Franciſcus in amplexus illorum irruit, & ad inuicem eorum futuram gloriam ſpiritu prophetico prædixerunt. Cuique SS. Dominicus, & Franciſcus voce eleuata futurum martyrium profetarunt quemadmodũ ille ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti affirmauit recepturum s. Franciſcum. quæ omnia rerum euentus ita fuiſſe declararunt. *ex Breu. Carmelit. ex vita ipſius à multis fideliter deſcripta. præſertim à Surio die 5. Maij. ex annot. in Martyrologium Romanum Card. Baronij, & Galeſinij. ex Ferrario in ſuo cathalogo SS. Italiæ eodem die.*

S. Anſelmus Monachus, & Archiepiſcopus 35. Cantuarienſis, qui interfuit Concilijs Romano, & Barenſi, certò Canonizatus; ſed neſcitur per quem. Quamplures ſcriptores, præſertim *Edmerus, ac Edmundus Monachus, Sigibertus, Molanus, Card. Baronius, & Galeſinus die 21. Aprilis, Polidorus Virgilius in hiſtorijs Anglorum lib. 10. & 11. Tritemius de viris Illuſtribus ord. S. Benedicti lib. 2. cap. 101.*

S. Anthelmus Epiſcopus Bellicenſis Carthuſianus, de quo in *martyrologio Romano die 26. Iunij, & Vincentius in ſpeculo.* Ignoratur per quem. *Tabulæ virorum Illuſtrium ord. Carthuſianorum.*

S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus ord. Præd. relatus inter ſanctos per Adrianum Sextum.

S. Antonius de Padua Franciſcanus. Per Gregorium Nonnm.

S. Appolio Eremita, & Martyr natione Græcus, qui tẽpore Redẽptoris noſtris dum aliquibus paſtoribus in quadam ſilua prædicaret Chriſtum eſſe verum Meſſiam, & Saluatorem generis humani impiè à Iudæis clauis ligneis fuit occiſus; ac tandẽ canonizatus per Nicolaũ Papam Primum, qui in Pontificatu vixit ab *anno 858. vſq; ad 867. ex antiquo manuſcripto relato à Troylo maluetio, tractatu de canonizatione ſanctorum tom. 4. dubio 4. num. 46.*

S. Arduinus Presbyter Ariminenſis in Romandiola, ad cuius tumulum plures egri ſanati, & cæci duo illuminati ſunt. Per Ioannem XV.

S. Arnoldus Abbas. Per Leonem Nonum.

S. Arnulfus Bruxen. Conuerſus ordinis Ciſtercien. Villærien. in Flandria quem ob multitudinem miraculorum multi petierunt à Summo Pontifice Romano canonizari, quorum petitioni annuere volens Summus Pontifex, Monachi dicti ordinis in Capitulo Generali congregati ſuppliciter petierunt, ne vlterius procederet, aſſignantes pro ratione, ne multitudine vileſcerent ſancti; *Ita Molanus, & alij Auctores lib. ſeu Indic. Sãctorum Belgij.*

S. Attilanus Benedictinus Epiſcopus Tamorenſis. Per Vrbanum II. *ex Molano 5. Octobris. & martyrologio Romano.*

B

S. Bathilda reputata Fundatrix monaſterij ſanctorum Petri, & Pauli in pago Abramenſi. Per Nicolaum Primum.

S. Bathildis Vxor Clodouæi ſecundi Francorum Regis, Monialis deniq; monaſterij ſanctæ Mariæ, & ſancti Georgij Kollæ in ſanctorum numerum relata; ſed neſcitur per quem. *ex martyrologio Romano die 26. Ianuarij, & notis Cardin. Baronij eodem die, & Tritemio de viris Illuſtribus ord. ſancti Benedicti lib. 3. cap. 112.*

S. Balduinus Gallus ſancti Bernardi Diſcipulus Cardinalis, & Archiepiſcopus Piſanus certò canonizatus, ſed ignoratur per quem; per Aleſ. *lib. 2. cap. 19. & Ioannes Aabbas Ciſtertij in ſuo cathalogo ſanctorũ.*

s. Bea-

Digitized by Google

s. Beatrix vxor Andreæ Secundi cognomento Hieroſolimitani, Vngarorum in Pannonia Regis. neſcitur per quem. *Bernardus Scardeonius Hiſtoria Patauina, lib. 3. claſ. 14.*

s. Beda Monachus, cuius corpus colitur apud Genuã in Monaſterio s. Benigni, ad cuius tumulũ mirabilia omnipotens Deus operari dignatus eſt. Non exprimitur per quem *ex monumentis autenticis eccleſiæ, & Cœnobij S. Benigni Ianuen.*

s. Bellinus Epiſcopus Patauinus, & Martyr. per Eugenium Tertium, & alij per Eugenium Quartum.

s. Benno monachus Hildeſemẽſis diſcipulus s. Euigerij, deinde epiſc. Miſnenſis vbi iacet, eius corpus ad cuius tumulum fiunt miracula; ſua prædicatione Sclauos iam ad paganiſmum reuerſos conuertit ad fidem Chriſti. *Bulla ſolemnis Canonizationis huius conſeruatur adhuc Romæ in eccleſia S. Mariæ de Anima nationis Teutonicorum*; ex qua habetur ipſum fuiſſe canonizatum per Adrianum Sextum Anno 1523. vna cum s. Antonino Archiepiſcopo Florentino ordin. Prædicat. Quo die celebrabatur Feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis. *ex Hyeronimo Enſer, ex Surio, & fuſius ex Card. Baron. in notis ad martyrologium Romanum die 16. Iunij.*

s. Benuenutus patria Anconitanus, dignitate Epiſcopus Auximanus, in ſanctorum numerum relatus, & ſi ignoretur per quem Pontificem. *ex monumentis eccleſiæ Auximanæ, ex Ferrario in cathalogo ſanctorum Italiæ die 22. Martij.*

*s. Berardus, Petrus, Accurſus, Adiutus, & Ottho Franciſcani per Sixtum Quartum, *Rocca, & Turigius:* Quod merito negant multi aſſerentes cauſam erroris inde exortam fuiſſe; quia aliqui Bullam Beatificationis tantum horum ſeruorum Dei editam à Sixto Quarto appellant Bullam Canonizationis, fortè adducti illa communi doctrina ſuperius relata, *cap. 2. huius Elucidarij, num. 1.* quod videlicet beatificatio aliquo modo, non ſimpliciter tamen; ſed cum addito nominari poteſt canonizatio. vt latius ex Bulla beatificationis ipſorum ſequentis tenoris.

Exemplar Bullæ Beatificationis ſanctorum Martyrum Marochitarum ordinis Seraſici P. S. Franciſci de qua paulo ante facta eſt mentio.

Siſtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, vniuerſis Fratribus ordinis Minorum dilectis Filijs vbicunq; morantibus, ſeu moraturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CVm aliàs animo reuolueremus merita beatorum martyrum Berardi, Petri, Otthonis, Accurſii, & Adiuti, qui ex ordine fratrum Minorum (ſub quo, & nos coaluimus) fuerunt, qui poſt multa tormenta, ſub Rege Marochiorum pro Chriſto mortem ſubierunt, & martirij palmam glorioſè promerentes, plurimis miraculis in ipſa morte, & poſt claruerunt: ex quo incenſus beatus Antonius de Padua ex ordine Canonicorũ Regularium, in quo tunc erat, ad ordinem ipſum fratrum minorum ſe legitur tranſtuliſſe: conceſsimus ex authoritate Apoſtolica, & benignitate, viuæ vocis oraculo, vt fratres prædicti ordinis minorum poſsint publicè, & ſolemniter celebrare in ſuis eccleſiis miſſa, & horarum officium de ſupramemoratis ſanctis Martyribus. Verum cum frequenter aduerſarius humani generis nitatur bona, & ſancta opera perturbare: ne tam diuinum, & pium opus poſſet aliquis in poſterum impedire: tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, authoritate Apoſtolica concedimus, quod prædicti fratres minores vbique ſolemniter, & publicè officium plurimorum martyrum pro ipſis Berardo, Petro, Accurſio, Adiuto, & Otthone ſub officio duplicis maiore, ac etiam de-

cimoſeſto Ianuarij, qua dic abi hoc ſecula per martyrium deceſſerunt, liberè, ac cum ſana, & ſerena conſcientia dicere, ac celebrare poſſint. Inhibentes præfata Apoſtolica authoritate, ne quis huic noſtræ conceſsioni audeat ſe opponere non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcunque. Præterea quia difficile eſſet præſens Breue ad omnia loca deferri, volumus, vt illius tranſumpto alicuius publici Notarij manuſcripto, & ſigillo Generalis dicti ordinis vel Vicarij Generalis fratrum minorum de obſeruantia munito, ea prorſus fides adhibeatur quæ adhiberetur, ſi idem breue originaliter oſtenderetur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub anulo piſcatoris, die ſeptimo Augusti anno Domini 1481. Pontificatus noſtri anno decimo.

s. Bernardinus Senenſis Franciſcanus. Per Nicolaum Quartum; alij per Nicolaum Quintum, anno magni Iubilæi 1450.

s. Bernardus Abbas primus Clareuallenſis, ord. Ciſtercienſis amplificator, libertatiſque eccleſiaſticæ accerrimus vindex. per Alexandrum Tertium.

s. Bernardus Florētinus Epiſcopus Parmenſis Presb. Card. tit. s. Chriſogoni inſtituti Vallis Vmbroſæ, quamuis ſub nomine ſancti inueniatur in Martyrologio Romano die 4. Decembris; necdum tamen compertum eſt, quod in albo ſanctorum ſolemniter ſit adſcriptus. Parmæ tamē præcipuè colitur; ac etiam Florentiæ officium eccleſiaſticum ſub ritu duplici die quo ſupra à Monacis dictæ Congregationis recitatur. *Card. Baronius in notis ad martyrologiū Romanum die 4. Decembris, & Ferrarius in cathalogo ſanctorum Italiæ in annot. ad vitam ipſius eodem die. ex breuiario Monachorum Vallis Vmbroſæ.*

s. Bernardus Caluon. Epiſcopus Viguen. in Hyſpania certò ſolemniter canonizatus, quamuis neſciatur determinatè per quē, *omnes ſcriptores ordinis Ciſtercien. præſertim Guido Clareuallenſis de viris Illuſtribus dicti ordinis.*

s. Berrardus Epiſcopus 13. Hildelheimenſis. per Celeſtinum Tertium. alij, per Clementem Tertium.

s. Bertoldus Parmenſis per Caliſtum II.

s. Bommercatus Clericus Ferrarienſis, & Martyr, de quo aliqui tradunt, quod fuerit Canonizatus per Innocentium Octauum; alij vero, & rectius, aſſerunt appellari ſanctum ab eodem Pontifice in Diplomate Translationis ipſius. Cuius Corpus magnam habet venerationē in eccleſia s. Augnſtini eiuſdem Ciuitat. Ferrariæ ob præclara miracula. *Marc. Antonius Ferrar. in comp. Hiſtorico eccleſiarum Ferrariæ.*

s. Bonauentura Franciſcanus doctor eccleſiæ per Sixtum Quartum. opera huius Serafici Doctoris, doctrina, & vitæ ſanctitate celeberrimi; inter aliàs præclaras res geſtas in Concilio Lugdunenſi Secundo ſub Gregorio X. (in quo præter 500. Epiſcopos 60. Abbates, & circa mille alios Prælatos, interfuit ſanctus Bonauentura Cardinalis, & Epiſcopus Albanenſis) Græci cum Latinis conciliati ſunt, præſertim ſuper articulo de proceſſione Spiritus ſancti procedente in æternitate à Patre, & Filio tanquam ab vno ſolo, & vnico Spiratore, & Principio, ac vnica dumtaxat ſpiratione, quēadmodū euidenter patet in confeſſione, ſeu profeſſione fidei ipſorum Græcorum ad extenſum contenta in actis eiuſdem Concilij; cuius exordium eſt. *Fideli, & deuota profeſſione.*

s. Bononius Abbas per Ioannem Vigeſimū primum. alij per Benedictum VIII.

s. Bonifatius Epiſcopus Lauſanenſis ordinis Ciſtercien. *auctor faſciculi virorum Illuſtrium Ciſtercien. diſt. 2. lib. 1. cap. 1. & ſequentibus, & ſi ignoretur per quem.*

s. Brigitta Vidua in Suecia. per Bonifacium Nonum.

s. Bru-

s. Bruno Carthuſianorum inſtitutor. per Leonem X. *ex Bulla canonizationis ſeruata in Magna Carthuſia. Rocca de canonizatione Sanctorum, & alij.*

s. Bruno, ſiue Brunus, vel Brunonus Ligur Epiſcopus Signinus. per Paſchalem II. alij per Lucium Tertium.

s. Bruno epiſcopus Rutenorum, & Martyr, neſcitur determinatè per quem Pontificum Romanum. *Cratepolius de Epiſcopis Germaniæ.*

s. Bruno Decimus Nonus Epiſcopus Herbipolenſis. per Benedictum Sextum; non autem per Gregorium Nonum: quamuis hic Pontifex, vt optimè animaduertit *Cardin. Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 17. Maij.* eximium præbeat teſtimonium de ſanctitate, & miraculis eiuſdem ſancti Antiſtitis per ſuas litteras in forma Breuis *expeditas Kalendis Maij Pontificatus ſui Anno Decimoprimo.* quarum initium eſt. *Mirabilis Deus, &c.* Quod egit etiam Innocentius Papa Quartus, per ſuas litteras directas Epiſcopo, & Capitulo Herbipolenſi datas *Nonis Nouembris anno quinto ſui Pontificatus,* quarum fragmenta fideliter adducit *Card. Baronius vbi ſupra.*

s. Burcardus, ſiue Brocardus Heſſus Epiſcopus Vuormatienſis; non dicitur per quem Pontific.

s. Burchardus primus Epiſcopus Herbipolenſis. per Benedictum Sextum.

C

s. Canon, ſiue Conus Naſienſis in Sicilia Monachus s. Baſilij, qui genuflexus orans ſuauiſſimumquè emittens odorem Deo reddidit ſpiritum 1236. & poſt mortem multis claruit miraculis. ſiletur per quem. *ex martyrologio Mauroli, & M. S. Eccleſiæ Naſienſi.* Eſtque diuerſus ab illo alio Cono Abbate Panormi, vt aſſerit *Ferrarius in ſuo Cathal. die 28. Martij.* Nam primus colitur die quo ſupra immediatè, ſecundus verò tertio Nonas Iunij. extat quoque diſtinctus à Conone Martyr. ſocio s. Papiæ; de quo in *martyrologio Romano die vltima Februarij,* & ab alio pariter Conone Martyre, qui in Cypro glorioſam pro Chriſto pertulit paſſionem ſub Decio Imperatore, vt latiùs in *martyrologio Romano die 6. Martij.* Eſtque diuerſus ab illo alio Conone, qui apud Iconium Iſauriæ, cum filio ſuo duodecim annorum pro fide Chriſti ſub Aureliano Imperatore martyrium conſtanter ſuſtinuit; *de quo in eodem martyrologio die 29. Maij. Card. Baronius in notis ad martyrologium eodem die. Petrus in cathalogo lib. 5. cap. 62.*

s. Canutus Dux Slauiæ martyr. per Alexandrum Tertium, quem alij Regem, ſeu Ducem Daniæ appellant.

s. Carlomanus Rex Sueuiæ, & Pipini Regis Franciæ frater. Tacetur per quem. *ex Carolo Sigonio de Regno Italiæ, lib. 3. & alijs.*

s. Carolus Magnus Rex, & Confeſſor, in ſanctorum numerum à Paſchali Tertio relatus fuit *ex Galeſinio in ſuo martyrologio die 28. Ianuarij.* ex *Molano in add.* ex *Petro de Natalibus in cathalogo lib. 2. c. 94. quibus addit Ferrarius in nouo cathal. SS. qui in martyrologio Romano non ſunt, die 28. Ianuarij. licet Paſchalis non fuerit legitimus Pontifex Romanus: Carolus tamen de eccleſia meritus pro ſancto habitus, etiam templis ei extructis, officia eccleſiaſtica non ſolum Aquiſgrani, ſed etiam in illis regionibus conniuentibus Romanis Pontificibus colitur.* de quo plura etiam ſcribit *Baronius in annal. ad annum 814. Quamuis Democheres, & alij dicant ipſum eſſe tantum Beatificatum.*

s. Carolus Borromæus Cardinalis. per Paulum Quintum.

Digitized by Google

s.Caſimirus Rex Poloniæ. per Leonem Decimum.

s.Catharina Virgo, & Vidua filia s. Brigittæ in Suecia. per Vrbanum Sextum.

s.Catharina Senenſis. per Pium Secundum. Qui in honorem ipſius totum edidit officium.

s.Clara Virgo Fundatrix multorum monaſteriorum. per Alexandrum Quartum.

s.Columbanus Abbas, Pater multorum monachorum; atque nonnullorum Cœnobiorum fundator. Per Eugenium Quartum.

s. Conradus Epiſcopus Conſtantienſis. per Cœleſtinum, Secundum.

s.Cratildis Regina in Gallia. Tacetur per quem Pontificem Rom.

s.Cunegundis Henrico, Primo Imperatori deſponſata caſtitatem ſeruauit. per Innocentium Tertium, & ſi alij dicant per Innocentium Quartum.

s.Cuthburgis, ſiue Cuthburga Regis Chenredi Saxonum Occidentalium filia. Neſcitur per quem. *ex Matthæo Vueſten ad annos* 720. *&* 901.

D

s. Daniel Abbas ord. Ciſtercienſis, cuius nomini dicatum extat monaſterium Monialium Venetijs, eiuſque nomen ſanctorum numero eſt relatum. non exprimitur per quem.

s.Dauinus Armenus Confeſſor, cuius corpus aſſeruatur in eccleſia s. Michaelis Ciuitatis Lucenſis. per Alexandrum Tertium. *ex manuſcriptis prædictæ eccleſiæ, & alijs.*

s.Didacus Franciſcanus. per Sixtum Quintum.

s.Dominicus Patriarcha, & Fundator ſacri ordinis Prædicatorum. per Gregorium Nonum.

s.Donatus de Ripa candida monachus mõtis Virginis ſanctorum Cœtui coniungi, ac eorũ cathalogo adſcribi dignus fuit. *Auctor Faſciculi ſanctorum ord. Ciſtercienſium lib.* 2. *diſt.* 14. *c.* 3. *tacetur per quem Pontificem.*

E

s. Edimundus Archiepiſcopus Cantuarienſis. per Innocentium Quartum.

s.Edimundus Anglus ex Regia ſtirpe Sariſberienſis. per Caliſtum Tertium.

s.Eduardus Rex Angliæ ob multitudinem miraculorum canonizatus per Alexandrum Tertium.

s. Ealredus Anglus Abbas Rieualis ordinis Ciſtercienſis diſcipulus s.Bernardi certo canonizatus; & ſi ignoretur per quem Pontificem, ex auctoribus Anglicis præſertim ex Ioanne Picceo de ſcript. eccl. Angl.

s. Eliſabettha vidua filia Andreæ Regis Vngariæ. per Gregorium Nonum.

s.Eliſabettha Regina Portugalliæ filia Petri Regis Aragoniæ amatrix pauperum. per Vrbanum Octauum.

s. Emericus filius Stephani Regis Vngarorum. per Benedictum Nonum.

s.Ermanilda Angliæ Regis filia, poſt mortem albo ſanctorum adſcripta non tamen dicitur per quem. *Vincentius in ſpeculo lib.* 25. *cap.* 32.

F

s. Facius Veronenſis Confeſſor Pater inſtituti, quod appellatur s. Spiritus, cuius munus erat nudos veſtire, famelicos paſcere, & alia pietatis opera exercere, à quibus ibidem pro canonizato reputatus: attamen ex illius vita, & ex tabullis Eccleſię Cremonen. & Veronen. nondum inter ſanctos relatus eſt; quamuis ex ſpeciali indulto S. ſedis Apoſtolicę offi-

Digitized by Google

officium eccleſiaſticũ in honorẽ ipſius, (qui miraculis maximis claruit) die 18. Ianuarij in prænominatis eccl. recitetur. *Ferrarius in ſuo cathalogo ad diem 18. Ianuarij.*

s. Famianus Confeſſor Galeſij. Patronus, monachus Ciſtercienſis. Hunc miraculis clarum Adrianus Quartus ſanctorũ cathalogo adſcripſit. extat Galeſij eccleſia ſuo nomini dicata, cui eædem indulgentiæ à ſummis Pontificibus Romanis ſunt conceſſæ, quæ s. Mariæ Angelorum apud Aſſiſſium. Qui ſanctus fontẽ tempore æſtiuo ex ſilice virga percuſſo mirabiliter eduxit, qui in hodiernum diem perſeuerat; illiuſq; aqua febricitantibus prodeſſe ſolet. *ex monum. eccleſiæ Galeſinæ. ex libro, qui fabrica Hortana dicitur. & ex Ferrario in ſuo cathalogo die 9. Auguſti.*

s. Famianus Colonienſis. per Adrianum IV. *Antonius Maſſa, Galeſinius, & alij.*

s. Fœlicitas Virgo Per Leonem Nonum.

s. Florentius Epiſcopus Argentorati. per Eugenium Quartum.

s. Franciſcus Patriarcha, & Fundator ſerafici ordinis Minorum. per Gregorum Nonum.

s. Franciſcus de Paula Patriarcha minimorum. per Leonem X.

s. Franciſcus Xauerius ſocietatis Ieſu. per Gregorium XV.

s. Franciſca Romana. per Paulum V.

s. Franca Placentina Abbatiſſa ordinis Ciſtercienſis. per Gregorium Decimum: *ita communiter ſcriptores Placentini, præſertim Petrus Campus in vita ipſius ſanctæ.*

G

s. Galdinus epiſcopus Mediolanenſis, qui concione contra Hæreticos expleta, ſpiritum Deo reddidit. anno 1177. Kalendis Maij. Per Alexandrum Tertium. *ex Breuiario, & monumentis eccleſiæ Mediolanenſis.*

s. Galganus Senenſis Eremita. per Alexandrum Tertium. Quod tamen vertitur in dubium *à Card. Baronio in notat. ad diem 3. Decembris*, licet fateatur ipſius ſancti canonizationem ſubſequutam fuiſſe non ſub Alexandro Tertio; ſed ſub alio Pontifice.

s. Gerundus Epiſcopus Tulden. per Leonem Nonum.

s. Geltrudis Virgo. per Honorium Tertium.

s. Gerardus Epiſcopus Trulli, ſeu Leucorum, quod idem eſt: (ideò vnus tantum fuit, & non duo ſancti Gerardi, vnus Epiſcopus Trulli, alius Leucorum. Nam Trullus latinè Leucus appellatur) per Leonẽ Nonum.

s. Gerardus Placentinus Potentiæ Epiſcopus in Lucania. per Caliſtum II.

s. Gerundus epiſcopus Tulien. per Leonem Nonum.

s. Gotardus Hildelheimenſis præſul. per Paſchalem ſecundum. alij per Innocẽtium Secundum.

s. Guliemus Abbas, & Epiſcopus Bituricenſis. per Honorum Tertium.

s. Gulielmus Epiſcopus Brioceuſis in Anglia Minori. per Innocentium Quartum.

s. Gulielmus Eboracenſis. per Honoriũ III.

s. Gulielmus, Vuilehelmus huius nominis v. Dux Aquitaniȩ, Comes Pictauiæ Gullelmi Quarti, & Ioannæ Comitiſſæ Tholoſæ filius. per Innocentium iij. ordinis Eremit. s. Auguſtini, vt fertur.

s. Gulielmus Confeſſor primus inſtit. ordin. Eremit. Montis Virginis. fertur per Alexandrum Tertium. Hic omnino diuerſus eſt à prænominato s. Gulielmo Eremita à s. Bernardo conuerſo. Hic enim obijt anno 1142. coliturq. feſtum ipſius die 25. Iunij. alter verò 1156. & celebratur feſtum in honorẽ ipſius die 10. Febr. prout *in martyrolog. Rom. & notis ad illud Card. Baronij, & Caleſinij.*

*S.Guglielmus Eremita Placentinus, ex delatione cuius brachij in publica proceſſione per oppidum (ſiclum vel ſeculum nominatum dioceſis ſiracuſanæ) à peſte in vicinas Vrbes, ac loca graſſante illæſum ſeruatum eſt. Per Paulũ Tertium. Licet alij, & fortè rationabilius ſcribant Paulum Tertium examinata huius famuli Dei vita conceſſiſſe tantum, vt natalis ipſius die quarta Aprilis celebraretur. *ex diplomate Apoſtolico anno 1537. 26. Februarij ſuper hoc expedito. Ita Ferrarius in cathalogo die quarta Aprilis.*

S.Guibertus Confeſſor in numerum ſanctorum relatus anno 1099. per Paſchalem Secundum. *Molanus in additionibus ad Vſuardum die 23. Septembris.*

H

S. HEduigis Duciſſa Poloniæ. per Clementem Quartum.

S. Helar, ſeu Hellerus ord. Vallis Vmbroſæ Abbas Galeatæ in Æmilia, ſeu Romandiola. per Paulum Primum. *ex actis eiuſdem eccleſiæ. ex lib. 3. hiſtor. Rauen. Hyeron. Rubei, & Breuiario Vallis Vmbroſæ.*

S.Helena vidua, & martyr. ſchedumi in Gotia. per Alexandrum Quintum. *Baron. & alij per Alexandrum Tertium 1164.*

S.Henricus Imperator. per Eugenium Tertium.

*S. vel potius Beatus Henricus Daniæ Regis filius Tertij ord. s.Franciſci, & ſi in cronicis dictæ religionis ab aliquibus pro ſancto canonizato credatur: nihilominus in numero Beatorum tantum, tutiùs, venit connumerandus; præſertim propter rationem Ferrarij (in ſuo cathalogo die 13. Martij) *nondum enim inquit ille in martyrologio Romano poſitus eſt, neq; officio aliquo eccleſiaſtico de Apoſtolicæ ſedis conconceſſine colitur.*

S.Heribertus epiſcopus Colonienſis. non dicitur per quem Pontificem Roman.

S. Hermenegildus Hyſpaniarum Princeps, qui ob catholicæ fidei confeſſionem iuſſu perfidi Patris Leouigildi Arriani, martyrium glorioſè pertulit. *ex martyrologio Rom. die 13. Aprilis.* canonizatus quidem per Eccleſ. Romanam à Gregorio Magno, qui multa ſcripſit de illo, præſertim *lib. 3. dialog. cap. 31.* more antiquorum martyrum, cuius glorioſum martyrium extitit die qua ſupra 584. Namq; *Sixtus Papa V. ad inſtantiam Philippi II. Regis Hyſpaniarum diplomate Apoſtolico conceſſit die 12. Februarij 1586. vt in honorem ipſius glorioſi martyris celebraretur eius feſtum in tota Hyſpania.*

S.Hyacinthus Polonus ord. Prædic. per Clementem Octauum.

S.Homobonus Confeſſor. per Innocentium Tertium.

S.Hugo Epiſcopus Grationopolitanus monachus, primò Benedictinus, deinde Carthuſianus contemperaneus, & valde familiaris s. Bernardi primi Abbatis Claræuallenſis. per Innocentium Secundũ.

s. Hugo Abbas Cluniacenſis ſolemniter canonizatus per Calixtum II. ita *cronicon Cluniacenſe, & alij Auctores relati ab Arnoldo Vuion. p. 2. ligni vitæ lib. 3.*

s. Hugo Burgundus ord. Carthuſianorum epiſcopus Linconienſis. per Honorium Tertium.

s. Hugo Bonæuallis: ſed neſcitur determinatæ per quem. *cathalogus ſanctorum ordin. Ciſtercienſis. Auctor faſciculi ſanctorum ordin. Ciſtercienſis lib. 2. diſt. 2. cap. 7. in fine.*

s. Hugo Cardinalis Hoſtienſis ſanctorum numero ſolemniter eſt adſcriptus. & ſi nõ dicatur per quem Pontif. Rom. *Perales lib. 2. cap. 19. Auctor faſciculi ſanctorum ord. Ciſtercienſis lib. 2. diſt. 10. cap. 19. in fine.*

Digitized by Google

I

*s. IAcobus cognomento Eremita, Confeſſor, de illo celebratur feſtum; non tamen compertum eſt, quod ſit canonizatus ſolemni ritu.

s. Ignatius fundator venerabilis ſoc. Ieſu. per Gregorium Decimum Quintum.

*s. Ioanna ex pago agri Balnenſis in Æmilia, ſeu Romandiola Monialis Conuerſa ordin. Camaldulenſium multis poſt mortem miraculis illuſtrata; cuius interceſſione Balneum cum peſte valde affligeretur, liberatur. Ob quod beneficium à populo in illius honorem ſacellũ erectum fuit cum ſequenti inſcriptione *D. Ioannæ ob patriam à peſte vindicatam.* nondum tamen ſanctarum Virginum collegio ſolemni ritu adſcripta inuenitur; & ſi Apoſtolica conceſſione feſtum natalis ipſius colatur *die 16. Ianuarij. ex monumentis illius eccleſia. ex hiſtoria Camal. Angel. Florent. lib. 3.*

s. Ioannes Confeſſor in Britania. per Bonifacium Nonum.

s. Ioannes Gualbertus primus fundator ordinis Vallis Vmbroſæ, per Cœleſtinum Tertium, authenticum autem Bullæ Canonizationis ſeruatur in celebri monaſterio Vallis Vmbroſæ, & exemplar illius legitur ad exordium vitæ ipſius ſancti edita ab Antonio Pacenſi, Romæ impreſſa 1612. poſtquã inuenitur quoque alia Bulla eiuſdem Cœleſtini in qua fit mentio de ſolemni canonizatione dicti ſancti, directa Epiſcopus, Aretino, Senenſi, & Piſtorienſi, quibus Comitit vt interſint tranſlationi Corporis dicti ſancti tunc facienda in monaſterio Paſſignani, quod etiam mandauit Innocẽtius Tertius Epiſcopis Florentino, & Feſulano. denique Clem. Octauus mandauit prædictum ſanctum Confeſſorem reponi in Calẽdario atq; Breuiario Romano.

s. Ioannes Meda Fundator Humiliatorum. per Alexandrum Tertium.

s. Ioannes ſcotus Monachus s. Benedicti, qui martyrium paſſus eſt in Anglia anno 1080 ignoratur per quem Pontificem fuerit declaratum illius martyrium.

s. Ioannes ſcotus Epiſcopus; ſed diuerſus à primo, Monachus, & ipſe, ac martyr, qui martyrium pro Chriſto pertulit Anno 1066. Magnopoli. ignoratur per quem. Pontificem Roman.

S. Ioannes de Bridlingtono Canonicus Regularis diœceſis Eboracenſis. Per Bonifacium Nonum.

S. Ioannes Abbas Parmẽſis ord. s. Benedicti. per Gregorium Septimum.

S. Ioannes, Benedictus, Matthæus, Iſaac, Chriſtinus, Athanaſius, Laurentius, & Bogumilus cum ſocijs Poloni Eræmitæ ord. s. Romualdi Abbatis, de quibus ſcribit: *Martinus Barronius Iaroſlauienſis Clericus in vita eorum Cracouia 1610. impreſſa*; ſed prius approbata à Magiſtro Sacri Palatij 1602. & à Nuntio Apoſtolico Claudio Rangonio Epiſc. Regij 1604. auctoritate illuſtriſſimi D. Bernardi Macicioulki impreſſa *folio mihi 16. Agitur feſtum illorum pridie idus Nouẽbris.* Quoniam ea die paſſi, cœleſtia meruerunt; & à Iulio Secundo Pontifice Maximo ob præclara miracula, & ſanctitatem vitæ in numerum ſanctorum adſcripti ſunt. Vel vt ſcribit *Thomas Minius Florentinus Camaldulenſis in eorum vita* lingua vulgari Italica, *Florentia impreſſa* 1605. *de licentia Superiorum. Si celebra la feſta di queſti Santi aggiunti da Caliſto III. al numero di ſanti alli 16. di Luglio.*

*S. Iulianus Epiſcopus, & Patronus Ciuitatis Conchenſis, de quo certò habetur, quod Iulius Papa Tertius per ſuum Breue datum die 5. Iunij 1551. concedit ſimulq; præcipit, vt feſtum in honorem dicti Confeſſoris transferatur ad diem 23. Ianuarij, & ſi dies obitus eius fuerit die 5.

Septem-

Digitized by Google

Septembris. Paulus verò Papa Tertius anno 1540. qui fuit ſextus annus ſui Pōtificatus die 8. Iunij præcepit ſumi informationes iuridicas de vita, & miraculis prædicti Confeſſoris ad effectum Canonizationis. Deniq; *Clemens Octauus die 18. Octobris 1594.* approbauit officium, quod recitatur in eccleſia Conchen. de prædicto ſancto. *Ita Franciſcus Scudierus, Ribaldeneira, Breuiarium antiquum Conchen. Martyrologium Romanum, & alij auctores, qui ſcripſerunt vitas ſanctorum Hyſpaniæ.*

S. Iuſtinus Epiſcopus Theatinus innumerorum miraculorum patrator, contemporaneus s. Bernardi. per Innocentium Secundum. *ex monumentis eccleſiæ Theatinæ, & Paulo Reg. de ſanctis Regni Neapolitani, ex Ferrario in cathalogo die 18. Aprilis.*

S. Iuo Britanus Presbyter, & Aduocatus pauperum. Per Clementem Septimum. Alij, & veriùs per Clementem Sextum.

*s. Ioannes Canonicus Regularis. per Bonifacium Nonum.

K

S. KYlianus Martyr, & Epiſcopus. per Zachariam Pontificem Græcum, & Monachum anno 751. *auctor Hiſtoriæ s. Brucardi lib. 1. cap. 10. Panuinus in Chronico Pontificum.*

L

s. LAdislaus Rex Vngariæ. per Cœleſtinum Tertium.

s. Lambertus Lerinenſis, ac poſtea Vencienſis Epiſcopus. ex tabulis eccleſiæ Lerinenſis. neſcitur per quem Pontificem Romanum.

s. Laurētius Epiſcopus Dublinenſis. per Honorium Tertium.

*s. Laurentius Monacus Caſſinenſis. per Innocentium IV. & licet veriùs alij dicant non dum eſſe canonizatum, ſed quod proceſſus ad effectū canonizationis fuerit expletus de mandato eiuſdem Innocentij Quarti; Habet nihilominus magnam venerationem ſublaci in Latio. *Ferrarius in ſuo nouo cathalogo ſanctorū, qui non ſunt in martyrologio Romano die 17. Decembris.*

s. Leo Epiſcopus Senonenſis. per Leonem Decimum.

s. Leo Epiſcopus Rothomagenſis, & Martyr à Gregorio Decimo in albo ſanctorum deſcriptus. *ex tabulis, ſeu martyrologio eccleſ. Rothomagēſis. ex Renat. bened. in vit. ſanct. Galliæ circa annum 843. & 875.*

s. Leopoldus Auſtriæ Marchio. per Innocētium Octauum.

s. Ludouicus Rex Francorum. per Bonifaciū Octauum.

s. Ludouicus Franciſcanus, epiſcopus Filius Caroli Secundi Siciliæ Regis. per Ioannem Vigeſimumſecundum. *Baronius ex Bulla illius canonizationis.* Ideò fortè alij errant, qui dicunt fuiſſe canonizatum per Clementem Quintum; ſeu per Bonifacium Octauum.

s. Lullus Archiepiſcopus 18. Maguntinus, & diſcipulus s. Bonifacij eiuſdem eccleſiæ Præſulis non exprimitur per quem. *Breuiarium Moguntinum, & martyrologium Romanum die 16. Octobris. Vincentius in ſpeculo lib. 13. c. 157. Hermanus in Cron. ad annum 754. & Democheres de ſacrificio miſſæ tom. 2. cap. 34. & alij.*

M

s. MAgnus, qui antea vocabatur Magnoaldus, primus Abbas monaſterij Faucenſis, & ſancti Galli diſcipulus. per Ioannem Octauum, ſiue Nonum ſecundum alios.

*s. Magnus Confeſſor auctoritate Summi Pōtificis pro ſancto colitur.

s. Ma-

Digitized by Google

s.Mamilianus Epiſcopus Panormitanus, cuius corpus colitur in Eccleſia Suanenſi. per Vrbanum Secundum, alij per Pium Secundum.

s. Margarita filia Andreæ Regis Vngariæ monialis ord. s. Dominici, quam illuſtriſſimã Virginem appellant *martyrol. Roman. Surius, Hernandus de Caſtilia, S. Antoninus, Petrus Ribadeneira, & alij.* De ea nõ eſt cõpertũ quod fuerit canonizata; ſed tantũ, quod ad hunc effectũ extiterint proceſſus formati de ipſius s.Virginis admirabili ſanctitate, & miraculis, quibus Deus ipſam Virginem dignatus eſt illuſtrare, meritis ipſius cæcos illuminando, & alios infirmos curando, mortuoſq; ſuſcitando. auctores, de quibus ſupra. in vita ipſius.

s. Martinus Abbas Hortenſis deinde Epiſcopus Seguntinus, qui ſub titulo ſancti Sacerdotis in ſanctorum numerum eſt adſcriptus nõ dicitur tamen per quem. *auctor Faſciculo ſanctorum ord. Ciſtercienſis, lib. 1. diſt. 27. cap. 6.*

s.Martinus Abbas Vallis Paradiſi, cuius diploma canonizationis extat Romæ in Vaticano. non exprimitur per quem Pontificem. *auctor faſciculi, lib. 2. d. 26. cap. 24. in fine.*

s.Maurus Confeſſor, & Leuita diſcipulus s. Benedicti cuius vita approbatur à Bonifacio IV., ſeu Victore III., alij dicunt quod cantum in honorem eiuſdem ſancti excogitauit, quod etiam fecit Pius Secundus in laudem s.Catharinæ Senenſis.

s.Maximus epiſcopus Patauinus, & Confeſſor, qui extitit ſucceſſor B.Proſdocimmi Præſulis eiuſdem Ciuitatis Patauinæ. per Leonem Nonum.

s. Monica mater s. Patris Auguſtini clariſſimi eccleſiæ luminis, de quo s. Proſper ait. *Auguſtinus epiſcopus per omnia excellentiſſimus;* & Victor Vticenſis Epiſcopus. *omni laude dignus B. Auguſtinus multorum librorum confector.* & s. Hyeronimus. *mihi, inquit, decretum eſt amare te, ſuſpicere, colere, mirari; tuaq; dicta quaſi mea defendere.* Hæc s. Mulier inter canonizatos per Martinum v. à multis cõnumeratur, præſertim à Petro de Natalibus in additione ad cathalogum ſanctorum: *tit. de ſanctis nuperrimè canonizatis, cap. 9.* quamuis hoc minimè ſit compertum, hic enim Pontifex tranſlationem ſui corporis ordinauit. s. Auguſtini glorioſa conuerſio accidit anno 35. ſuæ etatis, qui fuit *annus 385. die 5. Maij. ex martyrologio Rom. ex lib. 6. Confeſſionum ipſius cap. 11. ex lib. 8. cap. 7. ex lib. 1. Retract. cap. 2. ex vita ipſius ſcripta à Poſſidonio, cap. 1. die vero 4. Maij* 1388. apud Hoſtia Tiberina ſancta Monica mater eius defuncta eſt. *ex notis Baronij ad martyrologium Romanum die 4. & 5. Maij.*

N

s. Nicolaus Tolentinus. per Eugenium Quartum.

s.Norbertus Epiſcopus 15. Magdeburgenſis. Gelatij Papæ Secundi auctoritate ordinis Præmonſtratenſium fundator, in numerum ſanctorum ſolemniter certò relatus; ſed neſcitur per quem. *martyrologium Romanum die 6. Iunij. Molanus in additionibus ad Vſuardum eodem die, Philippus Bergomenſis lib. 12. ſupplem. Cronic. Ioannes de Pineda Frãciſcanus in monarchia eccleſiaſtica, lib. 22. cap. 22. & alij.*

s.Nordembertus, vel ſecundum alios Voliſpertus Curienſis Epiſcopus. ignoratur per quem Pontificem Rom.

O

s. Obitius Confeſſor, de quo *Elias Capreolus in annal. lib. Brix. lib. 5.* aſſerit in ſanctorum illum relatum fuiſſe, vt refert *Ferrarius in ſuo nouo cathalogo ſan-*

ſanctorum, qui in martyrologio R*omano nō ſunt.* ad cuius ſepulchrũ Brixiæ multa miracula Dei munere ædita ſunt. *ex Galeſinio die 4. Februarij.*

s.Odilo Abbas Cluniacenſis; neſcitur per quem. Inter alios multos *B. Petrus Damianus in vita ipſius*, de quo ſancto Abbate, non ſine errore, aſſerunt aliqui relati ab auctore *ligni vitæ totius ſanctiſſimæ religionis Diui Benedicti par. 2. lib. 3. die 2. Nouembris, & die 31. Decembris,* quod fuerit primus inſtitutor diei celebrationis Commemorationis omnium fidelium defunctorum, prima die poſt feſtum omnium ſanctorum. Nam ante Odilonem ducentis annis circiter vigebat vſus in Eccleſia tàm Occidentali, quàm Orientali, vt pro defunctis ageretur commemoratio anniuerſaria ſingulis annis poſt ſolemnitatem omnium ſanctorum, quemadmodum validiſſimis argumentis euidenter demonſtrat *Card.*Baronius *in notis ad martyrologium* R*omanum die 2. Nouembris*; præſertim ex auctoritate *S.Gregorij Nazianzeni in oratione habita in funere Cæſarij Fratris ſui, & Amalarij Fortunati Epiſcopi Treuerenſis.*

s.Oſmundus Salisberienſis epiſcopus patria Anglicus per Caliſtum III.

s. Ottho monachus, de inde Epiſcopus octauus Bambergenſis, qui ad fidem Chriſti conuertit Polonos, & interfuit Concilio Moguntino 1131. ſolemni ritu Canonizatus: per Cœleſtinum Secundum, licet *Cronica* B*ambergenſis per Clementem Tertium.*

P

ss. Patto Epiſcopus Secundus Vuerdenſis, & Tanco Abbas deinde Epiſcopus Vuerdenſis ambo per Gregoriũ Quartum.

s.Petrus Epiſcopus Anagninus; per Paſchalem Secundum.

s.Petrus Chriſologus appellatus ob ſermonis ſuauitatem, & elegantiam, natione Immolenſis in Romandiola, dignitate Archiepiſc. Rauennatenſis Iuſſu Leonis Primi inter fuit Concilio Calcedonenſi vbi verbo, ac ſcripto ſumma omnium laude, hæreſim Eutichianam mirabiliter proſtrauit. ſiletur per quem.

s.Petrus Veronenſis martyr.ord. Præd. per Innocentium Quartum.

S. Petrus de Morono, qui fuit Cœleſtinus Quintus. per Clementem Quintum: quamuis Palmerius dicat eum fuiſſe canonizatum à Ioanne Vigeſimprimo.

S.Petrus Archiepiſcopus Tarentaſij. per Innocentium Quartum.

s.Petrus Igneus cognominatus ob celebrem illum miraculum immenſis ignis per quem illeſus tranſiuit.S.R.E.C. Albanus ordinis Vallis Vmbroſæ (cuius corpus veneratione habent in monaſterio Vallis Vmbroſæ, magnis miraculis illuſtratum) certo ſanctorum cathalogo adſcriptus, vt aſſerunt nonnulli ſcriptores, & nouiſſimè *Adrianus Ciprarius Abbas S. Michaelis in vita dicti ſancti, Romæ impreſſa. 1602. ad calcem ipſius.*

S.Petronius ex reuelatione SS. Petri, & Pauli à Cœleſtino I. Epiſcopus Bononienſis ordinatus, qui reſiduũ hæreſis Arianorũ penitus exterminauit, ac in vita mortuũ ad vitam reuocauit. per Innocentium Secundum, tempore cuius in eccleſia S.Stephani eiuſdem Ciuitatis ſacrum ipſius corpus repertum eſt, *monumenta* & *hiſtor. Ciuit.* B*onon.* & *vita ipſius ſancti.*

s. Philippus Nerius: per Gregorium Decimum Quintum.

s. Pirminus Meldenſis Epiſcopus Vigeſimus, non exprimitur per quem Pontificem.

s.Procopius Abbas Cœnobij s.Io.Baptiſtæ in Bohæmia cum eſſet ipſe natione Bohæmus. per Innocentium Tertim.

s.Pro-

ſ. Probus Epiſcopus Rauennæ . ignoratur per quem. *Tabulæ eccleſiæ Rauennatenſis, Hyeronimus Rubeus in Hiſtor. Rauen. lib. 1.*

S. Probus Epiſcopus Veronenſis. nō dicitur per quem. *Tabulæ eccleſiæ Veronenſis illuſtrata à Cardinali Auguſtino Valerio.*

R

ſ. RAdbodus Epiſcopus Traiectenſis. ignoratur per quem Pontificem Romanum.

ſ. Raymundus de Pennaforti ord. Præd. per Clementem Octauum. Qui eſt omnino diuerſus ab illo alio ſ. Raymundo Confeſſore Placentino, de quo colitur feſtum Placentiæ die 28. Iulij cum recitatione Miſſæ, & officij diuini. In cuius honore extat in eadem Ciuitate extructum Templum: quique obijt 1200. de quo ſcribit *Ferrarius in cathalogo ſanctorum Italiæ eodem die*; *tametſi ſanctus in tabula eccleſiæ Placentinæ appellatur, non dum in ſanctos relatus eſt*. Sanctus, vero, Raymundus de Peniaforti Generalis ordin. Prædic., & Gregorij Noni Cappellanus, atque Pœnitentiarius extitit. Iuſſu cuius Pontificis Decretales compilauit. Inter primos fundatores Celebris ordin. B. Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum meritò computatur. Hic in Domino feliciter obdormiuit anno ſalutis 1275. die 6. Ianuarij. licet propter ſolemnitatem Epiphaniæ feſtum ipſius transferatur ad diem ſeptimam. *ex Bulla canonizationis ipſius.*

ſ. Raymundus Nonnat Hiſpanus ord. ſ. Mariæ de Mercede redemptionis Captiuorum Cardinalis ſ. Euſtachij creatus à Gregorio Nono, qui ob egregiam vitæ ſanctitatem, & miraculorum multitudinem ſanctorum cathalogo fuit adſcriptus, licet à Benedicto Decimo Tertio. Qui in Concilio Conſtantienſi celebrato 1414. (pro dirimendo crudeli ſchiſmate, in quo aderant 29. *Cardinales, Archiepiſcopi 47. Epiſcopi 270. Abbates, & Priores 164.*) communi conſenſu totius Concilij tanquam periurus, pertinax, ſchiſmaticus, & rebellis eccleſiæ, iuſte Pontificatu fuit priuatus *ſeptimo calend. Auguſti* 1417. Propter quod Profeſſores dicti; ord. de Mercede dubij de validitate præfatæ canonizationis à ſanctiſſimo D.N. Vrbano Octano pro ſerenitate eorum conſcientiæ die 5. Nouembris 1625. obtinuerunt Breue, quo eis conceditur de conſilio Illuſtriſſimorum DD. Cardinaliū ſacris Ritibus Præpoſitorum, vt de eodem ſ. Raymundo die eius feſto, qui ſemper incidit in vltimam Dominicam Auguſti, officium, & miſſa de communi Confeſſoris non Pontificis ab omnibus prædicti ordinis vtriuſque ſexus regularibus perſonis, tantum recitari, & celebrari liberè, & licitè poſſit.

ſ. Rembertus Epiſcopus. Tacetur per quem.

ſ. Ricardus Ciſtercienſis in Anglia. per Vrbanum Quartum.

*ſ. Rochus Confeſſor, quem Franciſcus Diedus Venetus, ac P. Pinus Tholoſanus in ſanctorum nnmerum ſtatis ſolemnibus ceremonijs adſcriptum eſſe affirmant. Pace tamen illorum nihil compertum de hoc habetur, vt teſtantur *Card. Baronius, & Petrus Galeſinius in notis ad martyrologium Romanum 17. cal. Septembris hoc eſt die 16. Auguſti.* eidem tamen ſancto Rocho honores ſanctorum exibentur ex decreto Concilij Cōſtantienſis *ab anno* 1414. *Baronius in notis ad martyrologium Romanum die 16. Auguſti Ioanes Pinus in vita ipſius Beati, & alij.*

ſ. Robertus Abbas Anglus cuius feſtum colitur ſeptima Iulj. *ex mart. Rom. Baronij, & Kalend. Ciſter.*

ſ. Rodoſindus Compoſtellanus Epiſcopus per Clementem Tertiū in anno 1194.

licet

Digitized by Google

licet Card. Baronius in annal.ad annum 977. ſcribat eum in ſanctos ab Alexandro Tertio relatum, anno 1156. quem Rodeſindũ appellat. Qui Epiſcopatu renunciato in cœnobio cellæ nouæ vitam monaſticam profeſſus eſt. *Baſeus in Cron. Ionnes Marietta lib. 5. de ſanctis Hiſpaniæ.*

*s. Rodulphus Eremita, Quartus Prior ord. Camaldulenſis, qui obijt in Domino 1106. permiſſu Pontificis Romani *pro ſancto colitur Auctor. ligni vitæ ſanctorum Diui Benedicti, parte 1. cap. 10. Tabulæ Camaldulenſium. Auguſtinus Florentinus in hiſtor. camald. p. 1. cap. 53. & 66.*

s. Robertus Abbas, & fundator ord. Ciſtercienſis, Beatificatus, & poſtea canonizatus per Pontificem Romanum. Non exprimitur per quem. *auctor faſciculi ſanctorum ord. ciſtercien. lib. 1. d. 1. cap. 9. ad finem.*

s. Romualdus Abbas Inſtitutor Camaldulenſium. per Ionnem Decimum Nonũ, licet id neget Philippus Ferrarius in ſuo cathalogo ſanctorum Italiæ in annotat. ad diem 7. Februarij cuius verba ſunt. *ſanctum Ronualdum Clemens Octauus Pontifex Maximus nondum inter ſanctos relatum in Kalend. & Breuiario Romano deſcripſit, quæ deſcriptio loco appotheoſis fuit. Neque enim canonizatio vbi ſanctitas conſpicua eſt, & manifeſta, neceſſario requiritur tot perquiſitionibus, vt fieri ſolet ritibuſq; peracta.*

s. Ruſticus Diſcipulus ſancti Ioannis Gualberti, & Quintus Abbas Vallis Vmbroſæ. ignoratur per quem. *Tabulæ Vallis Vmbroſæ* Primæ. *& martyrologium dicti ordinis S. Benedicti.*

S

*S. vel potius beatus Saluator ordin. Min. *Qui Calleri in Sardinia venerationem habet, non eſt compertum, quod adhuc ſit canonizatus; ſed quod pro illius canonizatione fuerint directæ litteræ Philippi II. Hiſpaniarum Regis ad Pium V. *Ferr. in ſuo nouo cathalogo ſanct. die 18. Martij*, & proceſſus de illius ſanctitate, & miraculis iam extant approbati ad effectum canonizationis.

s. Saturninus Epiſcopus Veronenſis 14. De quo in martirologio Romano die 7. Aprilis. Baronius in notis ad Martyr. eodem die. Tacetur per quem. Maiora de illo refert *Auguſtinus Valerius S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis de Epiſcopis Veronæ*; Cuius corpus colitur in eccleſia s. Stephani eiuſdem Ciuitatis, celebratur feſtum in honorem ipſius die prædicta; & in eadem eccleſia s. Stephani multorum ſanctorum Epiſcoporum corpora requieſcunt, vt inſcriptiones teſtantur. *ex Ferrario in ſuo cathalogo die 7. Aprilis.*

s. Sebaldus Eremita Daniæ Regis filius, & Norimbergæ in Germania Patronus. per Martinum Quintum. *ex Caniſio, Molano, Galeſinio, & alijs die 19. Auguſti, & ex Ferrario in cathalogo ſanctorum qui non ſunt in martyrologio.*

s. Sigebertus Rex, de quo Mol. in Natalib. ſanctorum Belgij, & Boronius in annal. ad annum 658. (quo vita exceſſit) atteſtantur in ſanctos relatum eſſe.

s. Siluanus Gallus, s. Bernardi diſcipulus. per Celeſtinum Tertium. *ex s. Ricardo Anglo, cognomento Sacriſta in epiſtola ad monachum Heberbacenſem.*

*s. Silueſter Siculus Monachus s. Baſilij, ſanctitate inſignis, ſanctè obijt 1185. eius interceſſione Ciuitatem Troinopolim, in qua natus erat peſte afflictam liberauit Dominus. per Iulium Tertium; etſi alij rationabilibus tradant à Iulio Tertio Anno 1555. fuiſſe conceſſas indulgentias viſitantibus Eccleſiam s. Silueſtri, ac mandatum, vt coleretur eius feſtum ab omnibus eiuſdem Ciuitatis. *ex autenticis*

Digitized by Google

cis illius eccleſiæ, & lectionibus, quæ recitantur in feſto ipſius die 2. Maij.

*s. ſeu potius B. Siluester Abbas Auximanus inſtitutor Monachorum ſiluestrinorũ, quamuis iuſſu Clementis Octaui in Martyrologio Romano ſit relatus, vt aſſerit Cardin. *Baronius in notis ad Martyrologium die 26. Nouembris*. Nondum tamen ſolemni ritu in ſanctis relatus eſt. Ex vita ipſius à diuerſis conſcripta. *Ex cathalogo ſanctorum Italiæ Ferrarij in annot. ad vitam ipſius die qua ſupra.*

s. Simeon Armenus Anachoreta. Per Benedictum Nonum. Ex Martyrologio Romano Kalendis Iunij.

s. Simeon Syracuſanus. Per Benedictum Octauum.

*s. Simeon Innocens, ac Martyr à Iudæis ætatis ſuæ circiter 30. Menſium in Ciuitate Tridentina crucifixus miraculis clarus. Habet venerationem Tridenti, ac alibi. Aliqui verò credunt illum ſolemni ritu canonizatum, cum tantum ex indulto Apoſtolico præſertim Sixti Quinti colatur feſtum in honorem ipſius die 24. Martij cum recitatione officij. Hicque puer eſt omnino diſtinctus ab illo alio appellato Gulielmo, qui Nordouici in Anglia à Iudæis ſimiliter crucifixus fuit. Cuius feſtum colitur 11. Martij. *Cardinal. Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die quo ſupra. Ferrarius in ſuo cathalogo eodem die.*

s. Sigibertus Martyr, & Anglorum Rex Quintus. Per quem non dicitur.

s. Simpertus Epiſcopus Auguſtæ in Sanctorum numerũ relatus à Nicolao Quinto.

s. Sola Anglus Abbas Monaſterij Selembouiani, Comes pregrignationis ſanctorũ Vuilibaldi, & Vnibaldi. Per Gregorium Quartum.

s. Sperandeus Eugubinus Confeſſor ordin. Benedictini reſtitutor (vt aſſeritur) non modo Beatus, ſed etiam ſanctorum numero adſcriptus conſtanter profitetur *Luc. Caſtell. de Cert. Glor. SS. D. Secundus Lacelottus Peruſinus Abbas Oliuetanus in ſua hiſtoria Oliuetana libro 2. cap.* 50. vbi deſcribit Monaſterium Eugubinum fol. 313. in medio, cuius honore extabat eccleſia propè Eugubium.

s. Stanislaus Epiſcopus Cracouienſis Martyr. Per Innocentium Quartum.

s. Stephanus Primus Rex Vngariæ. Per Benedictum Octauum, qui vulgo appellatus eſt Nonus.

s. Stephanus Tertius Abbas Ciſtercij die 17. Aprilis in ſanctorum numerum relatus, quo die nulla facta mentione de anno colitur feſtum in honorem ipſius, cum fuerit ſolemniter illo die Canonizatus licet obierit die 28. Martij neque exprimitur per quem Pontificem Romanum. *Auctor Faſciculi ſanctorum dicti ord. lib. 5. diſtinct. 3. cap. 11. parum ante medium.*

s. Stephanus Monachus Ciſtercienſis, deinde Cardinalis Præneſtinus, quem virtutibus, & miraculis clarum in ſanctorum numerum relatum fuiſſe teſtatur. *Perales lib. 2. cap. 19. ac inter ſolemniter Canonizatos numerat Auctor Faſciculi dicti ord. lib. 2. diſt. 10. cap. 15. prope finem.*

s. Sturnius Abbas Tuldenſis. Per Innocentium Secundum.

s. Suitbertus Anglus Epiſc. primus Vuerdenſis. Per Leonem Tertium præſente Carolo Imperatore, ac Francorum Rege, vna cum Cardinalibus, Patriarchis, Epiſcopis, aliaq; Prælatorum multitudine, ad Inſtantiam eiuſdem Imperatoris; & Archipræſulis Vuerdenſis, ac totius populi, in qua Ciuitate prædictum ſanctum canonizauit. *Sanctus Lugderus in epiſtola ad Rinfridum Epiſcopum Traiectenſem. cap. 9.*

Pp s.The-

Digitized by Google

T

s. THereſia Virgo reformatrix ordinis Carmelitarum. Per Gregorium Decimum Quintum.

s. Thomas Aquinas Angelicus Doctor, diuinæq; voluntatis Interpres. Per Ioannem Vigeſimum Secundum. Veritatis puritas, atque ſinceritas doctrinæ huius Angelici Doctoris, inter alia confirmatiunem recepit verbis miraculosè prolatis ab Imagine ſanctiſſimi Crucifixi dicentis: *Benè ſcripſiſti de me Thoma*. Ita teſtantur Bullæ Apoſtolicæ, & concorditer traditur in vita ipſius ſancti Confeſſoris, per eccleſiam Romanam approbata,

s. Thomas Herefordenſis in Anglia Epiſcopus, Per Ioannem Vigeſimum Secundum.

s. Theobaldus Abbas in Vallibus Cernai à Pontifice Summo ſanctorum numero habita ratione meritorū adſcriptus eſt, tacetur tamen nomen Pontificis *Auctor Faſcicul. ſanctorum Ord. Ciſtercien. lib. 2. d. 26. cap.* 40.

s. Thomas de Cantalupo Herdfordienſis epiſcopus in Anglia. Per Ioannem Vigaſimum Secundum.

s. Totnanus Diaconus Martyr, Per Zachariam Pontificem, circiter annum 750.

s. Trudbertus ord. s. Benedicti Martyr. Per Stephanum Quintum dictum Stephanum Quartum.

s. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis inſtituti Canonicorum regularium, qui pro defenſione eccleſiaſticæ libertatis magna animi conſtantia martyrium ſubijt, & ab Alexandro Tertio in ſanctorum album, ſolemni ritu relatus fuit. *Ex vita ipſius, præſertim ex illa deſcripta ab Eduardo huius S. Martyris contemporaneo. ex Surio. ex Lectionibus, quæ die feſtiuitatis ipſius 29. Decembris recitantur à Canonicis Regularibus Lateraſibus S. Auguſtini ex indulto ſpeciali illis conceſſo à Pio V.* vt latius videre eſt in Breue ipſius Pontificis incipiente *licet eccleſia. Dato Romæ apud S. Petrum ſub annulo* Piſcatoris *die* 18. *Decembris* 1570. In quo Breue conceditur eidem Congregationi Canonicorum Regularium, vt poſſit ſtatis diebus colere feſtum, Miſſam quoq; & Officium eccleſiaſticum proprium quo ad lectiones, & collectam perſoluere, in honorem infraſcriptorum & præſertim, ac nominatim S. Patris Auguſtini cum antiphonis, ac hymnis proprijs, quod officium vti teſtatur ipſemet Pius V. vbi ſupra ordinauit s. Thomas Aquinas.

Feſta, quæ colunt ex conceſſione Apoſtolica Canonici Regulares.

S. Albini Confeſſoris, & Epiſcopi Andegauenſis, qui duos in vita ſuſcitauit mortuos. die 10. Decembris.

s. Aquilini Martyris Epiſcopi Erbipolenſis, præcipui declamatoris contra Arianam hæreſim. Nam ab Arianis pro veritate fidei Catholicæ Martyrium paſſus eſt. die 29. Ianuarij.

s. Anniani Epiſcopi Alexandrini ſucceſſoris s. Marci Euangeliſtę, operą cuius ad fidem Chriſti conuerſus eſt. die 10. Decembris.

s. Bernardi Confeſſoris ex Auguſta prætoria nati, qui ſua prædicatione innumerabiles ad Deum conuertit animas, extitit quoque valdè formidabilis Dęmonibus die 15. Iunij.

s. Frigidiani Epiſcopi, & Confeſſoris. die 19. Nouembris.

s. Gelaſii Papæ, ſucceſſoris Felicis Tertij amatoris pauperum, qui libros ædidit contra Euthichetem, & Neſtorum,

s. Gua-

s. Guarini Confeſſoris Cardinalis, ac Epiſcopi Præneſtini, in noctis hora, qua de hac vita deceſſit, maxima velut in meridie claritas eluxit. die 6. Februarij.

s. Herculani Epiſcopi Peruſini, & martyris, qui ſexaginta mortuos ſuſcitauit. die 16. Martij.

s. Iuonis Carnothenſis Epiſcopi. die 20. Maij.

s. Ioannis Angeli viri innocentiſſimi, qui etiam in vita miraculis claruit. die 10. Octobris.

s. Monicæ Viduæ Matris S. Patris Auguſtini. die 4. Maij.

s. Proſperi diſcipuli s. Auguſtini, & Epiſcopi Regienſis, quem eccleſia Romana in approbatione ſuorū opuſcolorum, virum religioſiſſimum appellat. die 24. Nouembris.

s. Theotonij Confeſſoris, qui fuit cuſtos perpetuus virginitatis, & valde dilectus à s. Bernardo Clareuallenſis primo Abbatæ. die 18. Februarij.

s. Vbaldi Epiſcopi, & Confeſſoris, cuius corpus incorruptum vſq; adhuc Eugubij conſpicitur. die 16. Maj. *ex breuiario, ſeu ſanctuario eiuſdem Congregationis.*

V

s. VBaldus Canonicus regularis, & Epiſcopus Eugubinus. per Celeſtinum Tertium.

s. Veranus Epiſcopus Perinenſis, ex tabulis eiuſdem Eccleſiæ. Neſcitur per quem.

s. Vincentius Ferrerius ord. Præd. per Calixtum Tertium. De cuius Glorioſi Patris admirabili ſanctitate, & miraculorum patratione, præter 38. mortuorum ſuſcitationem meritò dicitur, quod Prophetico fretus lumine, mira de mundi fine docuit, quodq; ſuum imitans parentem s. Dominicum, *mundi vitia purgauit dono verbi ſaluifici*; ac denique eumdem s. Vincentium *clarum reddit genus omne prodigiorū. ex Bulla canonizationis ipſius. ex celeberrimorum Doctorum monimentis, qui eiuſdem ſancti vitā conſcripſerūt. Deniq; ex officio eccleſiaſtico approbato*, quod ord Prædicatorum antiquitus in die feſto eiuſdem ſancti Confeſſoris decantat.

Quibus addunt aliqui, nouiſſimè verò *Virgilius Ceparius Ven. Soc. Ieſu lib. 2. de Beatis nondum canonizatis, cap. 9. num.* 7. quod ex quatuor proceſſibus ritè; ac rectè formatis ſuper ſanctitate vitæ, & miraculorum patratione, Summo Pontifici Romano oblatis, ad effectum canonizationis, eiuſdem ſancti confeſſoris, colliguntur, immo expreſsè habentur 860. miracula à Deo operata per interceſſionem ſancti Vincentij Ferrerij, & ſingula ſufficienter probata in eiſdem, per legitimos teſtes; dum adhuc inter mortales viueret; ob quam miraculorum multitudinem, ingens cōcurſus populorum; præſertim languentium, & infirmorum erat fere continuus ad illum. Hoc namq; colligitur præcipuè ex vita ipſius ſancti Confeſſoris à quamplurimis auctoribus fideliter conſcripta, & per Eccleſiam approbata.

s. Virgilius Epiſcopns Salisburgenſis. per Gregorium Nonum.

s. Vldaricus Epiſcopus Auguſtanus. per Benedictum Septimum. Alij per Ioannem Decimumquintum. *De* qua canonizatione agit inter alios *Cardin. Baronius in annalibus ad annum Chriſti* 993. §. *ſequitur, & ſequentib.* vbi inter alia adducit Bullam Canonizationis æditam per *Ioannem XV. prid. Kal. Februar. indict. ſexta anno* 993. ſubſcriptam à quampluribus Cardinalibus, qui tunc Romæ aderant, qui fuit annus 8. ſui Pontific. ex qua colligitur tempus ſolemnis cano-

nizationis eiuſdem s. Vldarici, & quod ab eodem Pontifice fuerit facta.

s. Vulfangus Epiſcopus Ratiſponenſis Monachus s. Benedicti. per Leonem Nonum.

s. Vlſtandus, ſeu Vuolſtanus Anglus, epiſcopus Vnigorienſis. per Ioannem Tertium.

s. Vrius Monachus cum multis alijs, qui in cœnobio s. Iuſtinæ Patauij requieſcunt. per s. Leonem Nonum natione Germanum, profeſſione Monachum Tulenſem in Leucis Congregationis Cluniacenſis, qui in tranſitu per agrum Patauinum, dum contra Regem Pannoniæ proficiſceretur, diligenter examinata eorum vitæ ſanctitate, atque celeberrimorum multitudine miraculorum, anno *Dominicæ* Incarnationis 1053. quarto Nonas Auguſti, ſolemni, ac publico ritu illos ibidem canonizauit. *Cardin. Baronius in notis ad Martyrologium* Ro*manum die* 19. *Aprilis. Platina in vita ipſius. Anſelmus Monachus* Remen*ſis, Sigebertus de viris illuſtribus cap.* 153. *Deſiderius Abbas Caſsinenſis lib.* 3. *Dialog. M. S. in carta membrana autentica Monaſt. S. Iuſtinæ, Epitaphium peruetuſtum ad illorum ſepulcrum inſculptum, & alij.*

s. Vualburgis ſoror ss. Vulibaldi, & Vnibaldi. Per Adrianum Secundum.

s. Vuileardus Epiſcopus Præmenſis. Per Nicolaum Primum.

s. Vulibaldus primus Epiſcopus Aureatenſis. Per Leonem Septimum.

s. Vuilhelmus Epiſcopus Briocenſis. per Innocentium Quartum.

s. Vuiro Scotus Epiſc. in Scotia. Ignoratur per quem.

s. Vrbanus Papa Quintus, Monachus Cluniacenſis ſolemniter canonizatus; ſed non dicitur per quem. *Panuinus in ſuis annotationibus ad Platinam: Petrus de Ripa, & alij.*

s. Vuenceslaus Bohæmorū Dux ab impio Boleslao fratre quidem, ſed Idolorū cultore (conſilio crudelis matris, cui eximia filij ſanctitas nimis exoſa erat) in templo orans trucidatus eſt; quo die Chriſtus ob illius ſanctitatis teſtimonium per viſum apparuit Regi Daciæ iubens illi, vt ſuo martyri eccleſiam ædificaret. certò ſolemniter canonizatus, ſed neſcitur per quem. *ex vita Leonis X. ex Baronio, & Galeſinio. & Surio, ac alijs die* 28. *Septembris. præſertim ex Bohæmicis hiſtorijs à Pio Secundo æditis cap.* 14. *&* 15. *& ex Breuiario antiquo Dominicanorum.*

Non deſunt innumeræ ferè eccleſiæ Regularium, & Secularium intra, & extra Italiam exiſtentes, quæ indultis Apoſtolicis ditatæ, ſolemniter colunt feſta cum recitatione Diuini officij, & aliquando publica proceſſione in honorē quamplurimorum ſanctorum martyrū, & confeſſorum, præſertim ſuorum regnorum, prouinciarum, vel religionum, quorum aliqui ſolemni ritu reputantur canonizati, quemadmodum ſuperius in hoc Indice traditum eſt; vtq; latius habetur in breuiariis, vel ſanctuarijs, ſeu martyrologijs, aut Indiculis illarum, de quibus frequenter fit mentio, maximè verò à Card. Baronio, Petro Galeſinio, & ab alijs in notis ad martyrologium Romanum, & à Petro Epiſcopo Æquilino, & pariter à Ferrario in vtroque Cathalogo ſuo ſanctorum, & copioſius in Cronicis multorum ord. monachorū, & mendicātiū, vti apertè teſtatur inter alios Molanus in indiculo ss. Belgij, & martyrol. Benedictinorū, in quo ſingulis anni diebus recenſentur plures ſancti etiam canonizati dicti Inſtituti. Quod nempè martyrol. adducitur ab Arnaldo Vuion Auctore ligni vitæ totius ſanctiſſimæ Religionis Diui Benedicti, & pariter tabula, ſeu indiculus ſanctarum Belgij,

quem

Digitized by Google

quem copioſè cum alijs ſimilibus ordinauit Molanus, ac etiam ſanctuarium ſanctorum Regni Galiæ, Hiſpaniæ, ac Germaniæ, aliarumq; Eccleſiarum. Breuiarium quoque, ac ſanctuarium ordin. Prædicatorum, Franciſcanorũ, & s. Auguſtini id omne confirmat. Inter Eccleſias verò præſertim Italiæ communiter tanquam magis celebres poſt Romanam Rauennatenſis enumeratur. Anno enim 44. à Chriſti Natiuitate à s. Petro Capite totius Eccleſiæ, & in terris Chriſti Dei Vicario, Rauennę mittitur s. Apollinaris, vt Chriſti Euangelium euulgaret Epiſcopus ordinatus ab eodem ſancto Petro, qui fuit vnus ex ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis, qui etiam ab Antiochia Romam ſecutus eſt ſanctum Petrum, vt latè tradunt Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & *Hieronymus Rubeus*, *libro*. 1. *hiſt. Rauennatenſis*. Qui inter quamplura adducit verba Concio. ſancti Petri Damiani habitæ per ipſum in laudem Diui Appollinaris, & ſunt. ***Si enim Conſtantinopolitana Ciuitas, quia Romanos in ſe transtulit ciues, ſecunda Roma eſt nuncupata; quanto magis Ciuitas hæc Rauennatenſis, quæ tantum Principem è Roma ſuſcepit, ſecunda Roma veriùs eſt appellanda?*** ſtatim ſubdens. ***Nunquid non glorioſius eſt Quirintes de Romana Curia, quam Martyrem de Romana Eccleſia ſuſcepiſſe?*** Et meritò quidem. nam Glorioſus hic Martyr ſigno Crucis cœcos illumiuauit, mortuos ſuſcitauit; aliaque innumera miracula Deus per ipſum edidit, ſuaque continua, feruentique prędicatione, non ſolum populum Rauennatenſem: verum, & alios diuerſarum Ciuitatum ad fidem Chriſti conuertit. De eius enim laudadabili vita, & admirabili ſanctitate, poſt Martyrologium Romanum, Menologyum Græcorum, poſt Mombricium egregiè ſcripſit ***Petrus in Cathalogo libro 6. cap.*** 128. ***Surius tom.*** 4. Sanct. Viror. Petrus Chriſologus, & Petrus Damianus integros ſermones pariter ediderũt; ac etiam Venantius Fortunatus, & ſancti *Hieronymus*, *lib. de Scriptoribus eccleſiaſticis*, *& Gregorius Magnus in regiſt. libro* 5. *epiſt.* 33. ***mentionem faciunt***. Hæc eccleſia prima poſt Romanam in Italia. Rubeus, & alij approbatione Apoſtolica colit feſtum, & recitat Diuinum officium in honorem quamplurimorum ſanctorum Martyrum, & Confeſſorum, atque ſanctarum Virginum, præſertim eiuſdem.

s. Apollinaris die 23: Iulij.

s. Aderiti Epiſcopi, & Confeſſoris, 27. Septembris.

s. Agapiti Epiſcopi, & Confeſſoris, 15. Martij.

s. Barbatiani Presbyteri, & Confeſſoris, 31. Decembris.

s. Calloceri Epiſcopi, & Confeſſoris, 2. Februarij.

s. Dathi Epiſcopi, & Confeſſoris; 3. Iulij.

s. Exuperantij Epiſcopi, & Confeſſoris, 30. Maij.

s. Ediſti Martyris, 12. Octobris.

s. Euleſij Epiſcopi, & Confeſſoris, 27. eiuſdem.

s. Eleucadij Epiſcopi, & Confeſſoris, 14. Februarij.

s. Fuſcę Virginis, & Maurę nutricis, & martyr. 13. Februarij.

s. Germani Epiſcopi Antiſiodorenſis, 31. Iulij.

ss. Geruaſij, & Protaſij fratres martyres filiorum ss. Vitalis, & Valeriæ, qui s. Vitalis Rauennæ; Valeria vero Mediolani; vbi etiam, & filij martyrium pertulerunt die 19. Iunij. Quorum ſanctorũ martyrũ Geruaſij, & Protaſij ſolenitatem inter alios innumeros ſanctos colit eccleſia Mediolanẽſis, vbi maior pars illorum Corporum honorificè ſeruatur.

Dei monitu in loco ſancto,& inſigni ibidem collocata à s. Ambroſio Epiſcopo eiuſdē Ciuitatis. Quamuis multę aliæ eccleſiæ eorundem s. Mart. reliquijs inueniantur locupletatæ; vt aſſerit inter alios *S. Gregorius Turonēſis de Gloria Martyrū c.47.* vbi de reliquijs horum Chriſti militum verba faciens inquit. *Per totum Galliarum ambitum Deo propitio ſunt delatæ, &* paucis interiectis, addit, *ex hoc enim eorum Reliquiæ affatim collectæ per vniuerſam Italiam, & Galliam ſunt diuiſæ.* De laudibus horum Martyrum,& de inuentione miraculoſa illorum Corporum ſcripſerunt inter alios *S. Ambroſius in Luc. cap. 7. & lib. 5. de ſanct. & libro 7. epiſt. 13. & 54. & S. Auguſtinus lib. 9. Confeſſ. cap. 7. ſerm. 39. de diuerſ. c. 5. & de Ciuit. Dei lib. 22. cap. 8. S. Paulinus,* (non tamen ille Epiſcopus Nolanus) *in vita s. Ambroſii, & epiſt. 12. ad Seuerum, S. Gregorius Turonenſis vbi ſupra de gloria Martyrum cap. 47. Breuiarium Toletanū, Tabulæ eccleſiæ Mediolanenſis, & Fundanæ.*

s.Guidi Abbatis Pomponenſis. 2. Aprilis.

s.Ioannis Epiſcopi. 21. Nouembris.

s.Illuminatæ Virginis,& Martyris. 29. eiuſdem.

s.Liberij Epiſcopi,& Confeſſoris. 29. Aprilis.

s.Liberij diuerſi à primo, qui fuit Epiſcopus,& Confeſſor. 30. Decembris 33.

s. Marcellini Epiſcopi, & Confeſſoris: 5. Octobris.

s. Marciani Epiſcopi, & Confeſſoris 22. Maij.

s.Maximiani Epiſcopi, & Confeſſoris 21. Februarij.

s.Petri cognomento Chriſologi, qui nullo prorſus hominū fauore; ſed diuino tantum nutū Rauennatum Epiſcopus in iuuenili ætate creatus eſt à Sixto Tertio Pontifice Maximo, qui illum valde reluctantem ordinauit, cuius extant conciones, & homiliæ doctrinam, & pietatem vndique ſpirantes. die 2. Decembris.

s.Petri cognomento Iunioris ſiriaci, Epiſcopi Rauennatenſis. die 21. Iulij.

s.Probi Epiſcopi, & Confeſſoris, 10. Nouembris.

s.Proculi Epiſcopi, & Confeſſoris, 1. Decembris.

s. Rainaldi Epiſcopi, & Confeſſoris, 18. Auguſti.

s.Romualdi Abbatis,& Confeſſoris, 19. Iunij.

s.Rufi Epiſcopi Capuani, & Mart. Rauen. 27. Auguſti.

s.Sauini Epiſcopi, & Martyris, 7. Decembris.

s.Seueri Martyris 1. Februarij.

s. Seueri Epiſcopi, & Confeſſoris eodem die. Hic fuit vltimus, qui indicio columbæ electus eſt in Epiſcopum Rauennatenſem. Interfuit Concilio Sardicēſi ſub Iulio Primo contra Arianos congregato, cui ſe ſubripſit. *ex officijs eccleſiæ Rauennaten. ex Hieronymo Rubeo lib. 2. hiſtoriæ Rauen. & alijs ſcriptoribus.*

ss.Valentini, Concordis, Noualis, & Agricolæ Mart. 16. Decemb.

ss.Valentini, Victoris,& Solutoris. Martyr. 13. Nouemb.

ss.Valentini, Pellitiani, & Victorini Mart. 17. Nouemb.

s.Vitalis Martyris nobilis Rauennaten. die 28. Aprilis. *ex Flore ſanctorum Ribadeneira, & alijs citatis ab ipſo.*

s.Vrſicini Martyris, 19. Iunij.

Poſt Rauennatem quo ad multitudinem ſanctorum ſequitur in Italia Eccleſia Mediolanenſis, quæ magno populorum concurſu ſolemnizat eo modo, quo paulo ante dictum eſt feſta ſanctorum Martiani, Ioannis boni, Datij Epiſcoporum, & Confeſſorum, Aquilini presbyteri, & Martyris, Honorati, Lazari, Manſueti, Benedicti, Ambroſij Doctoris eccleſiæ, Galdini, Marolij, Venerij, Geruntij,

Digitized by Google

runtij,Natalis,Dioniſij, Senatoris, Euſtagiſ,Ampellij,Materni,Euſebij,Simpliciani, Anſani, Maurilli, Elicerij, Anatalon, Monai,Cai, Quintini, Antonini, Caroli Borromæi,Aurelij,Magni,Arſacini, Benigni,Protaſij,Caſtriciani,Miroclei, Matroniani,Eugenij Epiſcoporum, & Confeſſorum.Sauinę matronę,Maximi mart. Thebei,Valerię viduæ,& martyris. Petri martyr. ordin. Prædicat. Conuerſionis s. Auguſtini, Victorij martyris, Tranſlationis s.Nazarij martyris, Robuſtiani martyris,Protaſij,&Geruaſij martyrum. Naboris, & Felicis martyrum, Marcellinæ Virginis, & B.Ioannis Angeli Confeſſoris ord.Seruorum.

Deinde Papienſis vti eſt videre in eodem indice Typographico Verbo *Papiæ. in Inſubria*. Hanc ſubſequitur Neapolitana quemadmodum refert idem auctor vbi ſupra tit.*Neapoli in campania.* Poſt hanc Patauina, vt latius ibidem verbo *Patauij in Ven.* poſt Patauium, Peruſina in Tuſcia, Placentina in Æmilia,Piſana in Etruria, & Panormitana in Sicilia,Ariminenſis in Æmilia, Brunduſina in Apulia, Florentina in Etruria; vt alias breuitatis cauſa omittam extra, & intra Italiam, quas recenſere non ſolum valde laborioſum eſſet, ſed etiam quaſi impoſſibile. Qui verò cupiunt ex deuotione, vel alia de cauſa ſcire in quibus locis corpora ſanctorum, de quibus facta eſt mentio in antecedenti Indice, recondantur,legant Indicem Alphabeticũ nominum ſanctorum, quem præmittit ad ſuum cathalogum ſanctorum Italię *Philippus Ferrarius*, & in eo conſpiciet locum ſiue loca in particulari,in quibus Corpora prædictorum ſanctorum, vel pars,aut reliquiæ illorum aſſeruantur, à cuius tranſcriptione abſtinere volui ob ipſius magnam amplitudinem. Idem quoque refertur frequenter in martyrologio Romano,& in notis,ſeu annotationibus ad illud Card. Baronij, & Galeſinij,& pariter in cathalogo ss.Petri Equilini, & latius in Annot. ad martyrologium monaſticũ Benedictinorũ ſingulis anni diebus iuxta nouam Calendarij rationem accommodatum. *Arnoldi Vuion lib.3.ligni vitæ*. In quibus annotationibus prædictus auctor ad diem quintam Ianuarij poſt recenſitam vitam ſanctæ Æmilianæ Virginis Amitæ s. Gregorij Magni Papæ,declarando quomodo ipſa, & s. Tarſilla Soror eius ſub diſtrictiore regula viuerent in domo propria inter alia inquit. *Hinc colligimus non ſolum in Cœnobijs, verum etiam in proprijs domibus ſanctos ſeculi illius vitã monaſticã obſeruare ſolitos,quod nõ ita crebra monaſteria, vt nunc inuenirentur. Quod idipſum obſeruaſſe legimus ſanctam* Gudulam, *quæ cum à B. Getrude regularem vitam edocta fuiſſet in domo poſtmodum paterna eamdẽ tenens immaculatam, vſq; ad finem ſeruauit. Idipſum plurimi SS. Monachi, & moniales poſtea imitati ſunt non ſolum ord. Benedictinorũ, ſed & aliorum, vt clariſſimè patet in illa ſanctiſſima Catharina Senenſi, quam Dominicani Ordinis fuiſſe,non ſolum eius vita, at maxime vnanimis omnium Patrum illius ordinis conſenſus confirmat. Quamuis non in Cœnobio, ſed in domo paterna, & propriã ſub regulari diſciplina vitam duxerit. Cuius rei plura teſtimonia in Cronicis* P.*P. Frãciſcanorum legimus, quæ ſub ſilentio ob breuitatem præterimus, & hæc contra nonnullorum cauillationes dixiſſe ſufficiat*. Hæc ille.

Petrus Riba de Neira Societ. Ieſu in ſuo Flore ſanctorum eximiè tradit locũ, ſiue loca, in quibus conſeruantur Corpora ſanctorũ,vel eorum reliquiæ, diem feſtiuitatis eorundem, & mirabiliora miracula à Deo eorum interceſſione patrata, cum alijs multis ſcitu dignis, collectis explacitis eximiorum Doctorum, quos idem auctor fideliter, & in particulari

culari

Digitized by Google

culari citat, addendo ſanctos eccleſiæ Toletanæ, & eorum feſta, vna cum alijs nonnullis ſanctis diuerſorum regnorũ, ſeu Prouinciarum, vel Ciuitatum Hiſpaniæ, quemadmodum videre eſt in prima parte Floris ſanctorum, licet copioſius in ſecunda parte. eiuſdem.

Animaduertendum duxi tanquam valde vtile, quod aliqui iuſtorum ſolemni ritu Canonizatorum aliquando enunciantur Canonizati à diuerſis Pontificibus; eo quia vnus expleuit quidem actũ ſolemnis Canonizationis, alius vero Bullam Canonizationis ædidit, publicauitq; quemadmodum euenit de S. Antonino Florentinorum Archiepiſcopo ab Adriano Sexto, cuius Canonizationis Bulla expedita fuit per Clementem Septimum. *ex eadem Bulla Canonizationis*. S. quoq; Ioannes Gualbertus Florentinus extitit Canonizatus per Gregorium Septimũ; euulgatio tamen canonizationis per Celeſtinum Tertium. *Auctor ligni vitæ totius religionis S. Benedicti parte 1. lib. 1. cap. 34.* Hoc idem vidimus, & teſtari poſſumus de ſanctis Ignatio Loiola, & Philippo Nerio ſolemni ritu inter Diuos relatos per Gregorium XV. horum tamen Canonizationis Bulla expedita reperitur per Sanctiſſium D.N. Vrbanum Octauum fæliciter regnantem. *ex Bulla canonizationis eorundem*.

Ne videar omittere aliquod, quod tractu temporis dubitationem aliquam valeat generare, animaduerto, quod Petrus de Natalibus poſt ſuum Cathal. SS. immò poſt tabulam totiusoperis in antiqua impreſſione adducit per modum additionis, ſeu appendicis Cathalogum quorumdam ſanctorum, quem inſcribit. *De ſanctis nuperrimè Canonizatis*. In quo enumerat Bernardum, Petrum, ac alios Martyres ordinis Franciſcanorum, nondum verè ſolemniter Canonizatos, vt latius dixi in meo Cathalogo ſanctorum Canonizatorum; ac etiam Beatos Albertũ Carmelitam, & Roccum Confeſſorem, quos pariter conſtat ex relatis à me in prædicto meo Cathalogo adhuc non eſſe per eccleſiam ſolemniter Canonizatos: quodque dici poteſt de B. Ioanne bono Mantuano, de quo non conſtat, quod ſit Canonizatus. Hos tamen omnes, tanquam nuperrimè Canonizatos refert ipſe vbi ſupra, vnà cum ſanct. Gulielmo Confeſſore, s. Cirillo, s. Vincentio Ferrerio, s. Ruberto Epiſcopo, s. Vrſio, s. Bernardino, & s. Bonanentura ord. Minorum, s. Simpliciano Eremita, cuius opera reuocatus eſt s. Auguſtinus ab hæreſi Manicheorum, s. Nicholao Tolentino, s. Magno, s. Iunone Presbytero, s. Volſango, s. Othomaro Abbâte, & s. Conrado Epiſcopo vtroque Alemano, s. Oximundo, & s. Sabino Martyre; & Epiſcopo Mediolanenſi; ac etiam ſanctis Catharina Senenſi, Monica Vidua matre s. Auguſtini, & Rutilia Virgine à natiuitate cœca. Ideò videtur, quod prædictus Cathalogus Petri de Natalibus additus modo explicato ſit cautè legendus; quamuis in illo contineantur aliqui verè ſolemni ritu per Eccleſiam Canonizati: (niſi vellimus dicere, quod prædictus Auctor confundat Canonizationem ſolemnem cum Beatificatione, quæ vt aliàs dixi, appellatur, & ipſa Canonizatio non tamen abſolutè, ſed particularis.

Signum Stellæ paruæ, ſeu Aſterici indicat nondum conſtare de Canonizatione illorum Iuſtorum ante quorum nomina ponitur.

SVM-

SVMMARIVM
Capituli Noni.

1 *Aſſignatur ratio additionis huius noni capituli, & referuntur authoritates Imperatorũ confitentium eximiam poteſtatem Pontificis* Romani.
2 *Adducuntur authoritates* Romanorũ *Pontificum ad idem.*
3 *Exemplo dilationis Canonizationis Gregorij Decimi, confirmatur vſus protractionis negotij canonizationis ſanctorũ.*
4 *Enarrantur aliqua beneficia begnignè collata ordini Prædicatorum ab eodẽ Gregorio Decimo.*
5 *Refertur ad integrum libellus ſupplex, ſeu memoriale nouiſſimè Sanctiſſ. D. N. Vrbano Octauo oblatum pro augmento cultus, & venerationis eiuſdem Beati Pontificis.*
6 *Confirmantur prædicta de dilatione canonizationis Iuſtorum, exemplo quorundam aliorum ſanctorum, etiam martyrum, præſertim ex ordine Franciſcanorum.*
7 *Per modum illationis infertur ex prædictis mos, et vſus antiquus Eccleſ. Rom. circa dilationẽ canonizationis famulorũ Dei.*
8 *Ad huius maiorem ſtabilitatem referuntur verba conſtitutionum quorundam Pontificum Romanorum.*
9 *Refertur decretum Sacræ Congregationis Rituum.*
10 *Explicatur verus ſenſus verborum ſuperius adductorum cap. 1. huius Elucidarij numero 62. quod multi viri Dei de quibus fit mentio in martyrologio Romano non ſint tamen ſimpliciter, & vniuerſaliter declarati Beati.*
11 *Non licet abſque ſpeciali facultate ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, nomina virorum Dei etiam canonizatorum apponere in martyrologio romano, quo vtitur communiter eccleſia.*
12 *Hanc veritatem tradiderunt in proprijs terminis multi authores, quorum loca in ſpeciali diſtinctè referuntur.*
13 *Poſſunt nihilominus nomnia Sanctorum verè canonizatorum in martyrologijs particularibus huius, vel alterius eccleſiæ, Religionis, vel Prouinciæ deſcribi.*
14 *Diſtinguntur ſolemnitates in honorẽ Dei,* B. *V. & Sanctorum in duplici ordine.*
15 *Inſtitutio feſtiuitatis præſertim cum recitatione Miſſæ, & officij diuini, nequit fieri abſque ſpeciali licentia, & approbatione ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.*
16 *Miſſa, & officium diuinum nequit publicè recitari in eccleſia abſque conceſſione Apoſtolica.*
17 *Sine qua etiam iam approbatum, nequit reponi in breuiario romano.*
18 *Multiplici genere argumentorum ſupradicta demonſtrantur.*
19 *Enumerantur aliquæ feſtiuitates in particulari, quæ celebrantur in honorem* Sal*uatoris noſtri, B. Virginis, & ſanctorum.*
20 *Narratur tempus celebrationis feſtiuitatis in honorem natiuitatis B. ſemper Virginis Mariæ.*
21 *Adducuntur multa circa antiquitatem feſtiuitatis inuentionis ſanctæ* Crucis.
22 *Nonnulla referuntur circa antiquũ vſum ſignaculi ſanctæ Crucis.*
23 *Explicatur quo genere adorationis ſit adoranda* Crux Chriſti.
24 *Ex Bartholomeo Medina refertur error contradicentium doctrinæ D. Thomæ circa venerationem, & adorationem ſanctæ Crucis.*
25 *Referuntur aliqua miracula de ligno viuifica Crucis Chriſti.*
26 *Reijciuntur quædam hæreticorum deliramenta, circa celebrationem feſtiuitatis ſanctæ Crucis.*
27 *Adducitur forma ſecundum quam compoſita erat Crux* Chriſti.
28 *Aſſignatur ratio diſcriminis inter Crucem*

Digitized by Google

cem Chriſti, & eius Lanceam atq; ſpongiam.

29 *Ad confirmationem prædictorum circa neceſſariam facultatem Apoſtolicam pro inſtitutione feſtiuitatum, referuntur nõnulla exempla de feſtiuitatibus ſanctorum in particulari.*

30 *Diſeritur de antiquitate inſtitutionis ſolemnitatis in honorem transfigurationis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

31 *Declaratur conuenientia altiſsimi miſterij eiuſdem transfigurationis.*

32 *Explicatur qualis fuerit claritas Corporis Chriſti tempore ſuæ glorioſæ transfigurationis.*

33 *Aſsignatur ratio quare territi fuerint diſcipuli à Chriſto aſſumpti, coram quibus transfiguratus eſt.*

34 *Declaratur conuenientia teſtium à Chriſto electorum in miſterio transfigurationis.*

35 *Explicatur quomodo apparuerint Moyſes, & Elias tempore transfiguratis Chriſti.*

36 *Explicatur pariter quomodo Caliſtus Papa III. ab aliquibus dicatur inſtitutor ſolemnitatis transfigurationis Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

37 *Multa referuntur de inſtitutione feſtiuitatis in honorem viſitationis B. ſemper Virginis Mariæ, referendo aliquas laudes de ſancto Ioanne Baptiſta.*

38 *Vſque ad 49. referuntur inſtitutiones in particulari diuerſarum feſtiuitatum per varios Pontifices Romanos.*

50 *Recenſetur conceſſio facta à Sanctiſsimo D.N. Vrbano VIII. circa recitationem Miſſæ, & Officij in honorem B. Felicis de Cantalicio ordinis Cappuccinorum. & B. Maria Magdalenæ de Pazzis Florentinæ, & circa conceſsionem indulgentiarum eorumdem Beatorum. & aliorum etiam Martyrum, quos eccleſia Romana inter Beatos connumerat, &c.*

51 *Nequeunt fieri memoriæ in officio publico diuino abſq; facultate Sedis Apoſtolicæ de qua rè adducuntur quedam conceſſiones in particulari.*

52 *Aſsignatur ratio quare diuerſis diebus anni varijs in locis celebretur feſtum in honorem eiuſdem ſancti.*

53 *De loco, & qualitate ſepulchri Saluatoris noſtri deſſeritur.*

54 *Referuntur de eodem ſepulchro, quæ adducuntur à Cardinali Caetano ad tertiam partem D. Thomæ.*

55 è 56 *Adducitur ratio conuenientiæ quare Corpus Chriſti fuerit depoſitum in ſepulchro nouo, & alieno.*

57 *Enarrantur aliquæ virtutes eorum qui ſepelierunt Corpus Chriſti.*

58 *Adfuit funeri Saluatoris innumera multitudo Angelorum, ac B. Virgo cum alijs ſanctis viris.*

59 & 60 *Aliqua ſcitu digna de conceptione corporis Chriſti miraculoſa explicantur.*

61 *Deſcribitur tempus, & modus quo Chriſtus reaſſumpto corpore, poſt triduum ſuæ mortis reſurrexit.*

62 *Corpus Chriſti poſt reſurrectionem verũ & integrum fuit, ac eiuſdem naturæ, quod ante mortem, & paſsionem.*

63 *Aſsignatur ratio conuenientiæ, quare Chriſtus conſeruauit cicatrices vulnerorum in corpore reſuſcitato.*

64 *Explicatur præſertim ex doctrina D. Thomæ, quomodo Apoſtoli habuerint donum linguarum, & eo vſi ſint.*

65 *Magnum miraculum reputari debet, quod aliquis famulus Dei loquens ſua tantùm naturali lingua, intelligatur à multis diuerſarum linguarum, & nationum.*

66 *Inter hos connumerantur B. Ludouicus Beltrandus, & ſanctus Franciſcus Xauerius.*

67 *Recenſentur nomina quorũdam doctorum circa modum doni linguarum, quo decorati fuere Apoſtoli in die S. Pentecoſtes.*

68 *Piè creditur hoc dono fuiſſe decoratam B. ſemper Virginem Mariam.*

Digitized by Google

CAPVT NONVM.

In quo continentur conſiderationes neceſſariæ pro maiori dilucidatione multorum, quæ in præcedentibus cap. huius Elucidarij explicata fuere.

Prima Conſideratio ad Primum, & Tertium Caput Elucidarij.

APpendix ad primum cap. huius Elucidarij, errore atq; incuria ſcriptoris exemplantis prætermiſſa fuit, inqua, quemadmodum, & in alijs, nonnulla magis neceſſaria explicantur, de quibus habitus eſt ſermo in præcedentibus cap. quæ vt hic apponeretur curaui propter vtilitatem illorum, quæ continentur in ipſa, & hoc fuit motiuum principale additionis huius Capituli noni cōplectentis neceſſarias conſiderationes ad multa in præcedentibus c. tradita; ſed non ita amplè ibidem dilucidata, atq; ampliata, ad euitandam prolixitatem, & aliqualem obſcuritatem, omiſſa in, eiſdem cap. & in Append. tranſlata, & copioſius enucleata.

1 Præmonitum eſſe deſidero prudentem Lectorem, vt ſingula, quæ in Primo Cap. huius Elucidarij, & fuſius in Tertio, ad Dei gloriam, atque fidelium ædificationem ſcripſi de eximia præcellentiq; poteſtate Summi Pontificis Romani Chriſti Domini in terris Vicarij, interpretetur de poteſtate Spirituali præcisè, in ordine præſertim ad decernenda, & definienda quæ ſunt fidei, vel bonorum morum pro ſalutè communi fidelium inſtituta, pariter quoq; in ordine ad Iuſtorum canonizationem; ad hæc enim dilucidanda, cuncta à me in hoc Elucidario tradita principaliter diriguntur. idquè pro fine ſemper habui.

Hanc nempè poteſtatem ſpiritualem, præter innumera ferè teſtimonia ſacræ Scripturæ, Summorū Pōtificū, Conciliorum, SS. Patrum, omniumq; Doctorum Catholicorum alias adducta, euidenter demonſtrant, atq; extollunt placita quoquè Inuictiſſimorum Imperatorum, præſertim Conſtantini Magni, qui poſt ſuſceptum Chriſti lauacrum frequenter per modum inuiolabilis ſtatuti, ac edicti faſſus eſt, *ſicut B. Petrus in terris Vicarius Filij Dei conſtitutus eſt, ita Pontifices* (ideſt Romani) *qui ipſius Apoſtolorum Principis gerunt vices; Ideò eorum Principatus poteſtatem, amplius, quam noſtrum Imperium, & terenum Thronum decreuimus veneranter honorari*; addendo pro ratione huius religioſiſſimi ſtatuti, *quia Principatum tenet Eccleſia Romana, tàm ſuper quattuor præcipuas ſedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hyeroſolimitanam, & Conſtantinopolitanam, quàm etiam ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum eccleſias Dei*. (Vt latius in cap. *Conſtantinus* infra citando) ſubdens, *& Pontifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit celſior, & Princeps cunctis Sacerdotibus totius mundi exiſtat, ac eius iudicio, quæ ad cultum Dei, vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procuranda fuerint, diſponantur*. (Intellige neceſſariò ab eiſdem Pontificibus Romanis.) Deindè S. Syluestrum tunc Pontificem Romanū, Patrem ſuum, Summum Pontificem; deniq; Papam illum appellat, tales etiam eſſe denuncians futuros Pontifices Romanos ſucceſſores Principis Apoſtolorum, qui vſque ad finem mundi, in B. Petri ſedem erunt ſeſſuri, vt latius habetur *cap. Conſtantinus Imperator, diſt. 96. prim. par. Decret.* adiunctis illis, quæ ad idem per gloſam ibidem traduntur.

Eadem quoque magno verborum apparatu confitetur Ludouicus pius Imperator quemadmodum videre eſt, *cap.*

ego

ego Ludouicus, *diſtinct*. 63. Hoc etiam dilucidis verbis confirmauit Valentinianus, eadem diſtinctione, præſertim *verſ. talem itaque*.

2 Quòd ſanè optimè explicatum, atque ampliatum reperitur apud *Euſebium*, *lib.4. cap. 56. de vita Conſtantini Magni, apud Zozomenem lib. 1. c. 8. Sanctum Antoninum 2. parte Hiſtor. tit. 9. cap. 3. & apud Cardinalem Caietanum tom. 1. tract. 3. ſuorum opuſcul. apolog. de auctoritate Papæ, & Concilij, & apud Cardinalem Belarminum lib. 1. 2. 3. & 4. de auctoritate Pontif. Rom.* vt pætermittam Sanderum, Turrem Crematam, & alios innumeros de hac materia copioſè pertractantes.

Id omne clarius tradiderunt Summi Pontifices Romani, adentes primatum ſuper omnes eccleſias fuiſſe eccleſiæ Romanæ à Chriſto Domino immediatè traditum, vt liquet præſertim ex *epiſtola Iulij Papæ ad Epiſcopos Orietales relata in cap. dudum 3. q. 6.* vbi de eccleſia Romana id expreſsè affirmat, dum inquit. *Hæc eccleſia ſuo nomine conſecrata Domino inſtituente, prima eſt, & caput cæterarum*. Anacletus quoque in epiſtola ad omnes Epiſcopos, quæ refertur *cap. ſacroſancta diſt. 22.* poſtquam dixit ſacroſanctam Romanam, & Apoſtolicam Eccleſiam nequaquam ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuiſſe, tandem poſt multa per modum neceſſariæ concluſionis, ſiuè illationis ſubdit. *Prima ergò ſedes eſt Cæleſti beneficio Romana Eccleſia*. Denique ex Decretis Gelaſij Papæ de Eccleſia Romana decernitur per ſequentia verba: *Conueniens eſt, vt totum Corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quam illic vigere conſpiciat, vbi Dominus Eccleſiæ totius poſuit Principatum* de quibus latius dictum eſt *cap. 3. nu. 9. & ſequentibus*, vbi *num. 16. §. 1. & ſequentibus* demonſtratur, priuilegia Pontificis, ſiuè Sedis Romanæ, nullam prorſus habere dependentiam à Concilijs, vel ab aliquo homine, ſed à ſolo Chriſto Domino vt latius cap. 3. præſertim num. 15. 16. & ſeqq. explicatum eſt.

Secunda Conſideratio ad cap. Primum numero 41.

3 VEritas equidem protactionis, vel dilationis eximij negotij Canonizationis famulorum Dei, de qua latè agitur *num. 41. cap. 1. Huius Elucidarij §. 1. & ſeq.* nouis argumentis maioriq; euidentia adhuc demonſtratur exemplo præſertim B. Gregorij Papæ X. qui iam à 350. annis miraculis illuſtris venerationem, & cultum habet publicum in Ciuitate Aretina in Ætruria, vbi deuotè ſeruatur corpus huius Sancti Pontificis, nihilominus nondùm habet officij, & miſſæ recitationem, neque canonizatus exiſtit, verum anno 1606. per Procuratorem adhunc effectum ſpecialiter deputatum in Vrbe, à Sancta Sede Apoſtolica in honorẽ prædicti Pôtificis inſtanter petitur officium, & miſſa cum alijs de quibus latius in libello Supplici Sanctiſſimo Domino Noſtro Papæ Vrbano porrecto, cuius fidele exemplar ab eodem R. Domino Procuratore mihi tributum libuit hic paulò inferius ad maiorem claritatem huius facti, & ſanctitatem dicti Pontificis apponere, cuius clementiæ, & benignitati multum debet tota familia Prædicatorum, ob magna beneficia ab eodem largiter ſuſcepta, dum munus Chriſti Vicarij ageret in terris; maximo etenim amicitiæ vinculo dum eſſet in minoribus in ſtudio Pariſino Sancto Thomæ Aquinati Doctori Angelico coniunctus erat, quem doctrina, & ſanctitate valdè illuſtrem ad Concilium generalem Lugduni de mãdato

dato

Digitized by Google

dato ipſius Pontificis congregatum anno 1274. euocauit in quo concilio interfuerunt Epiſcopi 500. Abbates 60. & alij Prælati circa 1000. huic concilio aderat Sanctus Bonauentura Cardinalis, & doctor eccleſiæ, cui concilio non interfuit Sanctus Thomas, nam in itinere apud Monaſterium foſſæ nouæ Ciſtercienſis ordinis dum pergeret, ſanctiſſimis eccleſiæ Sacramentis munitus, obdormiuit in Domino, clarus miraculis in vita, & poſt mortem.

4 Idem Beatus Gregorius Decimus, ſuũ elemoſinarium in Vrbe Fratrem Ioannem, & Fratrem Petrum de Regio ſuum Cappellanum, & Familiarem conſtituit, Fratrem Gaufredum de Bello loco ſuũ Commiſſarium pro inquiſitione vitæ, & miraculorũ ſancti Ludouici Regis Gallorum; Inſuper Fratrem Nicolaum de Vincentia, & Fratrem Gulielmum de Tripuli, omnes eiuſdem ordinis; ſuos deſtinauit Nuncios ad Regem Tartarorum vulgariter appellatum *il gran Cane*, Fratrem Bonifacium ex Comitibus de Lauagna pariter deſtinauit Nuncium in Galliam, quem etiam ordinauit Archiepiſcopum Rauennatenſem, Fratrem Aldobrandinum Caualcantem Epiſcopum Vrbeuetanum, deindè ſuum Vicarium in Vrbe, ac Fratrem Petrum Epiſcopum Lucenſem, Fratrem Ioannem Epiſcopum Negropontis, Fratrem Robertum Archiepiſcopum Cantuariæ, & Fratrem Thomam Patriarcham Hieroſolymitanum, Legatumq; Apoſtolicum à Latere in Oriẽte inſtituit; Fratri quoq; Petro de Tarantaſio Archiepiſcopatum Lugdunenſem, deindè Cardinalatum contulit, qui ſecuta morte ipſius Gregorij, electus fuit in Pontificem Romanum ſub nomine Innocentij V: vtque breuitatis cauſa alia multa omittam beneficia per ipſum ordini Prædicatorum collata, Romæ Fratribus dicti Ordinis eccleſiam ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam, nũc valdè inſignem inter Vrbis eccleſias, dono cõceſſit anno 1275. die 16. Nouemb.

Exemplar prænominati libelli ſupplicis, ſeu memorialis hoc eſt.

5 BEatiſſime Pater. Cùm euidentiſſimum ſit Gregorium Papam Decimum à trecentis quinquaginta annis publicè veneratũ, & ſolemniter honoratum fuiſſe, ſupplicatur ſanctitati veſtræ, quatenùs dignetur ex ſua gratia ſpeciali, committere ſacræ congregationi Rituũ, vt ſi repererit conceſſam aliquando fuiſſe, ſiuè ab antiquis, ſiue à Modernis Pontificibus facultatem celebrandi Miſſam, & Officium in honorem alicuius Beati, illi ſimilis, velit etiam decernere pro ipſo Miſſam, & Officium de cõmuni confeſſorum Pontificum; Hæc enim duo ſolemni canonizationi debere præmitti ſequentia docent, quæ tamen tempore ſuo non erant introducta.

Nam *Eugenius Quartus. Anno Domini* 1443. (viuente etiam ipſo Gregorio) hac gratia dignatus eſt B. Ambroſium Senſedonium Dominicanum decorare qui diem clauſerat extremum 1286.

Caliſtus Tertius anno 1457. B. Albertum Carmelitanum, qui vitam cum morte cammutauerat 1292. etiam cum facultate erigendi altaria, cũ hac clauſula, *quoſuque per eccleſiam aliud ſolemnius decernatur*.

Sixtus Quartus. Anno 1483. B. Ioannem Bonum Eremitanum ordinis ſancti Auguſtini, qui obierat 1249. his adiunctis, *donec aliud per nos, vel Apoſtolicam Sedem fuerit ſolemniter ordinatum, & nè deuotio Chriſtifidelium erga eundem Beatum tepeſcat*.

Leo Decimus Beatum Oſannam de Mantua anno 1515. cuius mors præceſſerat 1505. pro qua & litteras remiſſoriales conceſſit.

Digitized by Google

B. Corradum Placentinum Eremitam,qui obierat anno 1351.

B. Margharitam de Cortona, quæ deceſſerat anno 1297.

B. Ioannem Capiſtranum, qui ad aliam vitam migrauerat 1450.

B. Philippum Seruitam Anno 1516. qui Pontificatum adhuc gerente Gregorio Decimo,ex hac vita deceſſerat Anno 1285. hoc addito, *donec ad ipſius Philippi canonizationem deuentum fuerit*.

Clemens Septimus Anno 1526. B. Iacobum Salomonium,qui vinculis carnis ſolutus fuerat Anno 1354. & anno immediatè ſequenti.

B.Iacinthum Polonum vita functum Anno 1257. diù poſtea canonizatum 1594.

Paulus Tertius B. Raymundum de Peniaſorti Anno 1275. demortuum, & multò poſt canonizatum 1601.

Clemens Octauus B. Attonem Epiſcopum Piſtorienſem Anno 1153. portas vitæ æternæ ingreſſum.

Paulus Quintus B.Margharitam de Tiferno Dominicanam Anno 1609. quæ vitam finierat 1320.

Sanctitas quoquè veſtra Anno 1624. B. Claram de Monte Falcone Auguſtinianam Sponſi ſui oſculis fruentem, ab anno 1229. & B.Iacobum de Marchia Minoritam,qui obijt anno 1476. & anno 1625. S. Raymundum Nonnatum ordinis ſanctæ Mariæ de Mercede hinc commigratum anno 1226.

Quod autem Gregorius Decimus (quem aliqui ſcriptores dicunt fuiſſe ab Innocentio Quinto ſuo ſucceſſore beatificatum) à trecentis, & tot annis pro ſancto ſemper ſit habitus, & pro tali publicè, ac ſolemniter nomine eccleſiæ colatur, ex his deducitur.

1 Ab immemorabili enim tempore caput ipſius venerandum ad inſtar Beati radijs circundatum, ac diademate aureo redimitum in Diœceſi, ac Ciuitate Placentina,& Aretina ſuo corpore dotata depingitur, ac figuratur.

2 Viſitatur ſtatua ipſius marmorea ſimiliter coronata,& ſupra maius altare(ad latus Sanctiſſimæ Virginis D.N.) eccleſiæ Cathedralis Aretinæ ab Anno 1286.collocata,& vſque ad hęc tempora cum alijs imaginibus eius, ſupra alia altaria effigiatis conſeruata.

3 Ab Aretinis pro Sancto Protectore, ac Compatrono habetur, & vna cum S. Donato Epiſcopo, & Martyre Protectore Principali illius Ciuitatis partim à dextris, partim à ſiniſtris B.V. D.N.pingitur, & in multis locis taliter depinctus adoratur. Supra prædictum altare maius, & ſupra portam templi ipſius Cathedralis à ſiniſtris,in parte verò poſteriori altaris in marmore, & ſupra partem ſuperiorem Chori in pictura à dextris, & præter iſta ſupra portam Publicam Magiſtratus Plateam Aretinam reſpicientem, ac alijs in locis à ſiniſtris cum titulo, & diademate Sancti.

4 Ibidem, & à Summis Pontificibus eadem reuerentia Honoratus eſt, ſingulariter tamen à Leone Decimo, qui viſitando dictam, Cathedralem Miſſæ ſacrificium ad maius altare audiuit, & ibidem diſcooperta illa tabula marmorea ſatis ex factura, & mirabili ſculptura alijſquè ornamentis celebri, imaginem dicti B. Gregorij Caput aureo diademate redimitum habentis vidit, & adorauit.

5 Feſtus ipſius à populo Aretino ſolemniter celebratur, & in die depoſitionis eius (ſecundum ſtatutum antiquiſſimum 1345.ampliatum)ab omni opere ſeruili abſtinetur, immò ſtatuta vltima Anni 1536. & 1580. referunt quod eius meritis omnipotens

Deus

Digitized by Google

Deus multa miracula in populo Aretino contulit.

6 Apparatu ſolemni illa die Domicilium exornatur, & cum inſigni pompa, magno Populi concurſu, ac deuotione decantatur à Clero ſolemniter veſtito Miſſa, & officium pro tempore correnti.

7 Sermones,& prædicationes ſupra vitam, & miracula dicti Beati eadem die recitantur.

8 Buccinis concrepantibus à Magiſtratu,& Populo Aretino publica, & ſolemni proceſſione ipſa die ſepulchrum eius honoratur.

9 Ab eodem Magiſtratu,& Populo notabilis ceræ quãtitas prædictis ſtatutis determinata,in honorem eius offertur.

10 Sacrum corpus eius tunc oſtenditur, & cum deuotione, & populi concurſu conſpicitur.

11 Idem ſacrum corpus adhuc integrum cũ ſũmo honore in vno ſepulchro marmoreo, & eminenti pulcherrime ornato ſuſtentantibus illud columnis, & gradibus marmoreis conſeruatur.

12 Eſt collocatum in principaliori,& magis decenti illius templi capella in prima ſcilicet à manu dextra maioris aræ,& in illa parte quæ euangelio deſeruit ſitum, & ſuper archam eſt imago ipſius ſuper murum antiquitus depicta cum diademate ſancti.

13 Cuſtoditur ſub crate ferrea, & altera ferratura clauibus clauſum, & demonſtratur ob deuotionem (extra tempus etiam prænominatum) cũ facculis accenſis,ac ſi corpus ſancti.

14 Tangitur coronis Chriſtifidelium ob deuotionem ſicut ſanctum.

15 Ante illud omni tempore candelæ, & lampades accenſę habentur tanquam ante corpus ſanctum.

16 Incenſo,& veneratione reliquiæ ipſius ad inſtar ſancti honorantur.

17 Ante ſepulchrum eius, & circa in grati animi ſignificationem appenduntur à varijs perſonis vota,& miracula, ac ſi ante ſepulchrum ſancti.

18 Conſeruatur ibidem vna tabula appenſa multorum miraculorũ ſuorum poſt mortem operatorum, & tẽpore Pontificatus Innocentij V. anno Domini 1276. in ſummitate ipſius figura antiqua B.Gregorij cum diademate ſancti inuenitur.

19 In tabulis feſtorum,& feriarum illius Ciuitatis intra annum occurrentiũ nominatur ſanctus *Gregorius X.*

20 In publicis decretis communiter *ſtantiamenti* nuncupatis dictę Ciuitatis Aretinæ nõ ſolũ nomine Beati, ſed etiam quod maius eſt ab anno 1420. vſque ad annum 1550. nomine ſancti exprimitur his verbis; *in die ſancti Gregorij Papæ X. cuius corpus requieſcit in cathedrali Aretina in venerationem feſti ſancti Gregorij.*

21 In ſtatutis Fabrorum aliorumq́; artificum illius Ciuitatis Anno 1386. 1403. 1514. inter feſta obſeruanda connumeratur *decima Ianuarij feſtum ſancti Gregorij Papæ* X. & inſtatutis Ciuitatis 1536. & 1580. dicitur *in die B. Gregorij Papæ cuius corpus requieſcit in Cathedrali Aretina.*

22 In libris conſtitutionum ſynodalium impreſſarum à R. D. Colmo Epiſcopo Aretino 1505. inter ferias anni reperitur *ſanctus Gregorius prædictus, decima Ianuarij.*

23 In Martyrologio Romano antiquo Reatino legitur cum titulo ſancti.

24 Roma in Vaticano, & in Bibliotheca Patrum oratorij,conſeruatur pars miraculorum huius Beati ſicut res fide digna.

25 In libro Molani cuius titulus eſt *Natales ſanctorum Belgij* nominatur vt ſanctus.

Digitized by Google

26 In libris leg. impreſſis hoc eſt in duobus ſacrarijs ſanctorum illius Patriæ,& in calendario ſanctorum eccleſiæ Leghienſis (in qua functus eſt officio Archidiaconi) habetur inter Beatos ſub decima Ianuarij.

27 Placentiæ vltra figuram ipſius antiquiſſimam, muro vnius Eccleſiæ verſus viam publicam cum diademate ſancti inherentem aliaſq; imagines diuerſas cum radijs Beati; nominatur communiter in ſcripturis antiquis,& modernis,& in colloquijs mutuis pro ſancto.

28 In vita ipſius manuſcripta, & in Archiuio ſancti Antonini Eccleſiæ (in qua aliquando B. Gregorius fuit Canonicus) repoſita intitulatur nomine ſancti,& inter vitas ſanctorum,& ipſa regiſtrata conſeruatur.

29 Multi Authores grauiſſimi,& antiquiſſimi à 300. annis aſſerunt illum eſſe ſanctum canonizatum.

30 Et ſanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus (à Clemente VII. in Bulla ſuæ canonizationis illuminatus ab eo,qui illuminat omnem ſenſum, & qui lux,vita,& veritas eſt vocatus)cōſtanter aſſerit non eſſe dubitandum de illius ſanctitate.

31 Finaliter Sepulchrum ſuum eſt celeberrimum,& concurſu Populorum ex diuerſis mundi partibus confluentium honoratum,habet enim B.Gregorius Decimus ab immemorabili tempore omnia fieri ſolita circa ſanctos, Miſſa, & Officio exceptis,quæ tamen à S. V. vt deuotio fidelium non tepeſcat, ad honorem etiam Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & in gratiam tantorum Principum, Potentatuum, Republicarum Ciuitatum, Religionum, & Capitulorum inſtanter ſupplicantiū ſperantur obtinenda, & ne fideles ipſi (ſicut dixit Papa Sixtus Quartus in ſupradicta conceſſione pro B. Ioanne Bono) à cæteris operibus charitatis, quæ exinde proueniunt, per contradictionem aut aliquam inhibitionē, vel ſcrupulum conſcientiæ valeant à tantoopere bono reuocari. In quibus verbis licentia dicti Sixti demonſtrat intentionem ſuam fuiſſe, vt dictus Beatus haberet venerationem, & feſtum de illo agatur per omnes totius mundi partes. Quod tanto magis videtur concedi poſſe in honorem B. Gregorij qui clauum huius Nauis ſacroſanctæ, & Regiminis vniuerſalis eccleſiæ, paſtoralem ſcilicet curam habuit.

6 Idem quoque confirmatur exemplo Beatorum Martyrum Marochitarum Ordinis ſancti Franciſci, qui adhuc non ſunt ſolemniter Canonizati,quicquid dicat in hoc Roca,Turigius,& alij,ſed numero pauci, qui inaduertenter illorum Beatificationem appellarunt ſolemnem Canonizationem, nondum enim Albo ſanctorum ſunt adſcripti per Eccleſiam quemadmodum clare demonſtrant,verba Bullæ eorum Beatificationis tantum, relata ad extenſum in cathalogo ſanctorum canonizatorum.

Conſimilem facultatē conceſſit Leo Decimus 1516. eidem ordini Franciſcanorum per viuæ vocis oraculum pro alijs Beatis Martyribus ſcilicet Daniele, Samuelle, Angelo, Domno, ſeu; Donolo, Leone, Nicolao, & Hugolino profeſſoribus dicti Ordinis, qui ob Euangelij Prædicationem, & Maumeticæ ſectæ confutationem apud Septam in Mauritania Tingitana, Martyrij palmam inuicto animi robore conſtantiquè Pietate adepti ſunt. *Ex Martyrologio Romano die 13. Octobris. Ex notis Cardinalis Baronij ad eundem, ex Martyrologio Galeſini, eodem die in notationibus ipſius ad eundem diem*, *ex*

ex annalibus minorum, nouiſſimè impreſſis Lugduni *1625. pagina 269. & ſeqq. ex tabulis ſanctorum ordinis Minorum S. Franciſci, & litteris Apoſtolicis* Leo. *X. vt inquit Galeſinus in notationibus ad Martyrologiũ Romanũ tertio Idus Octobris. ideſt. die 13. Octobris.*

7 Ex his omnibus ritè, ac rectè ponderatis colligitur. Primo optimum eſſe in annos protrahere negotium Canonizationis Iuſtorum. Secundo hanc dilationem eſſe in vſu in eccleſia Sancta *Dei*, nedum circa canonizationem confeſſorum, verum, & martyrum.

8 Quod inſinuarunt multi Summi Põtifices Romani in Bullis Canonizationis quorundam Sanctorum maximè verò *Pius II. in Bulla Canonizationis Sancti Vincentij Ferrerij Ordinis Prædicatorum* §. *cum verò* dum aſſerit, quamplures Principes Eccleſiaſticos, atque Seculares vna cum Religione Dominicana multarumque Ciuitatum Vniuerſitatibus, longo annorum ſpatio pro Canonizatione dicti Sancti Pontifices Romanos iteratis vicibus inſtanter pulſaſſe vti *Martinum quintum*, *Eugenium Quartum*, *Nicolaum Quintum*, & alios & ſi in proceſſu canonizationis prædicti famuli Dei, vt expreſſis verbis teſtatur Pius II. in eadem Bulla §. *& tandem* inter multitudinem teſtium examinatorum præſertim in Gallia, & Hiſpania, & Italia, inueniantur nonnulli Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, multi Epiſcopi, & Eccleſiarum Prælati, nihilominus poſt cognitam huius ſancti viri admirabilem ſanctitatem multiplicẽquè, ac frequentem miraculorum operationem de qua latius in cathalogo ſanctorum canonizatorum, adhuc negotiũ canonizationis dilatum eſt vſque ad tẽpora *Caliſti Papæ III.*

Et in Bulla eiuſdem Pij II. edita pro canonizatione Sanctæ Catherinę Senenſis, ordinis S. Dominici *idem omnino habetur dum* §. *verum* inquit. *Verum Catherina quamuis Angelicam in terris vitam egerit, & ante annos octoginta decedens ad Cœlum migrauerit, multisq; ſignis, & glorioſis miraculis claruerit, non tamen adhuc inter Sanctas Chriſti Virgines à Militanti Eccleſia recepta erat. Neque enim Romani Pontifices, qui ante nos fuerunt id decreuerant. voluerat Vrbanus VI. hunc ei honorem impartiri, & poſt Innocentius VII. ac deinde Gregor. XII. qui huius Virginis, & Sancta Conuerſationis eius præcipuam habuerunt notitiam; ſed vexati perturbatione ſchiſmatis, quod eorum tempore viguit, & multis bellorum turbinibus, ac moleſtijs agitati, diuino (vt credimus) Conſilio id omiſerunt ne ſeuiente diuiſionum procella, quod ſacrum vna obedientia decreuiſſet prophanum altera cenſuiſſet. data eſt res vſque ad tempora noſtra, nobiſque huius ſacerrimæ Virginis canonizatio reſeruata tanquam cõterraneæ noſtræ atque conciuis, vt Senenſis Virginis ſanctitas, Decreto Senenſis hominis in Romana ſede ſedentis prodiret in lucem.*

Cuncta hæc piè meditando Sac. Congregatio Illuſtriſſimorum, ac Reuerendiſſimorum DD. Cardinaliũ ſuper Sac. Rit. Præpoſitorum edidit decretum, quo præcipitur, vt proceſſus circà ſanctitatem, & miracula famulorum Dei, etiam auctoritate Apoſtolica formati, nequeant aperiri, ſeu examinari, niſi tranſacto decennio, quod tamen decretum iuſtis de cauſis fuit moderatum in hunc modum. Die 22. Auguſti 1626.

9 Retulit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Cardinalis Perettus in Sac. Rituũ Congregatione, Sanctiſſimum in Conciſtorio declaraſſe, mentem Sanctitatis ſuæ non fuiſſe ſub decreto decennij non compræhendi eos, qui à 50. annis ſcilicet deceſſerrunt, ſed eos, qui à dictis 50. citrà, mortem obierunt.

Conſideratio Tertia ad primum cap.

10 OCcaſione eorum,quæ dicuntur *numero* 62. §. 1. *cap.* 1. *huius elucidarij puncto* 33. poſt explicationem nouiſſimorũ verborũ eiuſdem §.quæ ſunt, *multos contineri in Martyrologio Romano adhuc minimè ſimpliciter beatificatos*, quæ intelligi debent in hunc ſenſum, quòd etſi fuerint per eccleſiam Romanam declarati beati,prædicta declaratio non eſt ſimpliciter facta,hoc eſt abſolutè,& vniuerſaliter pro tota eccleſia,ſed multoties pro tali eccleſia particulari, vel Ciuitate, aut Prouincia, vel Religione in ſingulari,vt latius explicatum eſt cap.2. nu.3.& ſequẽtibus.Deſideratur reſolutio alterius difficulatis valdè vtilis, an ſcilicet in Martyrologio, quo vtitur tota eccleſia Catholica ex approbatione, & mandato ſanctæ Sedis Apoſtolicæ poſſint indifferenter apponi nomina nedùm ſanctorũ canonizatorum, verum etiam illorum, qui quomodolibet extiterint per Sedem Apoſtol.iam beatificati, nomineq; beati condecorati, cuius reſolutio breuiter, & diſtinctè explicatur ſeqq. propoſitionib.

11 Prima eſt. *Non licet cuiquam abſque licentia, ſeu facultate ſpeciali ſanctæ Sedis Apoſtolicæ aliquem ſanctorum, vel Beatorum apponere in prædicto Martyrologio Romano*. Veritatem huius propoſitionis ſuadet, atque probat peruetuſta conſuetudo,quòd nullus ſcriptorũ Catholicorũ auſus eſt in martirologio publico, ſanctorum etiam martyrum nomina,& geſta cõſcribere,niſi de licentia,& mandato ſpeciali ſanctæ Sedis Apoſtolicæ; vt copioſius demonſtraui *cap.* 2. *huius Elucidarij num.* 20. §. 2. *punct.* 10. Quam etiam veritatem cõfirmant quæ latè adducuntur à Cardinali Baronio in recapitulatione dicendorum ad Martyrologium Romanum cap. 1.& ſequentibus, vbi efficaciſſimis argumentis, ex auctoritate Summorum Pontificum,& SS.Patrum decerptis, veritatem contentam in propoſitione luculenter confirmat.

Idem confirmatur ex decreto Congregationis Sacrorũ,Rituũ edito die 24. Nouembris 1625. quo ſtatuit apponendos eſſe in martyrologio Romano ſanctos Raimundum de Penaforti ordinis Prædicatorũ, Iſidorũ Agricolam Protectorem Madritti. Philippum Nerium Fundatorem Congregationis Oratorij, Ignatium Loyolam inſtitutorem Ieſuitarum, Franciſcũ Xauerium, Thereſam auctricem Reformatorum Carmelitarũ diſcalceatorum, Carolum Borromeum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, Riccardum Epiſcopum Andriç,& Eliſabetam Reginam Portugalliæ.exprimendo etiam quibus verbis præciſis nomina prædictorum ſanctorum veniant reponenda in prædicto martyrologio Romano.

Eadem quoque veritas explicata in priori propoſitione,magis dilucidabitur, ſimulquè conſtabilietur ex illis, quæ adducentur poſt ſecundam propoſitionẽ.

Secunda propoſitio. *Nullus Iuſtorum poteſt reponi in Martyrologium* Romanum *quamuis auctoritate Apoſtolica ſit beatificatus, abſq; ſpeciali facultate Summi* Pontificis *Romani, quantũcũq; fulgeat ſanctitate, & miraculorum operatione. Id enim inſinuat Ado Viennenſis Archiepiſcopus in epiſtola, quam præmittit ad lectorem antè exordium Martyrologij*, ab eodem conſcripti, quod antè illum ordinauerat. Venerabilis Beda §. Huic operi. Dum fatetur ſe diligenti cura tranſcripſiſſe Martyrologium, quod vocant Adonis à quodam perantiquo Martyrologio à Pontif. Romano directo Aquileiam cuidam ſancto Epiſcopo, in cuius tranſcriptione nullum ſanctorum addidit, ſed paſſiones Martyrum;quorum nomina

iam

iam inueniebantur in illo Martyrologio à Pontifice Romano tranſmiſſo, paulò longiùs explicauit.

12 Hanc eandem veritatem tradiderunt hi, qui cathalogos ſanctorum ediderunt, præſertim *Philippus Ferrarius in ſuo cathalogo SS. Italiæ, die 29. menſis Ianuarij in annotatione ad vitam ſanctæ Seueræ Virginis Romanæ*, vbi, inter quamplura, inquit: *licet Cardinalis Baronius multos addiderit in Martyrologio Romano, ex facultate ſibi à Romano Pontifice cõceſſa, multos tamen ommiſit, quorum geſta in ſua eccleſia probauit*. Ex quibus verbis liquidò conſtat de neceſſitate facultatis Apoſtolicæ, ad effectum vt ſupra. Hoc idem repetit Ferrarius vbi ſupra *die 31. Iulij in annotatione ad vitam S. Ioannis Columbini Senenſis confeſſoris* ordinis Ieſuatorum Auctoris, quam confirmauit Vrbanus Quintus, poſt cuius confirmationem ferunt quod infantes adhuc lactantes diuinitus loquuti ſunt, ac matribus dixiſſe: *Ieſuatis benè facite*, verba Ferrarij ſunt: *Gregorius XIII. illum* (ſcilicet Ioannem Columbinum) *in Martyrologio Romano deſcribendum cẽſuit. Paulus verò V. Pont. Max. Eccleſiæ Senenſi, & Religioni Ieſuatorum cõceſsit* (*vt hac die illum officio eccleſiaſtico colant. die verò 26. Nouembris in annotatione ad vitam S. Sylueſtri Abbatis Auximani* fundatoris Congregationis Sylueſtrinorum Prophetiæ ſpiritu clari, ad cuius corporis contactum poſt mortem duo claudi repentè ſanati ſunt. ex ſancto *Antonino parte 2. hiſt. tit. 15. c. 23. & ex illius ab alijs deſcripta vita*, de hoc ſancto Viro Dei, inquit, *Ferrarius: nondum in ſanctos ſolemni ritu relatus eſt, Clemens tamen VIII. Pont. Max. illum in Martyrologio Romano adnotandum curauit*. Idem Ferrarius in ſuo met cathalogo ſanctorum Italiæ, in annotatione videlicet poſt vitam s. Peregrini Forliuienſis Confeſſoris ordinis Seruorum, refert breue fel. recor. *Pauli V. datum Romæ xviij. Kalend. Maij* 1609. per quod inter alia concedit facultatem, vt dictus B. vna cum B. Franciſco Senenſi eiuſdem inſtituti reponi poſſit in Martyrologio Romano, (*& die 12. Iulij in annotatione pariter ad vitam ſancti Ioannis Gualberti, & ſi canonizati per Calixtum Tertium*), animaduertit prædictum ſanctum fuiſſe in Kalendario appoſitum de mandato ſpeciali Clementis VII.

Cardinalis Baronius in Notationibus ad Martyrologium Romanuum die 17. Septembris, quo colitur feſtum commemorationis impreſsionis ſacrorum ſtygmatum, quibus ſanctus Franciſcus ordinis Minorum Inſtitutor in ſuis manibus, pedibus, & latere mira Dei gratia in monte Aluerniæ in Æetruria impreſſus eſt, ſub littera M. poſtquam retulit quæ ſcribuntur de hoc ſingulari Dei munere à ſancto Bonauentura; extare affirmat de tam immenſo miraculo literas Apoſtolicas Summorũ Pontificũ *Gregorij IX. ad vniuerſos Chriſtifideles per Teuthoniam conſtitutos, datas Viterbij 11. Kal. Aprilis, ſui verò Pontificatus anno* 11. & aliàs *Alexandri IV*. Tandem, inquit, *porrò rem adeò admirabilem, ac tantoperè teſtatam Benedictus XI. anniuerſaria ſolemnitate duplici officio eccleſiaſtico voluit celebrari, Quam neſcio quomodo lapſam in Martyrologio* Romano, *hac die recenſeri, hocq; loco poni ſanctiſsimus D. noſter Sixtus Papa V. tanti* Patris *alumnus mandauit*, & poſt aliqua, ſubdit: *de mandato ſanctiſsimi Domini noſtri Sixti* Papæ, *cuius ſuprà meminimus extat apud nos eiuſdem ſacrum* Chirographum, *quo non tantum quo loco huius diei, ſed quibus etiam verbis poneretur, eſt expreſſum*. Hæc Baronius vbi ſupra, quibus verbis duo euidẽter demonſtrantur, Primum eſt aſſertum

tum

tum in propoſita concluſione, quòd videlicet præter ſanctos canonizatos nequit addi in Martyrologio Rom. quicquam abſque licentia ſpeciali Summi Pontificis Romani. Secundum non eſſe in poteſtate alicuius, formam verborum, quibus aliquid ſit redigendum in Martyrologium Romanum, ſed hoc etiam ſpectare ad Pontif. Romanum.

Idem quoq; Cardinalis Baronius in notationibus ad dictum Martyrologium die 20. Martij ſub littera I. de B. Ambroſio Sanſedonio ordinis Prædicatorum, poſtquam dixit extare eius acta typis excuſſa, quæ magnam redolent pietatem, iuſſu Honorij Tertij conſcripta, de quo viro Dei teſtatur ſanctus *Antoninus 3. parte hiſt. tit. 23. c. 10. §. 5. & c. 11. §. 1. & tit. 24. cap. 14. §. 15. ac etiam B. Raimundus Capuanus in vita ſanctæ Catharinæ Senenſis lib. 2. cap. 35.* illum ſuo tempore, & centum annis antea multis claruiſſe, & adhuc clarere miraculis, tandē inter alia multa, inquit, migrauit ex hac vita anno Domini 1286. die 20. Martij; ſtatim, ac immediatè ſubdens: *Hunc Martyrologio Romano adſcribi, Sanctiſsimus Dominus noſter Clemens VIII. meritò præcepit.*

Et ad maiorem firmitatem, & ſtabilitatem prædictorum, compendioſè referam verba prohibitionis, quæ continentur in diplomate Apoſtolico Gregorij XIII. impreſſo ante Martyrologiū Romanum ad nouam kalendarij rationem, & eccleſiaſticæ hiſtoriæ veritatem reſtitutum eiuſdem Gregorij XIII. Pont. Max. iuſſu editum, cuius initium eſt, *emendatoriam. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 14. Ianuarij 1584. Pont. ſui anno 12.* vbi poſtquā mandauit omnibus eccleſijs ſæculariū, ac regularium, vt omni alio amoto martyrologio, prędicto tantum vtantur, nulla re addita, mutata, vel adempta, immediatè ſubdit: *ſi quos alios habuerint ſanctos in ſuis eccleſiis, aut locis celebrari ſolitos, eos in hunc librum (hoc eſt in martyrologio Romano) nè inferant, ſed ſeparatim deſcriptos habeant, interdicimus.*

13 Tertia propoſitio ad idem: *Iuſti verè per eccleſiam canonizati, vel beatificati cū recitatione officij, & celebratione feſti in eorum honore, etiam pro aliquibus eccleſiis, ſeu regnis, vel religionibus in particulari poſſunt deſcribi in martyrologijs, ſeu tabulis, vel indiculis illarum eccleſiarum.* Quæ veritas per modū neceſſariæ conſequentiæ infertur, ſeu colligitur ex immediatè ante dictis, præſertim ex verbis Diplomatis Gregorij XIII. paulò anteà relatis, quibus conceditur, vt in martyrologijs, ſeu tabulis Martyrologiorum eccleſiarum particolarium recondi poſſint nomina Sanctorum, vel Beatorum, modo dicto. & verba Diplomatis Apoſtolici in ampliori forma ſunt, quæ ſequantur: Si quos alios habuerint ſanctos in ſuis eccleſijs, aut locis celebrari ſolitos, eos in hunc librum nè inferant, ſed ſeparatim deſcriptos habeant, eumquè illis locum, atque ordinem tribuant, qui regulis hic deſcriptis traditur, quibus verbis, præter ſuperius annotata, illud conſideratione dignum eſt, quòd neque ſancti addi poſſunt in communi Martyrologio Romano, quamuis extent canonizati per eccleſiam, etiam quod vigeat conſuetudo in eccleſijs particularibus ſolemniter celebrandæ eorundem feſtiuitatis. Quod latè explicatur ad calcem cap. 8. in Indice Sanctorum canonizatorum.

Quar-

Quarta Conſideratio ad cap. primum.

De celebratione ſolemnitatum, ac feſtorum in honorem Dei, B. Virginis, ſanctorũ ſeu Beatorum. Deq; recitatione Miſſę, & Officij, vel commemoratione tantum in honorem eorundem.

14 OCcaſione eorum, quæ adducuntur in hoc elucidario ad calcem *primi cap. numero 65. punct. 34 §. 7. & ſequentibus, ac in appendice ad cap. 5. ſect. 4.* neceſſarium meritò, à multis reputatur, vt prædicta magis ſtabiliantur ſimulq; explicentur, demonſtrare veritatem quorundam propoſitionum ad hanc materiam pertinentem. Antequam verò referantur, illud in primis ſupponendum eſt tamquàm certum, & indubitatum, quod habetur in *cap. quoniam, & cap. conqueſtus de ferijs.* ſolemnitates, ſeu feſta, quæ in honorem Dei, vel B. Virginis, aut ſanctorum celebrantur, eſſe in duplici ordine, aliqua enim dicuntur vniuerſalia, quia in tota eccleſia celebrantur, alia verò appellantur particularia, eo quod in aliquo vno Regno, ſeu Prouincia, vel Religione, aut diœceſi tantum colantur. Conſidero ſecundò, quod per dies maiores feſtiuitatum intelligi debent dies illi, in quibus celebratur aliquod myſterium Dei, B. Virginis, & Apoſtolorum, præſertim Petri, & Pauli. Alij verò dies feſtiuitatis aliorum ſanctorum dicuntur minores, quòd colligit *Silueſt. verb. Dominica num. 3. §. 7. ex ſac. Canon. gloſſ. Io. Andr. & alijs Doctorib. ab ipſo ibid. relatis.* Tertiò. Animaduerto, quod omnes feſtiuitates quæcumquè ſint maiores, vel minores, ſemper primò, & principaliter in Dei cultum, & venerationem ordinatæ ſunt, ſecundariò verò habent aliquem eorum ſpecialem alicuius ſancti memoriam, atq; venerationem annexam.

15 Prima itaq; propoſitio erit; quòd inſtitutio feſtiuitatis, cuiuſcumquè præſertim cum recitatione Miſſæ, vel Officij, nequit ſtatui abſq; conceſſione, vel approbatione S. Sedis Apoſtolicæ.

16 Secunda Propoſitio, Miſſa verò, & Officium Diuinum publicè in Eccleſia recitandum die feſtiuo, approbari debet per S. Sedem Apoſtolicam.

17 Tertia Propoſitio, Miſſa, & officium iam approbatum per S. Sedem Apoſtolicam, non debet poni in Breuiario Romano, niſi ſuper hoc accedat facultas ſpecialis eiuſdem S. Sedis Apoſtolicæ.

18 Veritas contéta in prædictis propoſitionibus multiplici argumento demonſtrari poteſt, præſertim verò illo quod fundatur in verbis Bullarum canonizationis, quamplurium ſanctorum antiquitùs, ac nouiſſimè canonizatorum, poſtquàm enim Summi Pontifices Romani in eiſdem Bullis decreuerunt hũc, vel illum iuſtum eſſe Sanctum, Sanctorumq; cathalogo adſcribendum, ſicut de facto diffiniunt, & deſcribunt in actu ſolemni Canonizationis, ſtatim enim ordinariè, & regulariter, apponunt ſequentia verba, ſaltim quoàd ſubſtantiam, & ſenſum, &c. *ſtatuentes vt ab vniuerſali eccleſia poſsint, (vel debeant) quolibet Anno die tali feſtum ipſius, & officium ad formam in rubricas Romani Breuiarij præſcriptam deuotè, & ſolemniter celebrari.*

Secundum genus argumentorũ Nauarrus enim in ſuo Manuali latino, *tit. de obſeruatione feſtorum cap. 13. n. 1. & in cap. licet de ferijs, & in cap. 1. de conſecratione diſt. 3.* expreſſis verbis aſſerit omnia Chriſtianorum feſta iure humano inſtituta fuiſſe; quod etiam dicit ſentire, ac tenere Turrecrematam in *d. c. 1. de conſecratione, & Archidiac. in cap. de ieiunijs diſt. 3. &* S. *Thom. 22. q. 122. artic. 4. vbi in reſponſione ad 4. argumẽtum.*

cx-

Digitized by Google

expreſſis vrrbis docet, quod ex conſtitutione Eccleſiæ, & conſuetudine populi Chriſtiani procedit obſeruantia diei Dominicæ, & aliarum feſtiuitatum. Quod contendit probare Nauarrus vbi ſupra, eſſe opinionem communem, neq; habere contradictionem, niſi quo ad diem Dominicam, cui contradictioni reſpondet, & ſatisfacit vbi ſupra. Ex quibus omnibus infert per modum illationis, & conſequentiæ, quod circa obſeruantiam feſtorum *magnam vim habet conſuetudo*.

Cuncta hæc relata ex Nauarro, approbantur, & confirmantur à *Valerio Reginaldo in ſecundo volumine ſuæ praxis fori pœnitentialis lib. 19. cap. 1. num. 3.* Et ſequentibus. Vbi ad idem adducit Couaruiam, D. Tho. & alios citatos ab eodem Nauarro, §. *ſtatui.* multumq; tribuit circa cuſtodiam feſtorum conſuetudini. Ante hos auctores eadem copioſius tradiderat *S. Antoninus in 2 par. ſuæ ſummæ tit. 9. cap. 7.* vbi multa ad idem adducit collecta ex ſac. Canonibus, ex Concilijs, ſanctis Patribus, & Doctoribus vtriuſque facultatis.

19 Quemadmodum videre eſt vbi ſupra §. *ſunt autem*. enumerat S. Antoninus nonnullas feſtiuitates in honorem Chriſti Domini Saluatoris noſtri, B. Virginis, Angelorum, & Sanctorum Apoſtolorũ, Martyrum, atq; Confeſſorum expreſſis verbis inquit. *Sunt autem vltra diem Dominicam, multa alia feſta inſtituta ab eccleſia ex præcepto cuſtodienda. Et in cap. pronunciandum de conſec. diſt. 3. ponuntur vltra dominicam, feſta Natiuitatis Domini, cum tribus ſequentibus diebus, Circunciſio, Epiphania, & Aſcenſio eiuſdem Chriſti, Purificatio Virginis Mariæ, Aſſumptio, & Natiuitatas eiuſdem; Natiuitas Ioannis Baptiſtæ, feſta Duodecim Apoſtolorum, feſtum Omnium ſanctorum, feſtum S. Michaelis de menſe Septembris S. Silueſtri, S. Martini Confeſſoris, & S. Laurentij Martyris.* Ex quibus ritè colligitur, feſtiuitates Chriſti, B. Virginis, & ſanctorũ fuiſſe inſtitutas per eccleſiam, ſeu per Summum Pontificem Caput ipſius.

Et paulò ſuperius, videlicet §. *nec huiuſmodi*. ex D. Thoma colligit S. Antoninus, quod Papa poteſt diſpenſare die Dominico, & in alijs omnibus feſtiuitatibus Chriſti, B. Virginis & ſanctorum, huius redens rationem ait. *Cum ſit de iure poſitiuo, vt dictum eſt.*

20 Circa verò ſolemnitatem Natiuitatis, B. ſemper Virginis Mariæ, de qua fit mentio in particulari *cap. 1. de conſecr. diſt. 3. & cap. vlt. de ferijs*, ſaltem ſub diſtributione generali cunctarum feſtiuitatum, quas eccleſia ſolemni ritu colit in honorem eiuſdem Dei Genitricis: Cũ Illuſtriſſimo Cardin. *Baronio in notis ad Martyrologium Romanum die 8. Septembris*, animaduerto illos errare, qui aſſerunt prædictam celebritatem fuiſſe inſtitutam per Innocentium Quartum: antiquior enim eſt, vt omnes communiter tradunt, præſertim *S. Antoninus vbi ſupra, Petrus Galeſinius in notationibus ad Martyrologium Romanum ſeptimo idus Septembris, Franciſcus Suarez Venerabilis Societatis Ieſu tom. 1. de Religione lib. 2. de diebus feſtiuis cap. 8. §. ſecundum feſtum.*

Lippomanus, Surius, Petrus de Natalibus, & alij. Quemadmodum etiam falluntur illi, qui opinantur eandem ſolemnitatem ſaltem, quò ad generalem ſui celebritatem in tota eccleſia de præcepto extitiſſe ante tempora S. Auguſtini; quam opinionem inter alios docet Iacobus à Valentia, vt aſſerit *Galeſinius vbi ſupra* permotus præſertim illo argumento, quod in die Natiuitatis B. Virginis Eccleſia Romana inter lectiones matutinales recitat ſermonem eiuſdem S. Au-

Auguſtini, in quo leguntur ſequentia verba. *Gaudeat terra noſtra tanta Virginis illuſtrata Natali.* cum ſermo ille in veritate fuerit æditus ab eodem S. Doctore pro feſto Annunciationis eiuſdem B. Virginis, nam in breuiario die natiuit. Genitricis Dei, ante primam Lectionem Secundi nocturni extat inſcriptio ſequẽs. *ſer. 18. S. Auguſtini de ſanctis, qui eſt 2. de annuntiatione Dominica* in quo ſermone non inuenitur illud verbum *Natali*; ſed loco illius legitur *ſolemni*. eccleſia tamen loco *ſolemni* apposuit *Natali*; cũ in rei veritate tota eccleſia Militans, ac Triumphans lætari poſſit, ac debeat in Natalitijs Matris Chriſti. Aliæ vero rationes ad idem referuntur à Card. *Baronio, & à Suarez vbi ſupra*: immo S. Auguſtinus *ſerm. 21. & 23.* de ſanctis teſtatur, tempore ſuo, ſolius Domini noſtri Ieſu Chriſti, &S. Ioannis Baptiſtæ ortum celebrari conſuiſſe in eccleſia; quod vt mihi videtur eſt intelligendum, non quod dicta ſolemnitas careret ſua celebritate, in aliquibus partibus, vt puta Romę, in Italia, aut Hyſpania, vel Gręcia; ſed quod in Aphrica, & in alijs partibus minimè, colebatur; quod etiam docet Suarez vbi ſupra, præſertim §. *at verò*. vbi addit de celebritate Natiuitatis B. Virginis. *Affirmare poſſumus eſſe ſatis antiquum, & multis in locis fuiſſe celebratum (ſcilicet feſtum Natiuitatis* B. V.) *ante mille annos*. In honorem cuius vt ſcribit *Baronius, & Petrus Galeſinius vbi ſupra* leguntur ſermones *S. Ioãnnis Chriſoſtomi: S. Procli, S. Ioannis Damaſceni, D. Andreæ Cretenſis*, & aliæ Homeliæ diuerſorum Patrum Græcorum, & Latinorum; de eadem etiam ſolemnitate facit mentionem S. *Gregorius in Sacramentario*: quamobrem prædicti Auctores duo certa, & indubitata concludunt. primum eſt; obſcurum eſſe de tempore præciſo Inſtutionis præfatæ ſolemnitatis. Secundum eſt, quod fuerit inſtituta vnà cum alijs per eccleſiam Romanam.

Petrus autem Galeſinius vbi ſupra proponit, & reſoluit ſequentem difficultatem. An præterea huius diei vigilia cum ieiunio inſtituta ſit? ſunt qui ab Vrbano Pont. id factum affirmant; ſed vigiliam deuotionis, non inſtitutionis alij putant. In tabulis Græcis eſt huius diei profeſtum, vt diximus; nam celebritas hæc à Græcis hoc die agitur, vt ex conſtitutione græca perſpeximus.

Eadem quæ Nauarrus proponit inter alios *Suarez refert de Religione, tom. 1. lib. 2. de diebus feſtis cap. 3. num. 1. 2. & 3.* illiſq; adductis num. 3. addit; *Poteſtatem inſtituendi dies feſtiuos non ſolum præcipuè eſſe in ſumm. Pont. ſed quodammodo in illo ſolo.* & paucis interiectis excludit poteſtatem de qua ſupra ab Epiſcopis inferioribus Pontifice, & aſſignat rationem, quia *ſcilicet nullus eorum poteſt legem vniuerſalem pro vniuerſa eccleſia ferre.* Quibus verbis inſinuat ſe loqui de diebus feſtiuis, qui vniuerſaliter in tota eccleſia celebrantur.

Ibidem declarat illam dictionem, *quodammodo*; per ſequentia verba: *Quia Concicilium Generale poteſt ferre legem vniuerſalem, non tamen ſine Pontifice, cogente, & approbante concilium.* Deinde ſtatim ſubdit. *Item vniuerſalis conſuetudo totius eccleſiæ poteſt hanc legem introducere, non tamen ſine Pontifice expreſſè, vel tacitè approbante*; Addens. *de Epiſcopis etiam eſſe eandem rationem proportionaliter.*

Tertium genus argumenti ad idem illud extat, quod deſumitur ratione Bullæ ſeu Conſtitutionis Pij Quinti cuius exordium eſt. *Quo primum. dat. Romæ prid. Idus Iulij* 1570. Quam Confirmauit Clemens VIII. per breue incipiens. Cum Sanctiſſimum Euchariſtiæ. dat.

Romæ

Digitized by Google

Romæ ſub annulo piſcatoris die 6. Iulij 1594. quæ ad extenſum inueniuntur in exordio Breuiarij, & Miſſalis Romani.

Quartum genus argumentorũ ad idẽ magis ſtabiliendum, illud eſt quod rectè colligitur ex ſtilo Curiæ Romanæ, & pariter ex vſu, & antiqua conſuetudine eccleſiæ, quæ ſemper fuit vt feſta ſanctorum, & Beatorum cum recitatione publica Miſſæ, & Officii Diuini, nullibi ageretur niſi de licentia, vel approbatione S. Sedis Apoſtolicæ, quod ſtatim, & immediatè demonſtratur nonnullis argumentis in facto fundamentum haben tibus.

De Feſto Inuent. S. Crucis.

21 FEſtum ſanè in eccleſia peruetuſtum Inuentionis Salutaris Patibuli D. N. Ieſu Chriſti ex præcepto, non ſolum quo ad eccleſiaſticũ officium; ſed etiam, quo ad feſtiuam obſeruationem, certum eſt fuiſſe per Romanos Pontifices inſtitutum. Ita communiter omnes fundati, præſertim in diſpoſitione textus cap. *Crucis D. N. de conſec. diſt.* 4. Quamuis apud aliquos non modica reperiatur diſſentio, qualis Pontifex in particulari prędictum feſtum inſtituerit. Quidam enim aſſerunt fuiſſe inſtitutum per Euſebium natione Græcum Succeſſorem Marcelli circa annum 310. qui annis quinq; circiter Pontificatum geſſit ante tempora S. Silueſtri.

Quod meritò reprobant alij. Inuentio enim S. Crucis ſucceſſit anno ſequẽti poſt celebratum primũ Conciliũ Nicenum anno 326. quando Glorioſa illa Mulier Helena Magni Conſtantini Mater; quamuis eſſet annorum 79. Inſtinctu diuino, Hieroſolymã petijt, & viuificum S. Crucis lignum diligẽter conquiſitum reperit, qui annus fuit duodecimus Põtificatus S. Silueſtri, & vigeſimus Imperij Conſtantini Magni. *Ita Sulpitius lib. 2. hiſt. Nicephorus lib.* 8. *cap.* 29. *Gulielmus Durandus in Rationali lib.* 7. *cap.* 11. *Martyrologium Romanum die* 2. *Maij*. *Card. Baronius*, *& Galeſinius in notis ad Martyrologium eodem die*. *Angelus verb. feria num.* 3. *Silueſter verbo Dominica num.* 3. *Card. Baronius tom.* 3. *annal. ad annum Chriſti* 311. §. 41. *& ad annum* 326. §. 42. *& ad annum Domini* 397. §. 11. *& copioſius Franciſcus Suarez tom.* 1. *de Relig. cap.* 7. *num.* 5. *& ſequent.*

Hanc feſtiuitatem; quemadmodum, & Crucis Chriſti adorationem, impiè, falſoq; oppugnarunt centuriatores, præſertim Lutherani, tanquam infeſtiſſimi Crucis Chriſti inimici, quorum errores elidit inter alios *Lindanus lib.* 4. *Panoplia Euangelica cap.* 97. *Alanus Copus Anglus lib.* 4. *cap.* 6. *& Thomas Vualdenſis de Sacramẽtalibus tom.* 3. *cap.* 158. *&* 59. *Alphonſus de Caſtro contra hæreſes verbo adoratio* cum alijs relatis *à Bartholomeo Medina Dominicano* 3. *p. q.* 25. *art.* 4.

22 Ab initio enim naſcentis Eccleſiæ, Chriſtiani nedùm Crucis ſignaculo vſi ſunt; ſed ex traditione Apoſtolica Crucis imagines pinxerunt, erexerunt, atquè venerati ſunt: quamobrem Methafraſtes (relatus à *Duranto lib.* 1. *de ritibus eccleſ. Cath. cap.* 6. *num.* 3.) ſcripſit S. Barnabam digito ſignum Crucis marmori infixiſſe, quod vſq; ad illa tempora viſebatur. quo ſigno S. Crucis tanquam hoſtili, cuiuſq; & infeſtæ violentiæ propugnaculo Conſtantinus Magnus vtebatur, vt refert *Euſebius de vita Conſtantini lib.* 1. *cap.* 25. *Qui etiam refert lib.* 9. *cap.* 8. quod Conſtantinus deuicto Maxentio Romam triumphans ingreſſus, ſtatim iuſſit erigi ſtatuam ad ſimilitudinem ipſius ex ære fabricatam, quam poni voluit in ſublimi loco, in cuius manu dextera Crucem collo-

collocari mandauit cum ſequenti inſcriptione. Hoc ſalutifero ſigno vero fortitudinis documento, noſtram Ciuitatem tiranni iugo liberaui, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans, priſtini amplitudini, & ſplendori reſtitui.

23 Quæ verò attinent ad adorationem S. Crucis duabus tantum, ſed dilucidis propoſitionibus cũcta mirificè complectentibus, ſapienter explicauit S. Thomas multis in locis ſuæ doctrinæ: Clarius tamèn, tertia parte, quæſtione 25. art. 4.

Prima Propoſitio. Crux in qua Chriſtus Dominus pro ſalute noſtra pependit, adoranda eſt adoratione latriæ duplici titulo primò, quia nobis repreſentat figuram Chriſti in ea extenti. Secundo ex contactu ad membra Chriſti, ex hoc quod eius ſanguine fuit perfuſa.

Secunda. Alias verò Crucis Chriſti effigies in quacumquè materia exculptas, venerari debemus adoratione latriæ, vt imaginem Chriſti.

veritas equidèm in prædictis propoſitionibus explicata, præter illa fuſius tradita à S. Thoma vbi ſupra in corpore articuli, & in reſponſ. ad argum. & art. præcedenti, quantum ad id, quod Crux Chriſti, ipſiuſquè imago ſit adoranda tanquam de fide, inuenitur definita *in ſexta ſinod. Can. 73. ſeptima ſinod. act. 7. & octaua ſinod. Can. 3.* Quæ determinatio potiſſimè fundatur in certa traditione Apoſtolica, de qua copioſè diſſerunt S. *Leo Papa ſerm. 8. de Paſsione, Hireneus lib. 1. contra hæreſes capit. 24. Tertullianus in Apologet. cap. 16. Chryſoſt. ſerm. 1. & 2. de adoratione Crucis.* Ideò *Rubertus Abbas lib. 6. de diuin. offic. capit. 9. & 12. Adoramus* (inquit) *Crucem fidei præſidium, & pacis Vexillum. & S. Ambroſius in funebr. orat. Theodor. de adoratione Crucis* inter alia dicit. *Inuenit Helena titulum: regem adorauit, non lignum vtiquè, quia gentilis eſt error, & vanitas impiorum; ſed adorauit illum, qui pependit in ligno ſcriptum in tit.* addens. *Sapienter Helena egit, quæ Crucem in capite regum leuauit, & locauit, vt Crux Chriſti in regibus adoretur. & Damaſcenus lib. de Ortodoxa fide capit. 11. Adoramus etiam, inquit, figuram pretioſæ, & viuificæ Crucis, tametſi ex alia materia facta eſt, non materiam venerantes, abſit enim; ſed figuram tanquam Chriſti ſignum.*

Ideò s. Thomas vbi ſupra artic. 4. in reſp. ad primum arg. inter alia tradit. *Nequaquam Crucem Chriſti quantum ad intentionem, vel opinionem infidelium, vt opprobrium Chriſti eſſe adorandam: ſed quantum ad effectum noſtræ ſalutis, quæ de hoſtibus Chriſtus triumphauit, & ab ipſo ſanctificatam, quæ ipſa Chriſto gloriam, & exaltationem attulit, iuxta illud ad Coloſſ. 2. Ipſum tulit de medio affigens illum Cruci ſpolians principatum, & poteſtatem, traduxit confidèter palàm triumphans illos in ſemetipſo;* & ideò inquit, *Apoſt. primo, Cor. cap. 1. Verbum Crucis pereuntibus ſtultitia eſt; his autem, qui ſalui fiunt, ideſt nobis, virtus Dei eſt; & in reſp. ad ſecundum arg.* ſatisfaciens quorundam obiectioni ab eo more ſuo præuiſæ, inquit, *licet Crux Chriſti non fuerit vnita verbo Dei in Perſona: fuit tamen ei vnita aliquo alio modo, ſcilicet per repræſentationem, & contactum.* Ex quibus colligit ſequentem illationem, & conſequentiam neceſſariam; *& hàc ſola ratione exibetur ei reuerentia.*

Quantum verò pertinet ad qualitatem ſiue ſpeciem adorationis S. Crucis; quod erat ſecundum à *D*iuo Thoma explicatum in præcedentibus propoſitionibus: Cum eodem Diuo Thoma, eiuſquè omnibus diſcipulis dicendum eſt. Adoratione latriæ perfecta adorandam eſſe, nedum Crucem in qua Chriſtus paſ-

paſſus eſt; verùm etiam, & imagines ipſius. Ita docent cum Diuo Thoma fideliores Interpretes ipſius *3.p. q. 25. art. 4. & Antonius Cordubenſ. lib. 1. quæſt. theologicarum quæſt. 105.* vbi alios etiam idẽ tenentes recenſet, & vt animaduertit Card. Caiet. & Medina vbi ſupra; valde errant, qui dicunt, aut credunt circa hoc retractaſſe ſententiam Diuum Thomam, eo quia *tertio ſentent. diſt. 9. q. 1. art. 2. quæſtiunc. 4.* dixerat. Crucem in qua Chriſtus pependit adorandam eſſe non ſolum vt imaginem Chriſti, latria ſcilicet, ſed vt quamdam rem Chriſti, etiam Hyperdulia. Equidem Diuus Thomas prædicta nequaquam retractauit; ſed illa ampliauit, atq; illuſtrauit dicendo ibi, Crucem Chriſti vt res quædam Saluatoris, eſt hyperdulia adoranda: hic verò addit, eſſe quoquè adorandam cultu latriæ, in quantum ipſius Chriſti imago eſt, non autem in quantum habuit contactum ad ipſum Chriſtum.

24 Hinc eſt, quod Medina vbi ſup. inter quãplura, inquit. *ſed ego dico, quod iſti autores ex ſtudio cõtradicendi D. Tho. grauiter lapſi ſunt. exiſtimo enim eſſe errorem manifeſtum in fide affirmare, quod ſanctiſsimo Crucis ligno, in quo Chriſtus pependit non debeatur adoratio ratione contactus membrorum Chriſti, ſed tantummodo vt eſt imago*; ſtatim ſubdens. *Hæc noſtra ſententia probatur in primis. Quoniam hæreſis eſt Lutheri, quod feſta S. Crucis non ſunt celebranda in Eccleſia Chriſti, ex eo quod Crux ſancta nullum honorem promereatur, vt ipſe falſo exiſtimat.* Contra quã hæreſim etiã antiquã, inter alios egregiè ſcripſit D. Hyeron. *ſuper Pſal. 98. explicans illud Adorate ſcabellum pedum eius; explicat vtiq; de Cruce Chriſti, quam dicit fuiſſe ſcabellum pedum eius. Caſſiodorus ſuper Pſal. 131. explicat illud. Introibimus in tabernaculum eius; adorabimus in loco vbi ſteterunt pedes eius. de eadem ſancta Cruce. Eandem expoſitionem ſequitur Damaſcenus lib. 4. cap. 12. Patet etiam noſtra ſententia ex ratione Diui Thomæ in art. addens.*

Ac demùm quoniam hac conſideratione quatenus attigit Chriſtum non habita ratione imaginis, eſt quædam reliquia Chriſti; at fides catholica docet reliquias ſanctorum eſſe adorandas, vt videbimus articulo 6. Propter quod ego neſcio excuſare Durandum in loco allegato in ſolutione tertij, ab errore contra iſtam ſententiam. Vt autem videamus quantum ſit à veteribus Chriſtianis tributum alicui particulæ Crucis, in qua Chriſtus pependit, & quomodo eam omnibus theſauris antiquiorem habuerint. Legatur Gregorius Niſſenus in vita Macrinæ. Paulinus *Epiſt. 11. ad Seuerum, Gregorius lib. 7. Epiſt. 126. Beda de natura rerum, & temporum ratione. Gregorius Turonenſis in vita Chriſti. Chryſoſtomus homel. quod Chriſtus ſit Deus.* (hæc ille.)

25 Vbi nõ omittam ponderare illud celebre miraculum, quod narrant inter alios S. *Paulinus Nolanus Epiſcopus, & S. Cirillus Hyeroſolimitanus cathec.* 10. ſanctum, videlicet, Crucis Chriſti lignum, etſi ex eo plures particulæ ſcinderentur, quibus diuerſæ Eccl. Orbis terrarũ locupletatæ ſũt, diuina virtute operãte diminutionem, ſeu iacturam non patiebatur.

26 Vbi etiam non præteribo ſub breuitate, atq; facilitate, reſponſiones ſaltem inſinuare, quibus optimè fit ſatis ad deliramẽta hæreticorum; temerè nimis aſſerentium *Euſebium in hiſt. ab eo contexta de geſtis, & actis Magni Conſt.* nullam penitus facere mentionem de inuentione s. Crucis, ideò eam negant. Cui obiectioni. 1. reſp. Argumentum negatiuum ſecũdum regulas logicales ab omnibus merito approbatas, nihil cõcludere: quod tale verò ſit arg. hæret. typis, ac tõſoribus patet. Secundo reſp. Quod Euſebius in

præ-

Digitized by Google

prædicta hiſtoria aſſumit pro fine narrare actus glorioſos, quos egit non Helena; ſed Conſtantinus Magnus. Cum autem Inuentio Crucis non fuerit expleta opera Conſtantini, ſed Helenæ Matris eius, mirum non eſſet quando de illa nulla fieret mentio. Tertio reſponſ. *Cum Alano relato à Gabriele Vaſquez, in tertia parte Diui Thomæ quæſtione 25. articulo 6. diſput. 111. capit. 3.* Euſebium meminiſſe ſub Inuentione, & ornatu Sacri Sepulchri Domini Noſtri, etiam de Crucis Inuentione: vt patet *libro 3. de vita Conſtantini à capitulo 25. vſque ad 29.* Quarto deniq; reſp. Non amplam narrationem habuiſſe Euſebium de inuentione Crucis, lib. de vita Conſtantini, cum de ea ſatis copioſam memoriam egerit in ſuo *Cronico ad annum Domini* 325. Alia verò multa, quæ breuitatis cauſa omittuntur ad confirmationem prædictorum, & confutationem hæreticorum, copioſè leguntur apud præcitatos auctores, & apud *Iuſtinum lib. quæſt. à Gentibus propoſitarum*: præſertim *quæſtione 118. & apud Cyprianum, lib. 4. epiſt. 6. apud S. Ioannem Chryſoſtomum, hom. 55. in Matthæum, apud Lactantium, libro 4. diuin. inſtitut. capit. 27. apud S. Ambroſium, ſerm. 43. apud Doct. Scolaſt. præſertim s. Bonau. 3. ſent. d. 9. apud S. Antoninum, tertia parte, tit. 62. capit. 9. §. 1. apud Ionnem Picum Mirandulanum in Apologia, cap. de Adoratione Crucis, apud S. Gregorium, lib. 7. epiſt. 126. apud Bedam de natura rerum & temporum ratione*, vt illos omittam, qui libros integros ediderunt de Cruce Chriſti, vel imagine eius.

27 Athanaſius enim quæſt. 18. in initio tradit, quod Cruces ligneæ erant ex duobus lignis compoſitæ: hanc ſic formatam Oſualdus Angliæ Rex in loco vbi pugnaturus erat erexit, quæ multis miraculis radiauit: vt inter alios ſcribit *Beda lib. 3. hiſt. Anglic. cap. 2.* quamuis multi ſancti Patres, Crucem, in qua Chriſtus paſſus eſt, fuiſſe ex tribus lignis compactam affirment; vno cui adherebat Corpus, altero in quo extendebantur brachia, tertio quo pedes ſuſtentabantur. Quorum opinioni fauet præſertim *Irenæus lib. 2. cap. 42.*

Quod verò ipſamet Crux Chriſti ex duobus tantùm lignis extiterit confecta, aſſerit inter alios *Athanaſius, quæſt. 16.* cui ſententiæ fauent *Clemens Alexandrinus, lib. 6. ſtromat. S. Ambroſius, lib. 1. de Abraam, cap. 3. S. Paulinus epiſt. 2. ad Seuerum. S. Auguſtinus lib. 7. quæſt. ſuper Iudic. capit. 37. & ad Pſalm. 67. ac Origenes hom. de Epiphania.*

28 Obiectioni autem eorum, qui cupiunt ſcire; quare tantus honor nō deferatur imagini Lanceæ, vel Spongiæ, quæ inſtrumenta Chriſti corpus tetigerunt quemadmodum, & Cruci, & imagini eius: abundè ſatisfacit Athanaſius in quæſt. ad Antiocum, quæſtione 16. vbi hanc difficultatem proponit, & reſoluit; dum inquit. *Figuram Crucis ex duobus lignis compingentes cōficimus, vt ſi quis infidelium reprehendat nos, quod lignum veneremur, poſſemus ei perſuadere ligna illa diſſoluendo, & inutilia reputando; nos non colere lignum; ſed figuram: in alijs verò id oſtendere nō poſſumus.* Potiſſima verò ratio à Theologis quaſi communiter aſſignata; ob quam Crucem per ſe depictam, aut ſculptam, & ex lignis compoſitam populo venerandam proponimus non Spongiam, Lanceam, aut arundinem ea eſt: quia cum ſignum Crucis per ſe ad alium vſum, quàm adorationis ex more non conſtituatur, ſtatim viſum, facilè in ipſum Chriſtum animum conuertit. Spongia verò, Lancea, vel arundo depicta non ita facilè omnibus Chriſtum re-

Digitized by Google

præſentat;ideoq́;per ſe adoranda publicè non proponitur.Simul tamen cum Cruce hæc omnia depingi, aut ſculpi conſueuerunt, & publicè adoranda collocari; quia cùm Cruce facilè in nobis memoriam Chriſti, & paſſionis illius excitant,& affectum mouent.

Hìnc eſt, quòd ex fidelium conſuetudine ſignum Crucis ad impetrandum aliquid à Deo regulariter præmittitur, quemadmodùm ad alias bonas, & rectas actiones. Ità tradunt inter alios *S.Cyrillus Hyeroſolomitanus Cathec.4.& 13. S. Hieronymus epiſt. 22. ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis. Tertullianus lib. de corona militis cap. 4. & Origenes lib. 3. in Iob, & S. Baſilius lib. de Spiritu ſancto c. 27.* hanc inter traditiones non ſcriptas refert. Deniq́; *S. Martialis Epiſcopus, relatus lib. 1. Bibliot. ſanct. PP. Crucem, inquit, ſemper mente, ore, & ſigno tenete*: Crux enim Chriſti Domini armatura noſtra eſt; in hoc ſigno conſeruatur Paſſionis Chriſti memoria, fiducia indicatur: ſignificat quidèm animi gratitudinem; oſtendit, vt qui illo vtitur, ſe in Cruce Domini noſtri cum Apoſtolo gloriari.

29 Quamobrē de ſancto Rogerio Confeſſore ordinis Minorum Tuderti, feſtū celebratur, & officium perſoluitur, ex ſpeciali tamen indulto Gregorij Noni, vt latè referunt Tuſignanus in hiſtoria Minoritica, & *Ferrarius in ſuo Cathalogo Sanctorum Italiæ die 5. Martij.*

30 Feſtum ſolemne Transfigurationis Domini noſtri Ieſu Chriſti in omnibus eccleſijs, tam Græcis, quàm Latinis, octauo Idus Auguſti, quæ eſt ſexta dies eiuſdem menſis vniuerſaliter colitur. Vt optimè tradunt Patres Græci, atque Latini inferius adducendi, & præſertìm Cardinalis Baronius, & Petrus Galeſinius in notis, ſeù annotationibus ad Martyrologium Romanum, non quia ipſa die Chriſtus ſit transfiguratus, ſed quoniam illa die Apoſtoli, quibus Saluator vetuerat, nè de hoc miſterio aliquid dicerent antequàm à mortuis reſurrexiſſet, factum transfigurationis diuulgarunt.

31 De hoc altiſſimo miſterio transfigurationis conuenienter à Chriſto Domino operato, vt diſcipulis ſuis gloriam ſuæ claritatis deriuantem à ſua Diuinitate (vt Damaſcenus dicit) relatus à *D. Thom. 3. p. q. 45. art. 2. in corp.*) & pariter à gloria animæ eiuſdem Saluatoris oſtenderet, dicente *Beda ſuper Matth. cap. 9. Pia prouiſione factum eſt, vt contemplatione ſuper imminentis gaudij ad breue tempus delibata, fortiùs aduerſa tollerarent.* & *S. Chryſoſtomus hom. 53. in Matth. Volens (inquit) monſtrare quid eſt illa gloria in qua poſtea venturus eſt, eis in præſenti vita reuelauit ſicut poſſibile erat eos diſcere, vt neq; in Domini morte iam doleant.* & *S. Hieron. ab eodem S. Thom. relatus in ſua Catena Aurea Matth. 17. certè* (ait,) *transformatus eſt Dominus in eam gloriam, qua venturus eſt poſtea in regno ſuo*; ſubdens, *Transformatio ſplendorem addidit, faciem non ſubtraxit, & veſtimenta mutata ſunt, quæ in tantum fuere candida vt alius Euangeliſta dixerit qualem, fullo ſuper terram non poſſet facere.* Deniq́; *S. Leo ſerm. de Transfiguratione* inquit, *vt de cordibus diſcipulorum Crucis ſcandalum tolleretur, nec conturbaret eorum fidem voluntariæ paſſionis humilitas, quibus reuelata eſſet abſcondita excellentia dignitatis. Ideò Chriſtus transfiguratus eſt in montem excelſum ſeorſum*, non omnibus præſentibus Apoſtolis, ſed coram Petro, Iacobo, & Ioanne, quos ideo aſſumpſit, vt ait *Chryſoſtomus, quia excellentiores cæteris erant.* Quod magis explicans *S. Thom. 3. p. q. 45. art. 3. ad 4.* inquit. *Nam Petrus excellens fuit in dilectione: & iterùm in poteſtate ſibi commiſſa.*

miſſa. Ioannes verò in priuilegio amoris propter ſuam virginitatem; & iterum propter prærogatiuam Euangelicæ Doctrinæ. Iacobus verò propter prærogatiuam Martyrij. Vel ſecundum Damaſcenum in oratione de Transfiguratione, vt venerandum Trinitatis miſterium ſubindicaret, vtq; in ore trium teſtium ſtaret transfigurationis verbum.

32 Claritas ſanè quam Chriſtus in tråſfiguratione aſſumpſit, claritas gloriæ extit quantum ad eſſentiam, licet nõ quantum ad modum eſſendi, vt optimè docet innixus Doctrinæ S. Auguſt. Dioniſij, & & aliorum doctorum antiquorũ S. *Tho. 3. p. q. 45. art. 2. in c. & in reſponſione ad arg. ac eſpoſitores ipſius ibidem, præſertim Card. Caiet. qui magis elucidans reſponſionem S. Doct. ad prim. arg interquam pura inquit; licet claritas illa (ſcilicet tranſfigurationis Chriſti) relata ad animã Chriſti fuerit non miraculoſa, ſed naturalis (vt obijciẽdo dicitur, quia beata erat anima Chriſti) relata tñ ad corpus Chriſti miraculoſa erat, quia corpus illud etiam tunc erat paſsibile. Quod enim corpus paſsibile fulgeat ſicut ſol miraculoſum eſt. & poſt non nulla ſubdit. Concede ergò quod vtrumq; miraculoſum fuit, ſcilicet & corpus* Chriſti *nõ fulgere, & ſic fulgere in transfiguratione, ſed primum ſpectat ad primum, & quaſi vniuerſale antiquum miraculum, in incarnatione factum, quo ſuſpenſa eſt redundantia gloriæ ab anima in corpus Chriſti, vt haberet corpus paſsibile pro noſtra ſalute, moriendo. Secundum autẽ ſpectat ad ſpeciale miraculũ, quo tũc actualiter corpori paſsibili præſtitũ eſt vt fulgeret, & ratione huius in bona doctr. D. Tho. dicitur, quod fuit fulgor* Chriſti *miraculoſus.*

33 Cupientibus verò ſcire cauſam conueniẽtiæ quare diſcipuli transfiguratione Chriſti teſtes, voce paterna territi fuerint, ita vt in faciem ſuam ceciderint præ timore, dicendum eſt cum eodem *D. Thom. vbi ſupra ar. 4. in reſponſ. ad 4.* id factum fuiſſe vt oſtenderetur quod excellentia illius gloriæ, quæ tunc demonſtrabatur, excedit omnem ſenſum, & facultatem mortaliũ, & hoc eſt quod *S. Hiero. dicit in Matt. 17. quod humana fragilitas conſpectum maioris gloriæ ferre non ſuſtinet. & Origenes: Non ſuſtinentes,* ait *gloriam vocis, neq; virtutem ex ea ſupplicarunt Deo cadentes in faciem ſuam. Et Chriſoſtomus: Ceciderunt ſimul trementes, & adorantes.* Tandem *S. Thom. vbi ſupra addit. Ab hac autem fragilitate ſanantur homines per Chriſtum, eos in gloriã adducendo, quod ſignificatur per hoc quod dicit eis, ſurgite nolite timere.*

34 De Moiſe verò, & Elia teſtibus altiſſimi miſterij transfigurationis, breuiter, & in cõpendio referam, quæ dicuntur à S. *Thom. vbi ſup. art. 3. ad tertium* quod colligit ex S. Chriſoſtomo hom. 57. in Matth. Moiſes, & Elias, inquit, in medium adducuntur propter multas rationes: Prima eſt, quia turbæ dicebant Chriſtum eſſe Eliam, vel Hieremiam, aut vnũ ex prophetis. Capita prophetarũ ſecum duxit, vt ſaltìm hinc appareat differentia ſeruorum, & Domini. Secunda eſt, quia Moiſes legem dedit; Elias pro gloria Domini emulator fuit, vnde per hoc quod ſimul cum Chriſto apparent, excluditur calumnia Iudeorum accuſantium Chriſtum tamquam tranſgreſſorem legis, & blaſphemum, Dei ſibi gloriam vſurpantem. Tertia ratio, vt oſtendat ſe habere poteſtatem mortis, & vitæ, & eſſe Iudicem mortuorum, & viuorũ, per hoc quod Moiſem iam mortuum, & Eliam adhuc viuentem ſecum ducit.

De modo apparitionis Moyſis, & Eliæ.

35 Qua occaſione ſatisfit deſiderio percuntantiũ An Moyſes, & Elias ap-

Digitized by Google

paruerint in propria perſona, & an in corpore proprio, vel alieno, dicẽdo Eliam apparuiſſe in proprio corpore, Moyſem verò in propria anima, ſed in corpore aſſumpto; Ad id verò quod obijciunt ex S. *Hieronymo ſup. Matt.* 17. Moyſem reſurrexiſſe à mortuis, reſpondendum eſt cũ *D. Tho. art. 3. præcitata q. 45. 3. p. art. 3. ad 2.* quod verè apparuit eius anima in corpore aſſumpto. Ad illud *verò D. Auguſt. 3. lib. de mirabilibus ſcripturæ capit.* 10. dicentis Moyſem reſurrexiſſe in proprio corpore, Reſpondent expoſitores D. Thom. & alij, librum illum falsò adſcribi D. Aug. 2. quod autor illius libri quicumq; ſit, illud proponit non determinando, ſed dubitando, qui modus proponendi aliquid per modum dubitationis, frequens fuit apud D. Aug. alioſq; antiquiores Patres.

36 Quod autem dicunt de feſto transfigurationis, Friandus, Durandus, Belletus, & alij de ritibus Eccleſiæ, primo inſtitutum fuiſſe à Caliſto Papa Tertio circa annum ſalutis 1456. quibus arridet Platina in vita eiuſdem Pontificis, occaſione, vt aſſerunt, victoriæ quæ illo die à Catholicis parta eſt ad Belgradum, vel Taurinum oppidum, meritò reijcitur à Card. Baronio, Galeſinio vbi ſupra, & alijs, longè enim ante tempora eiuſdem Caliſti celebrabatur feſtum transfigurationis in Eccleſia Græca, atq; Latina, quemadmodum demonſtrant conciones non dico de miſterio abſolutè, ſed de feſto transfigurationis habitæ *à S. Cirillo Alexandrino, ab Andrea Epiſcopo Cretenſi, à Baſilio Selleuciæ Epiſcopo, & à B. Effren, ad extenſum fideliter relatæ à Surio tom. 4. lib. 8. ad 6. Aug.* quod totum clarius apparet ex græco antiquo menologio. & quod amplius eſt, vt inquit Galeſinius vbi ſupra, Syri qui Chriſtianam fidem colunt, multis ante Caliſti Pontificatum ſeculis, illius ſolemnitatem feſto cultu venerantur. & vt ſcribit Cardinalis Baronius vbi ſupra. Vuandelbertus, qui (vt aſſerit *Tritemius, de viris illuſtribus S. Benedicti lib. 2. c. 36. & Figeb. c. 129.*) vixit circa Annum Domini 850. in ſuo Martyrologio, quod carmine ſcripſit, de prædicta ſolemnitate in particulari agit. Idem habetur in acta ſecundæ Nicenæ Sinodi, ac Rom. 4. Deniq; Ioannes Damaſcenus de prædicta ſolemnitate orationem egit, cuius exordium eſt. *Agendum, ò piè cætus, hodiernum hunc diem lætis animis celebremus, &c.*

Quamobrem rectius aſſerendum eſt cum eiſdem, Caliſtum Papam Tertium auxiſſe cultum prædictæ ſolemnitatis, edidiſſeq; officium eccleſiaſticum quod decantatur communiter in eccleſia die transfigurationis, cum largitione Indulgentiarum, præcipiendo vt de illa ageretur in tota eccleſia Officium Diuinum, ab eodem editum vt fertur. *Suarez tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 6. nu. 13.* ex ijs tamen ſequendo primam, vel ſecundam ſententiam, duo illa in adductis propoſitionibus explicata colliguntur, videlicet, quod ſola auctoritate Apoſtolica inſtitui debent celebrationes ſolemnitatum, & feſtiuitatum in honorem etiã Dei, ac miſteriorum noſtræ ſalutis, vel alicuius alterius ſancti, & pariter eadem auctoritate recitari debent Miſſa, & Officium in eorum memoriam, ſeù honorem, quæ duo principaliter ſunt intenta in hac conſideratione.

De Feſto Viſitationis B. V. Mariæ.

37 VRbanus ſanè Papa VI. vt optimè animaduertunt inter alios Cardinalis Baronius, & Galeſinius in notis ſeù annotationibus ad Martyrologium Romanum, *Sexto nonas Iulij, hoc eſt die* 2. *Iu-*

2. *Iulij* ex euang. Lucę primò, feſtum inſtituit in vniuerſa eccleſia celebrandum cum recitatione Miſſæ, & Officij in honorem Viſitationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ ad Eliſabet Matrem præcurſoris domini, Mox. .ſ. vt B. Virgo iam Chriſtum conceperat diuino Spiritus ſancti afflatu, ***non quaſi incredula de oraculo, nec quaſi incerta de nuncio, nec quaſi dubitans*** *de exemplo(vt aſſerit S. Amb. ſupra Luc. c. 1.) ſed quaſi leta pro voto, religioſa pro Officio, feſtina pro gaudio, ad montana cum feſtinatione perrexit; neſcit enim tarda Molimina Spiritus ſancti gratia*, vt Baptiſtam in vtero ſanctificaret, illumq; vna cum matre Spiritu ſancto repleret, quæ poſtea, vt *Beda Greg*. & alij docent, de præterito, atq; præſenti prophetauit. *Nicephorus autem* credit à Ioanne iam per Chriſtum in vtero ſanctificato editam fuiſſe prophetiam, per os tamen matris propalatam, dum *lib. 1. cap. 8*. inquit *Ioannes ore materno quaſi mutuo ſumpto, ſupra natura captum vaticinatur, Matrem Domini Virginem vocans ſimulq; inter mulieres Benedictam*. Cui airrdent alij Patres præſertìm *Theophilactus in Lucam* aſſerens quod Ioannes per os matris prophetauit, & Eliſabet os Ioan. Miniſtrauit. Se contulit, itaq; B. Virgo ad domum Zachariæ Sacerdotis in Ciuitatem Ebron in Montanis Iudeæ ſitam, vt placet multis maximè ***Card. Baronio in apparatu***, quæ Ciuitas ad Sacerdotes pertinebat, quemdamodum videre eſt *Ioſue 2. c. 1*. vt, de admirando præcurſoris conceptu olim ſterili congratularetur, vtquè Virgo Sacratiſſima tamquam iunior, matri Ioanni iam prouectæ ætatis, miniſterium ſedula impenderet. *Ita Origenes, & Beda ad primum cap. Luca, & Simon Metaphraſtes*(à multis citatus) in oratione de Ioanne Baptiſta, quibus addit *S. Antoninus 4. par. ſua ſum. tit. 15. c. 23. quod B. V. cum Eliſabet tribus menſibus ſtetit, vt in partu tunc futuro ei inſeruiret*.

De Laudibus S. Io. Baptiſtæ.

Sancti Ioannis Baptiſtæ eximias laudes merito prædicarunt omnes SS. Patres Græci, atq; Latini, præſertìm *S. Maximus in quibuſdam homelijs de illo editis, in ſecunda* quarum inter quamplura enunciat: *ſicut legitur in virtutibus inimitabilis extitit, cuiq; lucæ ipſa charior veritas fuit*. & *Hom. 3. hic enim ſolus eſt prophetarum, qui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem alij in longa tempora futurum praſcierunt, proprijs oculis videre meruit, & annunciare praſentem*. poſt pauca ſubdens. Compendium cunctarum laudum ipſius S. Procurſoris. *Hic eſt ille, qui iudicio celeſtis ſententia cūctis mortalibus antefertur, dicente Domino: Non ſurrexit maior Io. Baptiſta inter natos mulierum*. ſtatìmq; declarans quare dicatur Ioannes Baptiſta non abſolutè maior cunctis mortalibus, ſed inter natos mulierum tantum, inquit, *quam pulchrè dictum eſt inter natos mulierum non eſſe maiorem, quia ille omnimodis maior erat Ioanne, qui de Virgine naſcebatur*. Hoc namq; feſtum Viſitationis Immaculatæ, ſemper Virginis Genitricis Dei Mariæ *à Boniſ. IX. confirmatum*, vel rectiùs publicatum atq; auctum extitit, occaſione inquit Baronius vrgentis ſchiſmatis ad quod componendum eiuſdem Dei Genitricis opem Dei Eccleſia propenſius ex aucta celebritate ſtuduit implorare. Ideòq; Anno Domini 389. ſchiſma, vt nonnulli ſcribunt omnium grauiſſimum, ac longiſſimum fuit *Annorum circiter* 40. Quodq; feſtum longè antea Syriacis hominibus Chriſtianæ Religionis cultoribus, horario præcum officio, feſtoq; die obſeruatur, Menſe Decembri vt notat Galeſinius vbi ſupra

ex

Digitized by Google

ex Maſſeo,& alijs. In honorem cuius ſolemnitatis interquam plures multa ſcripſit *Ioannes Pragenſis contra Adalbertum* eiuſdem ſolemnitatis temerarium impugnatorem. In quo tractatu præter nonnulla diuina quædam miracula,certas quoq;reuelationes pro comprobatione eiuſdẽ ſolemnitatis. egregiè refert. & quam plura conſideratione digna adducit laudabilis vir Frater Ludouicus *Granata ordinis Prædicatorum in ſuis concionibus de inſtitutione prædictæ feſti. Surius, & alij eodem die.*

38 Clemens Septimus viſis priùs atquè diligenter examinatis miraculis vna cũ ſanctitate vitæ B.Verdianæ ordinis Vallis Vmbroſæ, conceſſit vt Officio Eccleſiaſtico in dicto ordine honoraretur. Ferarius in ſuo Cathalogo ſanctorum die prima Februarij.

Paulus Tertius conceſſit Seculi,quod eſt oppidum Siciliæ; Syracuſanæ diœceſis, celebrare feſtum cum officio in honorem S.Gulielmi Eremitæ,qui eſt omninò diuerſus ab illo alio S. Gulielmo in Sicilia pariter claro, qui fuit Monachus, & Confeſſor in cenobio S.Mariæ de Partu apud Caſtrum Bonũ: & pariter quoquè ab illo alio quem S. Bernardus con-
39 uertit,vt patet ex diplomate ipſius Pontificis *dat. ſub anno* 1537. *die* 26. *Febr.* examinata prius vita,& miraculis ipſius Sancti.ita *Ferarius vbi ſup.in annotat.ad vitam eiuſdem S. Gulielmi ſub die* 4. *Aprilis*.

40 Pius IV. conceſſit recitationem officij in honorem B.Gonzalis ordinis Prædicatorum in Eccleſia Braccaren., & patet ex Tabulis eiuſdem eccleſiæ, vt ex relatis à *Ferario in nouo Cathalogo ſanctorum,qui in martyrologio Roman. non ſunt. die* 10.*Ian.*

41 Pius V.per ſuum Breue *datum* 3.*Idus Aprilis* 1567. mandauit *die* 7. *Martij* celebrari feſtum per vniuerſam eccleſiam cum officio in honorem S.Thom. de Aquino,quemadmodum præceperat *Bonif.VIII.feſtum.*4.*doct.Eccleſiæ.*

42 Greg. XIII. per ſuum Breue ſpeciale æditum 4. *id. Maij* 1584. præcepit à cunctis celebrari feſtum cum officio in honorem S. Annæ matris glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ cum clauſula, etiam *Quod in Miſſalibus, & Breuiarijs reformatis prætermiſſa fuerit*,quod feſtum peruetuſtum fuit in Orientali, & Occidentali eccleſia, vt conſtat ex relatis à Card.*Baronio in notis ad Martyrol.Rom. die* 26. *Iulij.* vbi ad idem commemorat authores nonnullos; quibus addi poteſt Petrus Orlandus ſac. inſtituti Carthuſianorum, qui inter alios egregiè conſcripſit vitam eiuſdem S. Annæ. & & cap.7. circa finem, inter quamplura inquit. Eccleſia olim iam eius recoluit memoriam, quia ad nouum Teſtamentum idcirco pertinere viſa eſt, quæ iam præſentem Chriſtum Saluatorem agnouit. Idem Pontif. conceſſit celebrationem feſti, atq; recitationem diuini officij in honorem B. Andreæ Corſini Epiſcopi Feſulani pro dioc. tantùm Feſulana. ex lib. Vit.Sanctorum Epiſcoporum Eccleſiæ Feſulanæ,ex Ferrario vbi ſupra. *die* 4.*Ianuarij*.

Conceſſit,etiam idẽ Greg.feſtum,cũ recitatione Miſſæ; & Officij in honorem S. Guidonis ord. Min. vt refert *Ferar. in ſuo nouo Cathalogo Sanctorum, qui in Martyrol. Rom. non ſunt, die* 12. *Iunij*.

43 Sacra Rituũ Congreg.præuio diligenti examine,iuxta conſuetũ,ad inſtantiam Epiſcopi Foroſempronij Ann. 1584. cõceſſit celebrationem feſtiuitatis cum recitatione officij in eadem eccleſia tantum Foroſempron. in honorem Sanctorum Martyrum Aquilini, Gemini, & aliorũ Sociorũ.*Ferar.vbi ſup.die* 4.*Febr.*

44 Sixtus V. per ſuum Deploma ſub datur

tur Rom. apud S. Marcũ kal. Sept. 1585. præcepit intemeratæ matris Dei Mariæ feſtum præſentationis ab antiquiſſimis vſquè temporibus ſumma cum veneratione obſeruatum, ab omnibus Eccleſijs ſub duplici officio celebrari, die 21. Nouembris, quando B. V. Anno 3. ſuæ ætatis velut oliua fructifera, omnis virtutis habitaculum facta, in templo Dei Zachariæ Prophetæ præſentata fuit ex S. Ioan. Damaſceno de fide orthodoxa lib. 4. cap. 15. & clariùs in encomio S. Germani Archiepiſcopi Conſtantinopolit. quod refert inter alios Surius tom. 6. de ſancti die 21. Nouembris.

Idem Pont. per ſuum Breue ſpeciale ſub dat. x. kal. Ian. 1585. conceſsit, ac mandauit celebrari ab omnibus Eccleſijs feſtum cum officio in honorem S. Nicolai de Tolentino; & ſanctorum Ianuarij Sociorumquè eius, vt patet ex Bulla eiuſdem Pont. dat. 6. Kal. 1585. & pariter de ſancto Antonio de Padua ex Bulla eiuſdem dat. Rom. apud S. Petr. 19. Kal. Febr. 1585. nec non de S. Petro Martyre ord. Prædicatorum, vt liquet ex Bulla eiuſdẽ Pontificis Idibus Aprilis 1586. & idem quoquè antea ordinauerat de S. Franciſco de Paula per Bullam ſpecialem, cuius initium eſt in Cœli Trono An. 1585.

45 Clemens quoquè VIII. idem de celebratione feſtiuitatis cum recitatione officij conceſſit de S. Romualdo Abbate, ac fundatore Camaldulenſis ordinis, vti videre eſt in ſuo Breue cuius initium eſt, *Pia mater eccleſia*, ſub datis die 9. Iulij 1595. Pont. ſui An. 4. Ad laudem cuius Sancti inter alia inquit; *cuius tanta fuit in Deo Religio, & pietas, vt in Cœlis ſolummodo eius conuerſatio eſſe videretur, ab hominum conſpectu, & acceſſu remotiſsima*, & poſt pauca ſubdit. *Suo exemplo multos etiam clariſsimos, Reges, & Principes ad humiles caſas in heremo habitandas, & fulgorem Purpuræ cum vili tunica commutandum allexerit*, Plurimos à corporis, & animæ infirmitatibus, ac imminentibus vitæ periculis ſigno Crucis eripuit, collapſamquè in Italiam Eremiticam diſciplinam reſtituerit, mirificè propagauerit. Officia quoquè ſanctorum ordinis Eremitarum S. Aug. vt poſſint ex ſicto ordine decantari conceſſit idem Clem. VIII. per Breue expeditum Rom. apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 5. Martij 1595. cuius exordium eſt *Dec. to Roman. Pont.* Idem pariter conceſſit de B. Agnete Virgine de Monte Politiano Moniali ordinis S. Dominici, pro toto tamen ordine Prædicatorum tantum ex Breue eiuſdem Pont. ſuper hoc expedito die 23. Feb. 1601.

Idem quoquè Pont. tribuit vt de B. Ioanne de Sancto Facundo ord. Eremit. S. Auguſtini fiat feſtum cum recitatione Miſſæ, & officij in toto prefato ordine & Breue eſt datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die 18. Octob. 1595. Ideò error eſt, & fortè impreſſoris, quod legitur in Cathalogo nouo Sanctorum Ferrarij die 11. Maij dum aſſeritur prædictam conceſsionem traditam fuiſſe à Paulo V.

46 De ſancto quoquè Hyacintho Cõfeſſore, natione Polono, profeſsione ſacri ordinis Prædicatorum, canonizato per Clementem Octauum, idem Pontifex mandauit in tota Eccleſia celebrari feſtum in honorem ipſius ſancti Confeſſoris die 16. Auguſti cum recitatione Miſſæ, & Officij, vt latè patet in Bulla Canonizationis eiuſdem; Expedita Romę quintodecimo calendas Maij pontificatus ſui anno tertio 1594. per ſequentia verba. Statuentes vt ab vniuerſali Eccleſia anno quolibet die 16. Auguſti feſtum ipſius (videlicet ſancti Hyacinthi) & Officium ſicut de vno ſancto Confeſſore non Pontifice ad formam Romani Breuiarij præſcriptam deuotè; & ſo-

& ſolemniter celebretur. Quod ſtatutũ, vt optimè indicant verba ipſius, iam fideliter relata comprehendit Clericos, & Regulares cuiuſcunq; ſtatus, ordinis, & conditionis in tota vniuerſali Eccleſia.

47 Paulus V. eandem conceſſionem elargitus eſt de ſancto Carolo Borromeo S. R. E. Cardinali, obſeruari ab omnibus Eccleſijs; & de ſancto Caſimiro Confeſſore, Regis Poloniæ filio, vt habetur ex Decreto per S. Sedem approbato, die 7. Auguſt. 1621. & pariter de ſancto Norberto Fundatore Canonicorum Regularium Candidi ordinis Præmonſtratenſis conceſſit, immò mandarunt Paul. V. & Greg. XV. in tota Eccleſia recitari Miſſam, & Officium Diuinum in honorem ipſius, ac lectiones proprias cum oratione, & reponi in Breuiario Romano imprimendo. ex Bulla Greg. XV. ſub dat. apud S. *Mariam Maiorem die 7. Sept.* 1621. & Fratribus ord. Prædicat. conceſſerat celebrationem feſti cum Officio in honorem B. Ludouici Bertrandi, ex Decret. ſac. Congr. Rituum approbato ab eodem Pont. die 25. Octob. 1610. & Fratribus B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, vt poſſint recitare officium B. Virginis de Mercede in feſto apparitionis eiuſdem, quæ ſollemnizatur in dicto ordine Dominica prima proximiori menſi Aug. ex Breue eiuſdem Pont. cuius initium eſt. *Decet Rom. Pont. dat. Apud* S. *Petrum* An. *Domini* 1601. 3. Kal. Maij.

In honorem B. Peregrini Forliuienſis, & B. Franciſci Senenſis ordinis Seruorũ, idem Paul. V. per ſuum Breue ſpeciale, *ſub dat. Rom.* 8. *menſis Maij*. 1604. conceſſit recitationem Miſſæ, & diuini Officij pro ordine tamen Seruorum tãtùm.

48 Gregor. XV. vt veneratio S. Ioachimi glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ parentis, in dies magis augeretur, præcepit in vniuerſali eccleſia celebrari feſtũ, cum officio in honorem S. Ioachimi Confeſſoris, ex diplomate Pont. ſub die 18. Martij 1623. & S. Brunonis Fundatoris ordinis Carthuſienſis, ex Decret. Sacr. Congregat. approbato ab eodem Pont. ſub die 6. Maij 1622. & de B. Alberto Magno ord. Præd. celebrationem feſti cum officio conceſſit, pro eccleſia tantùm Cathedrali Ratiſponenſis, & pro Fratribus ord. Præd. Coloniæ, & Ratiſbone commorantibus, ex viuę vocis oraculo facto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimò D. Carolo Cardinali Madrutio die 21. Septembris 1622.

Feſtum S. Ioſeph Sponſi B. Virginis non eſt compertum, quo tempore, ſeu à quo Pontifice Romano fuerit inſtitutum: eſt nihilominus peruetuſtum in eccleſia, vt ſequentia demonſtrant.

In Menologio Græco Genebrardi die 26. Decembris habetur. *Commemoratio Ioſeph Sponſi Virginis.*

Et in Menologio Magno ordinario, & antiquo Græcorum die quo ſupra leguntur ſequentia verba: *Celebritas S. Dominæ noſtræ Dei Genitricis ſemperquè Virginis Mariæ, & Sancti, ac Iuſti Ioſeph eius ſponſi.*

In Martyrologio Adonis die 19. Martij, *item eodem die s. Ioſeph nutritoris Domini.*

In Martyrologio Franciſci Maurolici impreſſi 1572. ponitur eodem die: *memoria* s. *Ioſeph*.

In illo pariter Vſuardi 14. Kalendas Aprilis hoc eſt 19. Martij. *Natale B. Ioſeph Sponſi B. Virginis Mariæ.*

In alio martyrologio antiquiſſimo abſquè tamen nomine authoris idem habetur. die 19. Martij.

In Breuiario antiquo Toletano à s. Iſidore edito. die 19. Martij habetur. s. Ioſeph *Confeſſoris ſex capparum, & nouem lectionum.*

Item

Digitized by Google

Item in Ambroſiano antiquo habetur. die quo ſupra, *Officij ſancti Ioſeph Confeſſoris*.

In Miſſale Romano impreſſo 1534. *eodem die feſtum S. Ioſeph Confeſſoris, duplex Maius cum Miſſa*.

In alio quoquè antiquiſſimo, cui deſunt prima folia, & vltima, ideo deeſt annus impreſſionis. *eodem die S. Ioſeph Sponſi Beatæ Virginis Mariæ cum Miſſa*.

Supradicta volumina ſeruantur Romę apud Religioſos PP. Congregationis Oratorij ſancti Philippi Nerij.

Petrus de Natalibus in ſuo cathalogo Sanctorum lib. 3. cap. 209. ad finem, de feſto ſancti Ioſeph, inquit. *in quodam tamen antiquiſſimo Calēdario in cuius exordio rubrica ponebatur: quod ex vetuſtis Euſebij Cęſarienſis exemplaribus ſumptum fuerat ſcriptum reperi; feſtum Ioſeph Sponſi Dominæ noſtræ 14. Kalendas Aprilis*. Subdens, *cui ex antiquitate, & exemplaris origine ſatis fidem adhibui*.

Quòd feſtum ſub præcepto celebrari ab omnibus mandauit idem Gregor. XV. vt latius continetur in ſequenti decreto ſacræ Congregationis Rituum.

Die Sabbati 8. Maij 1621.

CONgregatio Sacrorum Rituum, ſi Sanctiſſ. D. N. placuerit, Cenſuit diem feſtum S. IOSEPHI Spōſi Beatiſſimæ Genitricis Dei MARIÆ deinceps perpetuis futuris temporibus ſub obſeruantia, & præcepto comprehendi, cunctoſquè Chriſtifideles vbiquè terrarum ab omni opere ſeruili eo die abſtinere, ac ceſſare debere.

Facta per nos de prædictis relatione S.D.N. Sanctiſſimus Sacræ Congregationis votum, ac ſententiam comprobauit, atquè ita omnino ſeruari mandauit.

Franc. M. Card. à Monte.

Locus ✠ ſigilli

Petrus Ciammareconus Secr.

49 Paulus V. conceſſerat vt de B. Aloiſio Gonzaga Societatis Ieſu celebretur Miſſa, & recitetur officium in omnibus eccleſijs Presbyterorum, Religioſorum, & Monialium, quæ ſunt ſub ditione Ducum, & Precipum Gonzagorum, & in Religione Societatis Ieſu. Quod Priuilegium idem Greg. XV. ampliauit, vt Miſſa poſſit etiam celebrari ab omnibus confluentibus ad eccleſias dictæ Societatis per totum orbem die 21. Iunij.

50 Inſuper conceſſit Fratribus ordinis Capuccinorum vbiquè exiſtentibus, nec non Confluentibus Romæ ad eorum Eccleſiā in qua honoratur corpus B. Felicis de Cantalicio, vt ad præſcriptum Miſſalis, & Breuiarij Romani recitari poſſit in honorem ipſius viri Dei, officium diuinum, ſub quo etiam comprehenditur Miſſa, vt latiùs patet in Breue ſuper hoc conceſſo *ſub dat. Rom. apud S. Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 1. Octob. 1625.*

Idē quoq; Vrb. viij. conceſſit per ſuū Breue ſpeciale de s. Raymundo Nonat pro ordine tamen ſolum s. Mariæ de Redempt. Capt. vt habetur in *Breue ſub dat. Rom. apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris, die 5. Nouemb. 1625.* vt latiùs habetur in eodem Breue tenoris ſequentis.

Vrbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

IN ſpecula militantis Eccleſiæ, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, nullis licèt noſtris ſuffragantibus meritis, diuina prouidentia conſtituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in ſeruis ſuis honorificatur, libenter annuimus, eaquè fauoribus proſequimur opportunis. Sanè pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Maximiliani Bauariæ Sacri Rom. Imperij Principis

Digitized by Google

pis Electoris, ac Caroli Lotharingiæ Ducum reſpectiuè, necnon Franciſci à Lotharingia Comitis Vademontani, dilectarumquè in Chriſto filiarum, nobilis mulieris Elizabethæ Bauariæ Duciſſæ, & Catharinæ etiam à Lotharingia Monaſterij ſedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecti ſancti Petri de Romaricomonte Ordinis ſancti Benedicti Nullius, ſeu Tullen. Diœceſ. Abbatiſſæ, necnon etiam Miniſtri Generalis &, Fratrum Ord. Minorum s. Franciſci Cappuccinorũ nũcupatorum, Nobis nuper expoſitum fuit, quòd bo. me. Felix de Cantalicio eiuſdẽ Ordinis dum vixit, profeſſor multis, & eximijs virtutum, gratiarum, & miraculorum donis à Domino illuſtratus fuit. Quapropter Maximilianus, & Carolus Duces, ac Franciſcus Comes, necnon Elizabetha Duciſſa, & Catharina Abbatiſſa, ac Miniſter, & Fratres prædicti, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt donec canonizationis honor dicto Felici de Cantalicio ob eius eximiam charitatem, & excellentia merita, diuina adſpirante gratia, ab Apoſtolica ſede decernatur. Idem Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, atquè Officium, & Miſſa de eo, vt infra recitari, & celebrari poſſit. Quare Nos, re prius per Ven. Fratres noſtros S.R.E. Cardinales ſacris Ritibus præpoſitos, quibus eam examinandam demandauimus, maturæ diſcuſſa, de eorundem Cardinalium conſilio, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati Vt ipſe bo. me. Felix de Cantalicio Beatus nuncupari, officiumq; & Miſſam de eo, tamquam de communi Confeſſoris nõ Pontificis, iuxta rubricas Miſſalis, & Breuiarij Romani, hoc anno videlicet poſt præſentes litteras emanatas, ab omnibus dicti Ordinis Fratribus vbiquè exiſtentibus; hic autem Romæ etiam à confluentibus ad Eccleſias eorundem Fratrum, die eorum Superioribus bene viſa; in poſterum verò, die dumtaxat ſui obitus in Eccleſijs Fratribus prædictorum, videlicet in Nanceij, ac prædicto Romaricomontis, necnon Cantalicij Oppidis ab eiſdem Fratribus tantùm. Romæ verò, vbi Corpus eiuſdem requieſcit, etiam ad Eccleſiam dictorum Fratrum confluentibus recitari, & celebrari reſpectiuè, liberè, & licitè poſsit, & valeat, Apoſtolica auctoritate ten. præſentium licẽtiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſquè contrarijs quibuſcunquè. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 1. Octobris, M.DC.XXV. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

V. Theatin.

Et pariter officium in honorem SS. Martyrum Euſtachij, & Sociorum ex Decret. ſac. Cong. Rituum approbato per eundem Pont. die 24. Nouembris 1625. Tandem vt alios complures caſus conſimiles breuitatis cauſa omittam, illud tantùm referam de B. Maria Magdalena de Pazzis Florẽtina moniali monaſterij s. Mariæ Angelorum in Burgo s. Fridiani eiuſdem Ciuit. expreſſum in Breue eiuſdem S.D.N. Vrban. PP. VIII. *ſub dat. Rom. apud* S. *Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die* 8. *Maij* 1626. cuius exordium eſt. In ſede Principis Apoſtolorum, per quod concedit facultatem recitandi diuinum officium iuxt. Rub. miſſalis, & Breu. Rom. omnibus, & ſingulis Eccl. Ciuit. Florentię in die obitus eiuſdẽ ſeruæ Dei Mariæ Magdalenæ;

Vr-

Digitized by Google

Vrbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

IN Sede Principis Apoſtolorum nullis licet noſtris ſuffragantibus meritis à Domino conſtituti, pijs fidelium votis, quibus virtutum Dominus in ſeruis, & ancillis ſuis honorificatur, libenter annuimus, eaquè fauoribus proſequimur oppotrunis, prout in Domino conſpicimus expedire. Sanè pro parte dilecti filij nobilis adoleſcentis Ferdinandi Etruriæ ſibi ſubiectæ Magni Ducis, ac dilectarum in Chriſto filiarum nobilium mulierum Mariæ Magdalenæ Archiduciſſæ Auſtriæ, & Chriſtiernæ à Lotharingia, Etruriæ ſimiliter ſibi ſubiectæ magnarum Duciſſarum Viduarum, necnon Prioriſſæ, ac Monialium monaſterij Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupati in Burgo Sancti Fridiani Ciuitatis Florentiñ: Nobis nuper expoſitum fuit, quòd bon. mem. Ancilla Dei Maria Magdalena de Pazzis Florentiñ Monialis dicti Monaſterij, multis, & eximijs virtutum & gratiarum, ac miraculorum donis à Domino illuſtrata fuit. Quapropter Ferdinandus Magnus Dux, & Maria Magdalena Archiduciſſa, necnon Chriſtierna Magnæ Duciſſæ Viduæ, ac Prioriſſa, & Moniales prædictæ, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, vt donec Canonizationis honor dictæ Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ, ob eius excellentia merita diuina aſpirante gratia ab Apoſtolica Sede decernatur, eadem Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari atquè Officium, & Miſſam de ea, vt infra recitari, & celebrari poſſit: Quare nos re prius per Venerab Fratres noſtros Sanctę Romanæ Eccleſ. Cardinales Sacris Ritibus præpoſitos, quibus eam examinandam mandauimus maturè diſcuſſa, de eorundem Cardinalium conſilio huiuſmodi ſupplicationibus inclinati. Vt ipſa Ancilla Dei Maria Magdalena in poſterum Beata nuncupari, Officiumquè, & Miſſa de ea tanquàm de communi Virginis non Martyris iuxta Rubricas Miſſalis, & Breuiarij Romani, in omnibus, & ſingulis Ciuitatis Florentiñ Eccleſijs, & Romæ pro præſenti anno dumtaxat, in Eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ Nationis Florẽtinorum in qua Beatificationis huiuſmodi ſolemnitas celebrabitur in eiuſdem Ancillæ Dei Mariæ Magdalenæ obitus, ſeu alia ſubſequenti non impedita die à quibuſuis Clericis, & Presbyteris, tàm ſæcularibus, quàm regularibus recitari, & celebrari reſpectiuè poſſit, & valeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò concedimus, & indulgemus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteteriſquè contrarijs quibuſcunquè. Volumus autem, vt præſentium trãſumptis, etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem vbiquè prorsùs fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die viij. Maij. M. DC. XXVI. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

V. Theatin.

Idẽ Sanctiſſ. Dominus Noſter Vrban. Papa VIII. conceſſit Indulgentiam plenariam, & remiſſionem ſingulorum pec-

peccatorum, omnibus fidelibus vtriuſque ſexus, verè pœnitentibus, & confeſſis, & ſacra communione refectis, viſitantibus Eccleſiam Sanctæ Mariæ Tranſpontinę in ſuburbio Vrbis, ordinis Carmelitarum, die 25. Maij 1627. occaſione celebrationis feſti in honorem eiuſdem Beatæ Mariæ de Pazzis, vt latius habetur in Breue ſuper hoc expedito die 12. Maij 1627.

Conſimilem indulgentiam, ſeu indulgentias conceſſerant Clemens Papa VIII. in honorem Beati Gilij oppidi Vouzela Viſen. Diœceſis ordinis Prædicatorum; & Gregorius XV. vt copioſius habetur in eorum breuibus ſuper hoc ſpecialiter expeditis, quorum exemplaria authentica reſeruantur Romæ in Archiuio Procuratoris Generalis eiuſdem ordinis; quorum tenores libuit hic præfigere.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.

VNiuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Saluti gregis Dominici, curæ noſtræ meritis licet imparibus diuina diſpoſitione commiſſi, ſolicitis ſtudijs intendentes, fideles ſingulos, quorum merita pro demeritis, penitus ſunt imparia, ad pia & meritoria opera exercẽda ſpiritualibus muneribus indulgentijs, peccatorum remiſſionibus libenter inuitamus, vt per eorundem operum exercitium ſuorum abolita macula delictorum, ad æterna beatitudinis gaudia facilius peruenire mereantur. Cum itaq; ſicut accepimus in Eccleſia ſeu Capella Sancti Gilij oppidi de Vouzela Viſen. Diœceſ. vna pia, & deuota vtriuſq; ſexus Chriſtifidelium confraternitas, ſub inuocatione, ſeu ad Altare eiuſdem Sancti Gilij ad omnipotentis Dei laudem, & animarum ſalutem, proximiq; ſubuentionem, non tamen pro hominibus vnius ſpecialis artis canonicè inſtituta, & erecta exiſtat, cuius dilecti filij Confratres, quamplurima charitatis, & miſericordiæ opera exercere conſueuerunt. Vt igitur Confratres prædictæ Confraternitatis, pro tempore exiſtentes in huiuſmodi piorum operum exercitio confoueantur, ac magis ad ea inpoſterum exercenda, nec non alij Chriſtifideles promptius ad Confraternitatem ipſam ingrediendam incitentur, prædictaquè Eccleſia, ſeu Capella in veneratione debita habeatur, & ab eiſdem Chriſtifidelibus congruis frequentetur honoribus, illiq; eò libentius ad illam deuotionis cauſa confluant, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe vberius eſſe refectos. De omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus verè pænitentibus, & confeſſis, qui dictam Confraternitatem pro tempore inperpetuũ ingredientur, ac in ea recipientur, die primi illorum ingreſſus, & receptionis huiuſmodi, ſi ſanctiſſimum Euchariſtię Sacramentum ſumpſerint, plenariam. Nec non tam ipſis, quam omnibus, & ſingulis alijs nunc, & pro tempore exiſtentibus eiuſdẽ Confraternitatis vtriuſque ſexus Confratribus, pro tempore vbilibet decedentibus etiam verè penitentibus, & confeſsis, ac ſacra communione refectis, in eorum mortis articulo pium nomen Ieſu corde ſi ore nequiuerint inuocantibus, etiam plenariam, &c. Præterea tam ipſis Confratribus, quàm vniuerſis alijs, & ſingulis dicti ſexus Chriſti fidelibus ſimiliter verè pœnitentibus, & Confeſsis, qui Eccleſiam, ſeu Capellam prefatam in die quo feſtiui-

tas eiuſdem ſancti Gilij, qui in oppido preſato ortus exiſtit celebrabitur, à primis veſperis vſq; ad occaſum ſolis diei eiuſdem feſtiuitatis, ſingulis annis deuotè viſitauerint, & inibi pro exaltatione ſanctæ matris Eccleſiæ; hæreſum extirpatione, & hæreticorum reductione, ac infidelium conuerſione, & inter Christianorum Principes conſeruanda pace concordia, & vnione aliquas ad Deum preces effuderint, quacumq; feſtiuitate prædicta, id pro tempore fecerint, quoad dictos Confratres, perpetuò, pro his tantum qui eadem die feſtiuitatis prædictũ ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, ſimiliter plenariam, quo vero ad nõ Confratres, & Eccleſiam, ſeu Capellam huiuſmodi vt præfertur viſitantes, ac eodem ſanctiſſimo Sacramento etiam refectos, pro primo anno infraſcripti Decenij tantum pariter plenariã omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur. pro reliquis vero nouem annis prædicti decennij, eiſdem nõ Confratribus ſeptem annos, & totidem Quadragenas. Inſuper eiuſdem Confratribus qui pariter verè pęnitentes, & confeſſi, ac ſumpto eodem ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, Eccleſiam ſeu Capellam prędictam in Viſitationis *Aſſumptionis, Purificationis, & Annunciationis Beatæ Mariæ* feſtiuitatibus, ſeu in aliqua vel aliquibus illarum etiam deuotè viſitauerint, ibidemque vt præfertur orauerint, qualibet vice, alios ſeptem annos, & totidem Quadragenas. Nec non ipſis Confratribus qui miſſis, & officijs in eccleſia ſeu Capella prædicta ex conſuetudine, vel inſtituto, ſeu intuitu dictæ Confraternitatis, pro tempore more confraternitatum celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, vel ſecretis eiuſdem Confraternitatis vbiuis faciendis, pro quocumq; opere pio exercendo interfuerint, vel pauperes peregrinos hoſpitio exceperint, aut eleemoſinis vel officijs adiuuerint, aut pacem cum inimicis proprijs vel alienis compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procurauerint, nec non etiam qui corpora in Chriſti charitate defunctorum tam Confratrum, quam aliorum ad ſepulturam aſſociauerint, aut infirmos conſolati fuerint, vel quaſcumque proceſſiones ordinarias, & extraordinarias tam prædictæ Confraternitatis, quàm alias quaſcumq; de licẽtia ordinarij celebrandás, dictumq; ſanctiſſimum Sacramentum, quando tam in proceſſionibus, quàm dum ad aliquẽ infirmum, ac alias vbicumq; & quandocumq; pro tempore defertur commitati fuerint, ſeu impediti, per aliũ, ſeu alios, aſſociari fecerint, aut Campanæ ad id ſigno dato genuflexi ſemel orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, ac etiam quinquies orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam pro animabus confratrum dictæ Confraternitatis in Chriſti charitate vt præfertur defunctorum recitauerint; Aut Demum aliquem ad viam ſalutis reduxerint, ac ignorantes Dei Præcepta, & quæ ad ſalutem ſunt docuerint, aut quodcumq; aliud pietatis vel charitatis opus exercuerint, quoties præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum egerint, ſexaginta dies de iniunctis eis, aut alias quomodolibet penitentijs debitis, auctoritate, & tenore prædictis relaxamus. Præſentibus quoad non Confratres, vt præfertur viſitantes ad Decimum proximum tantum, quoad confratres verò prædictos, perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem quod Confratribus, & alijs Chriſtifide-

Digitized by Google

libus prædictis ratione præmiſſorum, vel alias, aliqua alia Indulgentia, in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapſum duratura per nos conceſſa *fuerit præſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo. Nonas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno primo, &c.*

Gregorius Papa *XV.*

VNiuerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ad augendam fidelium Religionem, & animarum ſalutem, cæleſtibus Eccleſię theſauris pia charitate intenti; omnibus vtriuſquè ſexus Chriſtifidelibus verè pænitentibus, & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui eccleſiam domus Fratrum ordinis Prædicatorum loci de Sanctarem Vlyxponen. Diocæſis, & in ea ſitam Capellam Sancti Ægydij die feſto eiuſdē ſancti Ægydij à primis Veſperis, vſquè ad occaſum ſolis feſti huiuſmodi, ſingulis annis deuotè viſitauerint, & ibi pro Chriſtianorū Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus ad ſeptenium tantum valituris. Volumus autem, vt ſi alias Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam viſitandam, aliam aliquam Indulgentiam perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum duraturam conceſſimus, præſentes nullæ ſint. Datis Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die vij. Iunij. M. DC. XXI. Pontificatus noſtri Anno primo.

Ex quibus apertè nimis colligitur confirmatio eorum, quæ ſuperius in hoc Elucidario cap. 2. copioſè traduntur puncto 58. numero 59. §. primo, & ſequentibus circa vſum, & conſuetudinem peruetuſtam concedendi per ſanctam Sedem Apoſtolicam Indulgentias etiam plenarias in honorem quoq; iuſtorum, qui tantum beatificati fuere per Eccleſiam, lcet non dum canonizati.

Deniquè idem Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus Papa Octauus conceſſit ſeruatis ſeruandis facultatem celebrandi Miſſam, & recitandi Officium Diuinū pro vigintitribus Martyribus ex ordine Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia, ſecundum formam contentam in Breue ſuper hoc expedito ſub Annulo Piſcatoris infraſcripti tenoris. Qua occaſione liceat monere lectorem qualiter die 2. Octobris Sacra Congregatio Rituum referente Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſ. D. D. Cardinali Madruzzio, conceſſit litteras remiſſionales pro proceſſu compulſoriali fabricando auctoritate Apoſtolica circa veritatem Martirij Venerab. Patris Caroli Spinolæ Ieſuitæ, & quorumdam ſociorum ipſius, inter quos extant ſex Fratres profeſſi Sacri Ordinis Prædicatorum, qui vna cum præfato viro die 10. Septembris 1622. in Iapponia eodem loco, tempore, & pro eadem cauſa fidei cremati fuere.

Vrba-

Vrbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

SAluatoris, & Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui Milites ſuos inclytos, quorum mors pretioſa eſt in conſpectu eius, immortalitatis corona donat in Cælis, vices quamquam immeriti gerentes in terris, pia Chriſti fidelium præſertim Catholicorum Regum vota, per quæ eorundem Sanctorum militum veneratio promouetur, & laudatur Dominus in Sanctis ſuis, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, fauoribuſquè, & gratijs proſequimur oportunis. Cum itaque ſicut dilectus filius Petrus Baptiſta Procurator Fratrum Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, Diſcalciatorum nuncupatorum, Prouinciæ ſancti Gregorij Philippinarum, & Iapponiæ nobis nuper exponi fecit, venerabiles fratres noſtri S. R. E. Cardinales ſacris Ritibus præpoſiti, in cauſa Canonizationis vigintitrium Martyrum, videlicet Petri Baptiſtæ, & Sociorum eius ex dicto Ordine, quorum nempè ſex profeſſi, cæteri verò laici familiares, & coadiutores eorumdem ſex profeſſorum erant, quiquè omnes Pro CHRSTI nomine in oppido Ciuitate nuncupato Nangaſaqui extra muros in Regno Iapponiæ Cruci affixi, & tranſuerberati fuerunt, in Sacro Rotæ Auditorio, & deinde de mandato noſtro ab eiſdem Cardinalibus, referente dilecto filio noſtro Tiberio Tituli S. Priſcæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato, diſcuſſa cenſuerint conſtare de martyrio, & miraculis, Ideòque ad actualem illorum Canonizationē quandocumque deueniri poſſe; Superiores verò dicti Ordinis pro eo, quem erga eoſdem Martyres gerunt, deuotionis affectu, officium, & miſſam de illis donec ad ſolemnem eorum Canonizationem, pro qua non ſolùm dictus Petrus eorumdem Fratrum nomine, verùm etiam cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus, ac cariſſima in Chriſto filia noſtra Iſabella Regina Catholica Hiſpaniarum, necnon vniuerſa Ciuitas Manilen̄, & Chinen̄, ſeu Machanen., alijque nobis per eorum literas ad Nos tranſmiſſas humiliter ſupplicarunt, deueniatur, vt infra recitari poſſe plurimum deſiderent. Nos pijs eorundem Superiorum votis huiuſmodi quantum cum Domino poſſumus annuere, illoſquè ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, eorùmque ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpen., & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes, Supplicationibus dicti Petri eorumdem Superiorum nomine nobis humiliter porrectis inclinati: De eorumdem Cardinalium conſilio: Vt de eiſdem Martyribus, tàm ab omnibus dicti ordinis ſancti Franciſci Religioſis vbique exiſtentibus, quàm etiam alijs Eccleſiaſticis, & ſecularibus perſonis Manilen. Diœceſis dumtaxat, vbi præcipui dictorum Martyrū pro Chriſti fide laborantes valde profecerunt, officium, & Miſſa de Communi plurimorum Martyrum die eorum Natalis, videlicet, die quinta Februarij, recitari, & celebrari reſpectiuè, liberè, & licitè poſſit, & valeat, Apoſtolica auctoritate ten. præſentium licētiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteteriſquè contrarijs quibuſcunquè. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarij

publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 14. Septembr. M.DC.XXVII. Pōtificatus Noſtri Anno Quinto.

M. A. Maraldus.

Loco Annuli Piſcatoris.

Ex his omnibus ſufficientèr, & euidentèr demonſtratur, neceſſitas facultatis Apoſtolicæ pro colendo, tamèn ritu publico feſto alicuius ſancti, vel Beati cũ recitatione Miſſæ, & Officij. Ex quibus etiã colligitur ſequens corollarium.

Tertia Propoſitio, non licet alicui eccleſiæ, vel religioni colere publico ritu feſtum in honorem alicuius ſancti cum recitatione officij, niſi prius obtenta licentia à S. Sede Apoſtolica. Optimo itaque iure valdè miratur *Ferrarius in ſuo Cathalogo ſanctorum Italiæ, in annotatione ad vitam ſanctorum, Armonis, & Vermundi Fratrum,* quod moniales S. Benedicti in Papo Medæ Mediolanenſis ſtatus, colant feſtum cum recitatione officij eorundem ſanctorum Confeſſorum, eiuſdem monaſterij fundatorum, nulla facta mentione de licentia ſuper hoc obtenta à S. Sede Apoſtolica. In eod. quoq; Cathalogo ſanct. Præd. *Ferrarius in annotatione ad vitam S. Victoris Confeſſoris, ſub die 6. Martij,* noua officia eccleſiæ Placentinę approbata fuiſſe affirmat per ſanctam Sedem Apoſtolicam. Quod comuniter aſſerunt alij multi de officijs, quæ in in diuerſis eccleſijs recitantur.

De memorijs Sanctorum in Officio Diuino cantandis.

51 Q*Varta Propoſitio. Idem proportionalitèr dicendum eſt de commemoratione, ſeù memoria, quæ per antiphonam, & orationem fieri ſolet in perſolutione publica Diuini officij, in honorem alicuius, ſiuè aliquorum ſanctorum, ſiuè Beatorum in eccleſiis, vel Oratorijs Secularium, vel Regularium.*

Sixtus Papa Quartus Seraphici ordinis S. Franciſci habita prius notitia virtutum, ac miraculorum B. Matthei de Mantua ord. Prædicatorum (cuius corpus, & caput ſeparatum à corpore in Theca argentea Vigleuani magnam habet venerationem) conceſſit vt in die dedicationis eccleſia S. Petri martyris eiuſdem ordinis, ac Ciuit. Vigleuanenſ. fieret memoria in Veſperis, & Mattutinis de eodem Beato. ex litteris authenticis Beatiſſimi Generalis dicti ord. *Fratris* Pauli *Caſettæ datis die* 8. *Feb.* 1482. *ex monumentis dicti Conuentus, & Ciuitatis.*

Leo Decimus per Breue ſpeciale dilectis filijs Alexandro Gablonetæ Arcidiacono, & Alexandro Spagnolo Canonico eiuſdem eccleſiæ Mantuanæ direxit, cuius exordium eſt. *Ex relatione, &c. ſub dat. Romæ apud S.* Petrum *ſub annulo Piſcatoris die* 8. *Ianuarij* 1515. concedit donec fuerit Canonizata B. Oſanna de Andreaſijs Mantuana Monialis ordinis de Penitentia s. Dominici, vt de illa in primis, & ſecundis Veſperis in Mattutinis, & alijs Diuinis officijs, die ſui obitus, in Ciuit. & diſtrictu Mantuan. fiat commemoratio.

Quemadmodum de B. IACOBO Piceno ord. Minorum S. Franciſci, cuius corpus incorruptum, atquè omninò integrum ſeruatur in Eccleſia S. Marię nouæ

uæ Ciuit. Neapolitanæ conceſſit Leo X. vt in propria eccleſia fieret memoria per antiphonam, & orationem in honorem eiuſdem Beati. Ex Cronica minorum, parte 3. lib. 6. ex Ferrario in Cathalogo Sanctorum Italiæ ad vitam ipſius Beati die 28. Nouembr.

Paritèr quoquè Cæſenæ, Parmæ, & apud Montem Muſellam, facultate Apoſtolica, agitur memoria in officio Diuino s. Vincentij Epiſcopi Sarzinæ in Emilia, non quotidie quidem, ſed die tantùm ſui tranſitus ad Cœlum, Ferrar. vbi ſupra in annot. ad vitam eiuſdem ſancti, die 28. Auguſti.

Memoria quoquè ſanctorum Lamberti, & Berlerij Monacorum, auctoritate Apoſtolica decantatur quotannis Dominica Cantate, poſt Paſcha in monaſterio ordinis S. Benedicti iuxta montes Nantoniæ. *Autor ligni vitæ ordinis S. Benedicti lib. 3. die 30. Maij. Molanus in Indiculo ſanctorum Belgij eodem die.*

Romæ in eccleſia S. Mariæ de Anima die 31. Maij fit memoria Canonizationis S. Benonis Epiſcopi, & Confeſſoris.

Pius enim Papa V. per ſuum Breue ſpeciale *ſub dat. Romæ, apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris* 1565. *prid. Idus Martij*, cuius exordium eſt: *Vnigeniti Dei Filij*, in honorem B. Margaritæ ſereniſſimæ familiæ de SABAVDIA, olim Marchioniſſæ Montis Ferrati, conceſſit Abbatiſſæ, & monialibuſ monaſterij S. Mariȩ Magdalenȩ Ciuit. Albȩ ord. S. Dominici (quod adhuc viuens conſtruxerat, atquè ditauerat) vt in die feſtiuitatis prȩdictæ Beatæ Margharitæ, quæ celebratur die 23. Nouembris, commemorationem dumtaxat ipſius B. Viduæ facere teneantur. Et extat antiphona cum oratione, quæ antiquitùs decantatur die qua ſupra ſequentis tenoris.

Antiphona.

Dilexit Margharita Dominum Ieſum Chriſtum, pro quo ſpretis Mundi delitijs, & honoribus, aduerſa quoque maxima cum patientia ſuſtituit.

℣. Ora pro nobis B. Margharita.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oratio.

Deus, qui nos in tantis periculis conſtitutos pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: concede propitius, vt intercedente B. Margharita Vidua protectionis tuæ gratiam conſequamur. Per Dominum noſtrum, &c.

Idē S. D. N. Papa Pius V. inſtantèr requiſitus, & plenè informatus de sāctitate, & miraculis B. Colūbæ de Reate ord. S. Dominici (in honorem cuius extat in Ciuitate Peruſiæ extructa Eccleſia vna cum monaſterio monialium, ſub inuocatione ſui nominis,) vt concederet recitationem officij Diuini in honorem eiuſdem Beatæ, tribuit facultatem vt de ea fieret tantùm memoria cum antiphona, & oratione. Hanc conceſſionem viuæ vocis oraculo fecit idem Pontif. Fr. Vincentio Herculano, tunc temporis Imolenſi, & poſtea Peruſino Epiſcopo, de menſe Feb. 1566. *ex monumentis monaſterij B. Columbæ, & ex ſcriptoribus vitæ ipſius Beatæ.*

Et vt alios multos conſimiles caſus omittam, illud tantum referam, quod iuſſu Clem. VIII. appoſuit *Card. Baronius in Martyrolog. Rom. die 7. Octob. ad laudem, & honorem B. Virginis* ſub inuocatione Roſarij, per ſequentia verba. *eodem die, commemoratio S. Mariæ de Victoria, quam Pius V. Pont. Max. ob inſignem victoriam à Chriſtianis Bello na-*

ua-

uali eiuſdem Dei Genitricis auxilio hac ipſa die de Turcis reportatam, quotannis fieri inſtituit; & Greg. XIII. prima huius menſis Dominica die, annuam ſolemnitatem Roſarij eiuſdem B. Virginis celebrandam decreuit. ex Martirol. Rom. vbi ſup.

Et vt habetur in notis ad idem Martyrolog. ſub eodem die *Card. Baronij*, pro ordine Prædicatorum conceſſit Gregor. XIII. immò, & pro omnibus Eccleſijs vbi eiuſdem Roſarij Altare aliquod fuerit, *miſſam*, & *officium poſſe perſolui, in honorem Deiparæ Virginis, ſub inuocatione ſolemnitatis ſanctiſsimi Roſarij*.

Clemens VIII. mandauit fieri memoriam in Veſperis, & Matutinis in feſto S. Petri Martyris die 29. *Aprilis* de ſancta Catherina Virgine Senenſi ord. s. *Dominici*, & pariter de ſancto Nathonæ Epiſcopo Piſtorienſi ord. Vallis Vmbroſæ. Conceſſit idem Clem. Anno 1605. vt monachi dicti ord. in Ciuit. Piſtorienſi exiſtentes, poſſint recitare Diuinum officium, & alibi (in dicto tamen ordine) fieri poſſe memoriam de eodem ſancto Nathone die 22. *Maij*, vel die 21. *Iunij*, qui dies depoſitionis eſſe videtur, altèr verò tranſlationis. ex vita ipſius ſancti, ex monumentis, eccleſiæ Piſtorienſis, *ex vita Generalium Vallis Umbroſæ lib. 2. & ex Ferrario, in annotat. ad vitã eiuſdem ſancti die 22. Maij*.

Quibus addi neceſſe eſt, quod continetur in ſequenti petitione, ac reſponſione ſacr. Congregationis Rituum: An in Eccleſia Viſen. recitari poſsit officiũ de comuni, pro ſanctis, quorum feſtiuitates ab immemorabili tempore celebrari conſueuerint, quamuis non ſint Canonizati, prout eſt S. Eliſabeth Regina, s. Theotonius, & alij ſimiles. eadem ſacr. Rituum Congr. affirmatiuè reſpondit, *dummodò adſit immemorabilis conſuetudo. & ita cenſuit, declarauit, & reſpondit die 11. Iunij 1605.*

52 Demùm non erit inutile hic ſub breuitate tamèn adducere reſolutionem illius difficultatis valdè deſideratam à viris pietate, ac deuotione ornatis, Quare ſcilicet in nonnullis Eccleſijs diſtinctis, diuerſiſq; diebus, atq; menſibus colatur feſtum vnius eiuſdemq; ſancti, ſiuè ſub nomine eiuſdem ſancti. Idem enim, ſed multiplici ratione euenire ſolet: Primò quidèm, quia in vna eccleſia celebratur feſtum natalis, ſeù mortis illius ſancti: in alia verò feſtum tranſlationis, ſeù depoſitionis, vel eleuationis corporis, & reliquiarum eiuſdem: & aliquando colitur feſtum Canonizationis eiuſdem ſancti. Secundo, Id euenit, quia in rei veritate diuerſi ſancti reperiuntur quo ad perſonas, quamuis eodem nomine nuncupentur, ideò non agitur feſtum eiuſdem ſancti, niſi quò ad nomen, cum eorum perſonæ ſint diuerſæ: at quia diſtinctè, diuerſiſq; temporibus vitam hanc mortalem cum æterna commutarunt. Tertio, Quia etſi agatur idem feſtum in honorem eiuſdem ſancti ſecundum nomen, & perſonam, propter aliquas tamèn rationabiles cauſas, ex cõceſsione Apoſtolica datum eſt, vt feſtum quod regulariter erat celebrandum tali die determinato, præueniatur, ſiuè differatur ad alium diem, & menſem; vt latiùs tradunt *Cardinalis Baronius, & Galeſinius in eorum notis, ſeù annotationibus ad Martyrolog. Romanum, & Petrus de Natalibus, ac Ferrarius in ſuo Cathalogo Sanctorum*. Idem quoq; ſepæ animaduertũt innumeri ſcriptores, qui geſta, ſeù vitam ſanctorum conſcripſere.

Con-

Digitized by Google

Conſid. ad Cap. Secundum.

De Sepulchro Chriſti Domini Saluatoris Noſtri.

53 CIrca illa verba, quæ copioſè adducuntur, *cap. 2. huius Elucidarij, num. 41. Punct. 32. & ſeqq. præſertim verò Punct. 34.* de ſepulchro videlicèt Chriſti Domini Saluatoris noſtri obſeruandum eſt, quod nedùm ex iam relatis teſtimonijs ſanctorum Patrum, verùm etiàm ex verbis Euangeliſtarum maximè *Matth. cap. 27. & Io. cap. 19.* habetur quod Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio in ſepulchrum, in terra, ſeù lapide effoſſum, quod ſibi parauerat extrà muros Hyeruſalem in proprio horto, volens, & libèns corpus Saluatoris noſtri in triduo ſuæ mortis tranſtulit. Hocquè ſepulchrum extitit fabricatum more Hebreorum, quod eſt dicere ſubtus terram, ſeù aliquo modo in viſceribus terræ, ideò Io. Euangeliſta vbi ſupra poſt deſcriptam Paſſionem, & mortem Saluatoris, ſermonem faciens de ſepulchro Chriſti, & modo ſepulturæ ipſius *Acceperunt* (inquit) *ergò*, ſcilicet Ioſeph, & Nicodemus, *corpus Ieſu, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus ſicùt mos eſt Iudeis ſepelire.* innuens ſepulchrum Chriſti, & modum, quo tumulatum fuit eius ſacratiſsimum corpus, extitiſſe ſecundùm morem antiquùm Iudeorum: vbi, ex conſequenti ſaltèm, aſſeritur ab Euangeliſtis, quod ſepulchrum Chriſti fuerit in loco ſubterraneo. Hinc eſt quod Cornelius Ianſenius Epiſcopus Gandauenſis *in Com. in Concord. euang. par. 4. cap. 145.* ad illa verba *Luc. cap. 24. & ingreſſæ non inuenerunt corpus Domini Ieſu. §. erant enim.* inter quam plura ibidem narrata de ſepulchro Chriſti, ex teſtimonio Brocardi Monachi refert. *Deſcribit autem Brocardus Monachus ſpeluncham Dominici ſepulchri, vt à ſe eſt viſa in hunc modum.. Eccleſia ſepulchri Dominici rotunda eſt, habetq́ in medio aperturam rotundam, ſub qua ſepulchrum Dominicum ſubdiò conſiſtit, nullo tectum imbricamento. Spelunca ſepulchrum Domini continens habet in longum aliquot pedes, &c.*

Hoc nomen ſpelunca, (Antrum, quod verbum Græcum eſt) vel locum ſubterraneum, ſeù Mõtis cauitatem ſignificat, vt omnes comuniter tradunt, præſertìm *Virg. 6. Aeneid. dum inquit, ſpelunca alta fuit, vaſtoq́ immanis hiatu. & Cic. 2. de finibus, At iam decimum Annum in ſpelunca iacet. & Martialis lib. 13. Gaudet in effoſsis habitare cuniculis antris: & Virg. 4. Georg. Pumicibusq́ cauis exeſe arboris antri.* Et ad magis explicandum, quod Chriſti ſepulchrum extiterit in terra excauatum, ipſe Ianſenius vbi ſupra paucis interiectis ſubdit. *Nota quod ante ſpeluncam Dominici ſepulchri, eſt alia cripta eiuſdem Magnitudinis, & figuræ, ſolo pariete intermedio à priori ſegregata, & ad hanc primò deſcenditur, deindè per hoſtium intermedij parietis venitur in ſpeluncã Dominici ſepulchri.*

Et Beda libello de locis ſanctis Hyeruſalem cap. 2. Sepulchrum Chriſti frequẽtèr apellat criptam in petra exciſam, vbi etiam adducit latitudinem ſepulchri eſſe ſeptem pedum. *& Landulphus de vita Chriſti par. 2. cap. 66.* Speluncam rotundam de ſubiacente rupe exciſam apellat. & Cardinalis Baronius idem omninò aſſerit *tom. 1. Ann. ad Annum Chriſti 34. §. ſed elucidationem rerum.* Vbi adomonet morem fuiſſe Iudeorum in ſpeluncis habere ſepulcra excauata, quod probat exemplo antiquorum Patrum præſertìm Abrahæ, & Sarræ.

Ex quibus omnibus, ritè, & rectè colligitur; quod ſepulchrum Chriſti ante

re ſe habebat Criptam, & ſpeluncam, quæ loca ſubterranea sũt, etſi ingreſſum habeant ſuper terram. Id omne dilucidè quidem, ac expreſsè habetur ex verbis Chriſti *apud Matth. cap. 26.* vbì loquens de ſepulchro corporis ſui in triduo mortis inquit; *ſicut Ionas fuit in ventre Cæti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus*. quæ verba Rab. S. Chryſoſtomus, & s. Auguſtinus inter alios ſanctos Patres, quos refert s. Thomas in ſua Catena aurea ad prædictum caput *Matth. 16.* interpretantur de ſepulchro Chriſti dicentes *Tribus diebus, & noctibus fuit ille* (ſcilicet Ionas) *in ventre Cæti, & iſte* (videlicet Chriſtus) *in ſepulchro*. addentes. *Ille Eiectus eſt in aridam iſte reſurrexit in gloriam*. Igitur Chriſti ſepulchrum ex verbis expreſsis Euangeliſtarum, præſertìm Matth. vbì ſupra, excauatum fuit in viſceribus terræ. De quo Chriſti ſepulchro omnes s. Patres elogium illud *Iſaiæ 11. erit ſepulchrum eius glorioſum* concorditèr cecinerunt.

Alphonſus quoquè Toſtatus *in lib. 4. Reg. c. 13.* inter, quam plura ab eo diſertè relata de effoſsione ſepulchrorum, in quibus ſepeliebantur cadauerà Hebreorum de ſepulchro Eliſei verba faciens, ac de illis, qui habitabant terram Canaam dicit. *Effodiuntur ſepulchra magna, qui ſunt ad modum domorum ſubterranearum, ita vt homines poſsint intrare illùc.* & poſt pauca ſubdit. *Sic patet de ſeputchro Domini noſtri, nam illud fuit ad modum domus magnæ, &c.* Vbi palàm equiparat ſepulchrum Chriſti ſepulchro Eliſei, & Cananeorum quò ad ſitum, ſeù poſitionem loci, & quò ad magnitudinem, quodquè probat multis teſtimonijs veteris, ac noui teſtamenti. Idem repetit quò ad ſobſtantiam *tom. 3. in Matth. cap. 8. quæſt. 98.*

54 De eodem ſepulchro inter alios ſcribit *Cardinalis Caietanus ad 3. partē D. Thom. art. 2. in reſpon. ad vltimum. Exciſio ſepulchri in petra immobile ſepulchrum reddens ad perpetuitatem teſtimonij de morte Chriſti apud terrigenas ſpectat.* ſubdens. *Nec ſolùm teſtari illud vidimus mortem Chriſti, ſed virtutem, qua ipſum, ſepulchrum inter hoſtes fidei glorioſum ſeruatur, fuit enim & eſt tot ſæculis in manibus infidelium*. Et ante illum ſcripſerat *Origenes Hom. 35. in Matth.* Non fortuitò ſcriptum eſt, quod Ioſeph inuoluit corpus Chriſti Sindone munda, & poſuit in monumento nouo, & quòd aduoluit Lapidem magnum, quia omnia, quæ sunt circa corpus Ieſu munda sunt, & noua, & valdè magna. illi quidèm, præsertìm qui funeri Saluatoris glorioſè inſeruierunt Ioſeph ab Arimathia, alter verò Nicodemus appellantur, de quibus cōmemorationem faciunt Euangeliſtæ dicentes, quòd acceperunt corpus Ieſu, ipſumquè Lintheis ligarunt: occaſione quorum verborum Beda relatus à S. Thom. in ſua Cat. Aur. ad prædicta verba Ioannis, c. 19. poſtquam præmiſit lintheamina generalitèr dici, quæ Lino texuntur, ait. *Hinc Eccleſiæ conſuetudo deſcendit, vt Corpus Domini non in Sericis, aut auro textis conſecretur, ſed in ſindone munda.* & S. Hierony. *in Matt. cap. 27.* inquit. *ex hoc poſſumus intelligere, quod Corpus Domini non auro, nec gemmis, non ſerico, ſed Lintheamine puro, obuoluendum ſit.*

55 In alieno quoquè ſepulchro depoſitum eſt Chriſti Corpus, ad ſignificandam ſummam illius paupertatem, vt inter alios ſcribit *Landulphus de Vita Chriſti p. 2. c. 66.*, quod monumentum erat viri iuſti ſcilicet Ioſeph, nam vt inquit Hylarius ab eodem Landulpho vbi ſupra relatus, id factum eſt, ad oſtendendum quod Chriſtus non requieſcit niſi

in

in Corde iuſtorum; & quod deinceps peccatorum conſortia vitabat, qui amplius pro ipſis moriturus non erat. Noſquè monumentum in petra exciſum erat, ne vt ait S. Hieronymus vbi ſupra, ſi ex multis lapidibus fuiſſet edificatum, ſuffoſſis tumuli fundamentis furtò ablatus diceretur: In ſimplici tumulo, quia vt inquit *Auguſtinus de cura pro mortuis habenda* Pompa funeris, agmina Exequiarum, ſumptuoſa diligentia ſepulturæ; monumentorum opulenta constructio, viuorum ſunt qualiacumq; ſolatia non adiutoria.

56 Sepulchrū quoq; Chriſti nouum erat, in quo teſtè Ioanne Euangeliſta nondū quiſquam poſitus fuerat, quod equidem diſpenſatione diuina factum eſt, dicente S. Tho. in Io. c. 19. ex auctoritate præſertim S. Aug. tract. 120. in Ioannem, primò, ne alterius, qui cum eo iaceret eſtimaretur, quod reſurrectio facta eſſet, ne ſcilicet (ait Chryſoſtomus in Matth.) aliū non Chriſtum ſurrexiſſe ſuſpicio ferret. Secundo, ſicut etiam in Mariæ Virginis vtero nemo ante Chriſtum, nemo poſt illum conceptus eſt, ita in hoc monumento, nemo ante illum, nemo poſt illum ſepultus eſt, ne alius (vt ait S. Ambroſius, & Chryſoſtomus Hom. 48. in Ioannem, qui cum eo iaceret ſurreſſiſſe à perfidis diceretur. & vt aſſerit Theophilatus, nouum fuit ſepulchrum Saluatoris noſtri, vt myſteriò detur intelligi, quod per Chriſti ſepulturam, omnes innouamur, morte, & corruptione deſtructa.

Sciēdum eſt tamèn, quemadmodum docet inter alios Cardinalis Baronius tom. 1. An. ad Annum Chriſti 34. modo difficile eſſe aſſequi ſtatum, ſiuè modū, vel ſitū ſpeluncæ, in quā eſt ſepulchrum Domini, maximè propter ſtructuram murorum, aliaquè magnificè ſuper addita ornamenta, quamobrem ex teſtimonio multorum, præſertìm Cyrilli Hyeroſolimitani. Cathech. 24. concludit.

Hodie prima illa ſpeluncæ forma eſt pœnitus mutata, ideò rectè infert ex recentioribus ſcriptis, non ſine magna difficultate haberi poteſt veritas antiqui ſtatus ſepulchri Saluatoris noſtri; qui verò maiora deſiderat circa ſitum antiquum, & modernum omnium locorum ſanctorum Hyeruſalem, voluat, & conſideret quæ piè, & fideliter traduntur à Bernardino Amico ordinis Minorum S. Franciſci de obſeruantia in ſuo tractatu lingua vulgari ædito; *Delle piante, & immagini de' ſacri edificij di Terra ſanta, diſſegnate in Gieruſalemme, ſecondo la regola della proſpettiua, & vera miſura della loro grandezza*, vbi præſertìm cap. 22. multa adducit de Eccleſia ſanctiſſimi Sepulchri.

De virtutibus eorum qui ſepelierunt Corpus Chriſti.

57 AD conſolationem verò, & exultationem fidelium, cogor eximias virtutes horū, qui corpus Chriſti ſepelierunt aperire, occaſione mihi oblata ex verbis Euangelicis, prçſertìm Luc. c. 23. de Ioſepho dicentis, quod erat Decurio, vir bonus, & iuſtus, quiquè non conſenſerat contra Chriſtum actibus Iudeorū: & Io. 19. appellantis ipſum Ioſeph diſcipulum Ieſu, licet occultum, propter metum Iudeorum; quod etiàm aſſerit Matth. c. 27. & Marc. c. 15. addens, quod & ipſe erat expectans Regnum Dei. Patria huius ſcilicet Ciuitas *Arimathea* (vt placet *Bedæ in Marcum, & Abulenſi. 1. Reg. c. 1. Ramathia*) Samuelis Patria dicitur, quæ ab Hieroſolimis 20. milliaribus diſtat. fuit quoq; nobilis Decurio, magnæquè eſtimationis apud Iudeos, quod nomen Decurio nequaquam ſignificat,

Digitized by Google

cat, vt aliqui credunt, officium illud militare, quò quis inſignitus, decem tantũ præeſt militibus, ſed veriùs ſignificat magnum Senatorem, & prudentem Conſiliarium, vt aſſerit inter alios *D. Hieron. in Matth. c. 27.* dum inquit; *In Marco Ioſeph iſte* ... *appellatur ideſt conſiliarius*, quam interpretationem frequentèr adducunt expoſitores *D. Thom. ad 3. par. quaſt. 51. art. 2. præſertìm* Bartholomeus *Medina*, ideò vir iſte nobilis, & ſapiens audactèr, vt inquit marcus, *introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Ieſu*. Quam audaciam Theophilactus relatus à *D. Tho. in ſua Cat. Aur. ſuper* Marcum *cap. 15. auſum laudabilem* appellat: & *Metaphraſtes die 15. Auguſti*; Audaciam hanc verè apud omnes commendabilem, hortatu Deiparæ Virginis animo concepiſſe narrat.

58 Adſuit quoquè funeri Saluatoris innumera multitudo Angelorũ, ac etiàm Beatiſſima Virgo, S. Ioannes, & alij (vt piè creditur) qui Chriſtum diligebant, dicente *S. Auguſtino tract. 120. in Ioannem*. *Tunc illius exequias Angelorum millia millium decantabant, qui omnes ad ſepulchrum Domini ſui conuenerant*. ſubdens. *Illi cantabant laudes, ſed Maria gemitus, & ſuſpiria cordis emittebat*. De Beatiſſima enìm Virgine, ex teſtimonio grauiſſimorum Doctorum ſcribit, *Landulphus de Vita Chriſti vbi ſupra par. 2. cap. 66. Sepulto Domino mater eius omni corde amplexabatur ſepulchrum, & qua poterat voce filium ſuum benedicebat, & deſuper illud exoſculans, amaro nimis ſingultu Dominum deplorabat*, ſubdens. *Tunc aſſerit Ioannes lugens, & ipſe lugentem leuauit*.

De conceptione Sacratiſsimi Corporis Saluatoris noſtri.

INtuens ex prædictis piorum deſiderium eſſe, vt aliqua, ſtylo tamèn breui, referantur de modo conceptionis puriſsimi corporis Saluatoris noſtri, quæ prolixè licet grata facundia proponuntur à ſcolaſticis *3. ſent. ab aliquib. diſt. 4. & ab alijs diſt. 5. vel 3.* ad modum propoſitionum redacta breuitèr referam, neceſſaria non omittendo, ordinem illum mirabilem obſeruando, quem obſeruat S.Thom. vbi ſupra *præſertìm 3. p. quaſt. 32. & 33.* quarum prima eſt.

59 Conceptio equidèm corporis Chriſti filij Dei viuentis, in qua B. Virgo nihil actiuè operata eſt, ſed ſolam materiam miniſtrauit, quamuis ante conceptionẽ aliquid actiuè operata ſit, præparando materiam, vt eſſet apta conceptui, in primo inſtanti ſuæ conceptionis quo materia adunata peruenit ad locum generationis, fuit perfectè formatum corpus Chriſti, & aſſumptum, intellige à verbo. *S. Thom. vbi ſupra, ac expoſitores illius. S. Bonauentura 3. ſent. diſt. 4. q. 3. articul. 1. Scot. ibid. q. 1. Durand. ibidem, quaſt. 2. Bac. ibi. quaſt. 1. Palud. 3. ſen. diſt. 3. quaſt. 3. Ricard. ibi. diſtinct. 5. quaſt. 1. & 2. S. Gregor. libro 18. moral. c. 35. ad exordium, Angelo nunciante, & Spiritu ſancto adueniente* (inquit) *mox verbũ in vtero, mox intra vterum, verbum caro*. Quod aduerbium mox, non ſignificat ſolum tempus breue, vt Iob 11. Mox *aperientur oculi eius*. Quod poſtea factum eſt poſt dimidiam ferè horam, ſed mutationem inſtantaneam, ſeù inſtans temporis, vt *Tobiæ tertio, Aſmodus occiderat eos mox, vt ingreſſi fuiſſent ad eam*, & ad illud S. *Auguſtini 4. de Trinit. c. 5. & lib. 85. quaſt. 9. 8. dicentis, ſpatio 46. dierum fuiſſe corpus Chriſti*, reſpondet *Mag. ſent. in 4. diſt. 3.* exponendo auctoritatem D. Auguſtini, non de

forma-

formatione in ſe corporis Chriſti, ſed in ſua manifeſtatione, quod totum clarius explicans *S.Thom.* 3.*p.q.*33. *art.* 1. *in reſpon.ad* 1.inquit, verba D. Auguſtini referri debere,non ad ſolam formationem corporis Chriſti, ſed ad formationem ſimul cum determinato augmento,vſquè ad tempus partus;ideò concludit, *vnde ſecundum rationem illius numeri,dicit,perfici tempus nouem menſium, quo Chriſtus fuit in vtero Virginis, cum tamen in inſtanti extiterit formatio corporis Chriſti, primò ex infinitate virtutis actiuæ, ſecundò ex parte perſonæ filij*, vt optime inter alios explicat Caiet.ad præd. art.

Secunda.Quod corpus Chriſti in primo inſtanti ſuæ cóceptionis animatum anima rationali,à verbo Dei fuit aſſumptum. *D. Thom.vbi ſupra art.* 2. & 3. *Damaſcen.lib.*3.*c.*2.*Caro ſimul*,inquit,*ſimul Dei verbi caro, ſimul caro animata, anima rationali, & intellectuali. & S. Auguſt.lib.de fide ad Petrum c.*18.*firmiſſimè tene, & nullatenus dubites carnem Chriſti non fuiſſe conceptam in vtero Virginis, priuſquã ſuſciperetur à verbo.* quod explicans *S.Tho.ar.*3. *in reſpon. ad* 1. *dicit, Nam ſimùl dum caro illa concipitur, concepta eſt,& animatur.*

60 Tertia. Quam conceptionem Theologi meritò appellant ſimpliciter, & abſolutè miraculoſam, & ſupernaturalem, quamuis dici poſſit ſecundum aliquid naturalis;*ideò Dioniſ.in epiſtola ad Caium Monachũ.ſuper hominem operabatur Chriſtus*,inquit ille,*ea quæ ſunt hominis, & hoc monſtrat Virgo ſuper naturaliter cõcipiens*; quod magis explicans S.*Thom.vbi ſupra q.*33.*ar.*4.*in reſp.ad* 1. *Chriſtus*,(ait ille) *dicitur naturalis filius hominis, in quãtùm habet naturam humanã veram,per quam eſt Filius hominis, licet eam miraculosè habuerit,ſicut cæcus illuminatus videt naturalitèr per potẽtiam viſiuam, quam miraculosè accepit.*

Quarta. Per illationem neceſſariam conſequentẽ ad prædictas alias propoſitiones, vt animaduertit *S. Thomas vbi ſupra q.*34.*ar.*1.*in c.In primo inſtanti igitur ſuæ conceptionis Chriſtus habuit plenitudinem gratiæ ſanctificantis animam, & corpus eius ſanctificatione perfectiſsima,ita vt actu fuerit comprehenſor, videndo Deũ per eſſentiam clariùs cæteris creaturis. Quæ ſanctificatio nequaquam intelligi debet ad modum quo nos peccatores ſanctificamur, quia peccatum numquam habuit. Sed factus eſt ſanctus ex non ſancto ſecundum hominem, non quidem priuatiuè, vt ſcilicet aliquando fuerit homo, & non fuerit ſanctus, ſed negatiuè, quia ſcilicet quando non fuit homo non habuit ſanctitatem humanam, & ideò ſimul factus fuit homo, & ſanctus homo.* Hinc eſt quòd dictum eſt B. Virg. *Luc.* 1. *quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei. & Ioannis X. quem pater ſanctificauit,& miſit in mundum. Ideò S.Greg. XVIII. moraliũ* c.34.dicit. *Ad diſtinctionem noſtræ ſanctitatis,Ieſus ſanctus naſciturus aſſeritur, nos quippè ſi ſancti efficimur non tamèn naſcimur,quia ipſa naturæ corruptibilis conditione conſtringimur, ille autèm ſolus veracitèr ſanctus natus eſt, qui ex coniunctione carnalis copulæ conceptus non eſt.*

De tempore Reſurrectionis Chriſti Domini.

61 QVinta Propoſitio. Chriſtus itaquè Deus,& homo, circa diluculum illuceſcente iam die ſecundum virtutẽ diuinitatis vnitæ, ita corpus reaſſumpſit animam quam depoſuerat, vt anima quoq; corpus reaſſumpſerit quod dimiſerat.*Ità D.Aug.lib.*4.*de Trinitate c.*5. *S. Thom.* 3.*p.q.*53.*ar.*2. *in corp. & clariùs in reſponſione ad* 3. ac expoſitores D. Tho. ibidem. & *art.*4. quo ad ſecundam partem concluſionis,ideò 2.Corinth.c. vlt.

inquit Apoſtolus, *quod etſi Chriſtus crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, viuit tamen virtute Dei.* Ita vt in proprietate ſermonis, Chriſtus propria virtute reſurrexerit, vt ipſemet inquit Ioannis X. *Nemo tollit animã meam à me, ſed ego pono eam, & iterum ſumo eam.* Sed nihil aliud eſt reſurgere vt docet præſertìm *D. Thom. art.* 4. quam iterato animam ſumere; per quod ritè, ac rectè concluditur, igitur Chriſtus propria virtute reſurrexit. quod magis dilucidans *in reſponſ. ad tertiũ.* ſubdit per modũ neceſſarię illationis, ex iam adductis & probatis in prędi. ar. 4. & pręcedentibus. *Et ideò ſecundũ virtutem Diuinam corpus, & anima mutuò ſe reſumpſerunt, non autèm ſecundum virtutem naturæ creatæ.* hinc eſt quod Dauid in perſona Chriſti *pſal.* 138. dicit, *Reſurrexi, & adhuc tecum ſum.* quibus verbis vtitur eccleſia Catholica in introitu Miſſæ diei glorioſæ reſurrectionis.

62 Seſta Propoſitio. Corpus Saluatoris poſt reſurrectionem verum integrumq; extit, & eiuſdem naturæ, cuius erat ante paſſionem, & mortem, quamuis glorioſum, dicente *S. Tho.* 3. *p. q.* 54. *artic.* 2. ad calcem corp. *Corpus in reſurrectione reſumpſit* (ſcilicet Chriſtus) *ad vitam immortalem, quod in conceptione aſſumpſerat ad vitam mortalem.* & S. Greg. relatus à D. Thõ. vbi ſupra, *corpus Chriſti* (inquit) *poſt reſurrectionem immutatum non fuit, ſecundum illud Rom. 6. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur.* Quod intelligi debet, corpus Chriſti poſt reſurrectionem non fuiſſe immutatum, quo ad naturam. Quidquid enim ad naturam corporis humani pertinet, totum fuit in corpore Chriſti reſurgentis, licet alterius gloriæ, hocq; glorioſum Chriſti corpus *non ex natura corporis, ſed potius ex virtute diuinatis vnita, ad diſcipulos* (licet verum eſſet) *clauſis ianuis introiuit,* ita docet D. Thom. vbi ſup. ar. 1. in reſponſ. ad 1. arg. quod probat auctoritate præſertìm S. Aug. ſerm. 3. dom. in oct. Paſchæ, & in tract. 101. Io. interquam plura dicentis, *Moli corporis, vbi diuinitas erat, oſtia clauſa non obſtiterunt; ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo naſcente Virginitas matris inuiolata permanſit.* Subdens ſi comprehendis modũ (videlicet quo per Oſtia clauſa intrare potuerit corpus Chriſti glorioſum poſt reſurrectionem) non eſt miraculum, vbi enim deficit ratio ibi eſt fidei edificatio. Idem docuit etiam *S. Greg. in hom.* 28. *in euang.* relatus ab eodem S. Doctore Aquinate vbi ſupra.

Quamuis enim anima Chriſti à principio ſuæ conceptionis fuerit glorioſa per fruitionem diuinitatis perfectam; & ſecundum naturalem habitudinem, quæ reperitur inter animam, & corpus, ex gloria animæ redundet regularitèr gloria ad corpus, hæc naturalis habitudo in Chriſto ſubiacebat voluntati diuinitatis ipſius; ideò diſpenſatione diuina factum eſt, vt ab anima gloria non redundaret in corpus, vt myſterium noſtræ redemptionis ſua paſſione Chriſtus impleret, vtq; Chriſti caro, quæ conueniunt naturæ paſſibili pateretur; iuxta illud *Damaſc. lib.* 3. *c.* 15. *relatum à D. Tho.* 3. *p. q.* 14. *art.* 1. *in reſponſ. ad* 2. *arg.* aſſerentis *quod beneplacito Diuinæ voluntatis, permittebatur carni pati, operariq; propria,*

Hoc idem latè docuit D. Thom. vbi ſupra immediatè, ac etiam *q.* 54. *art.* 3. *in corp.* vbi addit. *Ideò peracto miſterio paſſionis, & mortis Chriſti, ſtatim anima in corpus, in reſurrectione reſumptum, ſuam gloriam deriuauit, & ita factum eſt illud corpus glorioſum.* Quod totum fuit de fide determinatum in *Concil. Vienen. ſub Clem. V. ac Flor. ſub Eug. IV. In Epheſino primo Can.* 12. & 13. *In Tolet. primo in aſſertione fidei Catholicæ, contra Priſcillaniſtas, & fuit approbatum à Papa Leone.*

Qua-

Digitized by Google

Quare Chriſtus poſt Reſurrectionem ſeruauerit cicatrices ſui glorioſi Corporis.

63 SEptimâ Propoſitio. Voluit Chriſtus in corpore ſuo glorioſo, cicatrices vulnerum remanere, imò ipſamet vulnera patentia quidem, vt demonſtrant aliqui expoſitores D.Tho. 3.*parte, quæſt.* 54. *articulo* 4. *præſertim Medina*; *& Abulenſ.* Paradox. 5. *capit.* 25. 26. quod probant potiſſimè ex verbis Domini Io. 20. quibus dixit Thomæ *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis.* Ex his ſanè colligitur vulnera Chriſti Saluatoris noſtri poſt reſurrectionem fuiſſe aperta, atq; patentia.

Cupientes verò ſcire multiplicem cauſam conuenientiæ reſeruationis vulnerum in corpore Chriſti, percurrant, quæ copiosè tradit S. Thom. *vbi ſupra, quæſt.* 14. *in corp. articulo* 4. ex auctoritate *Bedæ ſuper Luc. cap.* 47. *& cap. vltimo, & ex S. Auguſt. lib.* 22. *de Ciuit. Dei cap.* 20. *& lib.* 2. *de Symbolo cap.* 8. *& ex S. Gregor.* 14. *mor. cap.* 24. Quæ præcipuè ad duas reduci poſſunt, ad gloriam videlicet ipſius Chriſti, vt in perpetuum gloriæ ſuæ circumferat triumphum. Non enim deformitas in eis, ſed dignitas ſemper erit; & quamuis in corpore, non corporis deformitas, ſed virtutis pulchritudo fulgebit.

Secundo. Vt in iudicio, vulnera inimicis demonſtraturus, eorum iuſtam punitionem, cunctis aperiat.

Quamuis D. Thom. vbi ſupra alias duas cauſas aſſignet, & in *reſponſione ad tertium argumentum* præcitati art. concludat. Chriſtum voluiſſe in ſuo corpore cicatrices vulnerum remanere, & apparere, non ſolum ad certificandum Diſcipulorum fidem, ſed etiàm propter alias rationes. Vt puta Patri pro nobis ſupplicans: genus mortis, quod pro homine pertulit ſemper oſtendat. Vtquè ſua morte redemptis indicia ſuæ miſericordiæ pariter inſinuet.

Conſideratio ad Sect: Primam, nu. 17. cap. 6. huius Elucidarij.

De dono linguarum Apoſtolis conceſſo.

64 AD illa verba incidentèr relata, & ex *D.Tho.collecta* 2.2. *quæſt.* 176. *articulo* 1. *in reſponſ. ad ſecundum, quibus dicitur, quod Apoſtoli poſt Spiritus ſancti adimpletionem, loquentes eorum lingua natiua, intelligebantur ab aſtantibus, & ſi eſſent diuerſarum nationum, atquè linguarum*, occurrit ponderandum, quòd S. Thom. vbi ſupra, quemadmodùm videre eſt ab omnibus attentè legentibus litteram reſponſionis ad præcitatum ſecundum argumentum, nullo pacto reijcit hanc opinionem, ſeù ſententiam, imò illam tamquam probabilem, relinquit, quamuis aliam tamquam magis probabilem enunciet, qua dicitur quòd Apoſtoli dùm diuerſis nationibus myſteria fidei Chriſtianæ explicabant, loquebantur, non vnica tantùm, ſed diuerſis linguis, ad hoc motus præſertìm ex auct. *D. Pau. prima Corint.* 14. *cap. dicentis: Gratias ago Deo, quòd omnium veſtrum lingua loquòr.*

Vtramquè ſententiam proponit tamquàm probabilem. *Hugo Cardinalis, Beda, & Gloſſa, Gagnerius, ad illud Actorum* 2. *ceperunt loqui &c. S. Thom. vbi ſuprà, & S. Io. Chriſoſt. ad cap.* 2. *Acto. Hom.* 35. *in prim. Cor. cap.* 15. *& Homil. quòd Chriſtus ſit Deus.*

Quarè non rectè diſcurrunt aſſerentes ſimplicitèr, & abſolutè D. Thom.

Digitized by Google

reijcere primam opinionem, ſeù ſententiam hanc priorem, eſſe contra mentem. D. Thom. quamuis ſecundam amplexetur tamquàm magis cõuenientem, quod euidentèr oſtendo ex verbis ipſis eiuſd. ſanctiſſ. Præceptoris, quæ ſunt: *Ad ſecundũ dicendum, quòd quamuis vtrumq; fieri potuiſſet, ſcilicet quòd per vnã linguã loquẽtes ab omnibus intelligerẽtur, quod omnibus linguis loquerentur tamen cõuenientiùs fuit, quòd ipſi* (S. Apoſtoli) *omnibus linguis loquerentur*. Et reddens rationem, ſeù casã huius conueniẽtiæ, ſubdit: *Quia hoc pertinebat ad perfectionẽ ſciẽtiæ ipſorũ*.

Priorem quoquè ſententiam, ſeù opinionem, de qua ſupra inter alios docuit *Dyon. Carthuſ. ad illa verba Act. Apoſt. cap. 2. Quoniam audiebat vnuſquiſquè lingua ſua illos loquentes*. dùm inquit, *ex quo elicitur quod ſinguli vnã cuiuslibet Apoſtolorum loquelam intellexerunt, quod fuit magnum, & inauditum miraculum, omnes illos in ſtuporem conuertens*.

Secundam verò ſentẽtiam, tamquàm magis conuenientem, quod ſcilicet Apoſtoli poſt ſuſceptam Spiritus ſancti gratiam in die Pentecoſtes loquuti ſint linguis varijs, docet inter alios expoſitores D. Thom. Cardinalis Caietanus ad art. præcitatum, & copioſius *in Act. Apoſt. cap. 2. ad eadem verba ſuperius relata: quoniam audiebat, &c.* Vbi proponit, ac etiàm reſoluit illam quæſtionem, quam antiquam appellat, An Apoſtoli loquerentur vna lingua, quæ intelligeretur ab vno quoque aliarum linguarum, an potiùs vnuſquiſq; illorum loqueretur propria, cuiuſquè lingua, nunc hac, nunc verò illa, dum inquit, *vterquè enim textus clarè affirmat, hanc ſecundam partem dicendo quòd loquebantur alijs linguis, & quod vnuſquiſquè aliarum linguarum audiebat illos loquentes propria cuiuſquè lingua*. Deinde ſtatìm ſubdit. *Clarè quidem ſignificatur miraculum in diuerſitate loquutionis, non in diuerſitate auditionis*. Quòd etiàm magis explicat per ſequentia verba; *Nàm quòd conuenientes extranei audirent, & agnoſcerent loquentes Apoſtolos vnius cuiuſquè propriam linguã nullum fuit miraculum, ſed quòd Apoſtoli loquerentur propriam vniuſcuiuſquè conuenientium linguam, hoc fuit nouum Spiritus ſancti miraculum*.

Quod totũ more ſuo fideliſſimus interpres D. Tho. Gaie. colligit ex traditis ab eodem Sanctiſſimo *Doct.* vbi ſupra, cùm ibidem inter cætera citans Gloſſam *Bedæ ad prædicta verba Act. 2.* inquit; *maiori miraculo factum eſt, quòd ipſi* (videlicet Apoſtoli) *omnium linguarum generibus loquerentur*. Hoc namquè eſt valdè conformè verbis *D. Greg. Hom. 30. in Euang.* dicentis: quòd *Spiritus sãctus ſuper Diſcipulos in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum ſcientiã dedit*. Quibus verbis vtitur S. Tho. eadẽ quæſt. citata *art. 1. ibi in argu. ſed contra*.

Eandem ſecundam ſententiam, de qua ſupra, tamquàm magis conuenientem, & probabilem proponit, atquè defendit Gagneius in Act. Apoſtolorum ad illa verba *cap. 2. & cæperunt loqui varijs linguis* per ſequentia verba. *Græcè pro varijs eſt ἑτέραις idest alijs linguis, vt alludat ad id quod Chriſtus promiſit Marci capitulo vltimo linguis loquentur nouis, quamquàm non vna tantùm lingua, vt plerìquè putant locuti ſint, ſed diuerſis, quòd hìnc conijcitur, quia cùm ex diuerſis linguis, ac nationibus tùnc Hyeroſolimis conueniſſent plerìquè, audiebat vnuſquiſquè, ſiquem Apoſtolorum conueniſſet, lingua ſua illos loquentes. Nequè enim putarim facilè quòd tantùm vna lingua loquuti ſint, quæ exaudita ſit omnibus: quod tamen factum puto prædicante Petro, quem putandum eſt, vna tantùm Hebræa lingua concionem illis habuiſſe, quam quidem linguam omnes iſti diuerſarum nationum,*

qui

Digitized by Google

qui poſteà recitantur, intellexerunt: quippe qui iudei eſſent.

Ex quibus, tria colliguntur. Primũ eſt quòd Apoſtoli die ſancto Pentecoſtes inter alias gratias, hanc vnam conſequuti ſunt, continentem donum diuerſarum linguarũ. Secundũ, quòd non ſemper neceſſariò hoc dono vſi ſunt. Tertium, quòd prima ſententia non ſit improbabilis, cum enim vno idiomate loquentes poſſint à diuerſis nationibus optimè intelligi, quemadmodùm aſſeritur de ſancto Petro Apoſtolorum Vertice in præcitatis verbis; eò magis quòd præfatus auctor ad illa verba: *Stupebant autèm omnes* dicit. *Vereſimile eſt enim omnes linguas in confuſione Babel diſtinctas ipſis Apoſtolis in vnam, quæ ante confuſionem erat, linguam coactas, qua ipſi loquentes vnuſquiſq; pro captu ſuo intelligebat, etſi omnia noſcerent genera linguarum.*

65 Quibus verbis inſinuantur duo; primum quòd Apoſtoli, quàmuis acceperint modo explicato donum variarum linguarum, non tamèn eo ſemper vſi ſunt, modo dicto. Secundum, quòd ſit miraculum magnum, vt quis ſeruorum Dei ſua natiua lingua loquens, audiatur, atquè intelligatur à multis diuerſarum nationum, & linguarum; quòd miraculum accidit Deo volente, & efficiente in prædicatione nonnullorum famulorum Dei, præſertim in illa S. Vincentij ordin. Prædicatorum *qui* (vt dicitur in Martyrologio Romano Baronij, nonis Aprilis, ſeù quinta die) *potens opere, & ſermone, multa millia infidelium conuertit ad Chriſtum*; Et in illo Petri Galeſinij *infinitam hominum multitudinem, ab impietate ad Chriſtianæ fidei cultum perduxit.*

66 Idem euenisse compertum eſt in prædicatione Beati Ludouici Beltrandi ordinis Præd. ac ſancti Franciſci Xauerij Ven. Societatis Ieſu, vt latè dicam.

Quòd Beatus Ludouicus Beltrandus Ordinis Prædicatorum, natione Valentinus, fuerit à Deo decoratus dono linguarum, nàm prædicando Indis verbum Dei, ſola lingua hyſpanica loquendo, ab omnibus etiam diuerſarum nationum, ac linguarum optimè intelligebatur.

Præter alios alibì recenſitos, de hoc facto teſtimonium illuſtre perhibet *Thomas Bozzius* ex Congregatione Oratorij Sancti Philippi Nerij *de ſignis Eccleſiæ tomo primo, libro ſexto ſign. 19. capit. 12. poſt princ.*, Vbì valdè commendat prædictum Beatum Ludouicum, ex dono prophetiæ, & *libro 7. ſigno. 25. capitulo primo, column. 2. in principio*, inquit, *Aloyſius* Bertrandus *ex ordine Sancti Dominici defunctus eſt vita, Anno* 1581, *cuius acta omnia Valentiæ publicis teſtimonijs ſunt examinata, & ſcriptis publicis conſignata, multis in locis præfuit Dominicanorum Familiæ, & è Superiori loco Euangelium Chriſti explicauit in Hyſpanijs. Deindè in Indias Occidentales traijciens, innumeris gentibus, Catholicam doctrinam verum Dei cultum tradidit, & cùm loqueretur Hyſpanicè, mirabilitèr hoc accidebat, vt Indi, qui Hyſpanicè neſciebant, & varijs vtebantur linguis, vim tamèn verborum ipſius intelligerent. Inter eos mortuam puellam reuocauit ad vitam; venenum bibit abundè, ſine vllo nocumento, ad confirmandam publicè hoc miraculo ſuã doctrinam, plurimos ægrotos curauit, ac ſanitatem reſtituit, omnium virtutum genere floruit, & ex Indijs reuerſus Valentiam deceſsit. Hæc ille.*

Iodocus quoquè Coccius de ſignis Eccleſ. lib. 8. articulo 15. antè finem, hæc de Beato Ludouico ſcribit. Aloyſius Bertrandus ordinis Prædicatorum, cum apud Indos concionaretur Hyſpanicè, etiam ab his, qui Hyſpanicè neſciebant, intellectus eſt mor-

Digitized by Google

mortuam puellam reuocauit ad vitam, venenum bibit abſquè nocumento, & quæ futura erant, veriſsimè prædixit eadem quò ad ſubſtantiam tradiderunt Iacobus Gualterus Societatis Ieſu in tabula Cro*nographica ſtatus Eccleſiæ fol.* 738. *Alphonſus Villegas tertia parte ſui Floris ſanctorum, Chryſophorus Morenus in vita Venerabilis Patris Fratris Nicolai Factor., & Franciſcus Gonzaga Epiſcopus* Mantuanus ordinis Minorum de Obſeruantia, qui cum opinione Sanctitatis paucis ab hinc annis obijt, eadem ſcripſit de Beato Ludouico in Hiſtoria Seraphica, vbì loquitur *de Conuentu Sanctiſsimi nominis Ieſu Valentino. Gonzalez Ponſe de Leon. libr. Confrater. Sanctiſsimi nominis Ieſu, &* Chryſtophorus *Silueſtranus in hiſtoria* Petri Cernouichij, vt alios omittam quamplures ſcriptores ſacri inſtituti Prædicatorum eadem latius referentes, præſertìm *Vincentium Iuſtinianum in vita eiuſdem* Beati, *Franciſcum Diago, Baltaſarem, Ioan. Rocca, Io. Vincentium Regheza, Seraphinum Razium, & Io. Michaelem Piò.*

Idem donum habuit Sanctus Franciſcus Xauerius Venerabiles Societatis Ieſu, vt colligitur ex proceſſibus auctoritate Apoſtolica ſuper Sanctitate, & Miraculis ipſius, vt habetur in eius vita, & clariùs in relatione facta Paulo Papæ V. à Reuerendiſſimis Patribus Sacræ Rotæ Romanæ *Franciſco* Sacrato tùnc Archiepiſcopo Damaſceno, poſteà Cardinali Sanctę Romanæ Eccleſiæ, *Io. Baptiſta Coccino Decano, & Ioanne Pamphilio* ad effectum canonizationis ipſius, vtì eſt videre in eadem relatione *tit. de dono linguarum §. quod factum verſ. & cum eſſent, vbì ſeqq. leguntur. Et cùm eſſent in illo portu, & oppido, perſonæ diuerſarum nationum, & variarum linguarum in quadam concione, quam habuerat dictus Pater in præſentia ipſius teſtis, affirmabant omnes ſe eum intelligere, ac ſi vniuſcuiuſquè propria, ac naturali lingua loqueretur, & ipſe teſtis illum tùnc intellexit in ſua lingua; & fama erat apud omnes illum ſtatìm atquè veniebat in vnā regionem, loqui quamcumquè linguam: quarè proptèr hoc multi conuertebantur, quia hoc habebant pro magno miraculo. & 85. teſtis remiſſ. Coccinen. ixta XI. interrogatorium de auditu à perſonis, quæ viderunt miraculum, & de publica voce, & fama deponit, quòd in eodem portu Teuanapatano in quadā Concione habita à Patre* Xauerio, *cùm eſſent præſentes multi mercatores diuerſarum nationum, & variarum linguarum, vnuſquiſque intelligebat illum in ſua propria lingua, ac ſi illa tantùm loqueretur, quòd habitum fuit pro magno miraculo, & hæc eadem fama erat in tota ora Piſcariæ, quòd ille prædicabat, ſtatìm atquè venit in dictam oram idiomate parauano, ità polito, ac ſi ibi natus eſſet.*

67 Deniquè conſidero, quòd non omnes Doctores eandem tuentur circa hoc ſententiam, præter quidemnominatos. Priorem ſententiam tradunt, quòd vnica loquerentur lingua Apoſtoli, *S. Io. Chryſoſtomus, Oecomenius ad 2. caput. Act. Apoſt. S. Ambroſius ſerm. 16. S. Ciprianus ſerm.* de Spiritu *ſancto, & Baſilius Selauienſis de Sanctis Innocentibus.*

Aliam verò; quòd loquerentur varijs linguis, docuerunt præter nominatos, *S. Auguſt. tract. 93. in Ioann. Cirillus in capit. 28. Iſaiæ.* Tertull. *lib. 5. coram* Marcionem *cap. 8. Epiphanius conſut. 13. & 18. Gregor. Nazianz. orat. 44. Arrator. lib. 1. In acta Apoſtolorum, Petrus Chryſologus ſermone 83. Ambroſius ſerm. 82. & Pſalm. 18. verſic. 4. S. Leo ſer. 1. de Pent. Gregorius in hom. 30. & S. Cyrillus Hyeroſolimitanus Cathache. 17.*

18 *Hanc-*

Digitized by Google

68 Hancquè gratiam doni diuerſarum linguarum abſquè dubio Deus conceſſit Beatiſſimæ ſemper Virgini, quam *Rupertus lib. 5. in Canticam*. Apoſtolorum Magiſtram appellat, & Sanctus Bernardus *ſermone 4. ſuper Miſſus eſt*. Euangeliſtarum Magiſtram vocat, & *S. Ambroſius lib. 1. de Virg.* Magiſtram ſpecialem Ioannis Euangeliſtæ dicit; ad quam, teſte glorioſo Martyre S. Ignatio, ac alijs antiquioribus Patribus, tanquàm ad Magiſtram noſtræ Religionis, homines vndiquè confluebant, tanquàm ad oraculum, cauſa venerationis, ſeù doctrinæ. Inter illos autem Doctores, qui expreſsè aſſerunt. Beatam Virginem fuiſſe dotatam dono linguarum, enumerari debent *Beatus Albertus* Magnus, *cap. 155. ſuper Miſſus eſt*, & S. *Antoninus ambo ex ordine Prædicatorum* 4. *Par. ſum. Theolog. cap. 19. S. 8.*

FINIS.

Laus ſemper ſit Deo Opt. Max. Immaculatiſsimæ Dei Genitrici, & omnibus ſanctis. Amen.



Digitized by Google



Digitized by Google

INDEX DOCTORVM,

quorum auctoritate vſus eſt auctor in ſuo Elucidario Theologico.

ABbas
Abbas Trithemius
Abraham Bzouius
Adrianus Papa
Aegidius Romanus
Aeneas Siluius
Afflictus
Aimon
Albericus de Roſate
Albertus Pighius
Albertus Pius
Albertus Magnus
Alcuinus Flacc.
Alexander Alenſis
Alexāder Aphrodiſæus
Alexander in Conſilijs
Alexander III. Papa
Alphonſus de Caſtro
Alphonſus Toſtatus
Aluarus Pelagius
D. Ambroſius
Ambroſius Catherinus
Ambroſius Targius
Anacletus Papa
Anaſtaſius Bibliothec.
Ancharanus
Andreas Mondreuius
Andreas Molpheſius
Andreas Vega
Angelus Rocca
Annales Eccleſiaſtici
D. Anſelmus
Antherus Papa
Antonius Cordubenſis
D. Antoninus
D. Antonius de Padua
Antonius de Butrio
Antonius Viola
Apocalypſis
Archidiaconus
Aretinus
Ariſtoteles
Arnobius Apher
Arnoldus Vuion
D. Arſenius
D. Athanaſius
Auditores ſacræ Rotæ Romanæ
D. Auguſtinus Epiſcopus
Auguſtinus de Ancona
Auctor Candelabri aurei correcti
Auctor hiſtoriæ S. Brochardi.
Balduinus
Baldus
Balthaſſar Nardus
Baptiſta Epiſcopus Ventimilienſis
Barboſa
Bartholomæus Medina
Bartholomæus Piſanus
Bartolus
Baſilius Anguſiola
D. Baſilius Magnus
Beda Presbiter
Bellamera
D. Benedictus
D. Bernardinus
D. Bernardus
Bernardus Bonæuallis
Bernardus Lutzēburgus
Binius
Blondus
Boetius
D. Bonauentura
Bonifacius VIII. Papa
Bonifacius IX. Papa
Bozius de Signis Eccl.
Bouerius
Breuiarium Carmelit.
Breuiarium Dominic.
Britto
D. Birgitta
D. Britius
Bullæ canonizationis diuerſorum Sanctor.
Caliſtus III Pontifex
Cantica Salomonis
Capugnanus
Card. Alexander Medices, qui fuit Leo X.
Card. Baronius
Card. Beſſarion
D. Card. Carolus Borrom.
Card. Chriſtophorus Numaius Foroliuien
Card. Clemens Monilianus
Card. Federicus Borom.
Card. Gaſpar Cōtarinus

Card. Gulielmus Rhotomagenſis
Card. Hieronymus Xauietre in manuſcr.
Card. Humbertus Silua
Card. Io. à Turrecrem.
Card. Io. Moronus
Card. Lancellottus
Card. Mandagotus
Card. Mellinus
Card. Petrus Damianus
Card. Robertus Belarm.
Card. Reginaldus Polo
Card. Scipio Burgheſius
Cardinalis Simoneta
Card. Thomas de Vio Caietanus
Card. Tuſcuis
Carolus Sigonius
Caſſanæus
Cathechiſmus Roman.
Caſſiodorus
Chreſpecius
Chronicon Ord. Min.
D. Ciprianus
D. Cirillus Alexandrinus
D. Cirillus Hieroſolymit.
D. Clemens Papa
Clemens VII. Papa
Clemens VIII. Papa
Clugienſis
Concilium Africanum
Concilium Baſilienſe
Conciliũ Calcedonenſe
Concilium Cartagin.
Conc. Conſtantienſe
Conc. Conſtantinopol.
Conc. Complutenſe
Conc. Foroliuienſe
Conc. Florentinum
Conc. Gangrenſe
Conc. Sedunenſe
Conc. Lateranenſe
Concilium Lugdunen.
Conc. Mileuitanum
Conc. Nicenum
Conc. Rauennatenſe
Conc. Roman. 1. 2. & 3.
Conc. Sardicenſe
Conc. Senonenſe
Conc. Toletanum
Conc. Tridentinum
Conc. Viennenſe
Congreg. Concilij
Congr. Illuſtriſs. Card. Prælat. & Theolog.
Congr. Rituum
Congr. ſanctæ & vniuerſalis Inquiſ. Vrbis
D. Damaſus Papa
Dauid in Pſalmis
Deciſiones Rotæ
Decreta Apoſtolica
Decr. diuerſorũ Pontif.
Decr. ſanctæ Inquiſit.
Demochares
D. Deſiderius Abbas
Decius
Didacus Couarruuias
Didacus Nugnes
Didacus Iſtella
D. Dioniſius
Directorium Inquiſit.
Dominicus Anſoſſius
Dominicus Bagnes
Dominicus Soto
D. Dorotheus.
Egeſippus
Emanuel Galetus
D. Epiphanius
Eſaias Propheta
Euagrius
D. Euſebius
Eugenius Papa VI.
Euodius Epiſc. Antioc.
Euthimius Tigabona
Exodus
Ezechiel.
D. Fabianus Papa
Felinus
D. Fælix Papa
Fælix Contelorius
Ferdinãdus de Caſtillo
Flaminius
Florimundus
Fortunatus
Franciſcus Agricola
Franciſcus Coriolanus
Franciſcus de Ieſu
Franciſcus Gonzaga
Franciſcus Maria Turrigius
Franciſcus Patheus
Franciſcus Pegna
Franc. Piccolomineus
Franc. Pitigianus
Franc. Suarez
Franc. Titelmanus
Gabriel Albaſpinus
Gabriel Biel
Gabriel Prateolus
D. Gelaſius Papa
Geneſis
Gloſa
Gloſa noua
Grammaticus
D. Gregorius Magnus
D. Gregorius Nazianzenus
Gregorius Neoceſarien.
D. Gregorius Niſſenus
D. Gregorius Turonenſis
Gregorius de Valentia
Gregorius VII.
Gregorius IX.
Gregorius X.
Gregorius XIII.
Gregorius XV.
Guido Perpinianus
Gulielmus Durandus
Gulielmus Pariſienſis
Henriquez Ortenſius
Heruæus Brito

D. Hie-

Digitized by Google

Index Doctorum.

D. Hieronymus
Hieronym. Borſellus
Hieronym. Conſtant.
Hieronym. de Ferraria
Hieronym. Palanterius
Hieronym. Romanus
Hieronym. Rubeus
D. Hilarius
Hiſtoria Ord. Min.
Hiſtoria Ord. Præd.
Hiſtoria SS. Vallis Vmbroſæ.
Iacobus de Voragine
Iacobus Caſtellanus
Iacobus Cuſa
Iacobus Graffius
Iacobus Simoneta
Iaſon
D. Ignatius Conſtantinop.
D. Ignatius Martyr
D. Ildephonſus
Imola
Index SS. Belgij
Indices commiſſarij in relat. Canoniz. SS. Hiacynthi & Raym.
Indices Vaticani
Innocentius I. Papa
Innocentius III. Papa
Innocentius IV. Papa
Iodocus Lorichius
Ioannes Andreas
Io. Antonius Delphinus
Io. Azorius
Io. Baptiſt. Signius
Io. Calderinus
Io. Caluus
Io. Capreolus
Io. Columna
D. Io. Chryſoſtomus
D. Io. Damaſcenus
Io. de Neapoli
Io. Driedo
Io. Duns Scotus
D. Io. Euangeliſta
Io. Gerſon
Io. Lupus
Io. Mariana
Io. Marius
Io. Michael Piò
Io. Molanus
Io. Patriarcha Hieroſol.
Io. Picus
Io. Quintinus Heclius
Io. Rada
Io. Dlitgoſch
Io. Selectus
Io. Stephanus Duranto
Io. XXII. Papa
Io. Viguerius
Io. Villanus
Io. Zonaras
Ioſeph de Antiquitat.
Ioſeph Falconius
D. Irenæus
Iſidorus
Iulius II. Papa
D. Iuſtinus Martir
Iuſtinianus Antiſtes
Lactantius Firmianus
B. Laurentius Iuſtinianus
Laurentius Surius
Leander Albertus
Leo X. Papa
D. Leo Papa
Leonardus Leſſius
Liberatus
Lippomanus
Lorca
D. Lucas Euangeliſta
Lucas Studenſis
D. Lucius I. Papa
Ludouicus Granatenſis
D. Lugdenes
D. Macharius Senior
Magiſter Sententiarum
Malderus
Marcellus Papa
D. Marcus Euangeliſta
Marcus Guazius
Marcus Vliſſiponenſis
Marcus Imperator
Marianus Victorius Epiſcopus Theatinus
Marius Alterius
Marſilius
Martialis Scotus
Martinus Becanus
Martinus del Rio
Martinus Nauarra
Martinus Polonus
Martyrol. Adonis
Martyrol. Baronij
Martyrol. Bedæ
Martyrol. Benedictin.
Martyrol. Ciſtercienſe
Martyrol. Galeſini
Martyrol. Rauennatẽ
Martyrol. Aretinę Eccl.
Martyrol. Mediolanen.
Martyrol. Papienſe
Martyrol. Romanum
Martyrol. Vſuardi
Martinus Cromerus
D. Mattheus Euangeliſta
Matthias Miconius
D. Maximus Epiſc.
Melchior Cano
Menſurius Epiſcopus Carthaginenſis
Michael Mauclerus
Moſes Mardonus
Monumenta diuerſarũ Eccleſ.
Nicephorus Caliſtus
Nicolaus Coffteau
Nicolaus Luſitanus
Nicolaus V. Papa
Nicolaus Sanderus
Nicolaus Serarius.
Octauius de Martinis
Optatus Mileuitanus

Orige-

Origenes
Ouidius.
D. Pacianus Barchinonen.
Panormitanus
Panuinius
D. Paulinus
D. Paulus Apoſtolus
Paulus Aemilius
Paulus Regius
Paulus Morigia
Paulus III. Papa
Paulus V. Papa
Pelagius Papa
Perales Vallisbonæ
Pererius
Petrus à Mōte Venetus
Petrus Brugianus
Petrus Caniſius
D. Petrus Chryſologus
Petrus Damianus
Petrus de Aragonia
Petrus Galeſinus
Petrus Halloix
Petrus Rodulphus à Tuſſignano.
Phelbertus
Philiarcus
Pilippus Ferrarius
Pius II. Papa
Pius V. Papa
Platina
Plato
D. Policarpus Martyr
Poſſeuinus
Pratum Spirituale
D. Proſper
Ptolemeus Lucenſis
Proceſſus vitæ Alexandri Sauli.
Raphael de la Torre
Raphael Ripa
Regum lib. 4.
Relationes canonizat. diuerſorũ Sanctorũ
Repertorium Inquiſit.
Ribadeneira
Richardus
Richardus de S. Victore
Robertus Arbonienſis
Robertus Licienſis
Roffenſis
Rota Romana
Ruffinus
Rituale Romanum
Sayrus
Scaccia
Seraphinus à Porrecta
Seraphinus Oliuarius
Seraphinus Razzius
Sergius Cyprius
Sigibertus
Siluefter Ferrarienſis
Simanca
Simon Begnius
Simon Metaphraſtes
Siſtus III. Papa
Siſtus IV. Papa
Siſtus Senenſis
Sophronius
Sozomenus
Stanislaus Hoſius
Stephanus Vſusmaris
Sulpitius Seuerus
Summa Angelica
Summa Armilla
Summa Aſtenſis
Summa Hoſtienſis
Summa Roſella
Summa Tabiena
Supplementũ antiquorum Cronicorũ Iacobi Philippi Berg.
Theodoretus
Tertullianus
Theobaldus Epiſcopus
Theodoricus
Theodoſius Senior
Theogius
Theophilactus
D. Thomas Aquinas
Thomas à Chempis.
Thomas Bozius
Thomas Fazelius
Thomas Sanchez
Thomas Stapletonius
Thomas Vualdenſis
Titelmanus
Trithemius
Troilus Maluezius
Turrianus
Vaſquez
Venantius
Vigilius Papa
Virgilius Poeta
Vitæ SS. Carthuſian.
Viguerius
Villegas
Vincentius Beluacenſis
Vincentius Iuſtinianus
D. Vincentius Ferrerius
Vitæ diuerſorũ Sanct.
Volaterranus
Vrbanus IV. Papa
Vrbanus VIII. Papa
Zabarella
Zacharias Bouerius
Zacharias Lippeloo Carthuſianus
Zacharias Papa
Zanchinus.

TABV-

Digitized by Google

TABVLA BREVIVM ET ORACVLORVM APOSTOLICORVM.

Breue Vrbani VIII. Recitandi Officium, & celebrandi Miſſam de B. Clara de Monteſalco Ordinis Heremitarum S. Auguſtini pro dicto Ordine. pag 35. col. 2.

Breue Urbani VIII. Ut poſſit recitari Officium diuinum in honorem B. Felicis de Cantalicio. 104. 2.

Breue Indulgentiarum Urbani VIII. Pro Eccleſia Capuccinorum Urbis in die feſto Beatificationis B. Felicis de Cantalicio Capucc. 190. 1.

Breue Indulgentiarum Urbani VIII. Pro omnibus Eccleſijs Capuccinorū in die feſto beatificationis eiuſdem B. Felicis. ibid. 2.

Breue Urbani VIII. Conceſſionis pro celebratione Officij, & Miſſæ de B. Iacopo de Marchia Ord. S. Franciſci. 149. 2.

Breue Canonizationis per modum Epiſtolæ Benedicti Papæ de Canonizatione S. Simeonis Monachi. 426. 2.

Breue Urbani VIII. Pro Miſſa, & Officio S. Raimundi Nonat. 479. 1.

Breue Urbani VIII. Recitandi Officium in honorem B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Florentinæ. 481. 1.

Breue Indulgentiarum Clementis VIII. Pro Eccleſia ſeu Capella B. Gilij, ſeu Aegidij Ordinis Prædicatorum. 482. 1.

Breue Indulgentiarum Gregorij XV. Pro eadem Eccleſia ſeu Capella B. Gilij, vel Aegidij. 484. 1.

Breue Urbani VIII. Pro celebratione Officij diuini pro XXIII. Martyribus Ordinis Min. de Obſeruātia S. Franciſci. 485. 1.

Bulla Benedicti XII. Diffinitionis, & determinationis de fide circa actualem gloriam Sanctorum. 43. 1.

Bulla Pauli V. Conceſſionis, vt S. Thomas Aquinas numeretur inter Patronos Ciuitatis Neapolis. 146. 2.

Bulla Sixti V. Beatificationis SS. Martyrum Marochitarum Ordinis S. Franciſci. 433. 2.

Decretum Sac. Congregationis Rituū, vt procedatur ad examen teſtium ſuper ſanctitate vitæ Pij V. 111. 1.

Decretum Sac. Congreg. ſanctæ, & vniuerſalis Inquiſitionis circa tabellas, & imagines oblatas ijs, qui inter Sāctos, nec Beatos nondum ſunt adſcripti, cum decreto circa idē S. D. N. Urbani VIII. 121. 1.

Decretum Sac. Congregationis Rituum, cum beneplacito Gregorij XV. Pro celebratione Officij, & Miſſæ B. Iacobi Salomonij Ordinis Prædicatorum pro omnibus Eccleſijs, ac Prouincijs fratrum eiuſdem Ordinis. 142. 2.

Decretum Pauli V. Pro celebratione Officij, & Miſſæ de B. Ludouico Bertrando Ordinis Prædicatorum per totum Ordinem. 144. 2.

Decretum Sac. Congregationis Rituum, cum beneplacito Pauli V. vt poſſit celebrari feſtum cum Officio, & Miſſa de Beata

Digitized by Google

Margarita de Tipherno Ordinis Prædicatorum. 148.1.

Decretum Sac. Congreg. Rituum de Officio S. Hyacinthi Confeſſoris Ordinis Prædicatorum inſerendo in Breuiario Romano ſub ritu duplici. 150.2.

Decretum Sac. Congreg. Rituum, vt poſſit deueniri ad ſolemnem Canonizationem B. Thomæ de Villanoua Ordinis S. Auguſtini. 212.1.

Decretum Sac. Congreg. Rituum, vt poſſit deueniri ad ſolemnem canonizationem B. Ludouici Bertrandi Ordinis Prædicatorum. 212.2.

Decretum ſanctæ & vniuerſalis Inquiſitionis, quo prohibetur impreſſio tractatuum de auxilijs. 318.1.

Decretum S. Congreg. Rituum, vt feſtum S. Ioſeph Sponſi Beatæ Virginis Matris ſub præcepto celebretur. 479.1.

Viuæ vocis oraculum Clementis VII. factū Chriſtophoro Numalio S.R.E. Cardinali Foroliuienſi pro celebratione Officij & Miſſæ B. Iacobi Salomonij Ordinis Prædicatorum pro Fratribus, & Monialibus dicti Ordinis in Ciuitate Foroliuienſi, necnon pro tranſlatione feſti conſecrationis Eccleſiæ S. Iacobi eorundem Fratrum. 140.1.

Viuæ vocis oraculum Iulij Tertij, factum Ioanni Morono S. R. E. Cardinali, pro celebratione Officij, & diei feſti eiuſdem B. Iacobi ſub duplici maiori, & proprio Officio in eadem Ciuitate. 141.2.

Viuæ vocis oraculum Gregorij XV. factum Scipioni Burgheſio S. R. E. Cardinali, Ordinis Prædicatorum Protectori, pro celebratione Officij, & feſti de B. Ambroſio Sanſedonio Ordinis Prædicatorum in toto Ordine. 143.1.

IN-

Digitized by Google

INDEX ALPHABETICVS RERVM NOTABILIVM.

Primus numerus paginam, ſecundus verò columnam indicat.

A

ABuſus omnis extirpandus. pag. 78. col. 2.

Accenſio luminum ad imagines virorum Dei, qui non ſunt per Eccleſiā beati iam declarati, non debet admitti. 76. col. 2. pag. 110. col. 1. pag. 194. col. 2.

Accenſio luminum ad imagines, & ſepulchra famulorum Dei, ſine licentia ſummi Pontificis fieri non poteſt. 76. 2. vide verbo, Appenſio tabellarum.

Acta Conciliorum ad ſummū Pontificem ſunt remittenda. 196. 2.

Actus Canonizationis, eſt factum, ordinatum de ſe ad exaltationem fidei, & bonum commune totius Eccleſiæ. 257. 2. & 255. 1.

Actus Canonizationis ad ſolum Pontificem Romanum ſpectat. 89. 1.

Actus ordinis naturalis habent pro principio actiuo aliquod agens, quod neceſſario continetur intra limites agentium naturalium. 379. 2.

Actus aliquis eſt humanus, quia eſt voluntarius. 411. 2.

Admiratio eſt ſpecies timoris, conſequens apprehenſionem alicuius rei excedentis noſtram facultatem. 382. 2.

Ad admirationem duo concurrunt; vnum, quod cauſa illius quod fit, ſit occulta; alterum, vt in eo quod miramur, appareat aliquid, per quod videatur eius debere eſſe, quod miramur. 378. 1.

Adoratio debita Sanctis vocatur Dulia. 70. 1.

Adoratio duliæ valde differt ab adoratione latriæ. 70. 1.

Adoratio Sanctorum eſt de fide. 254. 1.

Inter Adorationem hoſtiæ non conſecratæ, & canonizationem Sanctorum, eſt magnum diſcrimen. 360. 2.

Adorantem hoſtiam non conſecratam, oportet eam adorare ſub conditione, videlicet, ſi eſt conſecrata. 361. 1.

Adorans hoſtiam non conſecratā quandoque non peccat. 361. 1.

in Adoratione hoſtiæ ſufficit intentio bona habitualis, etſi non explicita. 361. 1.

Agibilia ſunt materia Prudentiæ, ſecundum quod ſunt obiectum rationis. 393. 1.

Agibilia ſunt materia moralium virtutum, ſecundum quod ſunt obiectum virtutis appetitiuæ. 373. 1.

S. Albinus Confeſſor adhuc viuens duos mortuos ſuſcitauit. 446. 2.

Aliqui viri Dei nondum beatificati, qui tamen habent venerationem in aliquibus Eccleſijs. 428. 1.

B. Ambroſius de Senis Ordinis Prædicatorum habuit donum linguarum; quod etiam habuerunt S. Vincentius Ferrerius, S. Franciſcus Xauerius, & B. Ludouicus Bertrandus. 348. 1. & 495. 1. & ſeq.

Angeli arabant pro ſancto Iſidoro dum Miſſam audiret. 345. 2.

Angeli etſi faciant aliquid quaſi præter ordinem naturæ corporalis, nō tamen poſſunt aliquid facere præter ordinem totius creaturæ. 380. 2.

Angelorum virtus naturalis, nobis ignota eſt. 380. 2.

S. Angelus Ordinis Carmelitarum à publico peccatore, dum ipſum reprehenderet, martyrium pertulit. 431. 2.

Eius concioni in D. Ioannis Lateranenſi Baſilica interfuere SS. Dominicus, & Franciſcus. 432. 1.

Omnes ſimul in inuicem futuram gloriam ſpiritu prophetico prædixerunt. ibid.

Eiuſdem

Digitized by Google

Eidem SS. Dominicus, & Franciſcus martyrium prophetant. ibid.
Idem ibid. S. Franciſcum ſtigmata recepturum affirmauit. ibid.
Anima Chriſti eſt creatura quedam, habens capacitatem finitam. 9.1.
Anima Chriſti ſecundum quod eſt inſtrumentum verbi ſibi vniti, habuit inſtrumentalem virtutem ad omnes immutationes miraculoſas. 176.1.
Anima Chriſti multis ditata prærogatiuis, non poteſt tamen dici omnipotens. 176.1.
Anima Chriſti à principio ſuæ conceptionis fuit glorioſa per fruitionem diuinitatis perfectam. 492.2.
Eiuſdem animæ Chriſti gloria non redundauit in corpus diuina diſpenſatione, & quare. ibidem.
Anima ſeparata & vnita diuerſo modo intelligit non ex parte obiecti, ſed ex parte modi. 49.2.
Animæ in Purgatorio detentæ iuuantur ſuffragijs viuorum. 57.1.2.
Animæ potentia virtute naturali non eleuatur ſupra modum conuenientem eſſentiæ eius. 347.1.
Animæ iam canonizatorum per Eccleſiam, ſunt glorioſæ ac beatæ in cælo. 281.1. & 287.1.2. & 295.1.
Animaduerſio authoris ad ea quæ ſcripſit in 1. & 3. capite elucidarij de poteſtate ſummi Pont. Romani. 455.1.
Antiphona de B. Margarita de Sabaudia cum oratione. 487.2.
S. Apollinaris Rauennam mittitur à S. Petro anno Domini 44. ad Euangelium Chriſti prædicandum. 449.1.
Ordinatur Epiſcopus ab eodem S. Petro. ibid.
Fuit vnus ex LXXII. diſcipulis Chriſti. ibid.
Signo Crucis cæcos illuminauit, mortuos ſuſcitauit, & alia innumera miracula fecit. ib.
Sua prædicatione populũ Rauennatenſẽ, & alias ciuitates ad Chriſti fidẽ conuertit. ib.
Apoſtoli poſt Spiritus ſancti adimpletionem, quod loquentes eorum lingua natiua intelligerẽtur ab aſtantibus, etſi eſſent diuerſarum nationum, & linguarum, ſententia probabilis eſt. 493.2. 494. 495. 496.
Conuenientior tamen quod loquerentur varij linguis. ibidem.
Apoſtoli omnes voluerunt Petrum tenuiſſe primatum, voluntate conſequenti, non antecedenti. 178.1.
Apoſtoli diffuderunt Fidem Chriſti in omnem terram. 21.1.
Apoſtoli celebrarunt canonizationem B. Stephani. 301.2.
Apoſtolica Sedes magis in dies ampliatur. 226.1.2.
Apoſtolatus dignitas eſt maior, atque præſtantior quæ inueniri poſsit in Eccleſia. 225.1. 229.2.
Apoſtolis comparare alios Sanctos, eſt temerarium. 229.2.
Apoſtolos & Euangeliſtas certum eſt de fide eſſe in gloria. 297.1.
Appenſio tabellarum ad imaginem famulorum Dei non debet paſſim admitti. 110.1. & 76.2. 134.2. 158.1. Vide verbo, Accenſio luminum.
Appenſio tabellarum ad ſepulchra virorum Dei pertinet ad cultum publicum. 93.3. & 131.1.
Appenſio tabellarum, & accenſio luminũ non ſunt permittenda ad ſepulchra eorum qui per Eccleſiam non ſunt Beati iam declarati. 110.1. & 112.2.
S. Appolio Eremita natiòne Græcus, à Iudæis clauis ligneis occiſus, dum in quadam ſylua aliquibus paſtoribus prædicaret Chriſtũ eſſe verum Meſſiam, & Saluatorem generis humani. 425.2. & 432.1.
Eius martyrium Nicolao Papa I. à Deo reuelatur. ibidem.
S. Aquilinus Martyr contra Arianam hæreſim præcipuus declamator. 446.2.
Ab Arrianis pro veritate Fidei Catholicæ martyrium pertulit. ibid.
Archiepiſcopi Mediolanenſes ſanctitate clari. 422.2.
Arimathia Ciuitas, Sàmuelis Patria dicitur, ab Hieroſolymis 20. miliaribus diſtans. 491.2.
Armonia cæleſtis audita in loco vbi aſſeruatur corpus defuncti poſt mortem, eſt ſignum ſanctitatis. 346.2.
Aſſertio illorum qui dicunt, ſola certitudine morali conſtare quod hic in particulari ſit ſummus Pontifex Rom. eſt ad minus erronea. 240.1.
Aſsiſtentia Spiritus ſancti eſt prima & ſuprema regula in cauſis Fidei. 314.2.
Atteſtatio Clem. IV. & Bartholomæi Epiſcopi Vicentini, quòd Reliquiæ & Corpus S. Dominici aſſeruantur Bononiæ in Eccleſia ſui Ordinis. 359.1.2.
Aues cantantes, quòd ſileant ad imperium hominis, eſt ſignum ſanctitatis. 347.2.

Aues

Digitized by Google

Aues quod cantent ad imperium hominis, eſt ſignum ſanctitatis 347.2.
S. Auguſtini dictum, quod nullus debet orare pro ſancto, quomodo intelligatur. 282.1.
S. Auguſtini elogia à SS. Patribus ſibi data. 441.1.
S. Auguſtini conuerſio quo tempore. 441.2.
S. Auguſtinus ab hæreſi Manicheorum reuocatus opera S. Simpliciani heremitæ. 452.2.
Authoritas canonizandi conceſſa Epiſcopis, à Pontificibus, fuit rationabili de cauſa reuocata. 27.1.
Authoritas definiendi quæ ſunt fidei, reſidet in ſummo Pontifice Romano. 266.1.
Authoritates Sacrorum Canonum, & Conciliorum, Doctorumq. dicentium, apud Epiſcopos eſſe facultatem circa venerationem Sanctorum, ſunt interpretandæ non de actu canonizationis, aut beatificationis, ſed de celebritate tantùm feſtorum iam canonizatorum. 27.1.2.
Authoritas Papæ debet interuenire in dubijs fidei. 95.1.
Authoritates Sanctorum Patrum aſſerentium ſolos iuſtos eſſe membra Eccleſię, quomodo exponi debeant. 11.2. & 12.1.
Authoritas S. Auguſtini, quod multa corpora venerantur in terris, &c. non eſt Auguſtini. 360.1.

B

Baptizandi fideles opus quomodo inceperit à Chriſto. 215.2.
S. Barnabas digito ſignum Crucis marmori infixit. 468.2.
Beatificato tantũ licitè poſſunt publicè exhiberi cultus illi, qui in diplomate expreſſi ſunt. 69.2.
Beatificatio non eſt vltimum iudicium ſuper ſanctitate vitæ famulorum Dei. 72.1.
Beatificatio eſt canonizatio, non ſimpliciter, ſed particularis. 66.1.
Beatificatio eſt indultum quoddam per ſummum Pontificem conceſſum, quo concedit vt aliquis homo eximiæ virtutis & ſanctitatis poſſit appellari beatus in aliquo loco, vel vbique. 66.1.
Beatificatio B. Iacobi Salamonij Ordinis Prædicatorum. 85.2.
Beatificatio B. Ambroſij Sanſedonij Ordinis Prædicatorum. 86.1.
Beatificatio Gregorij Decimi facta ab Innocentio V. pag. 125.2.
Benedicti XII. Extrauagans, qua de fide definit, quod Sancti actu in cælo nunc fruuntur æterna beatitudine. 43.1.
Beatitudo eſt conſecutio vltimi finis. 261.2.
Beatitudo eſt reuelatio magni Dei & Saluatoris Ieſu Chriſti. 71.1.
Beatitudinis actualis Sanctorum vera ſententia. 42.1.
Beatus regulariter nullus poteſt dici in hac vita. 70.2.
Beatis nequit attribui quod eſt proprium Sanctorum ſine expreſſa licentia Papæ. 74.2.
Beati honorantur reuerentia & cultu particulari. 78.1.
Beati non ſunt paſſim appellandi nomine Sanctorum in Litanijs, ſeu publicis precibus Eccleſiæ. 73.1.2.
Beati aliqui appellantur Sancti, qui tamen non ſunt canonizati. 427.1.
In nomine Beati, non includitur nomen ſancti. 75.1.
Beatitudo hominis non conſiſtit in diuitijs. 261.1.
Beatitudo hominis non conſiſtit in fama. 261.1.
Beatitudo hominis non conſiſtit in gloria. 261.1.
Beatitudo hominis non conſiſtit in honoribus. 261.1.
Beatitudo hominis non conſiſtit in poteſtate. 261.1.
Beatitudo hominis non conſiſtit in corporalibus bonis. 261.2.
Beatitudo hominis non conſiſtit in voluptate corporis. 261.2.
Beatitudo hominis non conſiſtit in bono aliquo creato. 261.2.
Beatitudo dicit ſtatutum omnium bonorum aggregatione perfectum. 261.2.
Beatitudo conſiſtit in viſione Dei. 261.2.
Beatitudo hominis ex parte cauſæ & obiecti, eſt aliquid increatum, ex parte beatitudinis eſt aliquid creatum. 261.2.
Beatus dicitur ille, qui abundat prudentia perfecta. 374.2.
Bellum ſignificat ſupremum actum iuſtitiæ vindicatiuæ. 248.1.
Propoſitio de bello intelligenda eſt, non tantum de bello defenſiuo, ſed etiam aggreſſiuo contra hoſtes. 247.2.
Bellum per ſe, & intrinſecè non eſt malum ſeruatis conditionibus ſeruandis. 247.1.
Benedictus XIII. priuatur Pontificatu in Concilio Conſtantienſi. 443.1.2.

S.Benno

Digitized by Google

S. Benno ſua prædicatione Sclauos ad paganiſmum reuerſos ad fidem Chriſti conuertit.433.1.
Canonizatus vna cum S. Antonino Archiepiſcopo Florentino Ordinis Prædicatorum. ibidem.
D. Bernardi defenſio circa gloriam actualem Sanctorum.46.2. & 47.1.
S. Bonauentura Cardinalis, & Doctor Eccleſiæ interfuit Conc. Lugdun. 1274.pag. 457.1.
S. Bonauenturæ opera Græci conciliantur cum Latinis in Concilio Lugdunenſi. 343.2.
Breue Vrbani VIII. quo concedit Indulgentias in ſolemnitate beatificationis B. Felicis de Cantalicio inſtituti Capuccinorũ. 130.1.2.
Bulla Pauli V. qua concedit vt Sanctus Thomas Aquinas numeretur inter patronos Ciuitatis Neapolitanæ. 146.2.

C

Canoniſtarum dictũ, quòd Eccleſia poſſit errare in canonizatione, intelligitur de canonizationibus antiquitus factis. 278.2.
Canonizatio Sanctorum quid ſit. Vide in Animaduerſione generali, puncto 2. ante pag. 1. cap. 1. Elucidarij.
Canonizatio Sanctorum ad ſolum Pontificem ſpectat. 28.2. & 29.1. 278.2.
Canonizatio eſt vna de maioribus cauſis, quæ inter Chriſtianos proponi poſſit. 29.2.
Canonizatio Sanctorum cum ſit maximum bonum, & eminens, ex eo conſurgit feruor, & comprobatio Fidei Chriſtianæ. 29.2.
Canonizationis munus eſt maturæ ac diuturnæ deliberationis. 30.1.
Canonizandi iuſtos inſtitutum ab exordio fuit in Eccleſia. 26.2.
Canonizandi poteſtas eſt in Eccleſia ex antiqua traditione, & conſuetudine fundata in ſacra Scriptura. 28.1.
Canonizatio Sanctorum non debet celeriter expleri, ſed matura deliberatione per multos annos. 30.1. & 36.1. 37.1. & 457. & ſeq.
In canonizatione Sanctorum agitur de maxima cauſa totius Eccleſiæ. 30.1.
Canonizatio Sanctorũ ſeruatis ſeruandis longa temporis dilatione debet expleri. 33.2. & 34.1. & 456. & ſeqq.
Canonizatio Sanctorum debet fieri cum mora propter nonnulla ponderatione, digna præſertim propter aliquorum hominum apparentem bonitatem. 34.2. & 35.1.
Canonizatio Sanctorum infert neceſſario adorationem eorundem. 254.1.
In canonizatione quomodo poſſit error accidere. 336.1. & 279.2. 308.2.
Canonizatio licet ſecundum ſe ſit particulare factum, eſt tamen commune quo ad vtilitatem, ſeu damnum Eccleſiæ. 255.1.
In canonizatione Sanctorum eſt ſpecialis, & ſignata profeſſio fidei. 255.1. & 258.1.
Canonizatio pertinet ad cultum diuinum, & imitationem vitæ Chriſtianæ. 255.1.
Canonizatio tenet medium inter illa determinata à Pontifice, in quibus non poteſt errare, ac illa in quibus per falſos teſtes poteſt error accidere. 257.2.
Canonizationis actus, eſt factum particulare, ordinatum tamen de ſe ad exaltationem fidei, & bonum commune totius Eccleſiæ. 257.2.
Canonizatio participat infallibilitatem ac certitudinem eorum quæ ſunt de fide. 258.1.
In canonizatione Sanctorum maximè quæritur de charitate canonizandi. 262.2.
Canonizatio Sanctorum ſolo Pontifici Romano reſeruatur. 276.1.
In canonizatione licet non agatur de articulis fidei explicitè, de illis agitur tamen implicitè. 303.2. & 383.1.
Canonizatio eſt de pertinentibus ad fidem. 303.2.
Canonizatio Sanctorum eſt de fide. 306.1. & 210.1.2. 278.1.
Canonizare nihil aliud eſt, niſi aliquem iam defunctum, publico teſtimonio Eccleſiæ pro Sancto approbare. 307.2.
Canonizatio tanquam vna de maioribus cauſis, reſeruatur ſummo Pontifici. 308.2.
Canonizationis veritas, eſt certiſſima. 312.1.
Per canonizationis actum, ſeu beatificationis, fideles credunt beatum, ſeu canonizatum frui gloria eſſentiali. 69.2.
Canonizatio non efficit Sanctos, ſed manifeſtat atque declarat illos eſſe Sanctos, ac frui æterna beatitudine. 69.2.
Per canonizationem completur iudicium perfectum de beato. 72.1.
Canonizationis ſolemnis ritus quo tempore, & ſub quo Pontifice cæpit in Eccl. 424.1.2.
Canonizationis ſolemnis antiquitas. 425.1.
Canonizationes iuſtorum in annos protrahere bonum eſt. 461.1.
Canonizationis iuſtorum dilatio in vſu in Eccleſia. ibid. & citantur multa exempla. ibid. & ſeq.

Cano-

Digitized by Google

Index rerum notabilium.

Canonizationis actus, pertinet ad ſummum Pontificem. 89.1.
Canonizatio decernit venerationem Sanctorum canonizatorum. 99.1.
Canonizatio inducit feſtum de canonizato. 99.1.
Canonizatio, & Beatificatio in quo conueniant, & differant. 69.1.& 2.
Canonizatio quatenus dicit actum diſtinctum à ſimplici beatificatione, importat vltimum ac ſolemne iudicium factum per ſummum Pontificem circa ſanctitatem, & venerationem canonizati. 69.1. & 282.2.
In canonizatione Sanctorum decem ſecundum morem Eccleſiæ ſunt obſeruanda. 72.1.
In canonizatione Sanctorum quatuor requiruntur ex parte canonizandi. 73.1.
Canonizatio tam vniuerſalis, quàm particularis Sanctorum, etiam martyrum, à principio naſcentis Eccleſiæ introducta fuit decreto Papæ, vel Conciliorum, ſiue Epiſcop. 87.1.
Canonizatio Sanctorum pertinet ad fidem. 210.1.2. & 278.1.
Canonizatio eſt approbatio ſanctitatis alicuius famuli Dei. 211.1.
Canonizatio Sanctorum, neceſſariò infert venerationem & adorationem eorum in tota Eccleſia. 278.1.
Canonizatio Sanctorum eſt de pertinentibus ad fidem. 278.1. & 210.1.2. 306.1. 303.2.
Canonizatio eſt de maioribus reſpicientibus cauſam fidei, reſeruata auctoritati Papæ. 278.2. & 28.2. 29.2.
Canonizatio eſt quædam proteſtatio fidei. 278.2.
Canonizatio Sancti, includit in ſe approbationem, certificationem, atque manifeſtationem venerationis illius toti Eccleſiæ. 278.2.
Canonizationis Sanctorum certitudo innititur promiſſionibus Dei, ex quibus Eccleſia non poteſt errare. 280.1.
In canonizatione Sanctorum non poteſt eſſe error, quia hoc pertinet ad fidem. 279.2. & 308.2. 336.1.
Canonizatio de ſe infert publicum teſtimoniũ Eccleſiæ. 282.2.
Canonizatio eſt honor debitus iuſtis, virtutibus heroicis ornatis, qui verè cum Chriſto regnant. 293.2.
Canonizatio ordinatur ad confirmationem catholicæ fidei. 294.1.
Canonizationis fundamentum eſt omnimoda certitudo gloriæ Sanctorũ. 295.2. & 296.1.
Canonizatio Sanctorum præſupponit eorum gloriam. 296.2.
Canonizatio, qua vniuerſali Eccleſiæ Sancti colendi proponuntur, certam fidem facit. 303.2.
Canonizatio eſt certum, & infallibile teſtimonium de gloria, & ſanctitate alicuius vita functi. 307.1.2.
Canonizationis certitudo continetur non ſolum implicitè, ſed etiam explicitè in ſacra Scriptura. 312.1.2.
Canonizatio Sanctorum olim facta ab Epiſcopis, & per Sedem Apoſtolicam approbata, eandem vim habet, quæ à Pontifice. 314.1.
Canonizatio huius, vel illius Sancti, etſi ſit particularis perſonæ, tamen ſecundum ſe conſiderata debet appellari factum commune. 354.1.
Canonizatio Sanctorum pertinet ad cultum diuinum, ad fidei dilatationem, & imitationem vitæ Chriſtianæ. 354.2.
Canonizatio continet in ſe profeſsionem, & proteſtationem fidei noſtræ. 354.2.
Canonizatio fit per iudicem, atque ſupremum caput totius Eccleſiæ, innumeris adhibitis indulgentijs. 360.2.
In canonizationis actione aſsiſtit virtus, atque directio infallibilis Spiritus ſancti, precipuè in actu diffinitiuæ ſententiæ. 360.2.
Canonizatio habet annexam rem pertinẽtem ad fidem. 363.1.
In canonizatione requiritur inquiſitio per teſtes iuratos de ſanctitate, virtute, fama, & miraculis canonizandi. 365.2.
In canonizatione requiritur relatio facienda per Commiſſarios Apoſtolicos. 365.2.
In canonizatione requiritur diſcuſsio per DD. Cardinales ex proceſsibus iam formatis. 365.2.
In canonizatione requiritur determinatio, quæ fit ſolemniter præmiſsis præmittendis. 365.2.
Canonizatio Sanctorum videtur pertinere ad fidem. 366.2.
Canonizatio eſt eorum quæ ſunt in ſecundo genere de fide. 367.1.
In canonizatione Sanctorum Martyrum, non ſunt neceſſaria ſimpliciter, & abſolutè miracula, nec ante, nec poſt mortem. 393.1.
Ad canonizationem Martyrum ſufficit, vt conſtet euidẽter de martyrio ſuſcepto propter fidem catholicam. 393.1.

Digitized by Google

In canonizatione Confeſſorũ neceſſario requiruntur vera miracula & cõprobata. 395.2.
Ad canonizationem requiritur præter virtutum excellentiam, vt is qui canonizari debet, miracula patrarit. 379.2.
Ad canonizationem ſatis eſt vt conſtet de ſanctitate & miraculis. 398.2.
Canonizatio ſecundum formam quæ hodie ſeruatur, exordium habuit de Anno 804. pag. 420.2. ſed verius 770. pag. 424. & ſeq.
Canonizare Sanctos, eſt iuſtos vita functos, per ſummum Pontificem catalogo Sanctorum adſcribere ſolemni ritu. 52.2.
Non canonizatis prohibetur exhibitio ſacri cultus. 73.1.
Non canonizatus non poteſt inuocari in Litanijs. 73.2. 76.1.
Canonizati per Eccleſiam omnes fuerunt mites, ac iuſti. 287.2.
In canonizandis, copulatiuè requiruntur miracula, cum ſanctitate vitæ, 398.1. & 399. 1. & 2.
Canonizandi non eſt neceſſe quod fecerint miracula in vita. 400.2. & 401.1. & 2.
Canonizati, in catalogo Sanctorum deſcribuntur. 419.2.
Caput Eccleſiæ militantis eſt duplex; primum, & principale, quod eſt Chriſtus; alterum ſecundariũ, quod eſt vicarius Chriſti. 18.1.
Cardinales propriè ac formaliter, non conferunt electo Pontifici poteſtatem iuriſdictionis in tota Eccleſia, ſed hanc à Chriſto immediatè recipit. 234.1.
Charitas eſt forma, qua miro ſplendore fulgent virtutes heroicæ. 262.2.
A charitate procedit eminentia virtutis heroicæ. 262.2.
Charitas eſt maior alijs virtutibus. 263.1.
Charitas magis nos vnit Deo, quàm ceteræ virtutes. 263.1.
Charitas maxima virtutum, eſt radix omnium bonorum. 262.2.
Catalogus eſt ſermo nomina aliquorum ordinatè continens. 419.1.
Catalogus dicitur à Cata quod eſt iuxta, & Logos quod eſt ſermo. 419.1.
Catalogus Sanctorum eſt ſermo, in quo enumerantur ordinatè nomina Sanctorum. 419.1.
Catalogus Sanctorum, ſolemni ritu, per Eccleſiam iam canonizatorum. 430. vſque ad pag. 451.
Catalogus Sanctorum canonizatorum ex quibus auctoribus collectus. 423.2.
Catalogus Sanctorum ſolemni ritu canonizatorum. 430.1.
Catalogus Sanctorũ Petri de Natalibus quoad additionem, ſeu appendicem, quam inſcribit de Sanctis nuperrimè canonizatis, caute legendus. 452.2.
Catenæ, quæ Apoſtolorum colla tenuerunt, fidelium membra ſanctificant. 357.2.
Cathedræ Romanæ ſolemnitas ſeruatur in toto orbe. 171.2.
Ex Cathedra Romana manauit fons & origo Religionis Chriſtianæ. 171.2.
S. Catharina Senenſis in domo patrum, ac propria ſub regulari diſciplina vitam duxit. 451.2.
Cathedræ S. Petri dies feſtiuus omnium nationum authoritate confirmatus. 171.1.
Catholicum nomen ſemper apud omnes diſtinxit Eccleſiam Chriſti ab omnibus Satanæ Synagogis, veramq; fidem ab hæreſi. 5.1.
Catholicum nomen non eſt ab hominibus mutuatum, ſed è cælo miſſum. 5.1.
Catholici rectè aſſerunt quod ſummus Pontifex non poteſt errare in canonizatione Sanctorum. 340.1.
Cauſæ maiores & difficiliores reſeruantur definiendæ ſanctæ Sedi Apoſtolicæ. 273.1.
Cauſalis inductiua canonizationis, eſt certa & indubitata canonizandorum gloria. 294.1.
Cauſa omnibus ſimpliciter occulta, appellatur virtus diuina, ſiue incomprehenſibilis Dei potentia. 378.2.
Celebritas feſtiuitatis alicuius Sancti, regulariter perficitur die mortis. 322.1.
Celebratio feſtiuitatis S. Antonij Abbatis, & aliorum, facta fuit ſpeciali reuelatione diuina. 133.1.
Circa celebrationem feſtorum requiritur conceſſio ſedis Apoſtolicæ. 133.2.
Certitudo dicit firmitatem adhæſionis virtutis cognoſcitiuæ ad ſuum cognoſcibile. 50.2. 51.1.
Certa aliqua ſunt dupliciter, certitudine humana, & certitudine diuina. 51.1.
Certitudo gloriæ Sanctorum canonizatorum eſt de fide. 277.2.
Certitudo gloriæ Sanctorum eſt tanta, quòd meritò vocatur certitudo fidei. 282.1.
Certitudo iuſtorum canonizatorum colligitur ex teſtimonio Dei. 292.2.
Certitudinem canonizatorum confirmat vſus Eccleſiæ. 297.2. & 298.1.
Certitudo gloriæ in dies canonizatorum, & eorum

Digitized by Google

eorum pariter qui exprimũtur in Scriptura, eſt eadem. 301.1. & 302.1.2.
Certitudo quomodo non poteſt eſſe circa falſum. 349.2.
Chriſtus dicitur & eſt caput myſticum figuratiui corporis Eccleſiæ militantis, quam ipſe fundauit dum eſſet adhuc mortalis. 15.1.2.
Chriſtus in cruce triũphauit de hoſtibus. pag. 469.2.
Chriſtus quare transfiguratus ſit. 472.2.
Chriſtus quare transfiguratus coram Petro, Iacobo, & Ioanne, non autem coram omnibus Apoſtolis. ibid. Vide verbo, Transfiguratio Chriſti.
Chriſti corpus in primo inſtanti ſuæ conceptionis animatum anima rationali, à verbo Dei fuit aſſumptum. 491.1.
Chriſti conceptio ſimpliciter, & abſolutè miraculoſa, & ſupernaturalis, licet dici poſſit ſecundum aliquid naturalis. 491.1.
Chriſtus dicitur filius naturalis hominis, inquantum habet naturam humanam veram. 491.1.
Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis habuit plenitudinem gratiæ ſanctificantis animam, & corpus eius perfectiſsima ſanctificatione, ita vt actu fuerit comprehenſor. 491.2.
Chriſtus reſurrexit circa diluculum, illuceſcente iam die. 491.2.
Propria virtute reſurrexit. 492.1.
Eius corpus poſt reſurrectionem verum, & integrum extitit, & eiuſdem naturæ, cuius erat ante paſsionem, & mortem, quamuis glorioſum. ibid.
Quidquid pertinet ad naturam corporis humani, totum fuit in corpore Chriſti reſurgentis, licet alterius gloriæ. ibid.
Chriſtus noluit cicatrices vulnerum in ſuo corpore glorioſo remanere, & quare. 493.1.
Chriſtus meritò conſtituit Imperium & Regimen Eccleſiæ Monarchicum. 15.2.
Chriſtus elegit regimen Monarchicum Eccleſiæ. 16.1.
Chriſtus conſtituit vnum caput viſibile, dum commiſit Eccleſiam regendam Petro & ſucceſſoribus. 18.1.
Chriſto eſt proprium eſſe caput per influxum internum gratiæ. 174.1.
Chriſtus eſt caput omnium hominum, qui ſunt actu, & potentia in Eccleſia. 174.1.
Chriſtus vt homo non poteſt appellari in rigore, membrum Eccleſiæ. 174.2. & 175.1.
Chriſtus vt homo in ordine ad Deum poteſt appellari membrum. 174.2.
Chriſtus eſt author & fons omniũ gratiarum. 177.1.
Chriſtus dono conceſsit primatum Eccleſiæ Petro, & ſucceſſoribus. 177.1.
Chriſtus conſeruat Eccleſiam per ſuos miniſtros. 200.1.
Chriſtus non permittit Pontificem Romanum errare, dum eſt in officio. 200.1.
Chriſtus eſt caput Angelorum, & hominum, nedum vt Deus, verùm etiam vt homo, perfectiſſimus in bonis ſpiritualibus, pleniſſimè habens gratiam, & gloriam. 7.2.
In Chriſto non potuit eſſe augmentum gratiæ, ſicut in alijs Sanctis. 10.1.
Chriſtus à primo inſtanti ſuæ conceptionis fuit verus comprehenſor. 9.2.
Chriſtus in proprietate ſermonis nequit ſimpliciter appellari membrum Eccleſiæ. 175.1. & 174.2.
Chriſtus habuit gratiam cum tanta excellentia, vt non ſolum ipſe miracula faceret, ſed eandem poteſtatem alijs conferre poſſet. 176.1.2.
Chriſtus prærrogatiuam honoris S. Petro, & non S. Ioanni dedit, non ſolum propter ætatem, ſed quia alios in confeſſione fidei præceſſerit. 180.2.
Chriſtus non ſubiectus peccato, neque obnoxius morti, voluntariè mortem ſuſtinuit propter noſtram ſalutem. 344.2.
Chriſtus peccato non obnoxius, pœnis ſubiacere non debuit. 344.2.
Chriſtus quaſdam pœnas voluntariè ſuſtinuit, vti mortem, alias verò abiecit. 345.1.
Chriſtus oſtendit gloriam ſuam Apoſtolis in transfiguratione, vt fortius aduerſa tolerarent. 346.1.
Chriſtus pro Petro & ſucceſſoribus rogauit, ne deficeret fides eorum. 362.1.
Chriſtus docuit nos cognoſcere ſanctitatem vitæ alicuius, non à miraculis tantùm, ſed propriè ab operibus iuſtitiæ. 387.1.
Chriſtus faciebat miracula propria virtute. 417.2.
Chriſti opera tranſcendebant omnem poteſtatem virtutis creatæ. 417.2.
Chriſtiani boni faciunt miracula propter publicam iuſtitiam. 386.1.
Chriſtiani mali faciunt miracula per ſigna publicæ iuſtitiæ. 386.1.
Claritas animæ glorioſæ, licet in rigore in ſui eminentia percipi non poſſit, poteſt tamen Deo volente fieri ſenſibilis, licet non ſit naturalis.

Digitized by Google

turalis. 346.1.
Claritas Chriſti in transfiguratione viſa fuit ab Apoſtolis viſu corporeo. 346.1.
Claritas corporis Chriſti in transfiguratione, erat claritas gloriæ quantum ad eſſentiam, non quoad modum. 346.1. & 472. & ſeq.
Claritas corporis Chriſti in transfiguratione dicitur imaginaria, non ad excludendam veram gloriæ claritatem, ſed quia erat quædam imago repræſentans perfectionem gloriæ. 346. 1.
Claritas Chriſti tempore transfigurationis, relata ad animam illius, non fuit miraculoſa, ſed naturalis, relata verò ad corpus fuit miraculoſa, cum adhuc eſſet paſſibilis. 346. 2. & 473.1.
S. Clemens vt ſucceſſor Petri eandem omnino habuit poteſtatem. 169.2.
Cognitio certa ſanctitatis canonizandi non pendet ex diligentijs humanis, ſed ex aſſiſtentia, & impulſu Spiritus ſancti. 362.1.
Commemoratio omnium fidelium defunctorum prima die poſt feſtum omnium Sanctorum in vſu antiquitus, tam in Eccleſia Occidentali, quàm Orientali. 442.1.
Conceptio filij Dei. Vide verbo, Chriſtus & verbo, B.V.Maria.
Conceſſiones Pontificum de veneratione alicuius beati viri, non ſunt ſemper ſecundum eamdem formam. 36.2.
Conceſſio feſtiuitatis quadraginta nouem Martyrum ab Alexandro IV. Sandomiriæ Poloniæ. 151.1.2.
Concilia antiqua & moderna ſemper celebrata fuere authoritate ſummi Pontificis Romani 190.1.
Concilia tribuere aliquid Pontifici, intelligitur executiuè, & commendatiuè, non poteſtatiuè. 179.1.2.
Concilium in caſu ſchiſmatis poteſt conuocari ſine authoritate Pontificis. 195.1.
Concilia definientia, Concilium eſſe ſupra Papam, fuerunt non vera, ſed acephala. 204.2.
Concilium nullo modo eſt ſupra Papã. 204.2.
Concilia congregata ſine authoritate Papæ, poſſunt errare. 204.2.
Concilia ſine auctoritate Papæ congregata, nulla ſunt, nullumq. robur habent. 205.1. 2.
Concilium non poteſt Papam iudicare, cum neminem in terris habeat iudicem aut ſuperiorem. 206.2. & 207. 1.
Concilium Conſtantienſe anno 1414. pag. 443. 1.2.
Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui interfuere dicto Concilio. ibid.
Conciliũ generale Lugdunenſe 1274. congregatũ mandato B. Gregorij Papæ X. 456.2.
Ad dictum Concilium mittitur S. Thomas Aquinas. ibid. moritur in itinere. 457.1.
S. Bonauentura Cardinalis, & Doctor Eccleſiæ interfuit dicto Concilio. ibid.
Concilium Epheſinum ſecundum fuit nullum, meritoq. reprobatum in actis Concilij Romani. 205.2.
Concilia Prouincialia poſt ſecutam confirmationem Apoſtolicam, eiuſdem ſunt virtutis, ſicut Generalia. 314.1.
Concluſio quæ infertur ex authoritate Scripturæ, formaliter dicitur de fide. & 289.1. 283.2. 284.1.2. & 289.1.
Concluſioni illatæ ex Scriptura inhærendum eſt certitudine fidei, propter diuinam reuelationem. 285.2.
Confeſſores in principio Eccleſiæ dicebantur, qui pro cõfeſsione Fidei patiebãtur. 395.2.
Conſtantinus Magnus Imperator Romanorum Pontificum potentiam extollit. 455.2.
Conſtantinus Magnus crucis ſigno, tanquam propugnaculo vtebatur. 468. 2.
Conſtantinus Magnus deuicto Maxentio Romam triumphans ingreditur, atque eius ſtatuam ex ære, cuius dextera crucem teneret, erigi iuſsit. ibid. Inſcriptio ad eandem ſtatuam. 469.1.
Corpus Domini non in ſericis, aut auro textis conſecratur, ſed in ſindone munda, & quare. 490.2.
In corpore myſtico Eccleſiæ inueniuntur figuratè omnia membra, ſiue officia, vel munera corporis humani. 14.1.
Corpora Sanctorum antiquo tempore recondebantur in arenarijs, & profundis cryptis. 102.2.
Corpora Sanctorum antiquitus ſubtus terram ſepeliebantur. 102.2.
Corpus Chriſti fuit humatum in ſepulcro exciſo in lapide, attamen ſubtus terrã. 103.1. & 489. & ſeq.
Corpora virorum Dei ſunt tumulanda in ſepulcris ordinarijs. 110.1.
Corpora Sanctorum poſt diem iudicij glorificabuntur. 47.2.
Corpora virorum qui glorioſè obierunt, non debent ita de facili recondi in loco particulari, & eminentiori. 101.2.
Corpus S. Dominici humatum fuit ſubtus terram in ordinario loco aliorum Fratrum. 103.2.

Corpus

Digitized by Google

Index rerum notabilium.

Corpus Beati Felicis de Cantalicio Ordinis Capuccinorum humatum ſubtus terram. 103.1.
Corpus S. Pauli primi Heremitæ ſubtus terram humatum fuit. 106.2.
Corpus S. Onuphrij humatum fuit ſubtus terram. 106.2.
Corpus S. Hieronymi ſubtus terram pariter humatum fuit, & poſtea Romam tranſlatum. 107.1.
Corpus quoque S. Guilielmi humatum ſubtus terram. 108.1.
Corpora virorum Dei non ponuntur in loco ſublimi ſine authoritate Apoſtolica. 108.2. & 109. 1.
Corpora virorum, etiam qui obiere cum opinione ſanctitatis, tumulanda ſunt in locis ordinarijs. 110.1.
Corpora impiorum, Dei miraculo extra ſacrum proiecta ſunt. 333.2. & 334.1.
Corpus S. Franciſci Xauerij, poſt mortem, per aliquot annos perſeuerauit incorruptum. 344. 1.
Corpus humanum regulariter poſt mortem eſt putrefactioni, & corruptioni obnoxium. 344. 1.
Corpus poſt mortem, cum ſit compoſitum ex contrarijs incipit reſolui, atque corrumpi. 344.1.
Corpus poſt mortem ad putredinem facillimè diſponitur, exhalante calido naturali, & adueniente extraneo, à quo putredo cauſatur. 344. 1.
Corpus Chriſti quantum ad conditionem naturæ paſſibilis, fuit putrefactibile, licet non quantum ad demeritum putrefactionis. 344. 1.
Corpus Chriſti non debuit corrumpi, ne dubitaretur de illius morte, quod fuiſſet voluntaria. 344. 1.
Corpus Chriſti ſi fuiſſet putrefactum, hoc eueniſſet in detrimentū ſalutis humanæ. 344. 2.
Corporis fragrantia, & ſuauitas oſtendunt in illo corpore authorem ſuauitatis, ſingulari modo inhabitare. 345.1.
Corpus integrum S. Dominici ſeruatur Bononiæ, in eccleſia ſui Ordinis. 359.1.2.
Conſecutio vltimi finis, non conſiſtit in ipſo actu voluntatis. 281. 2.
Conſenſus Doctorum quod excommunicati ſint extra Eccleſiam. 13.2.
Conſuetudo Eccleſiæ, in cunctis ſequenda ea eſt, quod tantum canonizati Sancti appellentur. 76.1.
Conſeruatio Romanæ ſedis ſemper fuit continuata. 226.1.
Contritio non eſt actus Religionis, ſed pœnitentiæ. 324. 2.
Conuerſatio cum Angelis eſt ſignum ſanctitatis. 345. 2.
Creatura non poteſt etiam inſtrumentaliter aliquid creare. 175.2.
Omne creatum dicitur finitum. 9.1.
Creatura cum ſit virtutis limitatæ, non poteſt ſupra ordinem ſuum operari. 379.2.
Creatura eſt determinata ad aliquos determinatos effectus. 379.2.
Creatura nequit agere in aliqua re, niſi in id quod eſt. 379.2.
Creatura nequit educere aliquid de potentia naturali illius circa quod agit. 379. 2.
Crimen importat peccatum mortale. 416.1.
Crux in quo Chriſtus fuit extentus, qua adoratione adoranda, & quare. 469.1.
Cruces aliæ, qua adoratione adorandæ. ibid.
Crux erecta ab Oſualdo Angliæ Rege in loco vbi pugnaturus erat. 471.2.
Crux in qua Chriſtus paſſus eſt, ex tribus lignis compacta ſecundùm multos Sanctos Patres, ſecundùm alios verò ex duobus tantum. 471.2.
Crux Chriſti armatura noſtra. 472.1.
Crucis ſignaculo chriſtiani ab initio Eccleſiæ naſcentis vſi ſunt. 468.2.
Crucis imagines depictæ, erectæ, & miniatæ. ibid.
Crucis ſignum digito à S. Barnaba marmori infixum. 468. 2.
Crucis ſigno tamquam propugnaculo vtebatur Conſtantinus Magnus Imperator. ibid.
Crux in dextra ſtatuæ Cōſtantini Magni. ibid.
Cruce Chriſtus triumphauit de hoſtibus. 469.2.
Crucis Chriſti lignum, etſi ex eo plures ſcinduntur particulæ, diminutionem tamen, ſeu iacturam non patitur. 470.2.
Crucis Chriſti inuentio opera Helenæ matris Conſtantini Magni Imperatoris. 468. 1. 471. 1.
Crucis ſignum ad impetrādum aliquid à Deo, & ad alias bonas actiones regulariter præmittitur. 472.1.
Cultus quem Sanctis canonizatis tribuit Eccleſia, redigi ſolet ad numerum ſeptenarium. 52.2.
Cultus qui Sanctis exhibetur, non ſolum ad Dei gloriam, verum etiam ad bonum commune totius Eccleſiæ redundat. 54.1.

Digitized by Google

Cultus diuiditur in internum, & externum, in occultum, & publicum. 97.1.
Cultus occultus eſt ſolum licitus priuata authoritate. 97.1.
Cultus & fides Sanctorum terminantur in Deum. 363.1.

D

DEbiliores non poſſunt ſpiritualia capere, ſecundum quod ſunt in ſeipſis. 268.1.
Declarare aliquem Sanctum, vel Beatum, ſpectat tantum ad ſedem Apoſtolicam. 110.2.
Declarare aliquid de fide doctrinaliter, per modum declarationis, ſpectat ad doctores Theologos; iudicialiter verò, & determinatiuè ad ſummum Pontificem. 309.2.
Decretum Vrbani Octaui circa cultus exteriores non exhibendos nondum canonizatis, aut beatificatis, niſi de licentia Sedis Apoſtolicæ. 121.1.
Decretum Concilij Tridentini, quod non publicentur noua miracula, niſi authoritate Epiſcopi, & Sedis Apoſtolicæ. 123.1.2.
Decretum Illuſtriſs. D. Cardinalis Pinelli capitis Cong. Rituum, circa beatificationem Venerabilis ſororis Margaritæ de Caſtello, Ordinis Prædicatorum. 148.1.
Decretum Vrbani Octaui de beato Iacobo de Marchia, Ordinis S. Franciſci. 149.2.
Decretum Congregationis Rituum de feſto ſancti Hyacinthi, ab omnibus celebrando. 150.2. ſed clarius pag. 477.2.
Decretum Clementis Octaui, & Pauli V. quibus prohibentur imagines, & ſimilia apponi ad ſepulchra eorum, qui nondum ſunt per Eccleſiam beatificati, ſeu canonizati. 98.2.
Decreta Conciliabuli Baſilæenſis, non ſunt valida. 204.2.
Decretum Congregationis Rituum, circa canonizationem beati Thomæ de Villanoua, Ordinis S. Auguſtini. 212.1.
Decretum Congregationis Rituum, circa canonizationem beati Ludouici Bertrandi. 144.2.
Decreta Summorum Pontificum, in materia Fidei ſunt innixa certis, firmiſq. principijs. 290.2.
Decretum Vrbani Octaui, quo prohibetur impreſſio tractatuum in materia de Auxilijs. 318.1.
Decurſus ſimplex annorum 30. vel 40. non inducit tacitum, ſiue interpretatiuum conſenſum Principis. 115.1.
Defenſio S. Bernardi, circa gloriam actualem Sanctorum. 46. 2.
Defenſio fidei Catholicæ eſt cauſa finaliter, & terminatiuè Martyrij. 393.1.
Definitio Apoſtolica, circa ea, quæ pertinent ad Fidem, & bonos mores, eſt infallibilis. 303.1.
Definire, & determinare, quæ pertinent ad Fidem, & bonos mores, eſt priuilegium conceſſum Chriſti Vicario. 274.1.
Definitio quæ fit per Summum Pontificem in actu canonizationis, non innititur ſolum teſtimonijs hominum, ſed principaliter diuinæ promiſſioni. 362.1.
Delectatio aduenit voluntati ex præſentia finis. 262.1.
Dæmones mirabilia quædam efficiunt, quæ tamen miracula non ſunt. 409.2.
Deſiderium finis non eſt conſecutio finis, ſed motus ad finem. 262. 1.
Determinationes de Fide, & moribus Romani Pontificis, ſunt infallibiles. 236.1.
Deus dedit Pontifici Romano imperium Eccleſiæ. 16.1.
Deus ſolus poteſt adimplere perfectè ſua infinita bonitate, voluntatem, & capacitatem hominis. 261.2.
Deus Trinus, & Vnus ſub ratione formali primæ veritatis, eſt obiectum formale Fidei. 264.2.
Deus nunquam defuit in neceſſarijs, & promiſſis. 313.1.
Deus dat gratiam verè humilibus. 321.1.
Deus cupit ſanctos, ac iuſtos honorari ab hominibus. 331.2.
Deus punit inferentes iniurias Sanctorum reliquijs. ibid.
Deo non deſunt media, quibus planum & facile reddat negotium canonizationis. 90.1.
Apud Deum non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. 7. 1.
Deus reuelans cauſat in nobis effectiuè lumen Fidei. 265. 2.
Deus non poteſt neque per ſe, neque per ſuos miniſtros mentiri, cũ ſit ipſa veritas. 266.2.
Deus induit perſonam indurantis, & excœcantis, non effectiuè, ſed permiſſiuè. 267.1.
Deus ex reuelatione alicuius propoſitionis penetrat exactè, non ſolum quæ clarè indicant verba ſcripturæ, verùm cuncta contenta in vero ſenſu eorundem. 285.2.
Deus etſi habeat immediatè prouidentiam de omnibus rebus; tamen non excludit cauſas ſecundas. 317.1.

Deus

Digitized by Google

Deus gratis largitur donum perſeuerātiæ, cuicumq. illud largitur. 320.1.

Deus ſolus eſt donator gratiæ, quam humilibus concedit. 321.1.

Deo ſemper gratum fuit, vt cadauera famulorum ſuorum honorificè ſepelirentur. 332.2.

Deus punit ſepelientes cadauera impiorum in loco ſacro. 335.1.

Deus conſueuit operari miracula, ex puluere ſepulcri ſuorum famulorum collecto. 357.1.

Deus mira operatur ex puluere deſumpto ex loco vbi occiſus fuit S. Petrus martyr. 357.1.

Deus mirabilia operatus eſt per claues aureas, & argenteas poſt tactum ſepulchri Apoſtolorum Petri, & Pauli. 357.2.

Deus pluribus Sanctis, Beatis etiam Martyribus decorauit prouinciam Aemiliæ. 358.2.

Deus præſeruat Eccleſiam, atque ſummum Pontificem, ne in actu canonizationis erret per fallibile iudicium hominum. 362.1.

Deus ſe mirabilem in Sanctis ſuis oſtendit. 363.1.

Deus non colitur abſtractè, aut metaphiſicaliter in Sanctis ſuis. 363.1.

Deus colligitur in illo certo homine de quo habita eſt cognitio, atque determinatio ab Eccleſia, quod ſit Sanctus. 363.1.

Deus quando aliquid agit contra curſum naturæ, non aufert totum ordinem Vniuerſi, ſed curſum illius. 381.1.

Deum ſolum operari miracula, etſi certum ſit ſecundum fidem, tamen non negatur virtus inſtrumentalis ſupernaturalis collata creaturis per modum tranſeuntis. 382.2.

Deus operatur ſupra naturam, in quantum producit effectus, quos natura non poteſt producere. 384.2.

Deus operatur in miraculis principaliter, aliquando ſupra naturam, aliquando contra naturam, aliquando præter naturam. 384.2.

Deum conferre virtutem faciendi miracula etiam per modum habitus, poteſt ſuſtineri ad mentem S. Thomæ. 382.2.

Deus poterat conferre hominibus aliquam poteſtatem ad miracula facienda, quæ ſit qualitas inherens. 383.1.

Deus ſolus operatur quando inducit formam, quam natura inducere non poteſt, ſicut formam gloriæ in corporibus electorū. 384.2.

Deus operatur contra naturæ diſpoſitionem, quando in natura manet contraria diſpoſitio ad effectū, quem Deus producit. 384.2.

Deus operatur præter naturam, quando producit effectum, quem poteſt natura producere, ſed non eodem modo. 384.2.

Deus nunquam præſtat teſtimonium falſitati, ſiue errori. 385.2.

Deus principaliter facit miracula, inſtrumentaliter autem mediantibus Sanctorum orationibus. 386.1.

Deus operatur in miraculis alio modo, alio verò differenti modo Sancti, alio Magi, alio mali Chriſtiani. 386.1.

Deus vtitur malis hominibus in bonum aliorum. 386.1.

Deus etiam per peccatores inſtrumentaliter operatur miracula. 386.2.

Deus in confinibus Poloniæ permiſit hominem fingentem ſe mortuum, vt falſam doctrinam comprobaret miraculis, verè interijſſe. 387.2.

Deus eſt veritas & vita. 388.2.

Deus veram doctrinam confirmat ſignis, & miraculis. 388.2.

Deus non vult omnes iuſtos in Eccleſia, decorare honore canonizationis. 399.1.

Deus poteſt multiplici via reddere Eccleſiam certiorem de vera ſanctitate, & gloria canonizandorum, abſque miraculis. 405.2.

Deus per ſuos Sanctos, quando opus fuerit, miracula ſemper efficiet. 417.1.

Diabolus ludificat ſenſum hominis per fictionem colorum, vel per immutationem ſenſuum. 381.1.

Dicere ſeu reuelare ponit actionem in Deo. 265.2.

Dies mortis Sanctorum ſolet appellari dies natiuitatis. 322.1.

Dies, & annus canonizationis Sanctorum, quare prætermiſſus. 429.2.

Dies feſtos conſtituit Eccleſia, vt ceſſemus ab opere ſeruili, totoq. corde diuinis vacemus. 323.1.

Diebus feſtiuis optimum eſt vacare Deo interius, & exterius, cum omni mentis puritate. 324.2.

Dies feſtiuus Cathedræ S. Petri, omnium nationum authoritate confirmatur. 171.1.

Dignitas maieſtatis Eccleſiæ non læditur neque minuitur per hæreticos. 14.2.

Dignitas Romani Pontificis toti orbi facta eſt venerabilis. 186.2.

Dignitas Apoſtolatus eſt maior atque præſtantior, quæ inueniri poſsit in Eccleſia Dei. 227.2. & 229.2. 230.1.

Diploma Vrbani VIII. quo concedit fratribus S. Auguſtini facultatem celebrādi Miſſam, & Officiū B. Claræ de Monte Falco. 35.2.

Diſcernere inter Sanctum & non Sanctum, eſt donum Spiritus ſancti. 253.1.
Diſcrimen inter Sanctos ſolemni, & non ſolemni ritu canonizatos. 426.1.
Diſcurſus humanus in ordine ad promptam voluntatem credentis, non ſicut præcedens, ſed ſicut conſequens, ſe habere debet. 284.2.
Diſcurſus, quo mediante colligitur per neceſſariam conſequentiam aliqua propoſitio ex locis ſacræ Scripturæ, non diminuit meritum fidei. 284.2.
Diſpoſitio ſignificat rationem tam ordinis rerum in finem, quam ordinis partium in toto. 316.2.
Diuiſiones gratiarum Spiritus ſancti vſque ad conſumationem ſeculi nunquam deerunt in Eccleſia. 417.1.
Doctorum verba quòd in canonizatione error acidere poſſit, intelliguntur non de actu vltimo diffinitiuo. 337.1.2.
Doctrina ſua S. Thomas de Aquino confutauit hæreſes præteritas, preſentes, & futuras. 57.2.
Doctrina Hæreticorum non confirmatur miraculis. 388.2.
Doctrina omnis, & Religio vero Deo accepta, veris ſemper confirmatur miraculis. 388.2.
Doctrina Chriſti fuit veriſſima, confirmata extitit miraculis diuina virtute factis. 418.1.
S. Dominicus adhuc puer gerebat in fronte ſtellam micantem. 345.2.
SS. Dominicus, & Franciſcus interfuere concioni S. Angeli Ordinis Carmelitarum in Baſilica Lateranenſi D. Ioannis. 432.1.
Omnes ſimul in inuicem futuram gloriam ſpiritu prophetico prædixerunt. ibid.
Martyrium eidem S. Angelo prophetant. ibid.
Per domum magnam Apoſtolus intellexit Eccleſiam. 8.1.
Dona Dei ſunt maiora in operibus iuſtitiæ, quam in factis miraculoſis. 386.2.
Donaria, & tabellæ non appendantur ad ſepulchra famulorum Dei ſine licentia ſuperiorum. 117.2. & 118.2.
Dubitans pertinaciter de propoſitione illata euidenter ex vna credita, & alia euidenti, hæreticus. 289.1.

E

EBron ciuitas in montanis Iudææ ſita, vbi Beata Virgo viſitauit Eliſabeth. 475.1.
Ebullitio ſanguinis connumeratur inter ſigna ſanctitatis. 347.2.
Eccleſia formaliter loquendo ſignificat collectionem ad fidem conuocatam, ſiue communitatem, vel cetum vocatorum, ratione viuentium quoruncumq. prædeſtinatorum, ſiue non, dummodo cuſtodiat veram & orthodoxam fidem. 4.2.
Eccleſiæ nomen ſimpliciter & abſolutè prolatum, ſignificat Eccleſiam militantem. 5.1.
Eccleſia catholica militans per totum mundum conſtituta, ſcienter militat aduerſus poteſtates, & principatus tenebrarum. 4.2.
Eccleſia militans vocatur Catholica ex Simbolo Apoſtolorum. 5.1.
Eccleſia militans extendit palmites ſuos à mari vſque ad mare in omnes fines terræ, & in quælibet tempora. 4.2.
Eccleſia, & Synagoga, quamuis ſit vox Græca, differunt tamen quoad ſignificationem, quia in proprietate ſermonis formalis Synagoga dicitur congregata, Eccleſia verò vocata. 6.2.
Eccleſia aliquando in bonum, aliquando in malum ſenſum accipi poteſt. 5.1.
Eccleſia vocabulo Græco ſignificat vocare ad cetum, concionem, ſeu comitia. 6.2.
Eccleſia veteris & noui Teſtamenti, etiamſi quoad eſſentiam eadem ſit, differunt tamen quoad ſtatum. ibid.
Eccleſiam Catholicam nulli licet ignorare. 5.2.
Eccleſia Catholica toto terram orbe diffunditur. ibid.
Eccleſia Militans aſſimilatur ſagenæ miſſæ in mari. 7.2.
Eccleſia Militans eſt Arca, ex S. Auguſtino. ibidem.
Eccleſia bonorum, & malorum eſt tantũ vna, licet diuiſa in duas partes, quarum vna bonorum, altera malorum dicitur. 12.1.
Eccleſia, magna Domus appellatur. 12.2.
Eccleſia dicitur corpus myſticum, ſiue figuratiuum, propter ſimilitudinem ad corpus naturale hominis. 14.1.
Eccleſiam gubernari ab vno Capite, optimum eſt. 16.1.
Eccleſia appellatur Domus Dei. 16.2.
In Eccleſia Catholica eſt Baptiſmus, & omnis benedictio. 16.2.
Eccleſia Chriſti in Scriptura appellatur vnica columba, virtute Fidei. 16.2.
Eccleſia Militans fundata eſt à Chriſto priuſquam ad cælos aſcenderet. 19.1.2.

Eccleſia

Digitized by Google

Index rerum notabilium.

Eccleſia ante mortem Chriſti fuit paruula, nec palam apud homines habuit diſtinctum nomen. 20.1.

Eccleſia cœpit ædificari, in terris agente Chriſto. 20.2.

Eccleſia cœpit propagari poſt Paſſionem Chriſti. 21.1.

Eccleſia fuit mundata, & lauata ex vulnere, & latere Chriſti. 21.1.

Eccleſia erat ædificata ante mortem Chriſti. ibidem.

Eccleſia fuit ante Synagogam promiſſa, & vocata poſt Synagogam ex Profetis. ibid. 2.

Eccleſia catholica eſt columna, & firmamentum veritatis. ibid.

Eccleſia non habet maculam, neque rugam. 21.2. & 22.1.

Eccleſia Dei, & vera Religio ſemper immaculata permanſit, & vſque ad conſummationem ſeculi permanebit. 22.1.

Eccleſia dicitur vna vnitate Fidei. 22.2.

Eccleſia eſt vna vnitate finis. ibid.

Eccleſia eſt vna vnitate Spei. ibid.

Eccleſiam Deus illuſtrauit doctrina, traditionibus, ſplendore, virtute, & dotibus. 23.1.

Eccleſia eſt vna, vnitate etiam Capitis viſibilis. 22.2.

Eccleſia Romana eſt aliarum Regina. 23.1.

Eccleſia ex Euangelio triplici nomine gaudet, Regni ſcilicet cæleſtis, Domus Domini, & orationis. 24.1.

Eccleſia appellatur ſancta. ibid.

Eccleſia Romana tenet primatum omnium Eccleſiarum. ibid.

Eccleſia Romana eſt omnium Eccleſiarum Mater, & Magiſtra. 24.2.

Eccleſia non poteſt occultari, neque euelli, neque extingui. ibid.

Eccleſia Militans à ſuis primordijs habuit hoſtes, qui illam atrociter impugnarunt. 25.1.

Eccleſia in perſecutionibus ſemper aucta eſt. ibidem.

Eccleſia non poteſt latere, ſed omnibus manifeſta exiſtit. 25.2.

Extra Eccleſiam nullus poteſt eſſe membrum Chriſti. 26.1.

In Eccleſia, & in Romano Pontifice capite illius, eſt plenaria authoritas, & poteſtas præmiſſis præmittẽdis iuſtos canonizandi. ibid.

Eccleſia quando eſt celebratura canonizationem alicuius Sancti, non cogitur ſuper hoc ſpecialem expectare diuinam reuelationem. 26.2.

Eccleſia in canonizando aliquem Sanctum, non poteſt errare. 255.2.

Eccleſia appellatur Magiſtra veritatis, quia Spiritus ſanctus ſuggerit illi neceſſaria omnia. 256.1.

In Eccleſia non poteſt eſſe error damnabilis. ibidem.

In Eccleſia eſſet error damnabilis, ſi veneraretur tanquam Sanctus, qui eſt in veritate peccator. 253.1. & 256.1.

Eccleſia in proprijs nunquam errare poteſt. 274.2.

Eccleſia Dei viui, eſt columna, & firmamentum veritatis. 21.2. 96.1. 222.1. 274.2.

Eccleſia in canonizatione præſupponit canonizatos eſſe verè glorioſos in Cælo. 311.2.

Eccleſia inſtituit Sanctorum feſtiuitates propter gloriam Dei, firmitatem fidei, & fidelium deuotionem. 322.2.

Eccleſia celebrat feſtiuitates Sanctorum, vt iuſtis reddatur debitus honor. 323.1.

Eccleſia in ordine ad canonizationem circa ſuſceptas atteſtationes, non poteſt errare. 327.1. & 328.1.

Eccleſia non profert iudicium de aliquo famulo Dei, niſi antea fuerit publicis teſtibus, ac documentis informata. 72.1.

In Eccleſia primitiua non ſeruabatur modus canonizandi, vt modo, propter duo; primum quia vt plurimum erant Martyres; ſecundum, quia feruor fidei erat magnus. 78.1. 80.1.

Eccleſia eſt Magiſtra, & columna veritatis. 96.1. 274.2. & 21.2.

Eccleſia recepit vſum canonizandi iuſtos ex traditione Apoſtolorum. 38.1.

Eccleſia celebrat Miſſas in honorem Sanctorum, non offerendo ſacrificium illis, ſed Deo. 53.2.

Eccleſia non conſueuit tribuere nomen Sancti niſi canonizatis. 71.1.

Eccleſia Romana tenet primatum ſuper omnes Eccleſias. 173.1.

Eccleſiæ iudicium in definiendo quæ ſunt de fide, infallibile eſt. 187.1.2. & 198.1.

Eccleſia orat ſolum pro Petro, dum detinetur in carcere, & non pro alijs diſcipulis. 216.1.

Eccleſia Romana eſt columna, & firmamentũ veritatis, illuminata Spiritu ſancto. 222.1

Eccleſia eſt vna authoritate Scripturæ, & Patrum. 223.1.

Eccleſia non poteſt errare, propter promiſſiones factas ſibi à Deo de omni veritate. 252.1.

Eccleſia nihil docet falſum, nihilque præcipit

malum

Digitized by Google

malum, contra rationem. 252.1.
Eccleſia catholica meritò nuncupatur ſancta, & eſt. ibid.
Quod Eccleſia erret in rebus Religionis chriſtianæ, nunquam futurum eſt. 253.1.
Eccleſia grauiter erraret, ſi non Sanctum pro Sancto veneraretur. ibid.
Eccleſia in canonizatione iuſtorum vtitur innumeris hominum fide digniſſimorum teſtimonijs, præter inſtinctum Spiritus ſancti. 276.2.
Eccleſia diem mortis Sanctorum, appellare ſolet diem natiuitatis. 299.1.
Eccleſia non facit pro libito ſuo Sanctos, ſed iam verè Beatos, eos ita eſſe declarat. 307.1
Eccleſia per canonizationem Sanctorum non ſtatuit in gloria, niſi declaratiuè, non autem effectiuè. 308.1.
Eccleſia in canonizatione Sanctorum tradit nobis veram, & certam gloriam eorum, ac venerationem. 340.2.
Eccleſia per ſententiam diffinitiuam ab ea latam in ſolemni actu canonizationis, decernit reliquias Sancti canonizati eſſe venerandas. 354.2.
Eccleſia non ſemper declarat hoc, vel illud corpus, ſiue reliquias in particulari eſſe huius, vel illius Sancti, quem canonizauit. 354.2.
Eccleſia Romana ſi definiret matura deliberatione, vt ſolet, hæc eſſe oſſa, puta S. Dominici; nullatenus eſt contradicendum. 355.1.
Eccleſia ſi in Legendis per ipſam approbatis tradat fidelibus corpus alicuius Sancti determinatè adorari in aliqua eccleſia, non poſſunt abſque peccato alibi habere venerationem. 356.1.
Eccleſia S. Nicolai in Vineis Bononieñ à quo data fuit S. Dominico. 358.1.
Eccleſia non proponit, neque diffinit hanc, vel illam hoſtiam ſingularem eſſe adorandam; ſed in communi tantum, præcipit adorare hoſtiam ritè conſecratam. 361.1.
Eccleſia enarrat laudes Sanctorum inſtinctu Spiritus ſancti. 364.2.
Eccleſia non conſueuit canonizare aliquem, niſi prius certificata de fama ſanctitatis canonizandi. 365.1.
Eccleſia in canonizatione Sanctorum, non poteſt errare. 366.2.
Eccleſiæ iudicium ſi conſideretur diuina prouidentia, Spiritu ſancto dirigente, certum eſt, non poſſe errare. 366.2
Eccleſia non debet canonizare quempiam abſque miraculorum patratione. 392.1.
Ante Eccleſiæ iudicium abſtinendum eſt ab encomijs de præſeruatione à peccatis alicuius. 415.2.
Eccleſia in officio Martyrum non recenſet miracula, ſicut in illo Confeſſorum. 394.1.
Eccleſia non conſueuit adſcribere aliquem in Sanctorum Albo, ſine miraculis. 394.2.
Eccleſia particularis poteſt errare de facili, circa vera miracula. 404.1.
Eccleſia Romana non errat, neque errare poteſt in canonizatione circa miracula. ibid.
In principio Eccleſiæ naſcentis plura quam nunc fiebant miracula, vt Eccleſia creſceret. 417.1.
Eccleſia Mediolanenſis ad obedientiam Romani Pontificis reducta à S. Petro Damiano. 427.1.
Eccleſia Mediolanenſis in Italia quò ad multitudinem SS. ſequitur Eccleſiam Rauennatenſem. 450.2.
Feſta SS. quæ colit Eccleſia Mediolanēſis. ib.
Eccleſia Papienſis ſequitur Mediolanenſem in multitudine Sanctorum. 451.1.
Eccleſiarum præcipuarum ordo quo ad Sanctos. ibid.
Eccleſia Rauennatenſis ad Eccleſiæ Romanæ gremiū reducta à S. Petro Damiano. 427.1.
Eccleſia Rauennatenſis prima poſt Romanam in Italia, quo ad multitudinem Sanctorum. 449.2.
Feſta Sanctorum quæ colit Eccleſia Rauennatenſis approbatione Apoſtolica. ibid.
Eccleſiæ Romanæ primatus ſuper omnes Eccleſias à Chriſto Domino immediatè traditus. 456.1.
Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam Romæ donata Fratribus Ordinis Prædicatorū à Gregorio X. 457.1.
Eccleſiæ multæ ferè innumeræ ex indultis Apoſtolicis colunt ſolemniter feſta quamplurimorum Sanctorum. 448.2.
Effectus virtutum heroicarum eſt ille, qui eleuat homines ad vltimum finem. 261.1.
Effectus contingentes nobis, ſunt Deo neceſſarij. 317.1.2.
Effectuum quædam ſunt cauſæ neceſſariæ, quædam contingentes. 317.2.
Effuſio ſanguinis propter Chriſtum vicem gerit Baptiſmi. 394.2.
Electio huius vel illius perſonæ particularis ad Pontificatum, dicitur dependere ab electoribus. 233.2.

Modus

Modus eligendi Pontificem Romanum non fuit à Chriſto Domino determinatus ſeu præſcriptus, ſed commiſſus. 234.1.
Eleuatio à terra corporis viri Dei eſt ſignum ſanctitatis illius, qui eleuatur. 346.2.
Eleuatio corporis ſurſum non poteſt fieri naturaliter, cum ſit enim graue tendit deorſum, & eſt contra naturæ inclinationem. 346.2.
Eleuatio à terra non poteſt fieri ab anima, quia anima mouet vnam partem per aliam. 346.2.
Eleuatio à terra nō fit ab Angelis malis, quando aliunde conſtat de ſanctitate illius qui eleuatur. 347.1.
Eleuatio à terra operatur vel vt videntes catholicam fidem amplectātur, vel ad bonum effectum tendens in ſalutem animarum. 347.1.
Eleuatio à terra, ſiue ab Angelis bonis, ſiue ex inſtinctu diuino, ſiue ab ipſo Deo, eſt miraculoſa. 347.1.
S. Aemiliana virgo amita S. Gregorij, & S. Tarſilla ſoror eius ſub diſtrictiori regula vixerunt in domo propria. 451.2.
Encomia Ordinis Prædicatorum. 423.1.
Enuncians propoſitiones derogantes veritati, & certitudini canonizationis, negat gloriam Sanctorum & auctoritatem Eccleſiæ. 328.2.
Epiſcopi, ſiue Archiepiſcopi nō poſſunt ſtatuere feſtum publicè celebrandum in honorem illius, qui iam declaratus eſt per Eccleſiam Beatus. 61.1.
Epiſtola Ioannis XXII. de beatitudine Sanctorum. 45.1.
Error qui accidere poteſt circa hoſtiam non conſecratam ex obliuione, vel malitia Sacerdotis, eſt facilior illo qui poſſit, accidere circa canonizationem Sanctorum. 361.2.
Error Franciſci Mariæ Turrigij Romani circa canonizationem B. Alberti Carmelitani. 31.1.
Error ordinariè non cadit in geminatis. 400.1.
Error qui accidit circa hoſtiam non conſecratam, prouenit à perſona particulari, à tali videlicet Sacerdote, ob defectum poteſtatis, vel intentionis. 360.2.
Error poteſt de facili venire in vno ſolo actu, vel circa veritatem, vel circa qualitatem facti. 400.1.
Ecſtaſis quādo quis eleuatur ad ſupernaturalia diuino ſpiritu, eſt ſignum ſanctitatis. 346.2.
Excommunicati ſunt extra Eccleſiam. 13.2.
Excommunicari, eſt viſibiliter præcidi à corpore Eccleſiæ. 13.2.
Excommunicati priuantur ſuffragijs communibus Eccleſiæ. ibid.
Excommunicati eijciuntur extra Eccleſiam. ibid.
Extrauagans Benedicti XII. qua definit de fide, quod Sancti actu in cælo fruuntur æterna beatitudine. 43.1.

F

Fabula meritò reputatur, & eſt, quod mulier aliqua in Cathedra Pontificis Romani aliquando ſederit. 240.2.
Facies Beatiſſimæ Virginis Mariæ, fuit condecorata ſplendore cæleſti à Conceptu vſque ad Partum. 345.2.
Facies Moyſis fuit illuſtrata ſplendore cæleſti, quam viderunt Iudæi. 345.2.
Qui falſum dicit, mortaliter peccat. 350.2.
Ex aliquo facto ſingulari ad alium caſum, non non licet tranſitum facere. 82.2.
Factum de hoſtia non conſecrata, non pertinet per ſe ad ſtatum communem totius Eccleſiæ. 360.2.
Facta mirabilia per Angelos nequeunt ſimpliciter appellari miracula, ſed ſolum quo ad nos. 380.2.
Facta Prælatorum iudicat Deus, Prælati verò facta ſubditorum iudicant. 205.1.
Facta Magorum non poſſunt dici miracula. 386.1. Vide verbo, Magi.
Facta glorioſa Sanctorum antiquitus non diuulgabantur abſque approbatiòne ſanctæ Sedis Apoſtolicæ. 80.2.
Laudare aliquod factum, & approbare illud vàlde differunt. 83.2.
S. Famianus Confeſſor percuſſo virga ſilice, ex eo fontem eduxit tempore æſtiuo, qui adhuc perſeuerat; cuius aqua febricitantibus prodeſt. 437.1.
Fauentia Ciuitas S. Petrum Damianum patronum, & protectorem veneratur vna cum B. Sabino Epiſcopo & Martyre, S. Emiliano, & B. Terentio Confeſſore. 427.2.
Feminæ ſunt humidiores quam viri, ideo magis aptæ ad ſuſcipiendas compreſſiones. 269.2.
Feminæ magis abundant affectibus, & paſſionibus quam viri. 269.2.
Feſtiuitates Sanctorum inſtituuntur, vt nos adiuuemur eorum interceſsionibus. 323.1.

Feſtiui-

Digitized by Google

Feſtiuitas Sanctorum multis nominibus gaudet. 56.1.
Feſta Sanctorũ veteris Teſtamẽti, vt Abraam, Iſaac, & aliorum, poſſunt celebrari, præſertim vbi ſunt Eccleſię in eorum honorem dicatæ. 26.1.
Feſtum alicuius Sancti, vel Beati, cuius dies ignoratur, poteſt celebrari die alterius Sancti eiuſdem nominis. 134.2.
Feſtum Beati Caroli Magni ordinatum. 152.1.
Feſtorum principia, & finis regulariter, eſt de Veſpera ad Veſperam. 322.2.
Feſta Sanctorum ſunt ab Eccleſia inſtituta propter glorificationem Dei, propter Fidei firmitatem, & propter meditationem felicitatis æternæ ipſorum. ibid.
Feſtum Natiuitatis B. V. M. antiquum in Eccleſia. 466.2. & 467.1.
Feſtum Inuentionis S. Crucis peruetuſtum in Eccleſia. 468.1.
Feſtum Viſitationis B. M. V. vide verbo: Viſitatio B. V. M.
Feſta, & ſolemnitates in honorem Dei, B.V.M. & Sanctorum, alia vniuerſalia, quæ in tota Eccleſia, alia particularia, quæ in aliquo Regno, Prouincia, Religione, aut Diocœſi tantum celebrantur. 465.1.
Feſtiuitates omnes ſemper primò, & principaliter in Dei cultum ordinatæ, ſecundariò verò habent venerationem annexam alicuius Sancti. 465.1.
Feſtiuitatis inſtitutio, præſertim cum Miſſæ, vel Officij recitatione, nequit ſtatui ſine Apoſtolicæ ſedis conceſſione. 465. 2.
Feſtiuitates Chriſti, B. V. & Sanctorum per Eccleſiam, ſeu per Summum Pontificem inſtitutæ. 466.2.
Fideles in incredibilibus ſequi tenentur infallibilem regulam, ideſt Eccleſiam. 266.1.
Fideles mali ſunt membra Eccleſiæ, licet alterius rationis à bonis, & perfectis. 8. 1. & 174.1.
Fideles in charitate permanentes, dicuntur membra perfecta. 8. 1.
Fideles ſine charitate, dicuntur membra, ſed imperfecta corporis myſtici. 8.1.
Fidelibus prædicandum, vt periurium caueant. 352.1.
Fideles boni dicuntur membra homogenea. 8. 1.
Omnes infideles, hæretici, ſchiſmatici, & apoſtatæ, meritò non ſunt membra Eccleſiæ catholicæ. 10. 2. vide verbo: Hæretici.
Fideles etiam grauiſſimi peccatores, publicè tolerati, dicuntur membra Eccleſiæ. 11.1.2. & 12.1.
Infideles in hoc mundo viuentes, appellantur membra Eccleſiæ in potentia. 13.1.
Aduocare infideles, & hæreticos milites in auxilium contra catholicos, eſt graue malum. 248.1.
Infideles, & excommunicati fideles, non ſunt membra Eccleſiæ actu, licet in potentia. 13.2. vide verbo: Excommunicati.
Infideles adhuc viuentes, ſunt in duplici ordine: aliqui ſunt membra in potentia, quæ reducentur in actu: aliqui in potentia, qui non reducentur in actu. 13.1.
Fideles innodati excommunicatione latæ ſententiæ, non ſunt actualia membra Eccleſiæ. 13.2.
Fideles omnes habita notitia canonizationis Sanctorum tenentur illos publicè, ſaltem in præparatione animi, venerari, & debitum cultum eiſdem publicè exhibere. 53. 2.
Fideles tenentur credere, non ſolum de pietate conuenientiæ, ſiue morali, verum de pietate, & certitudine fidei Papam non poſſe errare in canonizatione Sanctorũ. 253.1.2. 255.1.2. & 256.1.
Fideles tenentur huius, vel illius Sancti reliquias in particulari ex præcepto fidei adorare, quoties fuerint Apoſtolica authoritate approbatæ. 356.1.
Fides catholica quadruplici gaudet vniuerſitate. 23.1.
Fides Religionis catholicæ, eſt lampas ardens, qua animæ domus illuminatur. 264.1.
Fidei lumen, eſt oſtium vitæ, & fundamentum ſalutis æternæ. 264.1.
Fidei pietatis eſt credere Papam in actu canonizationis non poſſe errare. 259. 1. vide verbo: Pontifex. vide verbo: Eccleſia.
Fides diuina tranſgreditur fidem rationis, vſum humanæ naturæ, & terminos experientiæ. 264.1.
Fides non aſſentit alicui, niſi quia eſt à Deo reuelatum. 264.2.
Fides innititur veritati diuinæ, tanquam medio. 264.2.
Eadem Fide qua aſſentitur vero, diſſentitur à falſo. 266.2.
Fides, & boni mores, ſunt media neceſſaria ad conſeruationẽ Eccleſiæ, & fidelium. 305.1.
Fides canonizationis nunquam infirmata eſt ab humanis teſtibus. 327.1.
Sine Fide orthodoxa nemo ſaluus eſſe poteſt. 4. 2.

Fides

Fides catholica homines fideles quoſcumque in hac vita mortali degentes, membra efficit Eccleſiæ militantis. 7.2.
Sola Fides catholica efficit homines vera membra Eccleſiæ. 10. 2.
Fidei meritum ſitum eſt in obedientia Dei ad aſſentiendum non viſis. 285.1.
Fides catholica eſt vna per vniuerſum mundum. 188. 2.
De Fide eſt, Romanum Pontificem ſuccedere in Throno Eccleſiæ Monarchiæ. 170.1. & 171.2.
De Fide debemus tenere quod Vrbanus VIII. qui modo regnat, ſit verus, & legitimus Pontifex Romanus. 234.2.
Si de Fide non eſſet certum de Romano Pontifice hoc, vel illo in particulari, ruerent cuncta de Fide ab eis determinata. 236.1.
Fidei pietas nullo modo poteſt inclinare ad falſum, neque practicum, neque ſpeculatiuum. 361.2.
Determinationes de Fide, & moribus Romani Pontificis ſunt infallibiles. 236.1.
Prima veritas eſt obiectum formale Fidei. 264.2. & 265.1.
Fidei pietas, eſt pia affectio, qua circumſpecta ratione fides chriſtiana adiuuatur, fouetur, & roboratur. 250.2.
Quæ de fide ſunt, ſimpliciter, & de pietate fidei, ſunt in eodem genere. 251.1.
De fide certum eſt Sanctos per Eccleſiam canonizatos perfrui gloria æterna. 252.1.
Fidei nequit ſubeſſe falſum. 266.1.
De fide tenendum eſt, Deum non permittere Eccleſiam errare in canonizatione Sanctorum. 252.2.
De fide certum eſt, quicquid Papa ſeruatis ſeruandis determinat pertinens ad Eccleſiam vniuerſalem. 252.1.
Fides etſi generet Spem, & Spes Charitatem, vna non eſt cauſa perficiens alteriam, ſed tantum diſpoſitiua. 263.1.
Fides eſt radix, atque fundamentum omnium virtutum. 264.1.
De fide tenendum eſt, in definiendis, quæ ſunt fidei, Papam non poſſe errare. 272.2.
De fide eſt, Papam non poſſe errare in rebus fidei, & in canonizatione Sanctorum. 363.1.
Vide verbo: Papa. vide verbo: Eccleſia.
Sola fides ſine operibus non ſufficit ad canonizationem Sanctorum. 365.1.
Omnes aſſenſus de fide non eſt neceſſe eſſe pares, in certitudine. 326.1.
Propoſitio de fide nequit inferri, niſi ex alia de fide. 254.2.
Fidei pietas continet ſtabilem veritatem, ac veræ fidei certitudinem. ibid.
In fide eſt error grauiſſimus negare ſanctitatem, & gloriam Sanctorum canonizatorum. 279.1.
Obiectum fidei, eſt veritas. 264.2.
Obiectum formale fidei, eſt veritas prima. 266. 1.
Finis vltimus formalis hominis conſiſtit in beatitudine. 261.1.
Figuræ ad imperium hominis, quod moueantur, & ambulent, eſt ſignum ſanctitatis. 347.2.
Flexibilitas corporis defuncti in quamcumque partem, eſt ſignum ſanctitatis. 347.2.
Fomes inclinans ad peccatum veniale, fuit in Ieremia, ſicut Ioanne Baptiſta. 412.1.
Fomitis inclinatio tam ad veniale, quàm ad mortale, fuit ſublata B. Virgini. ibid.
Forma qua miro ſplendore fulget virtus heroica, eſt charitas. 262.2.
Forma compilandi proceſſus canonizãdorum. 162.1.
Forma citationis circa proceſſus. 162.2.
Formula ſubſcriptionis Iudicis. 164.2.
Forma Decreti, quod regulariter fit in canonizatione Sanctorum. 291.1.
Forma Decreti Congregationis Rituum, & Rotæ Romanæ, ſuper canonizatione Sanctorum. 297.2.
Fortitudo ſimpliciter eſt potior ceteris virtutibus. 370.1.
Fortitudo quæ eſt virtus, eſt neceſſaria in canonizandis. ibid.
Fortitudo connumeratur inter virtutes. ibid.
Fortitudo eſt virtus, in quantum facit hominem eſſe ſecundum rationem. ibid.
Fortitudo eſt virtus ſpecialis habens determinatam materiam. ibid.
Virtus fortitudinis conuenit cum magnanimitate, in modo, & forma, differt in materia. ibidem.
Fortitudinis laus dependet à materia. 370. 2.
Fortitudo ſine Iuſtitia eſt materia iniquitatis. ibidem.
Virtus fortitudinis, eſt circa timores periculorum mortis. ibid.
Principalior fortitudinis actus, eſt ſuſtinere. ibidem.
cum Fortiori difficilius eſt pugnare, quam cum debiliori. 370.2.
S. Franciſcus Ordinis Minorum inſtitutor, recepit

pit ſtigmata in monte Aluerniæ in Hetruria. 463.2.
S. Franciſcus Xauerius, habuit donum linguarum. 348.1. & 496.1.
Funeri Saluatoris interfuit multitudo Angelorum, Beata Virgo, S. Ioãnes, & alij. 492.1.

G

S. GAldinus Epiſcopus Mediolanenſis expleta concione contra Hæreticos ſpiritum Deo reddidit. 437.1.
S. Gelaſius Papa libros edidit contra Euthichetem, & Neſtorium. 446.2.
SS. Geruaſij, & Protaſij Martyrum corpora Dei monitu à S. Ambroſio in loco ſancto collocantur. 449.2.
Inuentio corporum eorundem miraculoſa. 450.1.
Græci conciliantur cum Latinis in Concilio Lugdunenſi opera S. Bonauenturæ. 434.2.
Genus humanum, ex peccato Adæ non ſolum condemnatum fuit ad mortem, ſed etiam ad corruptionem. 344.2.
Gloria Sanctorum in Paradiſo, reaſſumpto corpore, pòſt diem iudicij creſcet extenſiuè, non intenſiuè. 47.2.
Gloria animæ Chriſti in transfiguratione ſi totaliter deriuaſſet ad corpus, diceretur naturalis, quia reddidiſſet illud corpus totaliter glorioſum. 346.2.
Gloria Chriſti in transfiguratione deſcendit per modum cuiuſdam paſſionis. 346.2.
Gloria Sanctorum canonizatorum eſt certa de fide. 277.2.
Gratia tribuitur, vt lex impleatur. 320.2.
Gratia tribuitur, vt natura liberetur à peccati dominio. 320.2.
Gratia datur, vt homo ad vitam æternam perducatur. 320.2.
Infuſio gratiæ non eſt propriè miraculoſa. 176.2.
Gratia eſt quædam lux animæ noſtræ. 320.2.
Gratia eſt diuinum lumen indeficiens emanãs à Deo. ibid.
Gratia Dei poteſt amitti in vltimo vitæ, & incidi in peccata. 399.1.
Gratia Chriſti eſt non ſolum ſingularis, ſed capitalis. 176.2.
Infuſio Gratiæ ponitur ſub genere mutationũ miraculoſarum. 176.2.
Plenitudo Gratiæ propriè dicitur Chriſti, qui plenè, perfectè, & totaliter habet gratiam. 8.2.
Gratiæ plenitudo neceſſariò ponitur in Chriſto. ibid.
Gratia vnionis in Chriſto, eſt infinita. 9.1.
Gratia habitualis Chriſti, in quantum in ſe eſt, dicitur infinita. ibid.
Gratiæ plenitudo in Chriſto comparatur fonti. ibid.
Gratiæ plenitudo B. Virginis comparatur flumini. ibid.
Gratia Chriſti poteſt dici infinita ſecundum rationem gratiæ. ibid.
Gratia Chriſti habet effectum infinitum ob duplicem cauſam, tam propter infinitatem gratiæ, quàm propter vnionem diuinæ perſonæ. 10.1.
Gratia Sanctorum comparatur riuulis. 9.1.
Gratia eſt in anima Chriſti ſicut in ſubiecto. ibid.
Gratiæ plenitudo attribuitur animæ Chriſti ſecundum capacitatem creaturæ. ibid.
Gratia Chriſti non limitatur. 9.2.
Gratia Chriſti habet quiquid poteſt pertinere ad rationem gratiæ. 9.2.
Quod pertinet ad rationem gratiæ, non datur Chriſto ſecundum certam menſuram. ibid.
Gratia confertur animæ Chriſti ſicut cuidam vniuerſali principio gratificationis in humana natura. 9.2.
Gratia Chriſti non poteſt augeri neque ex parte gratiæ, neque ex parte obiecti. ibid.
Gratia Chriſti quantum ad vim nominis eſt infinita. 10.1.
Infuſio Gratiæ in rigore non eſt ſimpliciter creatio, ſed mutatio quædam animæ in ordine ad gratuita. 176.1.
Gratia tribuitur non ſolum ad peccatorum remiſſionem, verum & propter alia beneficia aſſequenda. 320.2.
Græci impugnarunt Eccleſiæ primatum, qui fuerunt ſchiſmatici. 219.2.
Gregorius Turonẽ ſanitatem linguæ accepit ex puluere ſepulchri S. Martini. 357.1.
B. Gregorius Papa X. iam à 350. annis habet cultum publicum Aretij in Etruria, nondũ tamen habet Officij, & Miſſæ celebrationem, nec eſt canonizatus. 456.2.
Eius corpus ſeruatur Aretij. ibid.
Amicitiæ vinculo iunctus erat S. Thomæ Aquinati. ibid.
Ipſius mandato Concilium generale Lugdunenſe 1274. congregatum. ibid.
Mittit S. Thomam Aquinatem ad dictum Concilium. ibid.
Plurimum affectus Ordini Prædic. 457.1.

Digitized by Google

Index rerum notabilium.

Beneficia ab ipſo collata Ordini Prædicatorum. ibid.
Eccleſia S. Mariæ ſuper Mineruam Romæ donata Fratribus Ordinis Prædicatorum ab eodem Pont, 16. Nouembris 1275. ibid.
Memoriale porrectum Vrbano VIII. pro celebratione Officij, & Miſſæ in honorem ipſius Beati Pontif. 161.2.
Multa de eodem Pontifice. 457.58.59.60.
S. Gulielmus heremita Placentinus. 438.1.
Ex delatione brachij eiuſdem in publica proceſſione, opidum quod Siclum dicitur, Siracuſanæ diœceſis, illæſum ſeruatur à peſte in vicinas vrbes, ac loca graſſante. ibid.
Guttæ ſanguinis Martyris, tantum valent quantum totum illius corpus. 356.2.

H

HAeretici, & Schiſmatici non ſunt membra Eccleſiæ. 13.2.
Hæreticus eſt credens canonizatum eſſe in inferno. 306.1.
Hæreſis manifeſta eſt negare poteſtatem canonizandi iuſtos in ſummo Pontifice. 38.2.
Hæretici occulti ſunt ſecundum quid in Eccleſia, & ſecundum quid extra. 59.1.
Hæretici etiam occulti, ſimpliciter & abſolutè ſunt extra Eccleſiam. 59.2.
Hæreticus eſt non credens canonizatum ab Eccleſia eſſe Sanctum. 304.1.
Hæretici falſi ſunt veram ſucceſſionem Romanorum Pontificum. 186.2.
Hæretici impugnant multiplicem gradum propoſitionum de fide, vt deſtruant communem doctrinam Catholicorum. 290.1.
Hereſis eſt maximum peccatum. 209. 1.
Hæreſis extra numerum capitalium peccatorum, etſi reductiuè in illis debeat poni, ad ſuperbiam tamen reduci ſolet. ibid.
Hæreſis cum pertinacia eſt ſpecies peccati in Spiritum ſanctum. 209.2.
Hæreſis eſſe non poteſt opinari falſum de his quæ indirectè pertinent ad fidem, ſi non adſit pertinacia. ibid.
Hæretici euellere conantur primatum Eccleſiæ, & quare, 218.2.
Hæreſis eſt dicere, ſchiſma dicere perfectionem. 248.1.
Hæreſis eſt dicere, vniuerſa bella, & eorum vſum eſſe malum & illicitum. 248.1.
Hæreſis eſt opinari falſum de illis quæ directè pertinent ad fidem. 208.2.
Hæretici dicunt ſummum Pontificem poſſe errare in canonizatione Sanctorum. 340.1.
Hæreticus eſt qui conatur auferre poteſtatem ſummi Pontificis, 274.1.
Hæretici, & eorum ſectæ ſunt merito priuatæ patratione miraculorum. 387. 2. Vide verbo, Doctrina Hæreticorum.
Hæreticus eſt qui non recipit canonizationem iam factam per Eccleſiam. 281.2.
Hæreſis eſt dicere omnia ex neceſſitate prouenire, & non ex prouidentia diuina. 317.2.
Helenæ matris Conſtantini magni Imper. opera crux Domini inuenta. 468.1.471.1.
S. Herculanus Epiſcopus Peruſinus, & Martyr 60. mortuos ſuſcitauit. 447.1.
S. Hermenegildus Hiſpaniarum Princeps, Leouigildi eius patris Arriani iuſſu, ob Catholicæ fidei profeſſionem martyrium pertulit. 438.2.
Heros Homo bonus appellatur illuſtri vita functus, & amore virtutis eleuatus ſupra conditionem humanam. 260.1.
Heros verè nemo poteſt dici, niſi rectè de poſtremo fine ſentiat. 263.2.
Heroes illi ſunt appellandi, quorum forma virtutum eſt charitas. 264.1.
Herois nomen deſignat exuberantiam ſupra naturam hominis. 260.1.
Hippocritis de iure non debet attribui nomen Sancti. 71.1.
Homines qui in vita habebantur tanquam Sancti, aliquando poſtea deprehenſi ſunt hæretici. 27.1.
Homines quando nequeunt effundere preces defuncto non canonizato. 94.1.2.
infinita Hominum multitudo ſuſceperunt fidem Chriſti ex operatione miraculorum. 381.2.
Nullus homo purus habuit, neque habiturus eſt reuelationes à Deo, niſi mediantibus Angelis. 268.1.
Hominis fælicitas vltima, conſiſtit primò in actu intellectus. 262.1.
Homo vt perſeueret in bono vſque ad finem vitæ, indiget non ſolum dono habituali, ſed etiam gratuito Dei auxilio. 319. 2.
Homines cum vident aliquod opus, quod nequit reduci ad ſuas cauſas naturales, concludunt illud eſſe miraculam. 461.2.
Homo in peccato mortali in die feſto non tenetur ſub præcepto ad dolendum de peccatis. 324.1.
Homines temerariè loquentes de ſanctitate & gloria amicorum Dei, diuinitus puniti ſunt. 329.1.2.

Digitized by Google

Tria conſtituunt homines membra Eccleſiæ, progreſſio fidei, communio Sacramentorum, & ſubiectio ad legitimum Paſtorem Romanum. 10.2.
Per Homines malos aliquando miracula operatur Deus ad confirmationem veritatis. 386.1.
Omnes homines conueniunt in appetendo vltimum finem. 261.1.
Homines mali aliquando mouentur ad miracula facienda à Deo ad inuocationem nominis Chriſti, vel alicuius Sancti, ad quem Deus operatur. 386.1.
Homo verè humilis coram Deo, & hominibus non ſe alijs, verum alios ſibi præfert. 414.2.
Homines ſancti coram omnibus humilia de ſe debent loqui. 415.1.
Homo poteſt eſſe ſine crimine, non autem ſine peccato. 416.1.
Homines heroici neglecto fine proximo huius vitæ, ſolum aſpiciunt futurum. 260.2.
Honor quem Sanctis exhibemus, eſt quædam profeſſio fidei, qua credimus gloriam Sanctorum. 253. 2. 255.1. 258.1. & 336.2.
Honor, ſiue cultus non debetur ſeruis Dei non canonizatis, aut beatificatis, ad euitandum ſcandalum. 78.2. & 94. 1. & 2.
Honor exhibitus S. Thomæ de Aquino non dum canonizato, ſeu beatificato, à Monacis foſſæ nouæ, quando fuerit permiſſus. 81.2.
Licentia qua honor exhibetur viris Dei abſque indulto Sedis Apoſtolicæ, eſt ambitioſa. 92.2.
Honor publicè non debetur non canonizatis, ſeu beatificatis. 95. 1. & 2.
Humilitas connumeratur inter virtutes. pag. 368. 2.
Humilitas ſecundum quod eſt ſpecialis virtus, reſpicit ſubiectionem hominis ad Deum. 368.2.
Humilitas eſt neceſſaria in canonizandis. ibid.
Humilitas reprimit appetitum, ne tendat in magna, præter rationem rectam. ibid.
In humilitate principale eſt, vt dicat ſubiectionem. 268. 2.
Vera humilitas in ſui ratione importat quandam laudabilem deiectionem. 414.1. & 2.
Humilitas eſt contemptus propriè excellentiæ. 369. 1.
Humilitas eſt fundamentum, & altitudo aliarum virtutum. 369.1.
Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerem portat. 369.1.
Humilitate nihil eſt excelſius. 369.1.
Humilitas eſt propriè directiua motus appetitus. 369.1.
Poſt virtutes Theologicas intellectuales, & iuſtitiam legalem, potior eſt humilitas. ibid.
Ad humilitatem peruenitur dono gratiæ, & humano ſtudio. 369.2.
Humilitas connumeratur inter partes Modeſtiæ, vel Temperantiæ. 369.2.

I

B. IAcobus de Marchia iuſſit duobus Angelis ligneis, vt offerrent incenſum Deo. 347.2.
Imagines famulorum Dei non depingi debent cum radijs circa caput, neque in publica Eccleſia ſunt ponendæ, abſque licentia. 78. 1.
Imaginibus famulorum Dei nondum canonizatorum, aut beatificatorum, non licet tabellas, aut donaria apponere ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. 84.1.
S. Lucas pinxit Imagines Chriſti, Beatæ Mariæ, & Petri, & Pauli. 137.1.
Vſus ſacrarum Imaginum antiquiſſimus eſt in Eccleſia. 136.1.
Imagines Chriſti, & Beatæ Virginis illuſtratæ fuerunt miraculis. 137.2.
Immunitas ab omni peccato actuali, ſingulari priuilegio fuit conceſſa B. Virgini. 415.2.
Immunitas à peccato actuali eſt priuilegium ſolius B. Virginis. 412.1.
Imperatores Concilijs interfuerũt, non de fide aliquid determinando, ſed effrenem hæreticorum temeritatem reprimendo. 196.1.
Imperium Romani Pontificis cœpit inſtitutione Chriſti, ſtat, ſemperque durabit. 218.1.
Imperatores, & alij Principes, abſque ratione tamen, conati ſunt extirpare Eccleſiam in exordijs ſuis. 226.1.
Imperatores, & Reges Catholici, Eccleſiam colunt, ac venerantur. 226.2.
Imputrefactio corporis Chriſti infert idoneum teſtimonium mortis voluntariæ. 344.2.
Incarnatio Verbi, eſt miraculum miraculorum. 390.1.
Incarnatio Verbi, eſt maius omnibus miraculis. ibidem.
Ad miraculum Incarnationis omnia miracula ordinantur. ibid.
Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus Eccleſias beatificatorum, ſeu canonizatorum. 128. 1. & 2.
Indulgentiæ conceſſæ ab Vrbano Octauo Eccleſijs

Index rerum notabilium.

cleſijs Capuccinorum, in die beatificationis Beati Felicis de Cantalicio. 130.2.
Indulgentia Gregorij Noni, conceſſa viſitantibus ſepulcrum S. Dominici. 355.1.
Indulgentia Innocentij Octaui, conceſſa viſitantibus eccleſiam S. Dominici Bononiæ. 355.2.
Infallibilitas iudicij, & diffinitionis Pontificis Romani, circa ea, quæ ſunt fidei, ſe extendit etiam ad bonos mores totius Eccleſiæ. 274.2.
Infantes adhuc lactentes diuinitùs locuti, matribus ſuis dixerunt, Ieſuatis benefacite. 463.1.
Innocentius V. ex Ordine Prædicatorum. 457.1.
Inuentio S. Crucis anno ſequenti poſt celebratum Concilium Nicenum an. 326. Pontificatus S. Siluestri 12. & Conſtantini Magni 20. 468.1.
Inuentionis S. Crucis feſtum peruetuſtum in Eccleſia. ibid.
Inuentio S. Crucis opera Helenæ matris Conſtantini Magni. ibid. & 471.1.
S. Ioannis Baptiſtæ laudes. 475. 2.
S. Ioannæ Monialis Conuerſæ Ordinis Camaldulenſium interceſſione, Balneum eius patria liberatur à peſte. 439.1.
Ioſeph ab Arimathia, nobilis decurio, & magnæ æſtimationis apud Iudæos. 491. 2.
Iuſti verè per Eccleſiam canonizati, vel beatificati, cum celebratione Officij, & feſti etiam pro aliquibus eccleſijs, Regnis, vel Religionibus in particulari, poſſunt deſcribi in Martyrologijs, ſeu tabulis illarum eccleſiarum. 464.2.
Iudæi multitudine, & miraculorum qualitate, & efficacia ſtupuerunt. 390.2.
Iudæis mos erat habere ſepulcra in ſpeluncis. 103.1.
Qui in Iudicio, præuio iuramento examinati deponunt ſcienter falſitatem, committunt peccatum. 350.1.
Iudicium vniuerſalis Eccleſiæ, impoſſibile eſt errare in his, quæ pertinent ad fidem. 255. 2. & 288.2. vide verbo: Eccleſia.
Iudicium Summi Pontificis, non poteſt errare in actu ſolemnis canonizationis. 335. 2. & 336.1.
Iudicium eorum qui Eccleſiæ præſunt, ſi tantum perſonæ reſpiciantur, poteſt errare. 366. 2.
Iuramentum completur in confirmationem veritatis. 349.1.
Iuramentum non eſt exhibendum niſi de eo, de quo quis certitudinem habet. 349.2.
Qui iurat falſum, quod putat verum, ex modo affectionis, quodammodo incurrit mendacium. 349.2.
Iuramenti frater, peccator appellatur. 350.1.
Quando quis percipit ſe iurare, ſi falſum iurat, ſiue ſolemne, ſiue non, mortaliter peccat. 350.2.
In iuramento falſo fit Deo magna iniuria, inducendo ipſum in teſtem quaſi mendacem. 350. 2.
Iuramentum ſemper eſt mortale, mendacio interueniente. 352.2.
In iuramento promiſſorio, vbi deficit animus promittendi, aut obſeruandi promiſſum, interuenit mendacium. 352.2.
Vbi defuit animus iurandi, & ſolum interuenit apparentia iuramenti exterioris, eſt peccatum mortale. 353. 1.
Iurans falſum ex lapſu linguæ, ſi aduertat ſe iurare, & falſum eſſe id quod iurat, non excuſatur a peccato mortali. 353. 1.
Iuſtitia eſt æquitas tribuens ius vnicuique rei pro dignitate cuiuſcumque. 370.2.
Per Iuſtitiam fiunt operationes iuſtorum. 370. 2.
Iuſtitia appellatur magnus ſplendor, ex quo viri boni nominantur. 370. 2.
Vno nomine Iuſtitiæ, omnes virtutum ſpecies continentur. 371.1.
Iuſtitia eſt reddere vnicuique, quod ſuum eſt. 371. 1.
Iuſtitia non nouit patrem, neque matrem. 371. 1.
Iuſtitia veritatem nouit. 371.1.
Iuſtitia Deum imitatur. 371. 1.
Pietas, & æquitas non poſſunt ſeparari à Iuſtitia. 371.1.
Iuſtitia eſt virtus, maximum in ſe continens ſplendorem. 371.1.
Iuſtitia appellatur rectitudo voluntatis. 371.1.
Iuſtitia non eſt eſſentialiter rectitudo. 371.1.
Iuſtitia eſt habitus, ſecundum quem aliquis rectè operatur. 371.1.
Iuſtitia eſt virtus Cardinalis. 371.2.
Proprius iuſtitiæ actus, eſt reddere vnicuique quod ſuum eſt. 371. 2.
Iuſtitiæ adiunguntur quædam virtutes ſecundariæ, ſicuti Miſericordia, Liberalitas, & huiuſmodi. 371.2.
Iuſtitia præeminet inter Virtutes morales. 371. 2.
Iuſtitia eſt vtilis in bello, & in pace. 371.2.

Digitized by Google

Iuſtitia dat alteri, quod ſuum eſt, conſiderans bonum commune. 371.2.
Iuſtitia, omnium Virtutum dicitur fundamentum, quia aliorum commodum reſpicit. ibid.
Iuſtitia ad ſuum commodum nil, ſed ad aliorum cuncta dirigit. ibid.
Iuſtitia non eſt particularis virtus, ſed omnium virtutum ſpecies continet. 371.2.
Iuſtitia eſt virtus communis. ibid.
Iniuſtitia non eſt pars alicuius vitij, ſed vniuerſum vitium. ibid.
Iniuſtitia eſt oppoſita iuſtitiæ. ibid.
Iniuſtitia opponitur indirectè omnibus virtutibus. 371.2.
Non omnes iuſti ſunt canonizandi ab Eccleſia, ſed tantum qui virtutibus heroicis refulſere. 259. 2.
Iuſti declarati tantum Beati, non ſunt appellandi nomine Sanctorum. 70.2.
Nullus Iuſtorum gloriam accepit, niſi poſt Aſcenſionem Chriſti ad cælos. 313.1.
Iuſtorum tranſitus appellatur Natalis, quia in morte dicuntur iterum nati. 56.1.
Iuſti nihil purgabile habentes, ſtatim poſt mortem fruuntur gloria æterna. 284.1.
Iuſti diliguntur à Deo. 372.1.

K

Kalendarium, poteſt appellari Catalogus. 419. 1.

L

Anceæ, & Spongiæ imaginibus cur tantus honor, ſicuti imagini Crucis, non adhibeatur. 471.2.
Lapides moti de vno loco ad alium, precibus S. Benedicti. 347.2.
Lex Euangelica fuit innumeris miraculis confirmata, & in dies confirmatur, & corroborabitur vſque in finem. 389.1.
Liquor odoriferus manans è corpore Beati, ex quo curantur infirmi, dicitur ſignum ſanctitatis. 345.1.
Litaniæ poſſunt appellari Catalogus. 419.1.
In Litanijs, qui ſint inuocandi. 73.1. & 2.
Litaniæ dicuntur preces ſolemnes. ibid.
In Litanijs, Beatificati tantū nequeunt apponi abſque ſpeciali indulto Apoſtolico. 74.2.
Literæ Illuſtriſſimi D. Cardinalis Millini, directa Illuſtriſſimo D. Cardinali Borromæo, circa noua miracula non publicanda. 124.1.
Literæ Apoſtolicæ Vrbani Octaui, in beatificatione Fratris Felicis de Cantalicio, Ordinis Capuccinorum. 104.2.
Literæ remiſſoriales, ſeu petitio facta à Ciuitate Foroliuien Vrbano Octauo de ſanctitate viri Dei Marcolini. 153.2.
Quod quis loquatur lingua materna, & ab omnibus audiatur, eſt ſignū ſanctitatis. 348.1.
B. Ludouicus Bertrandus Ordinis Prædicatorum, prædicando Indis verbum Dei lingua Hiſpanica, ab omnibus diuerſarum nationum, & linguarum intelligebatur. 495.2.
Habuit donum prophetiæ. ibid.

M

Magi faciunt miracula per priuatos contractus cum Dæmonibus. 386.1.
Magnanimitas ſuperueniens auget bonitatem iuſtitiæ. 371.2.
Magnanimitas ſine iuſtitia, nō habet rationem virtutis. ibid.
Malum ex genere numquam poteſt eſſe bonum. 349.1.
Malis eſt claudenda via, non aperienda. 118.1.
Manuſcripta vetuſtiſſima de vitis, & actibus ſanctiſſimorum Martyrum, in Bibliotheca Vaticana aſſeruantur. 425.2.
S. Margarita filia Andreæ Regis Vngariæ, Monialis Ordinis Prædicatorum, virgo illuſtriſſima appellatur. 441.1.
Maria Virgo per gratiam copioſam fuit immunis ab omni actuali culpa, tam mortali, quàm veniali. 413.1.
Nihil actiuè operata eſt in conceptione filij Dei, ſed ſolam materiam miniſtrauit. 492.2.
Ante Conceptionem aliquid actiuè operata eſt, præparando materiam, vt eſſet apta conceptui. ibid.
B.V. Maria habuit donum diuerſarum linguarum. 497.
Martyrium eſt voluntariæ mortis perpeſſio, ſiue tolerantia, propter Fidem Chriſti, vel alium actum virtutis relatum in Deum. 347.2.
Martyrium paſſum in defenſione Fidei, eſt ſignum, vel potius cauſa ſanctitatis. 347.2.
Martyrium inter ſuſtinentia, & actus fortitudinis tenet principatum. 394.1.
Martyrium non dicitur pro ſola tolerantia carceris, vel exilij, niſi fortè ſecundùm quòd ex his ſequitur mors. 394.2.
Martyres non ſunt, qui non patiuntur mortem corporalem. 394.1.

Marty-

Digitized by Google

Martyrium eſt teſtimonium Chriſti. 394.2.
Martyrium eſt actus virtutis. ibid.
Ad perfectam rationem Martyrij requiritur quòd aliquis mortem ſuſtineat. 394.1.
Martyrium dicitur, & eſt actus maximæ perfectionis. 394.2.
Martyrium inter omnes actus virtuoſos maximè demonſtrat perfectionę charitatis. ibid.
Martyrium eſt pro veritate Fidei. 395.1.
Martyrium innocentium eſt meritorium cæleſtis palmæ, ſicut Baptiſmus paruulorum. 395.2.
Martyrium non eſt dicendum quicquid aliquis patitur extra Eccleſiam. 392.2.
Martyrum numerus Deo tantùm numerabilis. 421.2.
Martyrologium ſignificat catalogum, in quo redacta ſunt nomina Martyrum, & Natalitia aliorum Sanctorum. 419.2.
Medium magis participat naturam vnius extremi, quam alterius. 257.2.
Mediolanum Ciuitas Galliæ Ciſalpinę Metropolis, prima fidei Chriſtianæ elementa à S. Barnaba Apoſtolo ſuſcepit. 422.2.
Mendacium omne formaliter, & directè opponitur virtuti veritatis. 328.1.
Mendacium nominatur ex eo, quod contra mentem dicitur. 348.2.
Mendacium per ſe formaliter opponitur veritati. ibidem.
Mendacium ex duobus habet rationem peccacati, ex damno quod infertur proximo, & ex inordinatione. ibid.
Mendacium dicere non eſt licitum, ad hoc vt quis alium à periculo liberet. 349.1.
Mendacium non debet quis proferre, ſub quouis prætextu, vel quæſito colore, etiam boni. 349.1.
Mendacium eſt malũ ex genere, cum ſit actus cadens ſuper indebitam materiam. 349.1.
Mendacium eſt per ſe prauum, & fugiendum. ibid.
Mendacium communiter ab omnibus appellatur periurium. ibid.
Mendacium eſt defectus contrarius confirmationi veritatis. ibid.
Mentiri dicitur qui falſum dicit cauſa fallendi. 348.2.
Miles quidam blaſphemans contra S. Franciſcum, à proprio nepote gladio tranſuerberatur. 341.2.
Milites ſemper parati ad bellum in omni euentu, nil curantes de iuſtitia, vel iniuſtitia cauſæ illius belli, ſed tantum de ſtipendio, ſunt in ſtatu peccati mortalis. 248.2.
nec Merita ſine miraculis, nec miracula ſine meritis ſufficiunt ad perhibendum teſtimonium ſanctitatis. 399.2.
Mirabilia quæ dicuntur fieri à Dæmonibus, nedum ſunt vera miracula, ſed neque aliquando vera opera. 403.1.
Miraculum celebre Crucis Chriſti, quod licet ſcindatur in plures partes, tamen diminutionem non patitur, ſeu iacturam. 470.2.
Miraculum dicitur quaſi admiratione plenum. 378.1.
Miraculum originem trahit ab admiratione. 378.1.
Inter miraculum, mirabile, prodigium, portentum, & ſignum eſt diſcrimen. 377.2.
Miraculum illud erit admiratione plenum, quod habet cauſam omnibus ſimpliciter occultam. 378.1.
Miraculum eſt illud quod excedit facultatem naturæ. 377.2.
Miracula ſecundum quod excedunt facultatem naturæ, appellantur virtutes. ibid.
Miracula fiunt ad manifeſtandum aliquod ſupernaturale. ibid.
Miracula propter eorum excellentiam dicuntur portenta, prodigia, quaſi procul aliquid oſtendentia. ibid.
Miraculum mendax illud eſt quod deficit à vera ratione facti, & à vera ratione miraculi. ibid.
Miracula noua non ſunt admittenda. 123.1.
Miracula à Deo operata in confirmationem authoritatis Pontificum. 221.1.2.
Miracula ſunt ſigna ſanctitatis propter influentiam virtutis in facientem miracula, ſeu impetrantem. 347.1.
Miracula de quibus in canonizatione inquiritur, debent eſſe ad fidei corroborationem. 366.2.
Miracula non dicuntur quæ fiunt ſecundum ordinem cauſarum naturalium, etiam quod illorum virtus ſit nobis ignota. 378.2.
de ratione Miraculi duo ſunt, quod ſit omnino arduum, & inſolitum, & quod ſit ſupra omnes vires naturæ. 378.2.
Miraculum dicitur arduum, non propter dignitatem rei, in qua fit, ſed quia facultatem naturæ excedit. 379.1.
Miraculum dicitur inſolitum, quia eſt contra conſuetum curſum naturæ, etiamſi iteretur quotidie. 379.1.
Miracula vera & propria, à Deo ſunt tanquam ab agente principali. 379.1.

Digitized by Google

Miracula facere, eſt ſolius diuinæ virtutis. 379.1.
vna Miracula propria virtute ſol us Deus operatur. 379.1.
Miraculum eſt præter ordinem totius naturæ. 379.2.
Miraculorum genera diuinitus operata ſunt multa, quæ nequeunt educi de potentia naturali illius rei circa quam agitur. ibid.
Miraculum, eſt opus diuinæ potentiæ oſtenſiuum. 380.1.
Miracula omnia vel ſunt ſupra naturam, vel contra naturam. ibid.
vera Miracula ſunt facta miraculoſa, quæ ſunt contra, vel præter ordinem omnis naturæ creatæ. 380. 2.
primum ſignum dignoſcendi vera Miracula, eſt quod illud miraculum non poſſit neque quo ad modum fieri niſi per infinitam Dei potentiam. 381.1.
vera Miracula debent habere veram exiſtentiam quo ad effectum, ac etiam longam durationem, non ſine magna vtilitate eorum circa quæ fiunt. ibid.
vera Miracula ſemper ordinantur ad patefaciendam bonitatem hominis, & corroborandam veritatem fidei catholicæ. 381. 2.
vera Miracula ſumper diriguntur ad bonum commune totius Reipublicæ chriſtianæ. ibid.
ſecundum ſignum dignoſcendi vera miracula deſumitur à fine. ibid.
Tertium ſignum dignoſcendi vera miracula, deſumitur ex modo quo fiunt vera miracula per miniſtros Dei. ibid.
primus modus cognoſcendi vera miracula, eſt quando ille qui ea facit, eſt bonæ & inculpatæ vitæ. 382.1.
ſecundus modus cognoſcendi miracula eſt, quando quis fugiens vana, & curioſa, ſolam Dei gloriam, & fidei dilatationem procurat. ibid.
tertius modus cognoſcendi miracula eſt, quando quis ſtudet homines reducere in Deum. ibid.
Miracula facta per Chriſtum erant vera miracula. 382.2.
Miraculorũ triplex genus reperitur. 383.1.2.
Nullum miraculum poteſt dici magnum, vel maximum in comparatione diuinæ potentiæ. 385.1.
Vnum miraculum dicitur maius altero, ſecundum quod magis, aut minus excedit facultatem naturæ. 385.1.
Miraculorum differentia ſecundum magis, & minus non eſt cenſenda ſpecifica, ſed apertè accidentalis. ibid.
Miracula dicuntur prodigia, propter illorum excellentiam. ibid.
Miracula dicuntur ſigna, quia aliquid ſupernaturale indicant. ibid.
Miracula nuncupantur propriè opera miraculoſa. ibid.
Vera miracula ordinantur à Deo ad duplicem hominum vtilitatem. ibid.
Miracula inſtrumentaliter poſſunt fieri per quemcunq. qui fieram fidem prædicat, ſiuè bonus ſit, ſiuè malus. 385.2.
verum Miraculum fit ſolum à Sanctis, ad quorum ſanctitatem oſtendendam eſt ordinatum. ibid.
Miraculum verum, quod ſola diuina virtute fieri poteſt, eſt quoddam ſigillum Dei, quo vtitur in teſtimonium, & confirmationem veritatis. ibid.
Miracula vera nunquam poſſunt fieri ad confirmationem falſæ doctrinæ. 391.1.
Miracula hominem ſanctum non efficiunt, ſed illius ſanctitatem oſtendunt. 391.1.
Miracula facta à Deo per aliquem hominem viuentem, regulariter ordinantur ad veritatem fidei Catholicæ. ibid.
Miracula patrata poſt mortem ordinantur ad commendationem ſanctitatis vitæ iuſtorum. ibid.
Miracula requiruntur ad canonizationem ſanctorum. ibid.
Miracula ſunt ſigna atteſtationis ſanctitatis, non tamen per ſe cauſa. 393.2.
Miracula ſunt neceſſaria ad canonizationem, maximè Confeſſorum. 396.2.
Miracula poſt mortem comprobant ſanctitatem vitæ. 396.2.
Miracula poſt mortem magis videntur certa, & indubitata, quam miracula quæ fiunt in vita. 397.1.
Gratia miraculorũ eſt gratia gratis data. ibid.
Miracula poſſunt fieri in vita à peccatoribus. 397.2.
Miracula poſt mortem non poſſunt fieri niſi ab eo qui eſt in gratia Dei conſtitutus. ibid.
Miracula ſufficiunt poſt mortem ex communi ſententia. ibid.
Miracula edita in vita non ſufficiunt ad canonizationem famulorum Dei. ibid.
Miracula facta ad confirmationem doctrinæ veritatis, innituntur Fidei Catholicæ. 398.2.

Mira-

Index rerum notabilium.

Miracula quæ fiunt ad teſtificationem ſanctitatis, requirunt fidem formatam charitate. ibid.
Vnum miraculum poſt mortem non ſufficit ad canonizationem.400.1.
Miracula in vita non ſunt neceſſaria abſolutè, &ſimpliciter ad ſanctorum Confeſſorum canonizationem. 400.2.
Miracula in vita ſufficiunt ad canonizationem Sanctorum, ibid.
Miracula facta in vita non ſunt ſufficiens ratio ſanctitatis, 400.2.
Miracula facta in vita aliquando poſſunt eſſe illuſiones. 401.1.
Miracula facta poſt mortem cenſentur vera miracula, ibid.
Noua miracula ſine Epiſcopi approbatione non ſunt admittenda. 98.1.
Miracula operata in vita ſunt vtilia ad effectum canonizationis, 401.2.
Miracula propriè & formaliter non dicuntur probari per teſtes directè, & per ſe, ſed indirectè, & per accidens. ibid.
Non ſufficit dicere N. fecit miraculum, ſed teſtes debent dicere etiam circunſtantiam facti. 402.1.
Miraculum eſt id, cuius effectus manifeſtus eſt, 402.1.
Neceſſe eſt miraculum excedere vires naturæ, 402.1.
Miraculum non poteſt probari per cauſas naturales, cum ſubiectum in quo fit, non habeat principia naturalia. 402.2.
Quoties reperitur miraculum quod vires naturæ excedit, quo ad factum, vel quo ad modum, infertur eſſe verum miraculum. ibid.
In probatione miraculi aliquando ſufficit teſtimonium vnius teſtis fide digni. ibid.
Illa miracula quæ de ſui natura non poſſunt probari niſi per vnum teſtem, ſufficit vnus fide dignus, 403.1.
Falſa miracula poſſunt fieri à demone, permittente Deo, ibid.
Ad naturam miraculi veri, requiritur vt fiat in inſtanti. 406.1.
Vera miracula quo ad modum fiunt in iſtanti. 406.2.
De ratione miraculorum in communi non eſt, vt neceſſariò fiant in inſtanti. 407.1.
Vt miraculum dicatur fieri in inſtanti, ſatis eſt vt tollatur malitia morbi. 407.1.
Ad hoc vt miraculum dicatur quod poteſt fieri naturaliter, neceſſe eſt quod fiat in continenti. ibid.
Si in miraculis ſuccedat aliquando interpoſitio temporis, non ceſſat per hoc ratio miraculi. 407.2.
Illud in quo conſiſtit natura veri miraculi, fit in inſtanti, quædam alia ipſum ſequentia tractu temporis. ibid.
In omni vero miraculo illicò illud fit à Deo, in quo principaliter conſiſtit natura, & ratio miraculi. 408.1.
Sequentia ad miraculum aliquando fiunt ſucceſſu temporis. 408.1.
Non eſt contra rationem miraculi, ſi Deus aliquando vtatur miniſterio rei naturalis. ibid.
Non eſt contra rationem miraculi, ſi miraculum fiat in re inanimata. 347.2.
Non aufert rationem miraculi, dum aliquis ſanatur ab aliquo ingenti morbo, etſi actu ſentiat dolorem. 408.2.
Non eſt contra rationem miraculi, vt quis ſanatus poſtmodum reincidat in eandem ſpecie infirmitatem. 409. 1. & 410.2.
Vera miracula numquam defuerunt in Eccleſia, licet non tam crebra. 417.1.
Miracula facta poſt mortem, ad interceſſionem Sanctorum, indicant certitudinem gloriæ. 202.1.
Miracula operata per Chriſtum fuerant ſufficientia ad oſtendendam eius diuinitatem. 417.2.
Miſſa, & Officium diuinum publicè in Eccleſia recitandum die feſtiuo, per Sedem Apoſtolicam debet approbari. 465.2.
Non poteſt poni in Breuiario Romano, etiamſi approbata, niſi de facultate ſpeciali eiuſdem Sedis Apoſtolicæ. ibid.
Modeſtia S. Thomæ de Aquino in explicandis rebus fidei. 339.1.
Monarchia Eccleſiaſtica vnum tantùm caput ſibi vendicat, quorum primus fuit Chriſtus, deinde ſucceſſiui Pontifices. 17.1.
Monarchicum Regnum gubernatur duplici diſtincto regimine, interno, & externo. 18.1.
Monarchicum Regimen non ab humana ſapientia, ſed a diuina inuentum eſt. 17.1.
Monumentum Chriſti poſitum fuit ſubtus terram. 102.2.
Mortem iuſtorum Dominus multis declarauit ſignis. 300.1.
Mors Petri non fuit cauſa, quod Eccleſia Romana primatum haberet. 173.2.
Mors Sanctorum vocatur ſomnus. 312.1.
Mors eſt ſtipendium peccati. 321.1.
Mors eſt finis peccatorum. 321.2.

Digitized by Google

Mulieres vtplurimum ſunt minus prudentes quam viri. 269.2.
Mulieres non habent fortitudinem aſſociatam prudentiæ.269.1.

N

NAtura poteſt inducere formam in aliquam materiam, ſed non in iſtam particularem. 384.2.
Natura poteſt cauſare vitam per generationem, ſed non in mortuo. 384.2.
Negans corpora Sanctorum Martyrum ac aliorum cum Chriſto morientium veneranda eſſe,anatematizatur.281.1.
Negans certitudinem gloriæ Sanctorum canonizatorum, denegat nedum honori ac laudibus eorum debitis, verùm facit iniuriam manifeſtam Chriſto. 294.1.
Negare certitudinem canonizationis, eſt negare poteſtatem Pontificis. 309.1.
Vera notitia communiter dicitur illa quæ abſolutè & ſimpliciter vera notitia dici poteſt in ſubiecta materia.294.2.

O

OBedientia ad credendum rebus non viſis, eſt promptitudo voluntatis procedens ex charitate. 288.1.
Non obedire decretis Pontificum, inuoluit peccatum. 114.1.
Inobedientia ſummo Pontifici, variatioq. doctrinarum fuit cauſa hæreſum. 313.2.
Obedientia Fratrum Prædicatorum circa Sedem Apoſtolicam. 85.1.
Octauæ Sanctorum nõ celebrantur abſque auctoritate Sedis Apoſtolicæ. 120.1.
Odor bonus pertinet ad repræſentandum effectum gratiæ. 345.1.
Odor deriuatur à Chriſto ad ſuos fideles, & amicos. 345.1.
Officium alicuius viri Dei nunquam celebratum fuit ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. 86. 1.2.& 83.2.
Opera ſeruilia dicuntur opera corporalia, in quibus vnus homo alteri ſeruit. 324.2.
Oraculum viuæ vocis Illuſtriſs. D. Card.Chriſtophori Numai circa honores exhibendos beato Iacobo Salamonio Ord. Præd. 140.1.
Oraculum Illuſtriſs. D. Cardinalis Burgheſij de B.Ambroſio Sanſedonio. 143.1.
Orare pro Sancto canonizato, eſt dubitare de gloria ipſius. 302.2.
Ex oſſibus S. Dominici emanat odor ſuauiſſimus.355.2.
Ordinis Prædicatorum encomia. 423.1.
Oſualdus Angliæ Rex erigit crucem in loco, vbi pugnaturus erat. 471.2.
S. Otho Monachus Epiſcopus Bambergenſis Polonos ad Fidem Chriſti conuertit. 442.1.
Idem interfuit Concilio Moguntino. ibid.

P

PApa dicitur Pater Patrum. 18.1.
Papa errare non poteſt in canonizando aliquem Sanctum, ſi ſpectetur diuina prouidentia, quæ Spiritu ſancto dirigit Eccleſiam ſuam,ne erret. 255.2.
Vide verbo Pontifex. Vide verbo Eccleſia. Vide pag. 208.1.
Papa per inſtinctum Spiritus ſancti poteſt certificari de ſtatu alicuius per inquiſitionem vitæ, & atteſtationem miraculorum. 255.2.
Papæ poteſtas eſt ſupra naturam, & diuino iure in vnica perſona. 177.1.
Papa nemini eſt ſubiectus, & nullum habet æqualem. 183.1.
Papa, dato quod eſſet hæreticus, per inſtinctum Spiritus ſancti diffiniret veritatem de fide. 200.1.
Papa eſt Vicarius Chriſti quo ad cæleſtia,terreſtria, & infernalia. 184.1.
Papa regitur a Spiritu ſancto ſicut a quodam ductore.200.1.
Papæ nomen vnicum eſt in vniuerſo orbe Chriſtiano. 173.2.
Papa ſolus eſt Vicarius Chriſti. 177.1.
Papa habet plenitudinem poteſtatis in vniuerſo mundo. 183.2.
Solus Papa poteſt dici proximus, & immediatus Dei miniſter. 177.1.
Papa poteſt diſpenſare die dominico, & in alijs omnibus feſtiuitatibus Chriſti, Beatæ Virginis, & Sanctorum. 466.2.
Papa hæreticus in ſeipſo, ex hipotheſi, non manifeſtus, ſi aliquid determinaret pertinens ad fidem & bonos mores, diffiniret verum. 199.2.
Dicere Papam poſſe errare in his quæ ſunt fidei, eſt blaſphemia.275.1.
Papa per hæreſim notoriam, & contumaciter defenſam cadit à Papatu.212.2.
Papa dicitur verum caput Eccleſiæ, ratione dignitatis, & auctoritatis Pontificiæ, quam à Chriſto accepit.241.2.

Digitized by Google

Papa non poteſt eſſe hæreticus auctoritate Chriſti. 241.2.
Papa certificatur in actu canonizationis de ſanctitate canonizandorum nedum per atteſtationem miraculorum, verùm per inſtinctum Spiritus ſancti. 279.1. & 286.1.
Papa in canonizatione Sanctorum faciens quod in ſe eſt, illuminatur à Deo ne erret. 361.1.
Papa à poſteriori & ab effectu poteſt cognoſcere hunc, vel illum hominem habuiſſe charitatem. 364.1.
Papa certus eſt de ſtatu huius, vel illius canonizandi. 364.1.2.
Quatuor ſignis poteſt dignoſci quando Papa ex cathedra aliquid definit. 207.2.
Papa, etſi teſtis falſum deponeret in canonizatione, errare non poteſt. 366.1.
Papa eſt immediate iudex ordinarius omnium. 74.2.
Paſſio pro defenſione fidei ſecuta, debet eſſe cauſa motiua canonizationis. 303.2.
Patres in Synodo congregati conſueuere remittere omnia ſua acta Romano Pontifici, humiliter ab eo petentes confirmationem. 190.1.
Patres Orientis in Cõcilijs cõgregati faſſi ſunt Romanũ Pontificẽ Chriſti Vicarium. 222.1.
Paulus cognouit primatum Petri, & veneratus eſt. 216.1. & 214.2.
Peccata diſtinguntur penes obiecta. 350.1.
Peccatum quod committitur in Deum, appellatur genus ſpeciale peccati. 350.1.
Vna ratio ſpecialis peccati poteſt in pluribus peccatorum generibus reperiri, ſecundum quod diuerſa peccata ordinantur ad finem alterius. 352.1.
Peccare mortaliter nullus debet, vt alterius peccatum impediat. 114.1.
Peccator reſpectu prudentiæ acquiſitæ, & infuſæ, non eodem modo ſumitur. 374.1.
Peccatores ad finem bonum totius vitæ non poſſunt eſſe bene conſiliatiui. 374.2.
In peccatoribus non eſt propriè prudentia, ſed naturalis induſtria. 374.2.
Peccatum nihil aliud eſt quam actus humanus malus. 411.2.
Prima peccati cauſa eſt in voluntate. 411.2.
Peccatum in moralibus importat actum voluntarium malum. 411.2.
Peccatum veniale poteſt ſtare cum gratia. 413.1.
Nomen Peccati ſe extendit ad venialia. 416.1.
Peccatores militant peccato. 321.1.
Scelerati Peccatores ſunt in Eccleſia Chriſti. 8.1.
Peccans in die feſto facit contra præceptum de ſanctificatione feſtiuitatum. 323.2.
Pœnitentia eſt virtus ſingularis annexa iuſtitiæ. 325.2.
Perfectio triplex eſt; prima, qua excluditur id quod poteſt charitatem auertere; ſecunda, qua excluduntur peccata, & impedimenta retardantia, quominus feramur in Deum; tertia, qua homo inſeparabili affectu Deo coniungitur. 416.2.
In magis perfecto includitur minus perfectum, ſed non è conuerſo. 75.1.
Periurium nominat defectũ iuramenti. 349.1.
Periurium ſignificat defectũ, qui accidit in re, quæ iuramento erat confirmanda. ibid.
Periurium nominat defectum mendacij. ibid.
Periurium eſt ſacrilegium mortale. 349.2.
Periurium tendit directè contra Diuinum honorem. 394.2.
Periurium connumeratur inter peccata, quæ committuntur ſpecialiter in Deum. ibid.
Periurium eſt falſa iuratio. 350.1.
Periurium deſcendit à Peiero, qnod eſt iuramentum infringo. 350.1.
Omne periurium aſſertorium in quacumque materia ſit, eſt mortale. 350.2.
Periurium in canonizatione Sanctorum pertinet ad irreuerentiam rerum ſacrarum, & ad iniuriam Dei. 351.2.
Periurium dicitur ſacrilegium non ſolum in cõmuni, ſed etiam ſecundum rationem ſpecialem ſacrilegij. 351.2.
Periurium continet irreuerentiam, & exhonorationem Religionis Chriſtianæ. ibid.
Periurium ponitur in genere ſacrilegij, quia in eo reperitur ſpecialis ratio deformitatis. 351.2.
Per periurium violatur res ſacra; & ideo opponitur Religioni. ibid.
Qui periurat iocoſè, non euitat diuinam irreuerentiam. 353.1.
Perſeuerantia numeratur inter Virtutes, quæ quandoque dicit habitum, quandoque actum. 319.1.
Perſeuerantiam nullus dicitur habere, niſi habeat continuationem perſeuerantiæ vſque ad finem. 319.1.
Perſeuerantia ſignificat bonum propoſitum perſeuerandi in bono opere, quando eſt virtus, quæ adiungitur fortitudini. 319.2.
Perſeuerantia viæ non cadit ſub merito, cum dependeat à ſola motione diuina. 320.1.

S.Pe-

Digitized by Google

S. Petronius à Cęleſtino Primo Epiſcopus Bononienſis, ordinatur ex reuelatione Sanctorum Petri, & Pauli. 442.2.
Reſiduum hæreſis Arrianæ penitùs exterminauit. ibid.
Petrus fuit caput totius Eccleſiæ Catholicæ. 15. 2.
Petro fuit collata infallibilis authoritas diſcernendi, quæ ſunt fidei. 266. 1. vide pag. 273.1.
Petrus perſeuerat, & viuit in Succeſſoribus. 168.1.
Petrus accepit primatum immediatè à Chriſto Domino. 174.1.
Petrus, & Succeſſores ſunt caput Eccleſiæ. 188. 1.
Petri nomine Chriſtus intellexit etiam ſucceſſores Pontifices. 190.2.
Petro, & Succeſſoribus eius competit per exteriorem gubernationem eſſe caput Eccleſiæ, dependenter tamen à Chriſto. 174. 1.
Petrus eſt petra, ſuper quam fundauit Chriſtus Eccleſiam, & eſt caput aliorum Apoſtolorum. 179.2.
Petrus conceſſit dexteram Paulo in ſignum amicitiæ. 214.2.
Petrus in exercitio omnium Apoſtolicarum prærogatiuarum eſt primus. 215. 2.
Petrus in Euangelij prædicatione, & Baptiſmi miniſtratione fuit primus. 215. 2.
Petrus primus inter Apoſtolos miracula edidit. 216.1.
Sancti Petrus, & Paulus ſuſceperunt Romæ Martyrium pro Chriſto. 226.2.
Petrus ædificauit Eccleſiam Romanam, & Antiochenam. 216.1.
Petri primatum Euangeliſtæ, quoties verba de Apoſtolis faciunt, nomine proprio commendant. 216.2.
Petrus, & Succeſſores ſemper ſuam exercuerunt poteſtatem. 217.2.
Petri ſedes cunctis prælata conſtat Eccleſijs. 186.2.
Petrus mandato Domini coniunxit indiſſolubiliter dignitatem capitis totius Eccleſiæ, cum Romano Pontifice. 232.2.
Petro, & Succeſſoribus data eſt neceſſaria poteſtas ad paſcendum, & regendum gregem Domini, non ſolum paſtu fidei, ſed morum. 363. 2.
Petrus authoritatem ſuam ſancto Clementi reſignauit. 169.1.
Petrus præcedente oratione Tabitam ſuſcitauit. 386.1.
S. Petrus Chryſologus ob elegantiam, ac ſuauitatem ſermonis appellatus in Concilio Calcedonenſi, verbo, ſcripto Euthichianam hæreſim proſtrauit. 442.2.
S. Petrus Chryſologus Rauennatenſis Epiſcopus in iuuenili ætate creatus à Sixto Terzo. 450.1.
S. Petrus Damianus Rauennatenſis S. R. E. Cardinalis, renuntiauit Cardinalatum, atque in habitu Monaſtico vixit. 427.1.
Pro Nicolaitarum hæreſi extinguenda valdè laborauit. ibid.
Eccleſiam Mediolanenſem ad Romani Pōtificis obedientiã, & Ciuitatē Rauennatenſem ad Eccleſiæ Romanæ gremiũ reduxit. ibid.
Ad ipſius intercceſſionem aqua in vinum bis conuerſa ex. 427.2.
Patronus ciuitatis Fauentinæ. ibid.
S. Petrus Igneus S.R.E. Cardinalis Albanus Ordinis Vallis Vmbroſæ, illæſus tranſiuit per ingentem ignem, à quo miraculo Igneus cognominatus eſt. 442. 2.
Pietatis eſt credere authoritati. 254. 2.
Piſces extra fluuium quòd caput erigãt, & homini obediant, eſt ſignũ ſanctitatis. 247.1.
Pius Secundus edidit officium S. Catharinæ Senenſis. 436.1.
Pontifex Romanus in perſona Petri caput Eccleſiæ conſtituitur. 22.2.
Pontifex in præceptis ſpiritualis vitæ neceſſarijs, non poteſt errare. 275. 1. Vide verbo: Papa. vide verbo: Eccleſia.
Pontifex in actu ſolemni canonizationis decernit, ac determinat canonizatos fuiſſe iuſtos, & vitæ probatos. 286.1.
Pontifex præcipit omnibus fidelibus Sanctos venerari. 302. 1.
Pontifex quicquid determinat pertinens ad vniuersã Eccleſiam, eſt certũ de fide. 305.2.
Pontificis poteſtas à Deo inſtituta eſt. 178.2.
Habet plenitudinem poteſtatis in Eccleſiam. 181.1.
Pontifici Romano qui non exhibet obedientiam, acephaliſmo ſe reddit obnoxiũ. 184.2.
Pontificis dignitas toti orbi facta eſt venerabilis. 180.2.
Magis ſtandum iudicio Summi Pontificis docentis ex Cathedra, quàm quorumlibet hominum ſapientum. 258.2.
A Pontifice Romano quærere debemus quid credere, quid tenere debeamus. 187.2.
Pontifex Romanus eſt caput, nedum Epiſcoporum, verum etiam Cardinalium. 196. 1. & 195. 1. & 2.

Digitized by Google

Index rerum notabilium.

Inconſulto Summo Pontifice, nihil innouandum circa cultum famulorum Dei. 100.2.
Pontifex Romanus Diuo Petro legitimè ſuccedit. 168.1. & 190.2.
Pontifex Romanus eſt legitimus ſucceſſor Petri. 168.2. & 169.2.
Pontificibus Romanis in perſona Petri Chriſtus commendauit curam ouium ſuarum. 177.2.
Pontifex Romanus quoad poteſtatem clauium loco Chriſti, gerit curam Eccleſiæ vniuerſalis. 180.1.
Pontifex Romanus multis gaudet nominibus. 182.2.
Solus Pontifex ille eſt, qui in rebus fidei errare non poteſt. 186.2. vide, Papa.
Pontifex determinat, non ſolum quæ ſunt fidei, ſed quæ etiam ad bonos mores pertinent. 189.1.
Ad ſolum Pontificem ſpectat congregare Concilium. 101.2. 192.1.2. 194.1. & 195.1.
Pontifex poteſt per ſuos Legatos delegare poteſtatem definiendi. 197.2.
Pontifex in iudicandis quæ ſunt fidei, habet aſſiſtentiam Spiritus ſancti. 198.2. 199.1.2. & 201.2.
Pontifex debita adhibita diligentia in rebus fidei errare non poteſt.
Pontifices Romani numquam in rebus fidei errauerunt. 202.1.
Pontifex Romanus ſuccedit ſecundum dignitatem, & poteſtatem in tota Eccleſiaſtica Monarchia D. Petro. 232.2.
In Pontifice tria conſiderantur, Pontificatus, perſona particularis, & coniunctio vnius cum altero. 233.2.
Romanus Pontifex errare non poteſt in canonizatione Sanctorum. 275. 2. 276. 1. & 365. 2.
Pontifex poteſt certificari de ſtatu alicuius viri per inquiſitionem vitæ, & atteſtationem miraculorum, ex inſtinctu Spiritus ſancti. 277. 2.
Pontifex in canonizatione famulorum Dei habet aſſiſtentiam Spiritus ſancti. 290.1.
Pontifex per canonizationem determinat canonizatum eſſe Sanctum. 291.1.
Romanus Pontifex in vniuerſo orbe tenet primatum. 169.2.
Pontifices inherentes Oraculis ſacræ Scripturæ, certam, & indubitatam pronunciant eſſe gloriam canonizatorum. 296.2.
In Summo Pontifice reſidet authoritas definiendi, quæ ſunt fidei. 266.1.
Summus Pontifex in rebus fidei nequit errare. 304.2. 310.1. 306.2. 307.2. 309.1.
Summus Pontifex de fide determinat, non vt Doctor particularis, ſed vt vniuerſalis paſtor Eccleſiæ, vt docens ex Cathedra. 310. 1.
Pontifices aliquo modo determinarunt Bononiæ eſſe oſſa ſancti Dominici. 355. 1. & 381.1.
Pontifex dum canonizat aliquem, aſſertiuè diffinit illum in particulari eſſe verè Sanctum. 361.1.
Pontifex iubet vt canonizati per Eccleſiam, habeantur vt Sancti ab omnibus Chriſti fidelibus. 419.2.
Pontifices concedebant licentiam recitandi Officium, & Miſſas celebrandi in honorem famulorum Dei. 419. 2.
Pontificum Romanorum ſpiritualis poteſtas eximia, atque excellens. 455.2.
Pontificum Romanorum poteſtatem Conſtantinus Magnus Imperator extollit. ibid.
Populus decipitur aliquando in arduis negotijs. 95.2.
Populus non eſt ſequendus, ſed inſtruendus, atque docendus. 117.1.
Populorum multitudo non habet iura, neque authoritatem beatificandi homines. 116. 1.
Poſitio falſa vnius viri circa miracula alicuius Sancti, non poteſt eſſe error totalis, nec partialis in canonizatione. 327.2.
Potentia animæ virtute naturali, non eleuatur ſupra modum conuenientem eſſentiæ eius. 347.1.
Potentia naturalis reſpicit ſolum illos actus qui non ſunt ſupra ordinem naturalium. 379. 2.
Poteſtas canonizandi Sanctum eſt in Eccleſia ex antiqua traditione, & conſuetudine fundata in Sacra ſcriptura. 28.1.
Poteſtas Pontificia confirmandi fratres in fide, eſt poteſtas iuriſdictionis. 17.2.
Præceptum Eccleſiaſticum, ſiue Pontificium, nullatenus propter præſumptum ſcandalum eſt prætermittendum. 213.2.
Præcepti finis non eſt ſub præcepto. 324.2.
Prædicatores non debent publicare ſanctitatem, vel miracula alicuius nondum per Eccleſiam canonizati. 96.2.
Prælati non debent permittere honorem exhiberi alicui viro Dei, niſi cauſa prius cognita. 92.2.
Modus quo poſſumus cognoſcere tolerantiam Præla-

Digitized by Google

Prælatorum circa cultum exhibitum non canonizato. 119.1.2.
Princeps indicens bellum tenetur inquirere de vera iuſtitia cauſæ. 247.2.
Principes tenentur diligentius examinare, & examinari facere à ſapientibus cauſam iuſti belli. 249.2.
Principium examinandi in canonizatione Sanctorum. 163.2.
Priuilegia paucorum non ſunt habenda pro lege communi. 83.1.
Proceſſus circa ſanctitatem, & miracula Iuſtorum, etiam authoritate Apoſtolica formati, non poſſunt aperiri, ſeu examinari, niſi tranſacto decennio, ex Decreto Sac. Cong. Rituum. 461.2.
Moderatio dicti decreti. ibidem.
Proceſſus formati authoritate Epiſcoporum fauent canonizationi Sanctorum. 89.1.2.
Proceſſus alicuius viri Dei non formantur ſine ſpeciali fauore Sedis Apoſtolicæ. 89.1.2. & 90.2.
Prodigia dicuntur illa magna, quę aliquem prodigioſum oſtendunt. 378.1.
Prophetiæ donum quando datur propter mentis illuſtrationem, connumeratur inter ſigna ſanctitatis. 347.1.
Prophetiæ donum quando datur ad illuſtrationem mentis, Spiritus ſanctus per gratiam gratum faciētem transfert ſe in animas eorum quibus datur, conſtituendo amicos Dei, cum tangit eorum affectum per charitatem. 347.1.
Qui poteſt tenetur prohibere aliquid; etſi non prohibet, cenſetur approbare. 119.2.
Promiſſio gratiarum non datur perſonis per ſe, ſed propter bonum commune Eccleſiæ. 200.1.
Propoſitio negans gloriam Sanctorum deſtruit cultum eorum, atque venerationem ſanctarum imaginum. 180.2.
Aliqua propoſitio continet errorem in fide quoties aduerſatur doctrinæ fidei. 279.2.
Multæ propoſitiones ſunt declaratæ, quæ non erant propter hæreticorū malitiam. 362.2.
Propoſitio contraria certitudini gloriæ Sanctorum canonizatorum, poteſt reponi inter propoſitiones hæreticas. 281.1.
Propoſitio de veneratione, & inuocatione Sanctorum eſt de fide. 288.2.
Propoſitio heretica eſt dicere Papam poſſe errare in canonizatione Sanctorum. 362.2.
Propoſitio negans certitudinem canonizationis Sanctorum, non eſt vſque modo declarata vt hæretica formaliter quo ad nos, ſed implicitè, & ſecundum ſe. 310.2.
Eſt propoſitio temeraria & ſapiens hæreſim negare aliquem canonizatum, etiam in particulari, regnare cum Chriſto. 280.1.
Prouidentia a prouidendo dicitur. 316.1.
Prouidentia eſt, per quam aliquid antequam fiat videtur. 316.1.
Ex ſpeciali prouidentia Dei nequit fieri vt quis incapax eligatur in ſummum Pontificem. 242.1.
Prouidentia eſt cognitio qua cognoſcitur futurus euentus. 316.1.
Prouidentia Dei ſemper ſuis neceſſarium præſtat auxilium. 200.2.
Si ex diuina prouidentia producitur aliquis effectus præter operationem naturalium, nullum eſt inconueniens. 381.1.
Prouidentia, reſpectu omnium, maximè Deo conuenit. 316.1.
Prouidentia diuina, & aſſiſtentia Spiritus ſancti efficiunt iudicium certum actus ſolemnis canonizationis. 253.1.
Prouidentia neceſſario ſimpliciter, & abſolutè ponitur in Deo. 316.2.
Diuina prouidentia præſeruat Eccleſiam in canonizatione Sanctorum, ne erret per fallibile teſtimonium hominum. 256.1. & 258.1.2.
Prouidentia eſt diuina ratio in ſummo omniū Principe conſtituta. 316.2.
Ex ſingulari prouidentia Dei nunquam in iudicijs canonizationis infirmata eſt fides ab hominum teſtimonijs in veritate ſuſcepta. 366.1.
Duo ad rationem prouidentiæ pertinent. 316.2.
Inter prouidere & gubernare, hoc intereſt, quod prouidere eſt operatio manens, gubernare operatio tranſiens. 317.1.
Proximo poſſumus deſiderare malum corporale ob bonum ſpirituale, & ſalutem animæ. 410.1.
Prudentia eſt per quam nociua vitantur, & vtilia procurantur. 372.1.
Prudentiæ virtus eſt neceſſaria in canonizandis. 372.1.
Prudentia duplex munus amplectitur, recordationem præteritorum, & ordinationem præſentium. 372.1.
Prudentia abſque bonitate, malitia eſt. 372.2.
Prudentia eſt virtus ſpecialis diſtincta ab omnibus virtutibus intellectualibus, & moralibus. 372.2.

Digitized by Google

Prudentia adiuuat omnes virtutes,& operatur in omnibus. 372.2.
Prudentia vt reſpicit verum vt verum,ponitur inter virtutes intellectuales. 372.2.
Prudentia vt reſpicit verum vt bonum,connumeratur virtutibus moralibus. 372.2.
Prudentia ſecundum cognitionem reſpicit verum. 372.2.
Prudentia ſecundum præceptum ſeu applicationem,reſpicit bonum. 372.2.
Prudentia non præſtituit finem virtutibus moralibus. 373.1.
Prudentia diſponit de illis, quæ ſunt ad finem. ibid.
Prudentia eſt ſimpliciter principalior omnibus virtutibus cardinalibus. ibid.
Prudentia in Principe eſt ad modum artis architectonicæ. 373.2.
Prudentia in ſubditis eſt ad modum artis manu operantis. ibid.
Prudentia diſtinguitur in prudentiam, qua diſponuntur ea quæ ſunt congruentia alicui fini; & in prudentiam, quæ propriè eſt prudentia,tamen imperfecta; & in eam quæ propriè, & perfectè prudentia dicitur.ibid.
Prudentia perfecta ſimpliciter in peccatoribus eſſe non poteſt. 374.1.
Prudentia mala,quæ prudentia carnis dicitur, eſt in ſolis peccatoribus. ibid.
Prudentia imperfecta eſt communis bonis, & malis. ibid.
Prudentia quæ eſt imperfecta propter defectum principalis actus, non eſt niſi in malis. ibid.
Prudentia infuſa non poteſt eſſe in peccatoribus. ibid.
Vnicus actus imprudentiæ tollit prudentiam infuſam non acquiſitam. ibid.
Prudens conſiderat ea quæ ſunt procul. 373.1.
Prudentiores ſunt filij tenebrarum filijs lucis in generatione ſua: ſenſus iſtorum verborum. 174.1.
Puluis è ſepulchris Sanctorum egrediens vim eandem obtinet,quam reliquæ corporis partes. 356.2.
Puluis S. Raymundi magna patratur miracula. 357.1.
Putrefactio prouenit homini vltra infirmitatem naturæ, in pœnam peccati primi parentis. 344.1.
Putrefactio cadaueris atteſtatur infirmitatem naturæ præſentis, & præteritæ. 344.2.

R

Radix venerationis iuſtorum eſt illorum certa gloria, & æterna beatitudo. 311.1.
Raptus non eſt contra naturam, ſed ſupra facultatem naturæ. 346.2.
S. Raymundus de Peñaforti, Ordinis Prædicatorum, eiuſdem Ordinis Generalis, & Gregorij IX. Capellanus, ac Pænitentiarius. 443.1.
Decretales compilauit iuſſu eiuſdem Gregorij. ibid.
Inter primos fundatores Ordinis B. Mariæ de mercede Redemptionis captiuorum computatur. ibid.
Rectitudo rationis, quæ dicitur veritas, eſt impreſſa voluntati. 371.1.
Rectitudo rationis dicitur veritas,propter propinquitatem ad rationem. 371.1.
B. Reginaldus de Fauentia ſuſcepit habitum manibus S. Dominici. 358.2.
B. Reginaldus de Fauentia interfuit Bononiæ miraculo panis. ibid.
Ad Reges pertinet deteſtari impiam doctrinam, & illam armis, & gladio perſequi. 396.2.
Regis poteſtas naturali iure eſt in populo,& ex populo deriuatur ad Regem. 179.1.
Ad Religionem catholicam pertinet vt aliquis proponatur colendus toti Eccleſiæ. 305.2.
Reliquiæ nouæ ſine Epiſcopo approbante, & recognoſcente, non admittendæ. 98.1.
Reliquiæ virorum Dei poſſunt venerari oratione priuata. 111. 2.
Reliquiæ virorum Dei non poſſunt publicè honorari, niſi authoritate Apoſtolica. 112.1.
Mediante Reliquiarum contactu patrantur miracula. 386.1.
Reprehenſio Optati Mileuitani aduerſus Lucillam Donatiſtam. 91.2.
Reprehenſiones ſummorum Pontificum factæ Principibus, qui auſi ſunt conuocare Concilia, ſine Pontificis authoritate. 193.1.2.
Reſponſiones ad argumenta in contrarium circa beatitudinem Sanctorum. 46.1.2.
Reſurgere eſt, iterato animam ſumere. 492.1.
Reſurrectio Chriſti. Vide verbo: Chriſtus.
Reſurrectio mortuorum eſt ſupra naturam. 384.2.
Res viua poteſt per inſtrumentum mortuum operari. 386.2.

Reuelationes approbatæ iudicio magnorum virorum, vereque ſapientum, ſunt diuinæ. 269.1.
Reuelatio eſt diuina, quando ex illa augetur profectus humilitatis, & gloriæ Dei. 269.1.
Reuelatio eſt vera, quando in illa apparet ſincera veritas, & communis vtilitas. ibid.
Reuelatio eſt bona, quando in omnibus, & per omnia eſt conformis ſacræ Scripturæ, & rectæ rationi. ibid.
Reuelationes ſunt veræ, quando fiunt perſonis approbatæ, & ſanctæ vitæ. ibid.
Differentia inter reuelationem & viſionem, quia reuelatio includit viſionem, ſed non e conuerſo. 267.2.
Reuelatio S. Birgittæ, quod Græcorum Imperium non ſtabit donec Romanæ Eccleſiæ ſe ſubiecerint. 221.1.
Reuelatio ſignificat amotionem velamenti. 268.1.
Reuelationes aliquando poſſunt fieri à malo ſpiritu. ibid.
Reuelationes perſonis particularibus, etiam de ſupernaturalibus, non pertinent ad aſſenſum fidei, niſi præuia approbatione Eccleſiæ. 269.1.
Illæ reuelationes quando continent ſupernaturalia, quæ non probantur ſacra Scriptura, aut ratione manifeſta, ſunt ſuſpectæ. 269.2.
Reuelationes non publicentur, neque prædicentur populo, niſi authoritate Sedis Apoſtolicæ. 270.1.
Reuelatio ſpecialis circa certitudinem canonizationis Sanctorum reperitur explicita in ſacra Scriptura, & in diffinitionibus ſummorum Pontificum. 363.2.
Reuerentia eſt duplex, vna vniuerſalis, alia particularis. 78.1.
Ritus publicus dicitur ille qui eſt per Eccleſiam approbatus. 93.2.
B. Rocchus beatificatus in Concilio Conſtantienſi authoritate ſummi Pontificis. 128.1. & 443.2.
B. Rodulphus Fauentinus habitum ſuſcepit S. Dominici. 358.1.
S. Romualdus hanc à Deo habebat gratiam, vt peccatores in conſpectu eius, etiam potentes, illum formidarent. 341.1.
S. Romualdus perterrefecit Reynerum Tuſciæ Marchionem. 341.1.

S

Sacramenta omnia inſtituta fuere à Chriſto Domino. 20.2.
Sacrilegium committit qui facit contra reuerentiam debitam rebus ſacris. 351.1.
Sanctitas duo importat, munditiam vitæ, & perſeuerantiam in actus bonos. 308.2.
Sanctitas eſt generalis virtus, omnium virtutũ complectens actus heroicos. 51.1.
Sanctitas de ſuo formali dicit liberam, perfectam, & immaculatam munditiam. pag. 52.2.
Sanctitas eſt ab omni immunditia libera, & omnino immaculata. 343.1.
Sanctitas canonizandi ordinariè non poteſt cognoſci niſi per miracula poſt mortem. 405.2.
Sanctitas eſt quædam virtus generalis complectens omnium virtutum actus. 343.1.
Veræ ſanctitati non obſtat nec canonizationi, vt quis ornatus virtutibus heroicis, natus ſit de hæreticis. 410.2.
Sanctitas probatur in antiquis & antiquiſſimis hominibus per hiſtorias, & per teſtes publica voce, & fama. 343.2.
Sanctitas vitæ præſentis cum poſſit eſſe ficta, & ſimulata, non ad debitum finem ordinata, ideo in canonizatione requiritur de miraculis. 392.2.
Sanctitas vitæ probatur poſt mortem per miracula. 398.2.
Sanctitas vitæ, & poſſeſſio virtutum heroicarum, cum finali perſeuerantia, eſt pluſquam mirabile. 405.1.
Sanctitas canonizandi non poteſt perfectè cognoſci ordinariè niſi per miracula, præſertim poſt mortem. 405.2.
Sanctitas vitæ S. Catharinæ Senenſis poteſt demonſtrari ex miraculis quæ in vita fecit, & in morte. 406.1.
Tres ſunt gradus Sanctificationis, primus in quo datur poteſtas vitandi omne peccatum mortale, ſecundus poteſtas vitandi frequentiam venialium, tertius poteſtas vitandi omne peccatum, non tantùm particulariter, ſed & vniuerſaliter. 413.1.
Sancti honorantur in terris, quia Deus id illis concedit ad modum eiuſdem beatitudinis. 302.2.
Sanctum venerari vniuerſaliter in tota Eccleſia, pertinet potius ad poteſtatem iuriſdictionis Papalis, quam ordinis. 29.2.

Digitized by Google

Sanctorum feſtiuitates inſtitutæ ſunt, vt certi ſimus, quorum mores ſequi debeamus. 322.2.
Qui de Sancto ritè canonizato dubitat, meritò cadit in ſuſpicionem hæreſis. 326.2.
Sanctis canonizatis poſſumus ac debemus exhibere omnem honorem, ac ſacrum cultum. 70. 1.
Inuocare Sanctos in Litanijs, vel in publicis precibus, dicit cultum ſacrum. 73.2. 77.2.
Sanctus per canonizationem conſequitur, quod poſſit de eo celebrari Officium, & publicè inuocari in Litanijs. 47.1.
Nomen Sancti eſt dignius quam nomen Beati. 75.1.
Aliqui Sancti, obtenta in perſona huius vel illius ſanitate, iterum orarunt vt pro illorum ſalute Deus eandem immitteret infirmitatem. 409.1.
Sancti canonizati ſunt honorandi reuerentia vniuerſali. 78.1.
Ante Sanctorum venerationem præcedunt informationes de vita, & ſanctitate. 118.1.
Sancti Deum non vident per aliquam ſimilitudinem creatam, quæ diuinam eſſentiam repræſentet. 41.1.2.
Nomine Sanctorum intelliguntur viri pij, iuſti, innocentes, immaculati, qui vſque ad minimum mandata Dei ſeruauerunt. 51.1.
Sanctus dicitur qui eſt rectus, purus, mundus, ab omni reprehenſione alienus. 51.1.
Sancti non ſunt æquales in gloria, niſi ex parte obiecti, quod Deus eſt. 51.2.
Sancti in cælis fruũtur quatuor delicijs. 52.1.
Sancti dicuntur nubes, ex quatuor. 52.2.
Vnus Sanctus laudatur præcipuè de aliqua ſpeciali virtute, propter excellentiorem promptitudinem ad actum illius virtutis, licet ornatus alijs. 52.2.
Sancti ſunt nobis exempla virtutum, quæ ſequi debemus, & norma ſanctæ vitæ, quam tenere vtile eſt. 54.1.
Sanctis dirigimus noſtras preces, vt ipſi apud Deum intercedant pro nobis. 54.1.
Sancti tam inferiores, quam ſuperiores, ſunt orandi propter quinque, ex ſancto Thoma. 56.2.
Sancti pro nobis dupliciter efficaciter orant, primo oratione expreſſa, ſecundo oratione interpretatiua. 57.1.
Non omnes Sancti qui ſunt in Martyrologio, poſſunt dici vniuerſaliter canonizati, aut beatificati per Eccleſiam. 59.2.
In laudandis Sanctis non eſt ſequenda populorum deuotio, ſed parendum mandatis Eccleſiæ. 84.1.
Sancti canonizati ab Eccleſia ſunt venerandi, colendi, & adorandi ab omnibus Chriſtifidelibus. 282.1. & 340.2. 341.1.2.
Qui honorat Sanctos, honorat & Chriſtum; & qui eos ſpernit, & Chriſtum ſpernit. 331.2.
Sancti ſunt timendi à fidelibus in vita, & poſt mortem. 341.1.
Non licet aliquem venerari pro Sancto, etſi in vita miracula fecerit, abſque authoritate Pontificis. 95.2. & 96.1.
Sancti ſolemni ritu canonizati pro maiori parte fuerunt Monachi, & Regulares. 421.1.
Sancti Ordinis D. Benedicti. 422.1.
Sancti, & Beati Ordinis Eremitarum Camalduleuſium D. Romualdi. 422.2.
Sancti, & Beati Ordinis Prędicatorum. 423.1.
Sancti antiqui non ſolum in cœnobijs, verum & in domibus proprijs vitam monaſticam obſeruarunt. 451. 2.
Sancti aliqui ſolemniter canonizati, à diuerſis dicuntur Pontificibus canonizati, & quare. 452.1.
Sanctorum, etiam Martyrum nomina, & geſta, nullus ſcriptorum catholicorum auſus eſt in Martyrologio publico conſcribere, niſi de licentia ſpeciali ſedis Apoſtolicæ. 462.1.
Sanctos, vel Beatos apponere in Martyrologio Romano nemini licet abſque ſpeciali licentia, & facultate ſedis Apoſtolicæ. 462.1.
Sanctus dicitur ille qui in ſingulis virtutibus excellit, ſeu excellentiam habet. 343.1.
Sanctorum cultus, & fides terminatur in Deum. 363.1.
Quilibet Sanctus ex quo canonizatus eſt, certus colitur in diuinis myſterijs, & Deus in illo. 363.1.
Sanctus non colitur conditionaliter, ſed ſimpliciter & aſſertiuè. 363.1.
Sancti proponuntur fidelibus adorandi, inuocandi, vt exemplar fidei, & ſanctæ vitæ. 366.2.
Sancti quamuis ex poteſtate, aliquando ex poſtulatione, ſiue deprecatione, exhibeant miracula, Deus tamen vtroque modo principaliter operatur. 390.2.
Non omnes dicuntur Sancti, qui habent opera meritoria. 399.1.
Sancti exteriore voce poſſunt miracula facere. 386.1.
Sancti motu interiori poſſunt miracula facere. 386.1.

Digitized by Google

Vt aliquis vt Sanctus habeatur in Eccleſia Dei, duo ſunt neceſſaria, virtus morum, & veritas ſignorum. 399. 2.
Omnes Sancti habuerunt aliquod peccatum actuale. 413. 1.
Sanguis fluens de corpore iam defuncti, eſt ſignum ſanctitatis. 347. 2.
Scandalum diuiditur in actiuum, & paſſiuum. 114. 1.
Ad euitandum ſcandalum non eſt committendum peccatum mortale. 114. 1.
Repugnat ſcandalum reperiri in viris perfectis. ibidem.
Scandalum paſſiuum regulariter generatur ex ignorantia. 114. 2.
Tria ſunt genera ſcandalorum; primum, quod ponit diaboli fraus; ſecundum, quod calliditas humana; tertium, quod incauta natura. ibid.
Schiſma anno Domini 389. omnium longiſſimum, annorũ circiter quadraginta. 475. 2.
Schiſma duo completitur; primum non obedire ex intentione directè Eccleſiæ; ſecundum, non ſubijci iudicio Eccleſiæ. 243. 2.
Schiſmatici dicuntur, qui renuunt ſubeſſe Summo Pontifici. 243. 1.
Schiſmatici peccant in fide, præſertim contra illum articulum, Credo in Spiritum ſanctum, & vnam ſanctam Catholicam Eccleſiam. 243. 1.
Duplici pœna puniendi ſunt ſchiſmatici; prima dicitur pœna ſpiritualis, ideſt excommunicationis; altera temporalis, ideſt, coercitione brachij ſecularis. 244. 1.
Schiſmaticus non eſt, qui recuſat ſeruare ſententiam ritè latam per Pontificem, etiam ſi peccet grauiſſimè coram Deo, & hominibus. 246. 1.
Non dicitur ſchiſmaticus, ſi quis recuſat iudicium Papæ, ex parte perſonæ, propter aliquas rationes illi ſuſpectæ, retinens tamen animum recipiendi Iudices non ſuſpectos ſibi deſignandos. 246. 2.
Schiſmaticus dicitur, qui recuſat iudicium Papæ, ex parte officij quo fungitur, & renuit cognoſcere ipſum Superiorem, & Eccleſiæ caput. ibid.
Secretum opponitur publico. 94. 1.
Sedes non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore primatum tenuit. 232. 2.
Ad Sedem Apoſtolicam recurrendum eſt in caſu ambiguitatis vitæ virorum Dei. 100. 2.
Ad Sedem Apoſtolicam ſpectat declarare aliquem Sanctum. 110. 2.
Sedes Romana in publico negotio fidei, non eſt diſtinguenda à Romano Præſide. 201. 1.
Senſus verborum ſancti Pauli 1. Corinth. 12. Eſtis membra de membro, ſcilicet Chriſto. 175. 1.
Sententia vulgi eſt remota à veritate. 116. 2.
Sepulchrum Chriſti fuit formæ rotundæ. 103. 1.
Sepulchrum Chriſti Domini. 489. 1.
Sepulchrum Chriſti fabricatum more Hebræorum ſubtus terram. 489. 1.
Sepulchrum Chriſti, cur alienum. 490. 2.
Sepulchrum Chriſti, cur in petra exciſum, & non ex multis lapidibus ædificatum. 491. 1.
Sepulchrum Chriſti, cur nouum. ibid.
Sepulchri Chriſti antiqui ſtatus veritas, non ſine magna difficultate haberi poteſt. 491. 2.
Ad Sepulchra virorum Dei, authoritate Apoſtolica poſſunt accendi luminaria. 158. 1. & 2.
Sepultura in loco eminentiori non eſt admittenda viris Dei. 110. 1. & 134. 2.
S. Seuerus Epiſcopus, & Confeſſor vltimus, qui inditio columbæ fuit electus in Epiſcopum Rauennatenſem. 450. 2.
Interfuit Concilio Sardicenſi ſub Iulio Primo contra Arianos. ibid.
Signa dicuntur, quæ aliquid ſupernaturale indicant. 185. 1.
Signa paſſionis Martyris habent eandem poteſtatem, quam corpus ad virtutes præſtandas. 356. 2.
Signa dicuntur illa mira etiam parua. 378. 1.
S. Siluestri Siculi, Monachi Ordinis S. Baſilij, interceſſione Ciuitas Trionopolis eius patria à peſte liberatur. 444. 2.
Simplicitas abſque ratione, ſtultitia nominatur. 372. 2.
S. Simeon innocens & Martyr, à Iudæis crucifixus, ætatis ſuæ triginta menſium. 445. 1.
Sol aliqualiter influit in omnia corpora. 372. 2.
Solemnitates. vide verbo: Feſta.
Aliqua ſpecies datur in aliquo genere, quæ operatur in omnibus ſpeciebus eiuſdem generis. 372. 2.
Spiritus peſſimi frequentius ſuggerunt vanas reuelationes fœminis. 270. 1.
Spiritus ſanctus aſſiſtit Eccleſiæ in canonizatione Sanctorum. 306. 1.
Quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege. 90. 1.
Spiritus ſanctus in iudicio canonizationis aſſiſtit Eccleſiæ. 277. 2.

Spiri-

Digitized by Google

Spiritus ſanctus inſidēs in pectore S.Romualdi intentabat terrorem iniuſtis. 341.1.
Spiritus ſanctus ſufficienter prouidit, prouidet, & prouidebit Eccleſiæ in his, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. 417.1.
Splendor luminis habet principia duplicis generis, internorum, ſcilicet & externorum, 260.1.
Splendor, ſeu fulgor egrediens è facie, ſolet à Deo in ſignum ſpecialis amoris, & magnæ reuerentiæ apud homines dari hominibus ſanctis. 345.2.
Splendor egrediens de corpore B. Ludouici Bertrandi, dum expiraret, fuit indicium ſanctitatis. 345.2.
Splendore cæleſti decoratus fuit S. Bernardus. 345.2.
Spongiæ, & Lanceæ imaginibus cur tantus honor, ſicut imagini Crucis, non adhibeatur. 471.2.
Subordinatis commune eſt, poſſe habere plures rationes. 373.1.
Subſtantiæ incorporeæ creatæ, virtute propria nequeunt miracula facere. 379.2.
Subſtantiæ ſeparatæ poſſunt operari mirabiles effectus propria virtute, quo ad nos. 380.1.
Succeſſio actualis Romanorum Pontificum, non ſolum eſt ſimpliciter neceſſaria, verum duratio ſucceſſionis durabit vſque ad finem mundi. 233.1.
Succeſſio actualis Romanorum Pontificum conſiſtit formaliter in Eccleſia Dei. 233.2.
Superſtitio eſt cum quis traditioni humanæ nomen Religionis imponit. 78.2.
Suſtinere importat diuturnitatem temporis. 370.2.

T

Tabellæ, & vota ob gratias habitas per interceſsionem alicuius viri Dei, poſſunt recipi, ſed non apponi, niſi de licentia Papæ. 88.2, 91.2. & 97.2.
Tabellæ, quæ appenduntur, vt plurimum ſolent eſſe ſigna, & teſtimonia miraculorum. 98.1.
Tabellæ, & vota appenſa ad imaginem Pij V. in Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris, conceſſæ à Paulo V. virtute proceſſus. 110.2.
Tabellæ, & donaria poſſunt apponi ad ſepulchra virorum Dei authoritate Pontificis. 127.1.
Tabellæ appenſæ ad ſepulchra famulorum Dei ſunt argumentum ſanctitatis. 348.2.
Tabellæ non debent admitti ad ſepulchra eorum, qui non ſunt per Eccleſiam declarati. 110.1. & 112.2.
Tabellæ, & donaria oblata ſepulchris virorum Dei, nondum approbatorum, aſſeruari debent in loco particulari. 122.2.
Temperentia eſt virtus, quæ inclinat ad id, quod eſt ſecundum rationem. 369.2.
In nomine temperantiæ importatur quædam moderatio, ſeu temperies. 369.2.
Temperantia connumeratur inter virtutes. 369.2.
Temperantia eſt inter virtutes principales. 369.2.
Temperantia ponitur virtus principalis, ſeu cardinalis. ibid.
Temperantia cæteris virtutibus eſt potior quo ad aliquid. ibid.
Temperantia eſt neceſſaria in canonizandis. 369.2.
Temperatus dicitur à Temperantia. 369.2.
Vir temperatus in rebus huius vitæ, habet regulam vtroque teſtamento confirmatam. 369. 2.
Templa ſunt erigenda, non ſolum Deo, ſed etiam Sanctis. 138.1.& 2.
Tempus tranſlationis Cathedræ ſancti Petri ex Antiochia ad Vrbem, fuit decimo anno poſt Chriſti mortem, anno ſecundo Imperij Claudij. 170.2.
Tempus antiquum ſecundum opinionem Rotæ dicitur in teſte. 343.2.
Theodoricus Gothorum Rex contra Cæſarem Arelatenſem Antiſtitem iratus, paratus illi inſultare, in conſpectu eius obmutuit, vultum eius Angelicum cōſpiciens. 341.2.
Teſtis falſus in canonizatione Sanctorum, quantum in ſe eſt molitur deceptionem Eccleſiæ. 350.1.
S. Thomas edidit Officium ſancti Dominici. 355. 1.
S. Thomas Aquinas Angelicus Doctor, & diuinæ voluntatis interpres. 446.1.
Veritas eius doctrinæ confirmata miraculosè verbis prolatis ab imagine Crucifixi: Benè ſcripſiſti de me Thoma. ibid.
S. Thomas Aquinas ordinauit Officium S. Patris Auguſtini. 446.2.
S. Thomas Aquinas miſſus ad Concilium generale Lugdunenſe 1274. à Gregorio X. 256. 2.
Idem Sanctus itinere moritur in Monaſterio Foſſænouæ Ciſtercienſis Ordinis. 457. 1.
S. Thomas Archiepiſcopus Cantuarienſis pro defen-

defenſione Eccleſiaſticæ libertatis martyrium ſubijt. 446. 1.
Thronum Apoſtolicum tanta ſoliditate veritatis confirmatum eſt, vt in his quæ ſunt fidei, errare non poſsit. 367.2.
Transfigurationis Chriſti feſtum quare colatur die 6. Auguſti. 472.1. & 2.
Transfiguratio Chriſti, cur facta coram Petro, Iacobo, & Ioanne, non autem coram omnibus Apoſtolis. 472.2.
In transfiguratione Chriſti claritas quam aſſumpſit, fuit claritas gloriæ quantum ad eſſentiam, licet non quantum ad modum eſſendi. 473.1.
In transfiguratione Chriſti, cur paterna voce diſcipuli teſtes territi. ibid.
In transfiguratione Chriſti, Moyſes apparuit in propria anima, ſed in corpore aſſumpto, Elias verò in proprio corpore. 474.1.
Transfigurationis Feſtum antiquum in Eccleſia. ibidem.
Transfigurationis Officium, quod in Eccleſia cantatur, editum à Caliſto Papa Tertio. 474.2.
Vide etiam verbo: Chriſtus.
Trionopolis Ciuitas in Inſula Siciliæ à peſte liberatur interceſſione S. Silueſtri Siculi Monachi Ordinis S. Baſilij. 444. 2.
Tyranni curabant corpora, & reliquia Martyrum occultare, & quare. 245.2.

V

VEneratio Sanctorum ponitur primo loco inter honores eis conuenientes. 288.2.
Ratio formalis venerationis Sanctorum, eſt gloria ipſorum. 292.1.
Veritas quæ per Chriſtum nobis innotuit, eſt veritas fidei. 395.1.
Ex Veri cognitione regulariter iudicatur oppoſitum eſſe falſum. 266. 2.
Veteres iuſti, ac ſancti Confeſſores, quomodo Diuorum Catalogo adſcripti. 425.1.
Vicarius Chriſti ſuo primatu, & prouidentia conſeruat Eccleſiam ſubiectam Chriſto. 199.1.
Vicario Chriſti conceſſum eſt definire, & determinare, quæ pertinent ad fidem, & ad mores. 274.1.
S. Vincentius Ferrerius habuit donum linguarum. 348.1.
S. Vincentius Ferrerius Ordinis Prædicatorum 38. mortuis ſuſcitauit. 447.1.
Claruit ſpiritu prophetico. ibid.
Mundi vitia purgauit prædicatione. ibid. 2. 860. miracula à Deo per interceſſionem ipſius operata, dum adhuc viueret. ibid.
Vindicatio Doctrinæ Caietani in materia Canonizationis Sanctorum. 339.2.
Violatio dicitur quæcumque irreuerentia, vel exhonoratio rei ſacræ. 351.2.
Violatio rei ſacræ inducit peccatum ſacrilegij, quia agitur contra irreuerentiam Dei. 351.2.
Viri Dei, etiam Martyres, non fuerunt cultu publico venerati, niſi authoritate Apoſtolica. 101. 1.
Virtus heroica eſt habitus animi. 260. 2.
Splendor virtutis heroicæ ortum habet ab eximia charitate. 260.2.
Obiectum virtutum intellectualium, & moralium, eſt aliquid, quod non poteſt comprehendi ratione humana. 261.1.
Virtutes Theologicæ ſpecie diſtinguntur à moralibus, & intellectualibus. 261. 1.
Virtus heroica præfert quandam qualitatem diuinam ſecundum eminentiam charitatis. 262.2.
Virtutes Theologicæ reſpiciunt Deum ſicut proprium obiectum. 263.1.
Virtutum Theologicarum vna non dicitur maior altera ex parte obiecti, ſed ex propinquitate ad obiectum. 263.1.
Virtus heroica extollit poſſeſſores ſupra communem, & ordinariam conditionem hominis virtuoſi. 260.2.
Virtutum magnitudo conſideratur ſecundum ſuam ſpeciem ex obiecto. 263.1.
Inter Virtutes heroicas non connumerantur mores hominum corruptorum, voce populari fulgentium. 263.2.
Virtus Diuina corpus Chriſti reſeruauit à putrefactione, ſicut & reſuſcitauit à morte. 344. 2.
Virtus Religionis, ſeu Prudentiæ, quamuis inclinet fideles ad verum practicum, non tamen ſemper ad ſpeculatiuum. 361.2.
Virtutibus heroicis ornati debent eſſe canonizandi. 368.1.
Virtus principalis, ſeu cardinalis dicitur, quæ principalius laudatur ex aliquo eorum, quæ communiter requiruntur ad rationem virtutis. 369.2.
Inter virtutes Cardinales potior eſt Prudentia, ſecunda Iuſtitia, tertia Fortitudo, quarta Temperantia, & poſt has ceteræ. 370.1.

Digitized by Google

Virtutis magnitudo eſt menſuranda ſecundum rationem boni. 370.2.
Virtus naturalis Angelorum nobis ignota eſt. 380.2.
Diuina virtus non arctatur ad particulares modos faciendi miracula. 386.1.
Viſio beatifica, & ceteri actus beatifici, quos eliciunt Beati in Patria, poſt reſurrectionem corporum intenſiuè erunt perfectiores in, & ex parte modi tendendi ipſius ſubiecti. 48. 1.
Viſitationis B.V.M. feſtum inſtitutum ab Vrbano VI. in vniuerſa Eccleſia. 475.1.
Viſitationis B.V.M. feſtum à Bonifacio IX. confirmatum, vel, rectiùs, publicatum, atque auctum occaſione cuiuſdam ſchiſmatis. 475.2.
Vita, & miracula B. Gregorij Decimi. 124.2.
Vita, & miracula B. Margaritæ de Sabaudia. 126.2.
Vnguium continuata augmentatio, ſicut in corpore B. Catharinæ Bononienſis, eſt ſignum ſanctitatis. 348.1.
Vſus per Eccleſiam approbatus eſt, vt homines, qui laudabili vita vixerunt, Confeſſores appellarentur. 396.1.
Vſus, & conſuetudo Eccleſiæ confirmant certitudinem Sanctorum canonizatorum. 297. 2.
Voluntas fertur in finem, & abſentem cùm ipſum deſiderat, & præſentem cùm in ipſo requieſcens delectatur. 261.2.
Voluntas eſt appetitus rationalis. 371.1.
S. Vuenceſlaus Bohemorum Dux, in Templo orans, à Boleſlao eius fratre Idolorum cultore, conſilio matris trucidatus. 448. 2.
Die eiuſdem Martyrij Chriſtus apparuit Regi Daciæ iubens, vt eccleſiam dicto Martyri ædificet. ibid.

Z

ZElo Iuſtitiæ poſſumus deſiderare punitionem malefactorum. 410.2.

FINIS.

PRAEMONITIO AD LECTOREM circa errata.

MEmor ſis quæſo, quòd eximij Auctores inter impoſſibilia euitanda numerarunt Typographiæ errores. Quæ etenim ſine mendis prodiere volumina? Equidem nec Argi, neque Lincæi oculi, ad illos omninò auertendos ſufficere valent: Præſertim hac temporum calamitate, quando *infelices ſunt Typographiæ, in quas idiotæ, & à Muſis auerſi homines, recipi ſolent;* quemadmodum multi ſcripſere, atque prælo mandarunt, nouiſsimè vero Homobonus de Bonis, in Epiſtola ad Lectorem, circa finem voluminis ab ipſo inſcripti, *Commentarij reſolutorij de Examine Eccleſiaſtico*.

Quamobrem ſi huius libri errata oculos, vel aures tuas offenderint, pro tua prudenti benignitate deuita, ſeu emenda, aut tolle, prout magis iudicaueris expedire; hoc namque tibi erit leue, & mihi pergratum. Qui enim contenta in hoc Elucidario ſemel, atque iterum attentè percurrerunt, hoc vnum conſideratione dignum ponderarunt: Erratis quidem Typographiæ illud eſſe aſperſum, illa nihilominus maiori ex parte modicam, ſeu nullam parere obſcuritatem.

Digitized by Google

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA

GEN 1970

Digitized by Google